

Costo 16 Rs.

Vale 12.



Cason - ~~235. n. 13.~~ 229 n 11

114
8

SINGVLARIS, ET EXCELLENTISSIMA PRATICA CRIMINALIS CANONICA,

EXCOMMVNICATIONIS, IRREgularitas, Suspensionis, Degradationis, Dispensationis materiam, in vtroque foro frequentissimam complectens. Qua omnia fere crimina, quæ tam a clericis, quam a laicis, ad Ecclesiastica ordinaria, & sanctæ Inquisitionis spectantia tribunalia, cum eorum pœnis, & reorum defensionibus describuntur.

NOVISSIME RECOGNITA, DVODECIM CAPITIBVS aucta, amplissimis Scholiis locupletata quibus vltra iuris cõmunis sanctiones, prope infinita decreta antiquissimorum Conciliorum Catholicę Ecclesiæ & sacrosancti Tridentini, nec nouissimorum Romanorum Pontificum constitutiones (quas motus proprios appellant) simulque diuersarum prouinciarum & Diæcesum statuta municipali interpretantur.

Accesserunt etiam huic tertiæ & vltimæ æditioni selectissimæ annotationes, quæ hoc signo ☞ designantur.

A DOCTORE IGNATIO LOPEZ DE SALZEDO, IN INCLITA Academia Complutensi, toto orbe celebratissima iuris Pontificij, publico, primarioque professore, & Decano.

Accesserunt etiam huic edictio in, ægregia Responsa Cardinalium, qui Concilij Tridentini interpretationi præsunt, quę mirę ad hanc Canonicam Practicam desiderabantur: aptissime constituta.

CVM INDICE, CAPITVLORVM, ET materiarum locupletissimo.

OPVS PROFECTO, OMNIBVS IVRIS PONTIFICII, ET CAESAREI Professoribus, iudicibus, aduocatis, causidicis, cęterisque in foro versantibus, non solum vtile, sed necessarium.

CVM PRIVILEGIO REGIO.

COMPLVTI.

Apud hæredes Ioannis Gratiani,
Anno. 1594.

Acosta de Iuan de Sarria mercader de libros. Tiene este libro Ciento y sesenta y cinco Pliegos.



SINGVLARIS, ET EXCELLENTISSIMA PRATICA CRIMINALIS CANONICA,

EXCOMMVNICATIONIS, IRREgularitas, Suspensionis, Degradationis, Dispensationis materiam, in vtroque foro frequentissimam complectens. Quæ omnia fere crimina, quæ tam a clericis, quam a laicis, ad Ecclesiastica ordinaria, & sanctæ Inquisitionis spectantia tribunalia, cum eorum pœnis, & reorum defensionibus describuntur.

NOVISSIME RECOGNITA, DVODECIM CAPITIBVS aucta, amplissimis Scholiis locupletata quibus vltra iuris communis sanctiones, prope infinita decreta antiquissimorum Concilio rum Catholicæ Ecclesiæ & sacrosancti Tridentini, hec nouissimorum Romanorum Pontificum constitutiones (quas motus proprios appellant) simulque diuersarum prouinciarum & Diœcesum statuta municipali interpretantur.

Accesserunt etiam huic tertiæ & vltimæ editioni selectissimæ annotationes, quæ hoc signo & designantur.

A DOCTORE IGNATIO LOPEZ DE SALZEDO, IN INCLITA Academia Complutensi, toto orbe celebratissima iuris Pontificij, publico, primariaque professore, & Decano.

Accesserunt etiam huic editio, egregia Responsa Cardinalium, qui Concilii Tridentini interpretationi præsunt, quæ mixta ad hanc Canonicam Practicam desiderabantur, ipsissime constituta.

CVM INDICE, CAPITVLORVM, ET materiarum locupletissimo.

OPVS PROFECTO, OMNIBVS IVRIS PONTIFICII, ET CAESAREI Professoribus, iudicibus aduocatis, causidicis, cæterisque in foro versantibus, non solum vtile, sed necessarium.

CVM PRIVILEGIO REGIO.

COMPLVTI.

Apud hæredes Ioannis Gratiani,

Anno. 1594.

A costa de Iuan de Sarria mercader de libros. Tiene este libro Ciento y sesenta y cinco Pliegos.

EL REY.

POR quãto por parte de vos el Doctor Iñigo Lopez de Salzedo, Cathedratico de prima de Canones en la vniuersidad de la villa de Alcala de Henares, nos fue fecha relacion que cõ licencia nuestra auiades impresso ciertas adiciones, y anotaciones que auiades hecho, a la practica crinrinal canonica que auia compuesto don Iuan Bernardo Diaz de Lugo, obispo que fue de Calahorra, y porque las impresiones que de la dicha obra se auian hecho, se auia gastado, y auia mucha falta del dicho libro, por ser como era tan necessario, y por no auer otro que tratasse del argumẽto y materia del por ser muyampla, y el dicho libro muy pequeno, con mucho trauaxo y diligencia que antes le auiades añadido, y era el que presentauades: de tal manera que agora parecia, que tendria las materias muy importantes a la dicha practica que hasta aqui auian faltado, y nos suplicastes fuessemos seruidos, daros licencia para lo poder imprimir, y priuilegio para que otra ninguna persona no le pudiesse imprimir, como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro, se ha hecho la diligẽcia, que la pragmatica por nos sobre ello fecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nestra cedula por vos en la dicha razon e yo tuuelo por biẽ, y por la presente por vos hazer bien y merced; vos damos licencia y facultad paraque por tiempo de diez años primeros sigientes, que corren y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula en adeláte, vos o la persona que vuestropoder ouiere, podays hazer imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze menzion. Y damos licẽcia y facultad a qual quier impressor destos nuestros reynos que vos nõbraredes, para que por esta vez lo pueda imprimir, con que despues de impresso antes que se venda le traygays ante los del nuestro consejo, juntamente con el original, que va rubricado, y firmado al cabo de Miguel de Ondarça çauala nuestro escriuano de camara de los que en el nuestro consejo residen para que se vea si la dicha impression esta conforme a el, y traygays fe en publica forma, en como por corrector nombrado por nuestro mandado, se vio y corrigio la dicha impression con el original, y se imprimio cõforme a el, y que assi mismo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que assi fueren impressos. Y se os talle el precio de lo que cada volumen vuieredes deauer, y mandamos que durante el dicho tiempo, persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender sopena que el que lo hiziere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, y aparejos que tuuiere, e incurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para el denũciador y la otra tercia parte para el juez que lo sentẽciare, y la otra tercia parte para mi camara. Y mando a los del nuestro consejo, Presidente, y oydores de las nuestras audiencias, alcaldes alguazilesde villas, y lugares, de todos nuestros reinos y señores, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden cumplan esta nuestra cedula y merced que assi vos hazemos y contra su tenor y forma, no vayan, ni passen, ni consienta yr ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en san Lorenço, a tres dias del mes de Octubre demil y quinientos y ochenta y siete años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iuan Vazquez.

TASSA.

YO Miguel de Ondarça çauala escriuano de Camara de su Magestadde los que residen en su Consejo, doy fee que por los señores del, se tasso, al Doctor Iñigo Lopez de Salzedo, el libro intitulado Pratica Criminalis Canonica, que con licencia, de los dichos Señores ha impresso a tres marauedis y medio cada pliego y a este precio y no a mas, Mandaron se venda, y que se ponga esta fee en cada volumen del dicho libro y para que dello cõste de pedimiento del dicho Doctor Iñigo Lopez de Salzedo y mandado de los dichos Señores. Di esta fee en Madrid a trece dias del mes de Septiembre de mil y quinientos y nouenta y quatro años y en fee dello lo firme.

Miguel de Ondarça Zabala.

AD DOMINVM MARTINVM A CORDVBA.

MVLta ac magna esse videntur, Amplissime vir, omni virtutũ genere ornatissime, quæ meum animum impulerant, vt practicam hanc criminalem Canonicam, quam iam diu perperam, tibi dicarem, ac consecratam relinquerem. Nã si mihi delegendus erat, qui maiorum suorum antiquas imagines propria nobilitate expressisset, parentumque honestatem bonis moribus condecorasset, vt hoc meum munus ob publicam vtilitatẽ editum, a detractantium morsibus acriter tueretur, quod firmius præsidium, te ipso assumere possem, qui sanguine clarus, moribus insignis, prudentia excellens existis. Habes profecto quorum expressa vestigia sequaris, sed maxime magnanimi parentis tui Andreæ Ponce de Leon, quem propter generis claritatem, singularem prudentiam, & miram eruditionem, Philippus noster potentissimus, & Christianissimus Hispaniarum Rex huius nominis secundus, post plures Regios magistratus ad supremum eius iustitiæ & rerum status consilium merito prouenit. Vbi tot signa internæ virtutis, sapientiæ, & cæterorum omnium, quæ hominem perfectum, & consumatum efficiunt, ita clare & aperte monstrauit, vt superuacaneum esset ea recensere. Hoc vnum silentio non cotegã, quod immortalis eius memoria non solum per totam Hispaniam seminata fuit verum vniuersa Italia, dum summum Regium magistratum Neapolin dominatum suum nomen iustitia, & æquitate illustratum, mira consensione coluit. Et nunc profusis lacrymis totam rempublicam, eius obitum deplorantem videremus, nisi te fratremque tuum Andræam Ponce de Leon parentis nomine dignum, Cathedram Sexti libri Decretalium fœliciter modernãtem, in Complutensi academia intueretur, quorum patrocinio diu salua, & incolumis consistit. Quemadmodũ existimat hic noster liber se tanto patrono in publicum posse prodire. Eum igitur accipe vir multis nominibus ornatissime, quem pro tua erga me beneuolentiam maximis beneficijs coniunctam, magis debitum, quam dicatum esse procul dubio credito. Vale.

ERRATAS.

Practica hæc Criminalis Canonica suo consonat exemplari dem ptis hisa me mendis assignatis.
Col. 3. li. 2. adde. beneficia præstimonia, vel, & li. 28. tabernariorum. fol. 3. col. 1. f. recipientes. l. 39. defecerunt. pag. p. 5. l. 23. fuisse. l. 30 sceleribus, irretiti l. 35. festucam. c. 2. l. 33 Caput. pag. 6. l. 3. prabiterorum, pag. 8, col. 2. li. 13. habet. 15, pag. 15. col. 2. l. 5. legs. 15. pag. 14. col. 1. l. 24. tanta. pag. 13. col. 2. l. 9. instruction. l. pag. 17 col 2. l. 40. decaiat. pa. 22, col. 1. l. 25. delatione. p. 29. col 1. l. 23. expertus. l. 42. multis. p. 30. col. 2. l. 13. puniatur. p. 37. col. 1. l. 2. legc. dicantur. pa. 41. col. 1. li. 24. iudicarentur. l 35. uaros. c o 2. l. 30. Illigitime. l. 31. recipiat. pa. 42. l. 37. spurios. pa. 43. co. 1. l. 39. inspiciendi. pa. 45. col. 2 l. 24. concludens. p. 46. co. 2 l. 7. patria natus. pa. 47. col 2. l. 14 pollutum. pa. 50. col. 1 l. 23. antiquitus. co. 2. l. 8. ecclesiastica. pa. 51. co. 1. l 9: beatissimis. l. 42. biros creauit. pa. 54. co. 1. l 5. Eunuchos. col. 2. l. 5. gentiles. pa. 55. co. 1. l. 13. sapientia. co 2. l. 5. vitam donauerit l. 6 nec licet l. 7. qui legauit. l. 14. Summum. l. 15. Idem dicto p. 56. l. 28. de duodecim. l. 29 deserta. co. 2. l. 24. monachum. p. 58. col. 1. l. 9. confessio. col. 2. l. 14. enumer. 1. l. 27. Georgio in tract. l. 42. nobile. f. 62. co. 1. l. 23 tenuerit. pag. 64 co. 1. l. 22. obtinent. p. 65. co. 1. l. 11. sine. c. 2. l. 37. eatendum est. pa. 66. col. 1. l. 6. promotus censeatur: pa. 67. colu. 1. l. 20 disceptatio. pag. 68. co. 1. l 7. imputandum esse. pa. 65. col. 1. l. 30. dominum suum. pa 72. col. 1. l. 13 irregularitas. pag. 7 c. co. 1. l. 41. ratio. co. 2. l. 9. insignitus. p. 72. co. 2. l. 37. fuerit. 76 col. 1 l. 28: argumentum. pa. 77. col. 2. l. 30. monasterij. 19. cap. p. 78 col. 2. l. 8. coloratum. l. 4. Dominus. pa. 85. col. 2. l. 29 quotibet. 1. pa. 86. col. 1. l. 16. voluptatibus co. 2. l. 26. fortiti. l. 33 Romanas. p. 87. col. 2. l. 11. statuere. l. 18. potissimum. l. 33. imponens pa. 98. co. 1. l. 31. mere. pa. 100, l. 14. his verbis. c. 1. l. 36 de yrabet dis. p. 127 col. 2. l. 24. interdictum. p. 130. col. 2. l. 17. actum. pa. 131. co 1. l. 38 irregularitas. p. 144. col. 1. l. 26. obfecro. col. 2. l. 32. cecinit. pa. 146 col. 1. l. 9 Altar. co. 2. l. 29. alieni. p. 148. col. 1. l. 18. taxata, l. 25. fecuriorem col. 2. l. 35 altaris. p. 158. colu. 2. l 20. materiam. pa. 159. co. 2 l. 42. Relicta. p. 161. co. 1. l. 1. Petrum. p. 164. c. 2. l. 2. a Cardinalibus. & col. 1. l. 140. ita iudicasse p 165. col 1. l. 18 ponentem. p. 165. col. 1. l. 28. infamis. c. 2 l. 13. pellendi. p. 180. col. 1. l. 45. Non oportet. p. 172. col 2. li. 24. de appellationibus. p. 173. co. 1. l. 17. vel iuri. p. 188. c. 1. l. 5. praficiantur extranei. col. 2. l. 4. quod venit. l. 27. respondere. p. 196. co. 1. l. 17. sit astrictus. p. 230. co. 1. l. 10 œconomum. p. 236. co. 1. l. 39. dicere tali. p. 167. contestata. l. 24 spiritualibus. p. 169 co. 1. l. 1. opiniones. p. 178. co. 1. l. 15. cum imbitio p. 189. c. 1. l. 46. de sponsalibus. p. 199. co. 2. l. 3. Anglorum. co. 1. l. 40. redebantur. p 213. col. 2 l. 27. pro libito. r. 218. co. 2 l 19. cælibes. p. 237. co. 1. l. 21. consuluisset. p. 245 co. 1. l. 17. Pij Quinti p. 280 co. 1. l. 26. quam ipse. p. 281. co. 1. l. 15. velut. p. 282. co. 2. l. 30. sine processu. l. 38. iam allegatui. p. 290 co. 1. l. 1. xenenum. p. 293. co. 1. l. 37. fuduerunt. p 297. co. 1. l. 27 gladium. p. 312. co. 1 l. 17. quicensent. p. 317. col. 1. l. 44. penitendus. p. 318. co. 1. l. 11. aleuiat culpam. l. 43. Tridentino. p. 346. co. 1. l. 33. fouere. l. 41. perfectum iri 356 co 2. l. 1. in datam. p. 364. co. 1. l. 6. pharsalus. l. 28 si primere 19. p. 374. co. 1. l. 35. inæqualiter. p. 514 co. 1. 21. ebricta. l. 5. nostris. l. 8. iu dicabis. l. 9 fauete. In cuius rei testimonium has literas manu mea subscripsi. Datas Compluti decima nona die mensis Augusti Anno. 1594.

Licenciatus Christophorus Orduña.

DENVNCIATIO.

CAPVT .I.

CORAM VObis Domino. N Officiali ac Vicario generali, ego N. presbyter promotor seu fiscalis curiæ vestræ, denuncio quod Coluberius & Serpeliõ diœcesis huius originarij, in ea domiciliũ habentes, & beneficia, grauia & plura perpetrarunt facinora. Cum enim laicij essent, sine ordinibus ministrare, ac celebrare sunt ausi. Tandém veró excommunicati, elligitimi, rebaptizati, bigami, corpore vitiati & sine titulo, serui sine dominorũ suorum licentia, & illiterati, & ad rationem obligati, & post peractã pœnitentiam solennẽ, Neophiti per saltum, furtiué, extra tempora, & ante ætatẽ debitã, & ab alieno Episcopo, ac simoniaco, excommunicatoq;, hæretico, & a collatione ordinũ suspenso, & qui episcopatui renũciauerat, interdicti q; tempore, adordines sunt promoti, ad sacros ordines sũt promoti, ac suspensionis, excõmunicationis, ac interdicti censura nodati, non ieiuni, ac in die sæpius, & sinẽ aqua & igne, vel in pane fermẽtato, & calice ligneo, & super altari non cõsecrato, ac in priuatis locis sine licentia Episcopi celebrarũt, missamq; pro requie defũctorũ promulgatã, pro viuis celebrarunt hominibus, vt illi mortis incurrerent periculum: Eucharistiã ob ebrietatem ac voracitatem euomuerunt, ac ob negligentiam ipsorum aliquid sanguinis stillauit in terra, & in altari, aliquoties insuper celebrando corpus & sanguinem Domini non percipiebant, super rebus aptis ad faciẽdum sortilegia, & ad illum effectum tantum vnam, vel plures missas scienter celebrarũt, adhibitis nefarijs precibus, & verbis superstitiosis, in custodia Eucharistiæ desides, Missãq; sacrum inceptam relinquerunt. Horis prohibitis celebrare sunt ausi. Commendatumque sibi infirmum baptizare noluerunt: beneficia plura possident, quorum aliqua patres eorum nullo mediante possederunt, & in pluribus eorum intrusi sunt, viuis eorum possessoribus, & occasione laicæ recognitionis, non requisita Episcopi audientia, beneficia Ecclesiastica sibi presumpserunt vendicare, & in nullo beneficiorum. residẽt, cumque parochiales Ecclesias habeant, intra annum non fuerunt promoti. Cũ alienigenæ sint in his castellę, & Legionis regnis vel in alijs quibus legibus, moribus

vel consuetudine prohibitum est: dignitates Ecclesiasticas, pensiones impetrare sunt ausi. Officium insuper diuinum, prout tenetur, non recitarunt: negociatores, ac alienæ rei cõductores, proxenetæ illicitorũ contractuum, laicorum ministri, ac in rebus eorum procuratores existentes, tabellionatus officium exercentes, ac leges & physicam audientes, villarum procurationes suscipientes, ac Principum & sæcularium virorum iusticiarij: corã secularibus magistratibus, clericos inuitos combenire sunt ausi, contra Ecclesias, á quibus beneficia obtinent, aduocati, vel procuratores extiterunt. Instituti hæredes rogati de restituendo hæreditatem incapaci, tacitam fidem dederunt. Calumniatores, maledici, venatores, ioculatores, goliardi, seu buffones. Carnificum seu macellariorum, aut tabernariotum officium publice & personalitér exercentes. Aleatores, ac bona Ecclesiæ dilapidantes: publicis spectaculis, & clandestinis nuptis interessẽtes, nuptias secũdas benedicẽtes, virgatis ac partitis & alijs prohibitis vestibus publice vtentes, & comã nutrientes siue relaxantes, ebrij, fornicarij, concubinarij, ac matrimonium de facto contrahentes. Monialibus & spiritualibus filiabus se cõmiscentes: stupri, incæstus, adulterij, ac criminis nefandi rei, sacrilegi, vsurarij, a manifestis vsurarijs oblationes recipientes, eosque Ecclebeneficia, præstimonia, vel siasticæ sepulturæ tradentes, fures, simoniaci, periuri, ac falsi testimonij rei, homicidæ, venẽfici, parricidæ, & per assassinos alios interfici mãdantes. In criminalibus capitalibus q; causis accusatores, aduocati, procuratores, testes, contrare os insecularibus tribunalibus esteiterunt, truncationesq; mẽbrorum per se facientes seu iudicãtes, duellum alijs sponte offerentes, seu oblatũ suscipiẽtes, naues ad pugnã gubernantes, & conflictũ personalitér exercentes, alicsq; ad pugnam incitantes, violẽtięq; illatores, literas ad alios directas aperiẽtes, & aduersarijs ostendentes. Ecclesiasticos viros, vt sua resignent beneficia, ac ne citati ad curiã accedãt, capientes. Incendiarij, ac raptorũ & Ecclesiarum violatorum non satisfacientium, sepultoris inter essentes, eorumq; eleemosynas recipientes, ac de orum rapina participantes. Sortilegi, consulentesq; aruspices, incãtatores ariolos, augures, sortilegos: ac eos qui artẽ magicã profitẽtur & peccatores, qui sibi cõfelsi fuerũt, signo, aut verbo, prodẽtes, blasphemi, apostatæ, chismatici, hęretici, ac hęreticis receptatoribus, defensoribus, & fautori-

fautoribus eorum Ecclesiastica adhibentes Sacramenta, ac eos Christianæ sepulturæ tradentes, & eorum eleemosynas ac oblationes recipientis. Ex cōmunicationis vinculo innodati per annum, vel multo tēpore contumaciter esteterūt, Falsarij, conspiratores, ac læsæ maiestatis rei, seque de suis criminibus gloriantes. Quare peto, præmissorum habita informatione summaria, eos citari personaliter, aut capi, ab Ecclesijs, adquas confugerunt extrahi, incarcerari, tortura siue iuramento præmissis interrogari: cōfessionibus propijs, aut testibus conuictos ab ingressu Ecclesiæ interdici, suspendi, beneficijs priuari, ac bonorum publicatione puniri, verberari, in exilium mitti, deponi, ac in arctum monasteriū detrudi, in perpetuum carcerē damnari, ac exigentibus culpis, aut data incorrigibilitate degradari, ac sæculari curiæ tradi, pœnis ve alijs pecunarijs vel corporalibus, canonicis, vel synodalibus, cōsuetudinarijs, siue arbitrarijs puniri, aliquo lapsu temporis nō obstante. Deficiente vero legitima probatione, ob vulgatam infamiam, graue scandalum, vehementem suspicionem ex testiū dictis obortam illis purgationem iudici, in qua si defecerint, vti conuictos puniri. Si vero capi non potuerint, absentes eos pœnis damnari cōdignis. Et si opus fuerit ad dictarum pænarum executionem seculare brachiū imploretis, Pro quibus omnibus, ac in necessarijs eorum, vestrum imploro officium, ac expensa protestor, & peto.

Coram vobis Domino. N.

CAPVT. II.

1 *Denunciationes coram iudice fieri expedit.*
2 *Tabellionum corruptus animus delictorum correctionem impedit.*

QVoties enim ad expurgandam Ecclesiasticam Rēpubl. facinorosis clericis alicuius eorū flagitiū a nunciandum est, decet vt id præsentia iudicis fiat. Sic enim & iudex ipse perpēdere poterit, quæ sit personę qualitas, contra quam denunciatio fit. q; insuper delicti species ac grauitas, vt iuxta illam, quę futura sunt ordinet, ac præcipiat, intelligatq;, quo animi motu, qua vē certitudine delicti, fiscalis suus, aut quiuis alius denūciaturus accedit: & an etiam negociū id, dequo agitur notario, qui tunc se illi offert, tuto committi valeat. Non enim in criminalibus causis minima cura iudicis debet esse personā notarij eligere, ac variare iuxta casuū & negociorū occurrētiā, cū præcipue inter plures optio datur. Multū nanque impedit delictorum

rum correctionem tabellionum animus corruptus b precibus, aut precio, seu particulari quadam affectione, vndê sæpius causarum secreta reuelant, testes negligentêr, & non vt decet, examinant, & iudices ipsos varijs persuasionibus & fictionibus ad suę prauæ intentionis tramitem inclinare satagunt, aut alijs importunitatibus oppugnat, corũ insuper torpore & segnicie (cûm â iudicibus seu fiscalibus in similibus copiâ, & reorum pauperũ defensio. Oportebit etiam de omnibus curiæ tabellionibus diffidere, quandô illos certioraturos malefactorem de his, quæ gerun tur, iudex probabiliter suspicatur, extraneumque quærere notarium, quo præsente denunciatio fiat, & per quem summarie informationis testes examinentur, ac mandatum capturæ subcribatur. Proderit prætereâ quod Iudice præsente denunciationes fiant contra reos: nam ex hoc ipse facilius illorum memoriam conseruabit, & melius rationem criminalium causarum, & status earum ab officialibus exiget, nec eis licebit, aliquorum prosequi causas, & reliquas pro arbitrio silentio præterire.

A *Vdicis fiat.* Vide multa lectu nõ indigna, q; de hac denunciatione: quę corâm iudice facienda est, circa quam huius capitis argumentum versatur. Scripta per Angel. in tract. malefi. in verbo, *Nec non ad denun.* Bossi. in locupletissimo illo delictorum tracta. tit. de denunciatione. pagin. 101. Iulius Clar. lib. 5. recep. sen ten. 5. fin. quæst. 3. & 7.

Tabellionum animus corruptus. B Dolus equidem, & tabellionum imperitia, destrut mundum: & multorum conscientias in magno discrimine constituit, vt singulariter scribit Bald. consil. 6. incipien. Viso testamento. lib. 2. Et ex notariorũ imperitia plurima damna, & litium occasio oritur. Ita scribitur in sacro Concilio Tridentino, sessione. 22. c. 10 de reformatione. Quapropter iustissimê ibi decretum est Notarios imperitos, vel in officio delinquentes, priuandos, vel ad tẽpus suspendendos esse, ab Episcopo tanquam Apostolicæ sedis delegato. Ex quibus iustissimê defenditur decretum ab Illustrissimo Toletano Præsule factum quo statutũ est, quôd nullus Notarius Apostolicus, fungatur munere suo, in hoc amplissimo Archiepiscopatu, nisi præuio examine, approbatus fuerit ab ipso, vel ab iudicibus sui senatus, qui sẽper floret viris integerrimis, & omni laude dignissimis. *Cõtra Notarios.*

Et multa contra tabelliones & Notarios tradit Ripa in. l. Cẽturio. nu. 83. ff. de vulgar. Cagno. in l. si librarius. nu. 2. ff. de regu. iur. Neuiza. cons. 2 8. num. 11. & 12. Ias. cons. 37. col 2. lib. 4. Iacob. Menoch. consi. 38. nu. 138. vol. 1. & Antonius Tessara peculiari libello, cui titulũ fecit de erroribus notariorum.

Nec minus quam notarij, impedire solent dilectorum condignam punitionem, non nulli receptores Ecclesiasticarum curiarum, qui sic iure optimo nuncupantur, cũ receptores sit munerũ, & delinquentium receptatores, neç non frabricatores iniquita- *Contra nonnullos receptores curiarum Eccle-*

siasticarum. quitatuum: canes sunt ferarum, & ciuium deuoratores. Qui muneribus & donis corrupti, facinorosos homines, & publicos peccatores tuẽtur, & probos & bonis moribus imbutos, si nihil eis tribuunt Infamant, & persequuntur. Quod si crimen aliquod, antequàm ad iudicis aures perueniat, ipsi nouerint: sæpenumerô illius causam de plano iudicant, & non sine plena manu. In reorum informationibus innumera crimina perpetrare solent: nam aliquando testes in suum fauorem deponentes, longe repellunt asseuerantes, illud omittendum esse, quousque pro illis ferant testimonium. Si verò nullã culpam inueniunt, vt salarium itineris reportent, ex capite in testium depositionibus asseuerãt, scandalum saltim ortum fuiesse: ex obiecto crimine, quasi hoc alicuius foret momenti, non probata legitima causa scandali, præsertim apud optimos iudices, & Deum timentes. Inquirunt isti aliena crimina, cũm ipsi grauissimis celeribus irretitis sint. Quibus illud Salustij obijci potest. *Qui in alterum dicere paratus est, vitio carere debet.* Et vt egregiê cecinit ille.

Tollere festcã si vis de fratris oculo.
Quæ tua cõturbat, lumina tolle trabẽ.

Et Horatius.

Cum tua peruideas oculis mala, lippus inunctis.
Cur in amicorũ vitijs tã cernis acutũ.

Tẽpus equidẽ mihi deficeret, si sigiliatim omnes ipsorũ iniquitates recẽserem. Censeo Christianę reipublicæ vtilissimũ fore, vt istis hominibus ab Ecclesiasticis tribunalibus expulsis, testes in criminalibus causis, præsertim grauioribus corã iudicibus examinarentur, quod iuri communi consonũ est l. Apud eloquentissimum. C. de fidei instr. tradit latê Calagur. Episcop. reg. 757. vbi. ipse annotaui, Iacob. Menoch. in tract. de recup. posses. 15. remed. q. 26. n. 336. & latissimê doctissimus Auend. de exequẽd. mand. Regum. 2. par. c. 17. vbi regulam istã, cũ vndecim limitationibus constituit. Vel oporteret, quod in singulis tribunalibus, vnus vel duo clerici viri probi, & integerrimi ad munus, hoc assignato cõpetenti salario eligerẽtur, qui cũ alijs curiæ officialibus debito tẽpore sindicarẽtur. Nec dicta mala medentur, si testium examen (prout nunc fit) priuatis locorũ clericis committatur: nam cum ex proprio munere hoc illis non incumbat, negligentissimê in his se gerũt, quia frecuẽtissimê ipsis absentibus, & prorsus ignorãtibus, testes ab receptoribus examinãtur: nec iudice cõmissionis opus est, nisi ad solam subscriptionem factę informationis.

Officiali, ac Vicario generali.

CAPVD. III.

1 *Differentia sit ne aliqua inter Officialem vel Vicarium.*
2 *Officialis vt corrigere & punire crimina possit, potestas expressa sibi est committenda.*
3 *Officialis ex generali mandato potest inquirere.*
4 *Compositio officialis Episcopi, facta super crimine, an Episcopo præiudicet.*

5 *Antiquo iure de diaconorum cau-*
ſis, tres Epiſcopi cognoſcebant, de
cauſis verò presbyterum ſex
6 *Epiſcopi vel eorum officiales per ſe*
hodie de conſuetudine declericorũ
cauſis criminalibus cognoſcunt.
7 *ſolennitas, quæhodie ex Tridentino*
Cõcili, in clericorum degradatio
ne obſeruanda eſt.

HI duo termini Officialis ac Vicarius, inter ſe differunt, vt notat Gulielmus in Clemen. 1. de offic. vicar. quam refert Federic. de Senis in conſi. 302. incip. Reuerẽde Pater, dicitur in iure. in col. fi. Nam quicquid poteſt officialis, poteſt & Vicarius, ſed non conuertitur: & Officialis non habet poteſtatẽ circâ actus ſpirituales extraiudiciales, quia illud pertinet ad Vicariũ in ſpiritualibus, & Vicarius poteſt punire & corrigere a, non tamen a Officialis. Quando autem Epiſcopus vnum ſolum Vicariũ cõſtituit, credit Feder. vbi ſuprâ, quôd tranſit in eum, quicquid trãſſet in officialem, & quicquid tranſire potuit in Vicariũ in ſpiritualibus. Ioan. And. tamen in addit. ad ſpecul. in Rub. de officio Vicarij, dicit quôd iſta vocabula ſunt ſynonima, & ſic idem eſt dicere Officialis, quod Vicarius, & quôd dimittenda eſt iſta diuerſitas voçabulorum conſuetudinibus patriæ, quẽ refert Barbat. in Clemen. Et ſi principalis. de reſcript. in. 1. col. qui dicit, quod iſta opinio Ioan. Andr. videtur verior, & ſic quôd nulla ſit differencia in effectu, ſed ſolum in nomine, reiecta opinione Guliel. vbi ſuprâ, qui nititur facere differentiam inter ea, quæ ſunt gratiæ, & iuſtitię & iuriſdictionis voluntariæ, prout latius ipſe refert. Præter alia autem, quę in his, qui creandi ſunt Officiales adeſſe debent, tanquâm quibus totius diœceſis moderatio, ac regimen committenda ſunt, aut ſaltem committi ſolent (licêt vêrius ij coadiutores, non verô excuſatores Epiſcoporum eſſe deberent) vt çrimina corrigere & puninere poſſent, pœnãque depoſitionis infligere, non ſufficit quod ſolũ aliquis in Officialem creetur, ſed requiritur quôd ſibi expreſsê prędicta commitãtur, vt ſanxit Bonifacius huius nominis Pontifex. 8. in cap. licet. de officio Vicar. lib. 6. Sufficeret etiam iuxta glo. ibi, quôd expreſsis aliquibus caſibus ex requirẽtibus ſpeciale mandatum, cętera ſubgenerali clauſula committerẽtur. Aduerte tamen quôd talis officialis ex generali mandato poſſet inquirere, vt notant Ioan, Mon. Lapus, & Domin. cõtra Ioan. And. ibi, & vide notabile verbum in iſta materia per Marian. in. c. Qualiter. lo. 2. de accuſ. quęſt. 5. artic. 13. quod refert Felin. in capit. Non poteſt. de re iudica. in. 4. col. vbi dicit, quod licet Vicarius Epiſcopi ex generali mandato, non poteſt punire, tamẽ ſicut poteſt inquirere, vt ſuprâ, ita poſſet inquiſitum, abſoluere abſque alia relatione ad ſuperiorem: Et diceturfacta inquiſitio, & abſolutio ex poteſtate ordinaria Vicarij: quę nõ impeditur, per. d. c. licet. ꝙ dicit dictum peregrinũ, & nunquã obliuiſcendum. Et quamuis Ripa. in. l. qui çondẽnare. in. 3. col. n. pen. ff. de re iud.

reiud.referat hanc conclusionē Mariā. & Felin. & dicat quod ista decisio nō videtur vera,quia Vicarius non prohibetur condemnare criminosos,fauore ipsorum delinquentium,sed defectu potestatis iurisdictionis. Vnde cum Vicarius careat potestate,non videtur quomodo possit absoluere.Ego credo eorum opinionē esse veram interminis, in quibus ipsi loquūtur,quia dicūt, ꝙ sicut permittitur Vicario facere inquisitionem ad effectum remmittendi culpabiles inquisitos ad Espiscopum,sequendo decis.Rotæ.56.in nouis:ita si post inquisitionem inuenerit eos innocētes,potest absoluere. Nam in isto casu sententia absolutoria Vicarij non est â crimine,vnde non operatur exceptionē rei iudicatæ,adquam prouūciandā, necessaria esset iurisdictio, sed est solum absolutaria ab inquisitione per eum formata,ad quam sufficit eadem potestas,qua potuit inquisitionem formare, & eundē quem absoluit ad Episcopum remittere,si fuerat inuētus culpabilis.Et isto modo non obstat regula negatiua. Quod qui non potest condēnare,nō potest absoluere: inqua etiam videtur fundari Ripa,dum impugnat prædictos doctores. An autem quā
4 do officialis Episcopi fecit expositionem pecuniariā super adulterio posset præiudicare Episcopo,quominus posit iterū cognoscere,& debita pœna Clericū criminosū punire:vide Paul.de Cast.cōs.368.notandū.in.1.volu.& si quisquā dubitauerit,cur
5 tantorum actā grauiū criminū causas,corā solo officiali Episcopi tractandas,ac ab eo definiendas proposuerim,cū antiqua iura Aegasthensiū & Carthaginēsium conciliorum statuerint,diaconum a tribus Episcopis vicinis,presbyterum a sex,audiēdos esse,vt habetur in capit, Si quis tumidus: cum duobus seq.15.q.7.præcipuē,cum illa tria capitula intellexerit Archidiac.ibi,in causa criminali,in qua proceditur ad depositionē,prout sunt in hac nostra denunciatione plura crimina depositione digna.Huic dubitationi satisfaciēdo dicimus 6
quod de consuetudine audiunt Episcopi per se, vel per Officiales suos causas criminales Clericorum suorum:vt notat Specu. tit.de accusatio. in.§. quarto loco,cuius meminerunt Ioan.An. & Dom.Philip.in.c.degradatio, de pœnis.lib.6.Vnde solus Episcopus sine numero aliorum Episcoporum potest Clericū verbaliter deponere,vt notāt ibi Domi.& Pphilip.In criminibus autem illis,in quibus procedendū est ad actualem degradationem, tūc adhibēdus est numerus Episcoporū,de quo in dictis iuribus in examinatione,& definitione causæ,& ad pronunciandā illam verbalem depositionem,quę debet præcedere actualem degradationē,vt notāt Domi.& Phil. in.d.c.degradatio.& scribitur in Cōcil. lib. Pōtif.fol.203.col.4. Hodie Trid. vero in Concil.Tridē.in.3. Sess. celebrata anno Domini 1551. canone 4.statutū est,quod liceat Episcopo,seu eius Vicario pro 7
cedere in dictis criminibus,etiā sine requisito numero Episcoporū sūbrogatis tamē loco eorūtotidē Abbatibus vel personis in

Ecclesiasticadignitate cõstitutis, prout habetur in decreto dicti concilij tenoris sequentis: Episcopo per se,seu illius Vicarium in spiritualibus generalem cõtrâ Clericum in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem nec non verbalem depositionẽ, & per seipsum etiam ad actualẽ, atque solennem degradationem ab ipsis ordinibus & gradibus Ecclesiasticis in casibus,in quibus aliorum Episcoporum præsentia, in numero â Canonibus definito requiritur,etiam absque illis procedere liceat,adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus totidem, Abbatibus vsum mitræ & baculi ex priuilegio Apostolico habentibus,si in ciuitate aut diœcesi reperiri,& commode interesse possint. Alioquin alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis,quæ ætate graues, ac iuris scientia cõmendabiles existant.

ANNOTATIO

ADde plura quæ de Officialis, nec non vicarij generalis iurisdictione, & potestate,quęscribit Abb.in.c.si quis contra.n.30. vbi Feli. & Doct. de foro comp. Rot.deci.tit. de officio Vicarij in nou. vbi amplissima additio Sylvest.in summ.in verbo, Vicarius.q.4.Petrus Rebuff.in pract. benefic.1.parte,titu.de Vicarijs Episcopo.

A *Punire & corrigere*. Est sane peculiare munus Episcoporũ, vel Vicariorum suorum generaliũ, subditorũ crimina,& scelera punire,eorumque vitia redarguere & quod ab eis summe cauẽdum est,ne Clerici præsertim curã habentes animarum,criminosi sint & inhonestam vitam agant, vel prauis & corruptis sint moribus vt in Cõci.Trid.sess.14.in proę. de refor,& sess.6.c.3.de refor.lure igitur, generalis hæc delictorum denuntiatio,coram Vicario generali proponitur, cũ ipse ex munere sibi commisso, puniendi, & corrigẽdi,hęc crimina amplissimam iurisdictionem & potestatem habeat .c.licet, c.irrefraçabil. de officio ordinarij, c. de persona.11.q.3.Conci.Trid. sess.24.c.20.de reform.vbi interdictũ est Decanis,seu Archidiaconis,vel alijs inferioribus iudicibus,criminales causas etiamvisitando iudicare.Quæ potestas, & iurisdictio non solum eis cõpẽtit aduersus clericos(quos sæculares appellamus) verum contra regulares,si extra claustrũ vitam agentes,delictũ aliquod fuerint perpetrati.Conc.Tri.sess. 6 c.3.de refor. nec iuuari possunt Clerici,ad effugiendam hancordinariam iurisdictionem,subprętextu immunitatis,aut exẽptionis,non obstantibus quibuscunque consuetudinibus,aut cõcordijs etiam iuramento confirmatis,vt in.d.Concil sess.14.c.4.de refor.Imò ad defendendam suã iurisdictionẽ procedere possunt ordinarij,contrâ eam turbantes & impedientes,etiam si fuerint exẽpti,vt egregie scribit Innoc. in c.dilectus,de pœnis,quem sequitur Step. Aufrer,in tract. de potest. sæcular.super Eccles.personas,n.23.Ioan. Rojas,Valentinus Inquisitor in tract.de hæreticis.1.par.n.555.cũ sequẽti asse

uerãs

uerans, quod cum ipse esset Episcopatus Pampilon. Vicarius generalis, ità in forensibus controuersijs obtinuit, contra Canonicos regulares illius Ecclesiæ, & contrâ quosdam monachos diui Bernard. Ipse quoq; Inno. singularem sententiam receptam vidi contra moniales exemptas, quæ mulierem nuptam, intrà claustra monasterij iniustè detinebāt, & hac ratione, iustissimè iudex ordinarius contra ipsas censurijs Ecclesiasticis processit: quousq; mulier ipsa, marito fuit restituta Idéque in similibus casibus erit obseruandum.

☞ Cōpetit quidem Episcopis amplissima potestas, & iurisdictio: visitandi, corrigēdi, & emendandi clericos omnes suæ diœcesis, etiam capitulares cathedralium, aut maiorum Ecclesiarum vt, solus hac iurisdictione vti possit: nō obstantibus exemptionibus, consuetudinibus, sentētijs, iuramentis, concordijs in contrariū Concil. Trid. sess. 6. c. 4. de reforma. Quæ decisio non solum obseruanda est, quando visitat: sed etiā quoties ex officio vel ad partis petitionē procedit in casibus in dicto decreto diffinitis vt probat idem Conci. sess. 25. ca. 6. de refor. cū verò Episcopus vel eius generalis Vicarius extra visitationem cōtrâ capitulares procedit longo aliter est obseruandū. Pro cuius declaratione oportet premittere, quid sacri antiqui canones circâ hoc decreuerint. Etenim Conc. Cartha. 4. c. 23. his verbis diffiniuit *Nullus* (inquit) *Episcopus nullam causam audiat sinè suorum clericorum præsentia alioqui sententia sit irrita*. Quod retulit Gra. in. c. Episcopus nullus iff, q. 7. Et quanuis Concilium illud Cartha. fuerit prouintiale in ca. 1. de excessi. prælа. fere idem fuit stauilitum, nempè quod Episcopus minime sententiam interdicti proferat, vel clericos suspēdat sinè iudicio capituli quo loco glo. consensum cap. expoſcit ex tex. in c. quæsiuit, de his quę fiūt a maio, par. cap. cum alijs congestis à Fe. in c. irrefragauili, col. 2. de offici. ord. Quæ opinio seruāda est quandò de graui & seuera pęna imponēda tractaretur Ioā. And. Ant. de Butrio Abb. & omnes, in d. c. 1. glo. Arch. & Domi. in c. 1. de hæret. lib. 6. oldr. consi. 251. Vnde veteres canones, qui consiliū capitŭli in suplicio cleris inferendo desiderant, quales sunt tex. in c. 3. de consue. lib. 6. capit. nouit. c. quantò de hisque fiunt a pręla. glo. in verbo percapitulum in d. c. irrefragauili locuntur in leuibus criminibus, in his etenim consilium capituli ab Episcopo requirendum est. Itaque ex his quę Doctores diuersis locis tradiderunt, hæc colligitur resolutio, quod considerata criminum qualitate, iura requirētia consilium de cōsensu sunt intelligēda si ardua & grauia sunt. Si verò causa leuis & parui momenti fuerit, vel non admodum grauis sufficit consilium absquè cōsensu requiri. Hodie verò ex Sacro Concilio Tridētino sess. 25. cap. 6. de refor. suprâ allega. nullo modo Episcopus cum extrâ visitationem aduersus capitulares procedit id facere poterit, absquè cōsilio & assensu duorū canonicorum qui singulis annis ad munus hoc sunt nominandiv-

bi forma, quę in procedendo diffiniendo obseruanda est prescribitur quæ si omissa fuerit omnia irrita sunt & inania.

Conci. Tridē. ti. interpretatur.

Quam equidem constitutionē lo cū obtinere cēseo, in quibuscunque criminibus, quanuis grauia non sint: quia generalia concilij verba, nullam circa hoc restrictionem patiuntur. Quodprudētissimē ex eo factum fuisse cē seo: nam cum nō omnino iure sit diffinitum quæ crimina grauia sint vel leuia, sed hoc magis ex prudentis iudicis arbitrio depē deat, innumeræ lites ex his concertati onibus orirentur & indē daretur âsa, qua capitulares molestijs afficerentur, quibus obiare potissima fuit cura. Cōcilij in Ecclesis verō quibus contraria est consuetudo, illa seruauitur prout Concilium ibi decreuit.

☞ Nec possunt Clerici, aut laici, in criminibus mixti fori, fugere ab hac ordinaria Ecclesiastica iurisdictione, etiam si allegēt se habere certos, & peculiares iudices, per literas (quas conseruatorias nuncupāt) vt eos amolestijs & iniurijs defēdāt (vt moris est) dictę nempe literæ, cum quibuscunq; clausulis, aut decretis nullius momenti sunt. Conci. Trid. Sess. 14. c. 5. de refor. Excipiūtur tamen generales Vniuersitates, seu Collegia Doctorū, vel Scholasticorū, vel regularia loca, aut hospitalia actu hospitalitatē obseruantia: quorum personę, suis priuilegijs & exēptionibus, circa iurisdictionem suorum iudicū conseruatorum, frui minimē prohibentur.

Sed dubiū egregium, & in praxi frequentissimum, neç alienū ânostro instituto se offert, Vtrū dicti conseruatores Vniuersitatum, vel religiosorum, aut piorū locorū, possint de omnibus causis, cuiuscunque conditionis cognoscere. & dubium facit Innocentij quarti Pontificis Maximi constitutio in. c. 1. de offic. dele. lib. 6. qua his iudicibus conseruatoribus, tātūm concessum est, vt de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscant: nec ad alia quæ iudicialem indaginem exigunt, suam possunt extēdere potestatem. Idem decretum est in c. fi. illo titulo. Quod si præscriptam formam fuerint transgressi, eo ipso per annum suspensi sunt. Imo & quod non vulgarem difficultatem habet Regia constitutio prima. tit. 8. lib. 1. ord. nou. diffiniuit minimē posse iudices conseruatores id transgredi, etiam si vberior potestas & iurisdictio in rescripto concessa fuerit: ꝙ si ad vnguem non seruauerint pœna amissionis, naturalitatis, horum regnorum puniuntur.

Verius tamen videtur, nō esse prædictis iudicibus prohibitum d̄ alijs causis vltrā violētias, & manifestas iniurias cognoscere: si in literis Apostolicis, illis fuerit indultum, quod ex eo manifestē patet. Quia Summus Ecclesię Pręsul, causas ad Ecclesiastica tribunalia exspectātes auocare potest, & alteri terminandas committere. vt in c. nostrā. de appel. c. pastoralis. §. prętereā, de offi. d̄ le. c. Ecclesia, in. 2. verbo: *Nos quidquid*, vt lite pend. Conci. Trid. Sess. 24. c. 20. de reform. conducit. text. in. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. tradit vltra alios latissime D. Couar. in præ. q. c. 9. Et

istorum iudicum potestas â literarum facultate depẽdet, cap. recepimus. §. porro. de priuileg.

Nec refragatur tex. in. c. 1. quia loquitur quandò cõseruatorum potestas est limitata. Secûs verò si ampla tribuatur iurisdictio, quia tũc impunè ea vti possunt. Qua propter illius text. decisio ferè hodie inutilis est, cûm amplior forma recepta sit, vt scribit Ioan. Andr. ibi in casus positione, & ibi etiâm Archi. & Domi. idem Domin. in. d. cap. fin. §. conseruatores, Petrus Rebuffus in. l. 48. in fine. ff. de verb. signif.

Regiæ constitutiones. 1. & 5. tit. 3. li. 1. ordinoui explicantur.

Nec minus aduersatur præcitata Regia lex prima disponens, non esse alicuius valoris iurisdictio, quæ cõtra dictam prohibitionem concessa fuerit. Quia interpretanda est in casu, d. c. 1. cũ quo concordat: vel quandô talis concessio tenderet in præiudicium Regiæ & sæcularis iurisdictionis: non verò quandô ea iurisdictio daretur tantũ inter Ecclesiasticas personas, quarum causę corâm iudicibus Ecclesiasticis sunt tractandæ, vt in. c. si diligenti. de foro comp. cum alijs Regia lex. 57. tit. 6. part. 1. Vel si causa esset Ecclesiastica, vt in Clem. 2. de iudi. l. 56. eadem par. 1. His nempe casibus, Pontifex Summus liberam potestatem & iurisdictionem obtinet, nec Regia potestate potest impediri. c. nouit. de iud. l. 5. tit. 3. lib. 1. ordin. noui. & quod iste sit verus, & germanus intellectus. d. legis ex verbis ipsius colliges: cûm dicit: *Los conseruadores dados, y diputados por nuestro muy Santo Padre, no sean osados de perturbar la nuestra iurisdicion seglar, ni se entremetan a conocer, ni proceder*, &c. Intelligenda quidem lex est inter laicos: & exceptio, quæ statim sequitur ibi. *Saluo de injurias y offẽsas manifiestas, y notorias, que suelen ser hechas a las yglesias, o monasterios, y personas Ecclesiasticas.* Interpretãda est respectu laicorũ.

Vndê ex illa lege singulariter colligo, iudices conseruatores religiosorum, vel mendicantiũ, posse non solûm contra Clericos, stante dicto decreto Concilij Trid. procedere: sed cõtrâ laicos, pro manifestis iniurijs, vel violentijs personis Ecclesiasticis illatis, quãuis rei sint quiâ minimè ex hoc defraudatur Regia iurisdictio, y cum talia crimina mixti sint fori. c. cûm sit generale. de foro compet. l. 58 tit. 6. p. V. l. 4. titu. 18. ead. par. & cûm dicta Regia lex. 5. tit. 3. lib 1. or. Loquatur de laicis, in illis regulã constituat, exceptio qua permittitur conseruatoribus, de manifestis in iurijs, & violẽtijs cognoscere contra laicos dubio procul intelligenda est, cum exceptio sempêr ex regula profluat. l. nam quod liquidê. §. fin. ff. de penu. legat. & huic interpretationi non vulgariter suffragatur. l. 2. titu. 8. lib. 1. ord. noui. dicens: *Iuezes Ecclesiasticos ansi conseruadores, como otros qualesquier, no seã osados de exceder los terminos del poderio, que los derechos les dan en sus iurisdiciones: y si excedieren lo q̃ los derechos disponen, y en la nuestra jurisdicion Real se entremetieren, y la atentaren vsurpar, y entre legos, sobre causas profanas* &c. Nó certê inter Clericos, nec circâ causas Ecclesiasticas lex illa aliquid diffiniuit.

Et nota, quôd tunc dicetur manifesta iniuria,& violentia inferri, vt pateat aditus iudicibus conseruatoribus contra laicos procedendi,quando monasteriũ vel religiosi sua possessione perturbantur,aut eorum priuilegia exẽptiones & immunitates violantur.c.cum sit generale de foro. comp. quod in qualibet oppressione locum obtinet.in cap. si clericus.eo.titu.Abb. & Doctores in.d.c. cum sit generale. vbi Socin.nume.18. Lap.alleg. 58.& 72. & est optimus text.in capit.conquestus.de foro cõpe. vbi iudicibus Ecclesiast.permitti rur laicos compellere,vt pro iniurijs & damnis Ecclesiæ illatis competenter satisfaciant,& conducit tex. quem ibi ad hoc not. Barb.in.c.licet.de pœnis,in verbo,*Exigunt*. Quia exigere est ab inuito extorquere.l.lex fidei cõmiss.ff.de lega.3. & est hodie egregia decisio Conci. Trid.sess. 22.c.11.de reforma.& in propriis terminis huius propositæ controuersiæ tenet Io. Lap. Hispanus(vir magni nominis) in rep. c.per vestras.de dona.inter vi.& vxo.5.sed pulchra dubitatio.nu. 3.fol.magno. 181. Et ità non semel iudicatum vidi,maximê hoc anno.1583.in fauorem religiosissimi,totoque orbe celebratissimi Collegij Societatis Iesu, huius Complutensis populi. Nam cũm quidam ciues oppidi de *Loranca*,vim dicto Collegio quibusdam suis prædijs intulissẽt, meo consilio querela huius oppressionis, & violentiæ, proposita fuit coram Vicario generali huius Complutensis curiæ,tanquam iudice conseruatore, & luçêt reis personaliter citati,declinatoriã fori exceptionem proposuerũt, causa ad Regiam Pintianam curiam fuit delata, declaratum in ea fuit,nullam vim à iudice conseruatore illatam fuisse,& causa ei remissa fuit.

Hæc de conseruatoribus mendicantium ordinum,piorumque locorum:cõseruatores verò Salmanticensis Pintianæ, & Complutensis Academiæ, indistincte de omnibus causis in fauorẽ Doctorum,vel Scholasticorum,cõtrà laicos procedere possunt.l. 8.titu.7.lib.1,dicti noui ordina. cum dicit.*Que el Maestre escuela o su lugar tiniẽte pueda conocer,y conozca de todas las causas tocantes a la dicha Vniuersidad,y a las personas del dicho Estudio, aunque no sean iniurias, ni fuerças notorias y manifiestas.*

Ego N. Presbyter.

CAPVT. IIII.

1 *Laici Clericos accusare nõ possũt.*
2 *Prælati cauere debẽt,ne officialiũ suorum officia sub annuo censu locentur.*
3 *Fiscalis curiæ in principio officij iurare tenetur.*

CVM enim in curijs Ecclesiasticis officio fiscalis functuri,vltra laicorum crimina,clericorũ etiam flagitia accusare,seu denũciare debeant, & laicis interdictum sit clericos accusare,aut in c. Laico.& in.c. Sicut Sacer.2. q.7.optimê faciunt Prælati,si Sacerdotes,aut in sacris saltem cõstitutos viros,similibus præficiunt officijs: illa nanque non ea quæ sæculares viri inuidia,ac infestatione,

festatione, clericorum flagitia accusabunt, aut iudicibus nunciabunt, & vitia solum persequentes, reorum personas tanquam in eadẽ sorte Domini vocatas nõ abhorrebunt. Fiet insupêr, vt ad occultanda crimina, non sic facile muneribus corrumpantur. quôd tandem prudênter statutum inueni inter Constitutiones Cęssaraugustanæ Prouinciæ cuius est Ecclesia uostra Calagurritana, in tit. de procurat. in constitu. penul. tenoris seq. Nullus de cætero procurator fisci admittatur, nisi in sacris sit ordinibus cõstitutus, suffraganeis nostris, & eorum officialibus contrarium faciendi potestatem omnimodã
2 adimentes. Debent tamen Pręlati cauere ne similia officia illis
b vel alis sub annuo censu locẽt.[b] Nam dum hoc fit, feruent vitijs omnibus rei publicę, Clericiq; ac laici facinorosi, non vitę emẽdatione, sed pecuniæ præstatione canonicam vltionem effugiunt, quam promerentur, sicque dum quid offerre possint, habeant, quod in eis aliquid puniri possit, non timent. Cûm præterea synodalium testium vsus simul cum ipsa synodorum celebratione (nõ paruo Christianitatis dispendio) perierit & eorum loco in singulis diœcesibus ij, quos fiscales vulgus appellat, creati videantur, non minima debet esse pręlatorum cura, vt ad huius officij onus & exercitium prudentes, fideles, ac solertes viros eligant, qui subditorum suorũ spiritualia vulnera valeant inuestigare, illaquę iam nota, & probatione non difficilia prælatis eisdem, aut suis Vicarijs reuelare ignauia non differant, aut perfidia dissimulent. Et vt hoc diligê- 3
tius obseruent, aduertant semper Prælati, seu eius Vicarij in creationibus talium fiscalium vt c
eos faciant ante omnia iurare c, quod officium suum fidelitêr, diligenter, & legaliter exercebũt. Cûm enim tales censeantur publici denunciatores, tenentur in principio sui officij iurare, vt notat Angel. in. l. si vacantia. de bõ. vacan. lib. 10. quem refert Præpo. in. c. ꝺ accusat. 2. q. 8. col. 65.

A *Accusare.* Videlatê Prępositum in. c. laicos. num. 4. 2. q. 7. glo. Abb. & Doctores in. c, ex parte. de testib. l. 3. titu. 3. lib. 1. noui ord. Idque egregie in Concilio Prouin. Toleta. celebrato anno. 1566. act. 2. c. 11. his verbis difinitum est. *Fiscales ab Episcopis deputentur, qui vel Sacerdotes sint, vel intra sex menses ad sacrum ordinem, intra annum ad sacerdotium promoueri possint, & promoueantur. Alioqui ad vsum proprij muneris nequaquam admittantur.* Et duas rationes, proptêr quas laici â clericorum accusationibus repellũtur. Scribit Ioan. Crot. in tract. de testib. n. 56. Hieron. Gig. in tract. de crimine læsæ Maiest. in rubr. quomodô & per quos criminen læsæ Maiest. prob. quæst. 15. Possunt tamen laici in aliquibus criminibus Clericos iure optimo accusare. Primô, in crimine hęreticæ prauitatis. c. Sacerdotes. c. oues. 2. q. 7. Secundo, in crimine læsę Maiest c. sane. 15. q. 3. glo. in summa. 2. q. 7. & ibi Prępos. Archid. Bellam. & Cardi. â Turrecrem. in. c. 1. ibi. Tertiô, in crimine dila-

Decẽtraduntur casius quibus laici Clericos accusare possũt.

ne dilapidationis.c.non liceat.7 q.2.& hoc inter doctores communiter receptum esse testatur. Fe.cons.183.num.3.Iul. Clar.in præct.crim.§ fi.q.14. vers. Propter reuerentiam. Quarto,quando laicus suam vel suorum iniuriã prosequitur .c.omnibus. 4. q.7.c.de cętero.de testib.& licêt Archi.in summa.2.q.7.in ea sit sententia,vt existimet,id procedere,quando ciuiliter agitur: secus verô si criminaliter: Sed verius Hosti.in.d.c. de cætero. çontrarium censet scribens,permissum esse laicis Clericos accusare,tam ciuiliter quam criminaliter,si suam vel suorum iniuriã prosequantur: cui se subscribit Præpos.in.c. quod verò.2.q.7. col.1.allegans text.in c. Maximianus.81.dist. Quinto,non est locus regulę in crimine simoniæ tex.in.c.teata.de simo. Sextô,in crimine sacrilegij.text.in.§. qui autem.17.q.4.Septimô,quando semel laicus admissus fuit ad accusandum Clericum,quia posteâ non potest repelli. Ita scribit Aug. Ber.in.c.1.n.4.de accusat. quod manifestê iuri contrarium est: nã cûm iste fauor,qui in hoc versatur in fauorem totius sacer dotalis ordinis fuerit introductus,minimê in eius præiudiciũ & pernitiem Clericorum laicos ad eos accusandos aduersus sacras constitutiones magno consilio æditas admittendos esse cẽ seo.Octauo,& vltra supradictos casus illud censeo notatu dignũ, quod speciali iure santeum est, parochianos posse proprium sacerdotem & rectorem denuntiare,cum sua interfit habere bonũ pastorem,& ab omni scelere immunem.In hoc equidem doctores omnes cõueniũt,teste Arch. in.c.illa.nu.7.de accusat. & est communis sententia,si credimus Iulio Claro.d.§.fi.q.7.idem profitetur ipse Aret.in c. ex parte. de testib.Scribit tamẽ circa hoc eleganter Host.in tit.de inquisitione.§.2.ver.vt autẽ.quod Prælati non debent passim,nec frequenter recipere eas cartulas, quas rustici cõtra rectores suos clanculo offerunt:nec tamen debent esse nimis increduli: nam solent hæ manifestationes non vulgarem commodam & vtilitatem reportare, si iudex maturo consilio & prudentia veritatem indagauerit, vel saltem legitimã causam inuenerit,vt seruato iuris ordine ad inquisitionem criminis deueniat. Non tamen superdictis capitulis aliquo modo procedendum est,etiam si in ipsis copia testiũ exhibeatur: sum quia incertus est illorũ auctor, etiam quia capitula illa extraiudicialiter fuerũt producta,quod si aliter fieret processus esset ipso iure nullus.Ita scribit Iul.Cla. in pra.cri.§.fi.q.5.vers. Scias enim,dicens apud suos ita seruari.Nono limita,quando crimen esset notorium.c.cum dilectus. de purg.can. Abba.in.d.c.de cę tero.vbi Feli.nume.6.de testib. Quintil.Mãdosi.vir doctissimus in anno ad Lap. alleg.11. litera E.Decimo limita,in patrono laico,qui presbyterum dilapidantem bona iuris patronatus accusare tenetur,c. constitutum. 16. q.1. gl in c.filijs.16 q.7. tradit latissimê Cæsar Lãb.de iure pat. lib.3 art.2 q.2.quem vide.

Locent. Adde Caieta.in sũma. in verb. B

in ver. officiorũ venalitas. Dom. Soto lib. 3. de iust. & iu. q. 6. ar. 4. Frat. Fran. â Victoria in priuato consilio, quod de hoc argumẽto vernaculo sermone ędidit. Mart. Nauar. in manuali confessorum latino c. 25. nu. & 7. lege quæ circa hoc lõge lateque scribit noster Bernardus Diaz de Luco, qui ob eius summan integritatem ingentm vberrimãque doctrinam dum in supremo iudice dictionis prætorio esset incorruptus senator, & summę integritatis vir ob syncerissimam eius fidem, & sæpiũs exploratam sanctitatem â Carolo. 5. huius nominis Cæsare, & primo Hispaniarũ Rege selectus, eodemque munere syncerê functus Calagurritanæ & Calciatensi amplissimis Ecclesis ab ipso Cęsare Maximo designatus: tandẽ Pontificis Romani suffragio, vt reipublicæ Christianæ maximum esset ornamentum Episcopi titulo fuit insignitus. Et paulò post cum singulari pietate & religione pontificale munus exerceret ad impiorum hæreticorum labes extirpãdas, ad Tridentinum Cõcil. fuit vocatus, quo incredibilis eius pietatis & religionis amplissimũ præstitit testimonium. Qua ratione passim Doctores eũ summis laudibus celebrant maximê Insignis D. Couar. in. 4. lib. decret. 2. par. c. 6. nu. 14. iuris vtriusquæ consultissimũ, meritô appellat, & doctissimus & obseruantissimus Præsul nuncupatur ab eodem li. 1. var. resol. c. 11. nume. 5. & vir moribus de doctrina excellens in rub. de testa. 3. par. nu. 26. & multis in locis practicam istam excellentissimam esse testatur. & eum meritissimum pastorem Calagurritanę Ecclesiæ nuncupat Petrus Auend. in cap. prętor. 2. part. cap. 5. nume. 26. & nouissime eruditissimũ & christianissimum Episcopum nuncupat insig. Nauar. cõsi. 1. tit. de hęret. num. 7. inquam, in tractat. cui titulum fecit, *Instruction de perlados.* cap. 19. & 20. Iurisdictiones verô Ecclesiasticę, siuê facultates nominandi Vicarios in spiritualibus locari minimê licet, nec conductores per se ipsos, aut alij eorũ nomine, ea munera possunt exercere, aliter concessiones etiam â sede Apostolica factæ subrectitiæ iudicãdæ sũttita decretum est in Sacro Concilio Trid. sess. 25. c. 11. de reforma. In Cõcilio vero Prouin. Tole. act. 2. c. 15 ann, 1565, iustissime decretum fuit, vt Notariorũ Ecclesiasticorum, nec nõ promotoris fiscalis officia, & cætera alia quæ ad iurisdictionem Episcoporum, & aliorum inferiorum spectant, minimê vendantur, vel locẽtur, alioqui siquis illius decreti transgressor fuerit, hac pana mulctatur: nempê vt lucrum non acquirat: imô in animæ iudicio fabricę Cathedralis Ecclesiæ restituere tenetur, & qui officium ità fuit assequutus, illo priuaridebet, quòd vtinâm in omnibus tribunalibus seruaretur.

Ioann. Bern. Diaz de Luco.

Iurare. Adde Ang. in tract. maleficio. in verbo, Nec non ad denunciationẽ. col. 2. Petrum Foller. in practi. crim. in parte audiãtur exceptiones. nume. 65. pag. 162. Lod. in practi. crim. c. 6. nu. 11. Add Bart. in. l. Diuus. ff. de custod. reorum.

Prome-

Promotor seu fiscalis cuiæ vestræ.

CAPVT. V.

1 *Fiscalis à Prælato vel iudice creatus loco officij iudicis succedit.*

2 *Iudex ex proprio officio procedens, infamia præcedente, cogere potest reum ad iurandum de veritate dicenda.*

1 OFficiũ huius fiscalis creati â prælato, vel iudice, loco officij iudicis succedit, & quod facit iste ex mandato iudicis, videtur facere ipse iudex, vt notat Præpo. in. c. de accusat. 2. q. 8. col. 36. & col. 39. Vnde non tanquam pars accusans debet iudicari. Pro quo optime facit, quod notat Innocen. & alij, vt refert Felinus in col. 2. in ca. Cûm clamor. de test. quod quando persecutor inquisitionis est datus â iudice, ad ipsam inquisitionem prosequendam, tunc quia talis non est proprie pars, sed minister iudicis, ad eius instantiam possunt testes repeti, quia nunc potius iudicis officio repetuntur. Ex quo ego aliâs dicebã in contingentia facti, quod sicut iudex procedens ex officio suo, & non ad petitionẽ partis, præcedente infamia, potest reum cogere ad iurandum de veritate
2 delicti[a], de quo infamatus est, vt notat Abb. in. c. Cum supet. de confess. quasi ad finem. Pari modo poterit hoc facere ad petitionem dicti fiscalis, cûm hoc tamẽ necessario temperamento, videlicet nisi fiscalis prosequeretur talem accusationem, exquasi vincat, defertur lucrũ sibi ab aliqua constitutione synodali, vel consuetudine præscripta, cum tunc videatur sequi proprium interesse, & ad id oporteat probationes habere legitimas.

ANNOTATIO.

NOta circa huius capitis argumentũ, quod quilibet merum imperiũ habens, potest hoc ꝑmotores, seu fiscales (quos vocant) creare. vt docet Bar. in. l. Diuus. ff. de custodi. reor. Ioã. de Anna. in. c. sicut olim. nume. 2. de accusat.

A *De veritate delicti.* Adde Bar. A
hanc opinionem tenentem. in. l. inter omnes. §. rectê. in fine. ff. de furt. cuius opinio ab omnibus approbatur. teste Aug. in tract. malefi. in addit. Ang. in parte, *Comparuerunt & confitentur totum.* nu. 13. quã opinionem communem esse fatetur Hyppo. in. l. quæstionis habendæ. nu. 72. ff. de quæst. Ant. Gom. lib. 3. var. resolu. c. 1. nu. 65. & esse magis communem asseuerat Iul. Clar. in pract. cri. §. final. q. 45. vers. Sed quæro nũ quid. Quæ opinio Forensi consuetudine recepta est. teste Maria. Soci. in in. c. qualiter & quando. num. 227. de accusa. q. 84. Et communis totius Italiæ stillus, iam pridem eam recepit. vt memoriæ mandabit Bart. in. l. 1. nu. 6. C. de iur. col. & eam dicit communem, & apud suos obseruari Doctissimus Octauian. in decis. Pedam. 66. nu. 7. & in Hispania seruatur, quia ei suffragatur egregia Partitarum. l. 4. ti. 29. par. 7. vbi magnus Greg. Lop. idẽ anno

tauit

tauit in glos. incip. *Iurar que digala verdad.* Quamuis propter manifestatam periurij causam, eam increpet Clar. vbi paulo ante allegaui. Vnde apud Gallos non iuramentum, sed sola fidei interpositio adhibetur. vt refert Marcus decis. 674. quod Hispanica lege apud nos seruari, piè desiderabat egregius Ant. Gomez. (quem præceptorem Salamanticæ habuisse anno Domini 1554. nunquàm pœnitebit) is inquam lib. 3. vari resol. c. 12. n. 15. non æquidem oportet, nec decet iuramentum exigi, quando periurij crimen timetur. cap. clericos. de coha. cler. Sed quãdo iuramentum exposcitur, â iudice secundum iuris normã procedente, dubitandum non est, quin reus eius religione astrictus, veritatem patefacere teneatur: nec vllo modo potest, etiã ad effugiendas aduersarij calumnias, iudicem fallere. vt docet S. Thom. 2. 2. q. 7. art. 3. & ex nostris tenuit Bald. in rub. C. de fid. institu. nu. 3. Abb. in. cap. olim. in. 1 colum fin. de rest. spol. & in c. sicut. in. 3. col. 6. de iureiuran. Ias. in. l. cum proponas. col. 2. C. de pact. quam opinionẽ esse profitetur Areti. in. l. decem. num. 7 ff. de verb. obliga. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 2. nu. 1. circa quã vide late Mart. Nauar. in. c. inter verba. Corro. 65 num 237. concl. 6. 11. quæst. 3. & vide quę latè scribo inf. cap. 124.

D. Ant. Gomez.

Denuncio.

CAPVT. VI.

1 *Publicæ denunciationis diffinitio.*

2 *Officiales infames, vel criminosi à denunciatione repelluntur.*

3 *Fiscales ex communi curiarum stilo non notoria scelera denuntiare possunt.*

4 *Iudex Ecclesiasticus minimè debet permittere clericum sine delatore de occulto crimine accusari.*

5 *Delator debet se obligare, quod probabit quod in denuntiatione proponit.*

6 *Quãdo probasse dicatur, quod denũciat, vt ab obligatione liberetur*

7 *Iudices Ecclesiastici non debẽt ad clericorum capturam sine informatione procedere.*

8 *Sententia absolutoria, super denunciatis prolata prodest sicut lata super accusatis.*

9 *An iudex Ecclesiasticus accusare volentibus terminum prafixere teneatur.*

10 *Offensus si dixit se nolle accusare, & ideò ad inquisitionem iudex processit: offensus postea accusare volens, audiendus non est.*

11 *Fiscalis de quocunque crimine potest clericum accusare.*

12 *Scribitur egregia Cæsaraugustanæ Ecclesiæ synodalis constitutio.*

HAbuit enim sub denunciationis verbo, hanc delictorum cõgeriem scribere: quia fiscoporum promotores, seu fiscales magis denunciatoribus, quã accusatoribus assimilari par est. Vt licet variæ sint in iure denunciationis species, vt declarat Hericus in capit. Nouit. de iudic. fin. column. Et latiùs ibi prosequitur Abb. & diffusius Præp. in capit. de accusat. 2. quæst. 8. in colum. 56. & pluribus alijs.

Illa tamen, quæ materiam noſtram complectitur, eſt denuncia tio, quæ dicitur publica, quã ſic diffiniuit, ſeu deſcripſit Præpo. vbi ſuprâ, in columna. 64. Eſt enim denunciatio, criminis alicuius apud competentem iudicem, per officialem ad hoc deputatum facta delatio, ad pœnam eidem inferendam. Competit nanque hęc ex mero iudicis officio procedentis in ea ad denunciationẽ, ſeu promotionem ſuorũ officialium, ſecũdum prædictos doctores, vbi ſuprâ, & fundatur ex.l.ea quidem.C.de accuſat. & cap.Epiſcopus in ſynodo, 35.q. 6.&.l.diuus.ff.de cuſtodia & exhibitione reorum cap. prætereâ
2 de teſtibus cogendis. Et nota quôd ab iſta denunciatione repelluntur officiales, ſi ſunt crimi
a noſi, a vel infames, notat Henricus.d.col.fin.allegat textum. &
3 quod ibi notat Bernar.in.d cap. Prætereá. Et licêt in hac materia denunciationis publicæ Doctores communiter ſcripſerint in.d.cap.nouit.& in.d.l.Ea quidem, quôd notaria tantum crimi
b na denunciari poſſunt. b Communis tamen ſtylus curiarum Eccleſiaſticarum admiſit, vt in diſtinctê illarũ fiſcales, ſeu promotores accuſationes ſuas, vel propriùs denunciationes inſtituant in quo videtur recepta opinio Saliceti in.d.l.Ea quidem, dum dicebat, quod etiã non notoria denunciari debent, dũmodô probari poſsint. quod æquum videtur: nam ſi de ſolis notorijs criminibus clerici per fiſcales accuſandi eſſent, plũra alia, quæ ſæpiûs occulta, & ſi probabilia ſũt
4 impunita manerent. Vnum autẽ conſulendum ſe offert iudicibus Eccleſiaſticis, vt non permittãt, de aliquo occulto crimine accuſari clericum apud eos per fiſcales, niſi delatorem ſibi priùs obtulerint aut videant, quod dicti officiales ſufficienti probatione, aut ligitimis indicijs muniti cauſam ipſam aggrediũtur. c Si enim ç Reges noſtri ſuis fiſcalibus iniungunt, vt habeant delatorem, cur & ijs, qui ad accuſandos clericos creati ſunt officiales per Epiſcopos, hoc non præcipietur? Et quia de delatore mentionem fecimus, & hæc materia Canoniſtis non eſt familiaris: ideo circa eam notari debent ſequentes cõcluſiones. Quod quando iudex delatorem admiſerit, ille ſe obligare debet, de probando quod denunciat, ita quod fiſcus obtineat, vt probatur in authẽtica de exhibendis reis. §. 1. per quem ita determinat Lucas de Penna. in rubr. de delatoribus, libr. 10. col.2. verſi. Ad deferẽdum. Poſtquâm vero obligauit ſe probare quod detulit, ſi ſemiplenê proba uit, non ſufficit, quo minûs condemnetur ad pœnam, ad quam ſe aſtrinxit, ſi non probaret, vt concludit dictus doctor in.l.2. eiuſdem tituli, in.3. col. verſic. Sed pone. Si autem delator probauit crimen, & reus defenſiones iuſtas, tũc ſi tales erant adeô notæ, quôd delator habuit iuſtam cauſã credẽdi, quod iniquê procedebat ad delationẽ, tunc non excuſabitur â pœna. Secus autẽ quando detulit crimẽ, quod erat publicê notũ, & defenſiones taliter occultæ, & fama in cõtrarium habebatur: quia tunc delator excuſabitur â pœna, ſi ſuam

vel

vel ſuorum iniuriam proſecutus eſt. Si autem deduxit crimen in delatationem, cuius vindicta ſua non intererat, tunc puniendus eſt: quia ſe ad id aſtrinxit, quod ſua non intererat. Ita concludit idem Lucas in dict. columna. 3. & ſeq. Ego tamen crederem, in hoc ſecundo membro mitiùs puniendum delatorem, cui delictum fuit notum, & defenſiones occultæ, quam in caſu præcedenti: quia licet eius non interfuerit, ratione ſuæ vel ſuorum iniuriæ, potuit moueri zelo iuſtitiæ & publicæ vtilitatis, quæ verſarur in expurganda prouiucia malis hominibus. Quãdoverô reus abſolutus fuit, quia teſtes fuerunt reprobati, propter delictum delatoris producentis, vt quia corrupti pretio, vel aliâs falſum dixerunt, tunc benê credit Lucas, vbi ſupra, in. 4. colum. puniendum eſſe delatorê. Et idem dicit, ſi probatum fuit teſtes eſſe inhabiles, aut criminoſos, & hoc eſſe publicê notum delatori. Secùs tamen ſi ſunt repulſi ex alia cauſa, ſine culpa delatoris, vel quã ipſe potuit ignorare: quia tunc non tenetur delator ad pęnam, ſecundum eum. Quod tamen credit verum, vbi delator ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, aliâs videtur ſibi dicendum, quòd teneatur, quia non ſatisfacit ei, ad quod ſe ſpontê obligauit. Sed ego etiam in hoc caſu crederem arbitrio boni iudicis relinquendum, vt conſideret, an delator habuerit iuſtam cauſam ignorandi defectus teſtium, & an publicum fuerit delictum, & numerus teſtium ſufficiens: aliter enim nullus audebit crimina iudicibus referre quantuncunque illa probare poſsit timore alicuius occultæ defenſionis competentis reo accuſando. Placet prætereâ dicti doctoris ſententia in. d. l. 2. colum. 5. verſic. Item quid fit. dum tradit, quôd ſi quis denunciat plura crimina capitalia, quæ ſe obligat probaturum ſub aliqua pęna, & ex illis vnicum probat ſufficiens ad condemnationem capitis, quod non euitauit pęnam, quia non impleuit quod promiſit, & ſibi imputet, qui ſe onerauit ad ſuperflua cõprobanda, quod poſsit practicari in materia noſtra, quando quis detuliſſet plura crimina depoſitione, vel aliqua pęna canonica digna, & vnum ſolûm probaret, imo plus aſſerit dictus doctor, quod qui ſe aſtrinxit probaturum crimen ſub certa qualitate in denunciatione deducta, quod non excuſatur â pœna, ſi non probauit crimen cum eiuſdem circunſtantijs, & qualitatibus, prout detulit, quamuis crimen probauerit fuiſſe commiſſum, vnde in hac materia delatorum iudicibus Eccleſiaſticis conſulo, vt cûm eos acceperint, denunciationem ab illis factam in ſcriptis redigant, eoſque aſtringãt ad probandum omnia crimina ibi deſcrita, cum ſuis qualitatibus ſub pęna in obligatione declaranda, monendo eos vt crimina, quæ probare non poſſunt, in delatione non inſerant, nulla in eis poſt monitionẽ, & obligationẽ pęnitẽtia recepta: quia aliâs clerici accuſati de varijs criminibus, infamati manent apud populũ, qui cûm accuſationis notitiã

habet, non semper defectum probationis aliquorum capitulorũ intelligit. Nec decipiat quosdã iudices pietas quædam nociua, quæ eos retrahit â condemnatione expensarum, & pœnæ, quia vident delatores aliqua ex his, quæ detulerint probasse, magis in hoc amantes susurrones, & maleuolos fouere, quàm Clericorum honori & famę consulere. Nec prætereà ob id quòd delatores habeant obligatos ad probandum crimina, quæ deferunt, faciles debent esse iudices in captura Clericorum, maximè in grauibus delictis, nisi priũs sufficientem habeant informationem, d quia si postea deficit illa non satisfactum est captorum Clericorum honori, relaxatione â carceribus, & condemnatione expensarum, & pœnæ facta contra delatores: cum infamia carcerationis ob famosum crimen vix aliqua relaxatione quantumuis honorabili, possit bene dilui, seu purgari. Et nota prætereá in proposito, quod sententia absolutoria lata super denunciatis prodest, sicut lata super accusatis. e Ita notat Præpo. in capit. de accusa 2. quæst. 8. in colum. 68. vers. quær. an absolutoria, allegat Sali. in l. Ea quidem vers. 15. quæro de accusationib. An autem iudex Ecclesiasticus debeat statuere terminum, f accusare volentibus? Abbas in capit. inter. de purga. canonic. col. 2. distinguit, videlicet, qnod si Episcopus vel superior habet probationes promptas contra infamatum, tunc non est necesse, nequè vtile statuere terminum accusare volentibus quia posset supponi amicus, & fieri colludium, & alia ratione de qua per eum. Si tamen non habet illas promptas, potest si vult, sed non est necesse, sufficit enim, quòd accusator se non offerat. Ego semper tamen intellexi dictam conclusionem, Abb. in delictis, in quibus non constat, quòd aliqua persona sit offensa ex eis. Aliter enim bene credem iudicem Ecclesiasticũ debere illam requirere, an velit accusare antequàm ex officio, vel ad fiscalis petitionem procedat. Nam si inquisitionem ex officio formauerit, vel ad fiscalis petitionem processerit, non requisita parte offensa, & posteà superueniat accusator, tunc seruanda esset distinctio Sal. in l. Ea quidem, ver. Quia prop. C. de ac. quam refert & sequitur Ange. in tract. malesi. in parte: hæc est quędam inquisitio. fol. 16. in parua impressi. Cuius etiam opinionem dicit communiter teneri Feli. in capit. Qualiter & quando, col. 2. in. §. licet. in fin. de accusa. quam distinctionem hic trã scribere nolo. Vnum tamen nõ 10 omittam in proposito, quòd si offensus dixit se nolle accusare, & ideô iudex formauit inquisitionem, vel fiscalem audiunt, & posteà offensus producat accusationem, tunc accusatio illa non debet audiri, nec recipi, quia iudex præuenit eum, antequàm reuocaret voluntatem suam, vt notat. Bald. in l. accusationem. C. qui accusat. non pos. quem refert Aug. in addi. ad Ange. in dicto. fol. 16. & quia posset aliquis dubitare, vtrum promotor, aut fiscalis, de quo in huius nostri

operis

11 operis denunciatione meminimus, posset clericũ accusare de quocunque crimine, nulla facta distinctione priuatum sit, an publicum, videtur in hoc dicendũ, quôd sic: quia de iure canonico
g omne crimen est publicum, g vt not. glos. in. ç infames 6. q. 1. & sequitur Bal. in rub. C. qui accu. non pos. in pen. col. & Rom. in singulari de. 81. Tu audisti. & talis est publici criminis natura, quod cuius ex populo competat ius accusandi, vt probatur in princip. inst. de publicis iudicijs quanto magis competere deberet officiali publico ad accusandum, vel denunciandum crimina deputato? & quia in materia huius capituli placet mihi constitutio Prouinciæ Cæsaraugustanæ, quæ habetur in tit. de accus. prima in ordine, libuit eam trãs-
12 cribere, cuius tenor talis est: Procurator fisci noster, seu sufraganeorum nostrorum nequaquâm ad agendum, seu denuntiandum prætextu officij sui cõtra aliquẽ admittatur donec proposita, seu denunciata credere esse vera, & se posse probare firmauerit iuramento. Quod si aliquo instigante per se, vel cum eo processerit ad prædicta, instigator ad expẽsas se obliget, vel det inde quam poterit cautionem: reus autem & citatus respõdere minimê cõpellatur, donec iuratum & cautum fuerit, vt præfertur. Contra factum sit irritum ipso iure. Cõsuloque omnibus Episcopis, vt in omnibus suis curijs, hoc idem seruari prẽcipiãt, iusta est enim prædicta decisio, & quæ honori prospici subditorum, & fiscales omnes vigilantiores reddit, eorumque leuitatem in accusando compescit.

ANNOTATIO.

VIDE plurima, quæ de hac denunciationis materia, de qua in hoc capite, scribit Bart. in. l. Diuus. ff. de custo. reor. vbi plures tetigit quæstiones huic loco accõmodatissimas, & in extrau. ad reprimendum in verb. *Denunciationem*. Ang. Aretin. in tracta. malefi. in verbo, *Ad denunciationem*. Ioan. de Anani in cap. sicut olim. de accusat. Boss. in tracta. delictor. tit. de denunciatione. pag. 101. Lod. in pract. crimin. capit. 6. pag. 18. Iulius Clar. libro 5. recep. senten. § final. quæst. 3. & 7.

Criminosi. Vide tex. in cap. cum A
oportet cum sequen. de accusationib. Host. in summ. tit. de denun §. quispotest. Anton. in cap. cũm dilectus. de accusatio. Bar. in. l. diuus nu. 7. ff. de cust. reor. quo loco scribit, quod prohibitus accusare censetur, etiam prohibitus denunciare. Sed opinio ista autoris nostri, minimê iam in forensibus controuersijs admittitur, nã isti officiales (quos appellant) qui ad denunciãdum constituũtur, vt in plurimũ sunt pauperes, & viles, & quandoq; infames, ita communiter seruatur, teste Ange. in. d. maleficior. tract. in parte *Nec non ad denunciationem*. numer. 4. Marian. in capit. qualiter, & quando. numero. 81. de accusationib. & ridiculum foret, si quis contrarium asseueraret. vt scribit Iulius Clarus. libro. 5. receptionsenten.

sentent. 5. fin. quæs. 7. versic. pro intelligentia.

B *Denunciari possunt.* Adde quod istam sententiam communem esse fatetur Cardin. Alex. in capit. de accusat. versi. quæro in malitia. 2. q. 8. Maria. in. d. qualiter & quando. n. 179. Mar. Nauarr. in. c. inter verba. 11. q. 3. conclu. 6. Corol. 63. n. 188. eamque sequitur Domin. Soto, vir religione, pietate, & literis insignis in tract. de ratione tegendi & detegend. secret. memb. 2. q. 6. p. 5. Sed vt bene aduertit autor, Stillus curiarum contrarium obseruat. idê testatur practica Conradi, fol. 235. numer. 5. in fine.

Domin. Soto.

C *Aggrediuntur.* Vide nouissimã & egregiam decisionem, quæ in Prouinciali Concilio Toletano, anno. 1565. statuta fuit act. 2. ca. 12. quæ sic loquitur. *Promotor Fiscalis apud Ecclesiasticum iudicem neminem deferat, vt eius delectatione inquisitio fiat, nisi quem legitima ac frequens grauet infamia, nec ex ea delatione iudices inquirere audeant: imo priusquam ad inquisitionem procedant, diligenter curent inuestigare, an ea infamia à maleuolis, an à prouidis & honestis, orta fuerit. Quod si promotor Fiscalis quenquam accusare velit, eo casu quo iure accusatio ei si permissa: accusatoris officio functus, eas leges sequatur: quæ publicis accusatoribus, his ve quibus iuris publici ratione accusare permittitur, iure vel consuetudine datæ fuerint. Sed si accusatus ab accusatione fuerit absolutus, nullo modo in expensis condemnetur. Imo si Fiscalis temere eum accusasse constiterit non solum expensarum solutione, sed alia pœna, iudicis arbitrio: propter accusationis temerariæ calumniam, omnino puniatur. Hactenus Toletanum concilium.*

Concilium Prouin. Toletan.

Informationem. Adde Sali. in. l. nullus. C. de exhi. reis. vbi scribit, iudicem posse malefactorem statim capere, modo qualis, qualis informatio interuenerit. Hypo. in. l. 1. num. 1. ff. de quæst. Foleri. in pract. crimin. in parte. *Notatus capiat de persona.* & vide quæ scribit autor infra, cap. 116. n. 5. & quæ ibi scripsi, vbi dixit, quod hoc casu sufficit quod de crimine præsumptiuê constet. At si crimẽ graue fuerit, prout noster autor probe censet, ad capturam absque sufficienti informatione, procedi non debet, vt de crimine hæreseos scribit Iacob. Septimacensis meritissimus Pacensis Episcopus in Catholicis illis, & eruditissimis institutionibus. c. 17. num. 2. & vide quæ nouissime scribit Licentiatus Rojas quondã Valentinus Inquisitor, nunc vero Episcopus Patensis Reuerendissimus in fin. & egregio tract. de hæreti. 2. part. assertio. 1.

D

Iacob Septimacẽs.

Super accusatis. Vide Bartho. idem tenentem in. l. Diuus. column. 3. ff. de custod. reor. & in. l. si cui. 5. eisdem. ff. de accusa.

E

Statuere terminum. Adde Bal. in l. quamuis in. 2. huius initij. col. 1. C. de adult. & est text. egregius, qui passim allegatur in. l. diffamari. C. de ingen. & manu qui licet indiffamãte, statũ libertatis lôquatur, locũ habet inqualibet causa, ciuili vel criminali, vt doctores ibi cõmuni cõsensu profitẽtur, & sentit Bart, in. l. Titia. ff. de accusatio. & in auth. ad hæc. C. de vsur. Cinus, Bar. & Bal. in. l.

F

L. diffamari. C. de ingen. & manumis.

in.l. si eo tempore. C. de remiſ. pign. Alberi. & Bald. in l. Papinian. §. ſi quis. ff. de inoffic. teſta. & eſt gloſ. not. in. l. ſed etſi per prætorē. §. ait Prætor. ff. ex quibus cauſ. maior. Innoc. in. c. cō quærēte. col. 1. de offi. ord. Abb. & doctores in. c. licet. de accuſ. quod latiſsimē tractat & reſoluit Anton. Gab. lib. 2. com. opinio. tit. de actio. concluſ. 6. Domi. Epiſcopus Couar. lib. 1. variar. reſolution. capit. 18. Deciſsio. Pedam. 151. per totam. & circa intellectum. d. l. diffamari. vide nouiſsimē Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum Præſulem D. Franciſ. Sarmiento in lib. 1. ſelect. interpreta. cap. 2. quo loco argutē ſatis â doctorum traditionibus recedit. Sed in practica non dubito, quin cōmunis & recepta ſentētia ſit ſeruāda, prout paſsim in controuerſijs forenſibus receptam vidi: & poſt hæc ſcripta legi doctiſsimum Doctorem Ludouicum â Molina, lib. 3. de primoge. Hiſpaniæ c. 14. nu. 23. cum ſequen. qui communem opinionē ſequutus, â noua opinione ſupradicta aliquibus rationibus innixus recedit.

Nota tamen ſingulariter, quod ad hoc, vt accuſator monitus, vt intra certum temporis ſpacium accuſationē proponat, vt eo lapſo nō audiatur, oportet quōd iudex interlocutoriā ſentētiā proferat, qua pronuntiet, eūvlterius non eſſe audiendum. Ita deducitur ex tex. in. d l. Titia. vbi ſcribentes. Innoc. in cap. cū in tua. qui matr. accuſar. poſſ. vbi Car. Ancha. & Abb. Bal. in. d. auth. ad hęc. col. pen. Paul. de Caſt. & doct. in. l. quādiu. in. 3. ff. de acquir. hęre. Sufficeret tamen, ſi iudex in primi termini aſsignatione, ſententiam proferat, qua accuſatorem ab accuſatione longe repellat, vt eleganter docet Bart. in. l. mancipiorū. ff. de opt. lega. Bal. in. l. ſi ea. C. de accuſat. & in. l. ſi eo tēpore. C. de remiſ. pigno. Ang. in. d. l. Titia. & in. d. l. quamdiu. Salicet. in. l. ſi ea nu. 9. C. qui accuſ. non poſſ. Securior tamen opinio eſt, vt lapſo termino, ſententia proferatur, qua is, qui diffamatus eſt, abſoluatur, perpetuumque ſilentium aduerſario imponatur. Ita probare videtur Regia. l. 46. tit. 2. parti. 3. vbi noſter Greg. in verbo, *Deue dar por quito* dicit in practica id eſſe ſeruandum. Et an ſufficiat vna monitio, vel duæ deſiderentur prius, quam dicta ſentētia proferatur. Vide glo. not. in auth. de hære. & Fal. §. ſi quis autem non adimplens. in verbo, admonitus. quæ ad hoc, vt quis iure ſuo poſsit priuari duas monitiones neceſſarias eſſe cenſet, & illius gloſ. authoritate innixus Ang. ibi idē cenſet in caſu. d. l. diffamari. & licet ab eius opinione recedat Roma. in. l. quādiu. ff. de acqui. hære. cū tamē ſequitur Greg. in. d. l. 46. in verbo *E ſi por ventura*. & hoc verius cenſeo.

Si tamen tempus ad accuſandā lapſum fuerit accuſatio admittitur aduerſario nihil opponente Bar. in. l. abſentem infi. ff. de pœnis Soci. in. l. 1. §. ſublata col. 2. 2. ff. ad Trebe. Crauet. conſ. 272. num. 9. Aunochi. de preſun. lib. 2. præſu. 46. numer. 27.

Eſt publicū. Adde quod hanc opinionē cōmunē eſſe fatetur Anan.

in.c.statuimus.num.19. de male di. Iul. Clar. lib.5. recep. sent. §. 1. versi. hæc tamen.

Quod Coluberius & Serpelio.

CAPVT. VII.

1 *Turpis nominis effectus aliquot remissiue traduntur.*
2 *Vna eodemq; libello accusari plures possunt.*

CVM in hac ficta denũciatione tot scelera alij quibus imponenda essent, qui ex illis inculparentur, placuit etiam hæc nomina fingire, quæ â Colubro & serpente deriuarẽtur. Qui enim tantis criminibus irretiti essent non hominum quidem, nec quorumuis animalium, sed deteriorum nomen promereri par est, illorum præcipuê, cuius effigiẽ Dæmõ assumens (qui autor est malorum omnium) parentes primos decepisse, ac vicisse compe
1 rimus: libuit hoc etiam & ea ratione, quia & nostri iuris interpretibus placet, effectus aliquos tradere, ex eo quod quis malum
2 nomẽ habeat, vt per Fran. Bru. in tract. de iud. & tor. 12. car. in 3. col. & per Hippol. in. l. 1. in princip. colu 16. ff. de quæst. quamuis ego semper credidi doctores prædictos intelligendos esse de malo nomine malis moribus adquisito, non verô de eo, quod licet sit malũ, qui habet illud nõ elegit, sed susçepit tempore quo non fuit in eius arbitrio, vel potestate repellere. Duo prætereâ Clerici, & non vnus in hac denũciatione positi sunt, vt per hoc compertum habeat iudex Ecclesiasticus, plures eodẽ libello accusari posse de eisdem criminibus. vt in. l. 1. & ibi Bal. C. si rens vel accusat mort. fuer. & in. l. vim passam. §. inçest. ff. de adult. Et notat Specul. in tit. de accusatore, in princi. in vers. item quôd non potest.

Malum nomẽ. Vide text. A in çap. 1. vers. Belial. & quæ per eum not. Barba. Imo. & Ioan. de Anani. nu. 2. de depos. Mari. Soci. in. c. cum dilect. de excessib. prę lato. Propterea Plutarchus de liberis educandis inquit: Primũ debere curare parentes, vt filij, bonis nominibus nuncupentur. Oritur sanè ex bono nomine bona prçsumptio, ex prauo autẽm & turpi nonnunquâm oritur sinistra, vt inquit Abb. in proœm. Gregoriano in parte, Gregorius numer. 7. vndê refert Ioan. And. in c. cum secũdum Apostolũ. de præbẽdi vxorem suã, sæpissimê dixisse, quod si nomina vẽderentur, etiã magno precio, bona nomina emi deberent. Quam vt doctam se aliquandò consuluisse testatur idẽ. Ioann. And. in. c. qui prior col. pen. de regu. tur. libr. 6. in Mercur. Ioan. Calderi. (vir apud nos non vulgaris antiquæ herudictionis) c. vlt. de renunti, idem fecisse testatur, de quo per Colle. in. c. crepula & vita & honesta cler. Bald. in proçmi. Grego. col. 5. versi. Quero quidam scholaris. Nec iniuria quidẽ, etenim mulieres acçerimum ingenium,

& ma-

& maturam prudentiam ſolent ſepiſsimè obtinere vt text. inſinuat in.l.cum prætor.ff de iudi. tex.in c.viduas.ibi, *Maturioris ſapientiæ & conſilij exiſtunt.* 27.q.1. & in c.ſi aliquid.22.q.4.& probet illud Salomon.(alioquin muliebrium vitiorum cenſoris acerrimi.) Prob. c.14. *Sapiens mulier ædificauit domum ſuam* & Prob.c. 19. *Domus & diuitiæ dantur à parentibus à domino propriè vxor prudens.* Quod ſane ipſe merito teſtari poſſum duxi equidem Dominam Pretolinã Ordoñez charisſimam & dilectiſsimam coniugem, conciuemq; meam ciuitatis de Guadalajara, cuius mirabile ingenium, prudentiſsimũ conſilium: non in domeſticis, & familiaribus tãtum cauſis, ſed in grauioribus, cumulatiſsimè expertus ſum. Sed pro dolor, poſt triginta & tres annos, ſũmo amore & increditili pace, & tranquilitate tranſactis, adcęleſtes migrabit mãſiones prout eius in Deũ Optimum maximum ſumma religio, & in liberis Chriſtianè educandi, charitas, in eleemoſynis alijsq; pietatis operibus elargiendis pietas, nobis dilectiſsimisq; filijs noſtris diuina miſericordia fabente, tutiſsimam ſpẽ tribuunt Quòd in tanto merore vnicum ſolatium manet. vtinam eius ſpirituali conſortio in cœlis vtamur. Amen obijt Compluti anno Domini.1593. Die vero ſancti Bartholomei quæ 25. dies eſt menſis Auguſti, ætatis ſuæ.47. cuius cadaber ſummo honore, mutis nominibus debito ſepultum fuit in inſigni ſanctorum Iuſti & Paſtoris Eccleſia honorabiliſsimo ſepulchr. iuxtâ maiorem capellam (intrâ enim ipſam nulli ſe peliri licet) ſed ad rem redeamus. Arguunt ſanè multi (quamuis hoc ſit argumentum plærunque fallax ex) nomine ad probitatem, vel malos mores hominũ Vndè Claudius Mumertus. *Nomen dici putant, quod rem notam faciat, ſitque veluti rerum imago.* Arguunt item ſacræ literæ â nomimine perſonarum, vt Abigail. Reg.1.c.25. improbat maritum á nomine, quod Naba dicebatur Nabal, æquidem ſtultum ſignificat, Et ſecundum aliquam proprietatem putantur impoſita nomina Patriarcharum, vt Iſaac â riſu. Iacob ſupplantator, ſic de alijs: de quibus percurrit Euſebius Pamphil.lib 11 de prępa. Euange.c.4. Vndè Martianus iuriſconſultus remittit hæredi cõditionem â teſtatore impoſitam vt ferret nomen inhoneſtum, veluti Veſpilionis, cum ſit habenda cura honeſti nominis, & dignitatis, vt in.l. Sed ſciendum. ff. ad Trebel. Et qui effectus ex malo & in quo nomine oriuntur, ſcriptos reperies apud Gerara. ſing.75. Nico. Euerar. in locis legalib. loco ab Ethimolo. fol. 1. Hyppol in pract. §. Expedita n. 52. Caſſa. incõſuetud. Burg rub. 1. §. 6. num. 53. Ioan. Mont. de Bigamia iud. 2. num. 2.

D. Pretonilæ Ordoñez authoris vxoris dilectiſsimæ mors deploratur.

De ciſdẽ criminibus. Adde quod opinionem iſtam communem eſſe profitetur Marian. in c 1. nu. 143. de libelli oblatione. Iulius Clar. lib. 5. recep. ſent. §. fin. q. 13 verſic. quæro nunc. quam ſequitur literis, & prudentia inſignis, Gregor. Lopez in. l. 2. titul. 1. par. 7. verſi. *La tercera.* Greg. Lopez.

B

Huius diœcesis originarij.

CAPVT, VIII.

1 *Originis propriæ rationes quis forum sortitur.*
2 *Iudex originis procedere potest cõtra subditum, ratione delicti alibi commissi.*

1 ORiginis propriæ ratione sortitur, quis forum vt probatur in .l. 2. C. de munic. & orig. libr. 10. iuncta glos. ibi eodem tit. & in. l. 1. in princip. & notatur in .l. assumptio. ff. ad municip. Specul. in tit. de comp. iudi. abdi. in versi. 42. & ibi Bart. in. d. l. Assumptio. §. filius quasi ad fin. vbi post Iacobum de Aret, quẽ refert, concludit, quôd potest quis conueniri in loco originis propriæ vel paternæ, per. l. incola. ff. eod. si ibi inueniatur. & ita tenet Bald. in rubr. C. Si nõ â cõp. iudi. in fin. loquendo simpliciter de loco originis, & quod ratione originis suæ sortiatur quis forum, notat Bal. in. l. fin. col. 1. C. si non â cõpe. iudi. Allegat. tex. in. c. ex parte. de for. compet. & talis dicitur subditus secundum eum, ratione personæ tãtum. & vide Alexand. in. d. l. Assumpt. in addit. ad Bart. qui dicit hãc esse communem sententiam, videlicet, quod si ibi non inueniatur non potest cõueniri, nisi quô ad finem distribuendi bona ibi sita.

2 In criminalibus autẽ causis, Bal. in sua margarita, in vers. iudex. in. 5. col. dicit, quôd iudex originis potest procedere contra suũ subditum de delicto alibi commisso, a vt in. l. 3. cum. l. sequent. ff. de interd. & allegat. Bar. in. l. sepulchri. ff. de sepulc. violat. & glo. sing. in. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & relega. Idem voluit Bart. in. l. si cui. §. fi. ff. de accusat. per. l. 1. C. vbi de crim. agi opor. Vide etiã Alciat. in cap. 1. de offic. ord. super glos. in verbo, iudicare. in princ. vbi dicit, quôd cõmunis opinio est, quôd si quis non ponatur in loco delicti, poterit puniri in loco originis secundum formã statutorum loci, b in quo deliquit, per. l. sacularij. §. sunt quidam. ff. de extra ordina. crim. Et per notata per Moder. in. l. cunctos populos. C. de summa Trinitate, & fid. cathol. Ex quo videtur inferri posse, quôd iudex Ecclesiasticus originis propriæ, vel paternæ potest procedere contra clericum originarium, si ibi rẽpertus fuerit ratione delicti alibi cõmissi. Pro quo etiam facit text. in. c. Cum nullus. de temp. ordi. lib. 6. vbi probatur, quod Episcopus loci originis, dicitur proprius, vt quis possit ab illo ordines recipere. Quod procederet siue per viam accusationis, si ue inquisitionis agatur cõtra clericum, per ea, quæ infrâ dicentur in seq. §.

a

b

A *Libi commisso.* Adde Bar. in. l. cũctos populos. n. 47. C. de summa Trin. Cyn. & Bal. idem Bal. in .l. fin. ff. de iurisd. om. iud. & cõs. 313. li. 5. Ant. & Abb. num. 8. in c. cum contingat. de foro comp. Caro. Ruin. consil. 84. num. 9. lib. 4. quæ opinio cõmunis est, teste

A

teste Bolog. consi. 54. idem fatetur Aug. Arimen. in add. ad Angel. in tract. malef. in §. hæc est quædam inquisitio ver. Quæro an de delictis. And. Alciat. in. c. 1 num. 67. de offi. ordi. Bossi. in tract. delict. tit. de foro comp. n. 182. quo loco scribit opinionē istā vsu Forensi comprobatam esse. Sylua. cōs. 103. Marcus decis. 989 num. 6. Bōb. conf. 8. nu. 11. Cagn. in. l. fin. num. 153. ff. de iurisd. omn. iud. Iul. Clar. lib. 5 recep. sent §. fi. quæst. 39. versic. sed quæro. Contrariam tamen sententiām quod de iure ciuili, nec iudex originis, nec domicilij possit crimina extra territorium cō missa punire. Tenuit Ioan. And. in addit. ad. Spec. tit. de comp. iudi. Sali. in. l. seruos. C. ad leg. Iuli. de vi. pub. quam esse communem sentētiā asseuerat Hyp. in pract. crim. §. constante. num. 90. Tho. Gram. decis. Neapol. 26. & noster Ioannes Bernar. in fra cap. proxim. quam sequitur Bolog. male sibi constans consi. 8. versi. Capio igitur. quo loco scribit, quod secundū magis cōmunem opinionem, etiam si subditus ratione originis, delinquat in alieno territorio, non potest iudex inquirere, nec procedere contra talem delinquentē. Hanc etiam communem appellat egregius & magnus sui temporis aduocatus, Petrus Auendan in respons. 40. num. 3. Pau. Paris. consi 159. num. 7. vol. 4. Ioan. de Ami. conf. 60. nume. 10. Rolan. Vall. conf. 19. num 20. li. 2 Et generali consuetudine receptū est, vt nullo modo iudex de crimine extra territorium cō misso inquirere possit. Vt fatetur Riminaldus vir doctissimus, consil. 32. num 20. & conf. 471. num 10 & consi. 484. nume. 1. vol. 1. Primam tamen opinionē magis communem, & veriorem censeo, quā pro eius insigni erudition defendit D. Præsul Didac. Couarr. vir vtique doctissimus, sed vna præsertim ingenij castitate mirabilis in pract. q. c. 11. num. 6

Petrus Auendānus.

D Præsul Didacus Couarr.

Statutorum loci. Quando crimē aliquod extra territorium comissum sit, an puniatur secūdum statuta municipalia loci, vbi quis delinquit, an secundum patriæ statuta, vel secundum ius commune. Vide pulchram distinctionem traditam âBar. in. l. cunctos populos nume. 74. C. de summa Trin. vbi Iaf. num. 30. primæ lectionis, & nu. 67. secund. Abb. Feli. & Doct. in. c. licet, de foro compet. idem Abb. in. c. contingat. num. 30. eo. tit. Alex. consi. 11. col. 3. lib. 1. Boss. in tract. delictor. tit. de pœnis. num. 19. Iulius Clar. lib. 5. recep. sent. §. fin. q. 85.

b

In ea domicilium habentes.

CAPVT. IX.

1 *Iudex domicilij de delictis suorum clericorum alibi commissis cognoscit.*

2 *Quando de domicilio fit mentio de domicilio habitationis in dubio intelligitur.*

DOmicilij forus generalior [a] est omnib⁹ alijs, Vnde Card Antod. & Abb

a 1

Abb. in cap. cûm contingat de foro comp. concludunt, quod iudex domicilij potest cognoscere de delictis suorum clericorum, etiam alibi cõmissis, & idê tenet Ioan. Calde. in repet: c. de illis de rapto, in col 6. in quæs. 6 qui respondet ad fundamenta, qui in contrarium videbantur vigere, & vide Bart in. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de inter. & relegat. qui notat ex text. quôd iudex loci, vnde quis est, incola potest quem puniri de delicto alibi commisso [b], quod dicit esse notandum, & vide Abb. in. c in fin de foro comp. in col. 13. vers. Sed circa primam. Vbi concludit, quod iudex domicilij potest exercere omnimodam iurisdictionem in sibi subditum ratione domicilij, si ibi reperitur, etiam in criminibus alibi cõmissis. Et vide Ioan. Andr in c. vt animarum, de cõstit. in. 6. qui dicit, quod siue subditus delinquit extra diœcesim, siue in loco exempto diœcesis, potest ratione fori conueniri coram iudice suo: & idem tenet Ioann. de Ligna in Clem. pastoralis, de re iudi. quod refert Andr. Siculus in. d. c. cum contingat. in col. 5. vbi respõdet ad d. cap. Vt animarum qui huic sententiæ videtur aliqualiter aduersari. Et tandem refert Ioann And. post Odofr. in add. ad Specul. tenentem, quod hæc sententia procedat, quando proceditur per viam accusationis, secus si per viã inquisitionis quia tunc iudex agit ad vindictã & sua non interest, ex quo non deliquit in suo territorio, & hoc attento iure ciuili. Secundum vero iura canonica vtraque via iudex procedere poterit, & post ea refert Anton. Cin. & Bart. volentes, quod etiam de iure ciuili hoc procederet. & Abb. in consil 24 volum. 1. incipien. Rodulphus numer. 1. qui in contingentia facti ita consulunt fieri posse. & vide Abb. in colum. 2. in dist. capit Cûm contingat. qui tenet opinionem Anton & Bart & tandem Barba. ibi, in colum 7 &. 8. sustinet opinionem Ioann. Andr. & Odofr. contra Cinum & Bart. & residet in eorum opinione, & credit quod in practica sua tenetur opinio, quia æquior, & fortioribus innititur rationibus. Et vide Gandin in tractatu maleficiorum in fin. vbi hanc quæst. disputat, & tandem concludit, quod iudex domicilij non potest procedere per inquisitionem contra delinquentem propter delictum alibi commissum, & in fin colum. dicit, quòd licet aliud obtineat de iure canonico, tamẽ hoc procedit de iure ciuili, & sic videtur tenere opinionem Ioann. Andr. de qua suprâ in addit ad Specul. licet eum non referat. Et vide Hippol in sua practica criminali. in. §. Constante in colum 14. vbi mouet hãc quæst. & dicit, quod Doctores in ea sunt varij & pro vtraque parte remissiuê refert plures doctores, & tandẽ dicit: quod magis communis opinio est, quod iudex originis non possit inquirere: & sic opinio Ioann. Andr. de qua supra, quem ipse allegat in primo loco pro ista sententia. Et aduerte quod quando fit mentio de domicilio indubio, intelligitur de domicilio habitationis. per [c] glos.

glossa. notab. in capite. Statutum §. cûm vero. in verbo, vnam diætam. de rescrip libr. 6. Notant doctores in cap. fin. de for. compe. Bal. in l. fin. col. 11. de ædict. diui. Adria Iason in l. cunctos populos. C. de summa Trinit & fide catho l. in colum. 6. Si tamen clericus est vagabundus, tunc videtur, quod vbicunque fuerit repertus, poterit puniri, d iuxta glos in l. 1. C. Vbi de crim. agi opor. quam allegat Gandi, in tracta maleficiorũ in rubr. vbi puniatur delinquens circa principium.

d

A *Generaliter.* Et sic Ang. sententia exploditur, qui consil. 40. col 2. domicilium originis, potentius quouis alio domicilio existimabat.

B *Alibi commisso.* Vide autorem. & quæ ibi scripsi, addit. 1. capit. super.

C *Habitationis.* Vide Dom. & Fran. in c. statutum §. cum verô. de rescri. lib. 6. vbi glos. quã hic allegat autor, valdê commẽdãt: quam hanc opinionem sequutus notat. & dicit sing. Anton. cõsil. 21. in fine alex. in. l. cumquædam col. 2. vbi Socin. ead. col. ff. de iurisd. om. iud. Idem Alex. dicẽs eam valde notandam, consil. 101 col. 2 libr. 3. & in addi. ad Bart in. l. assumptio. ff. ad municip. Anton. Imo. & alij in. c. vlt. de foro compet Feli in. c. 1. in fine. de sponsa. Ias. in. l cunctos populos. num 25. C. de sum Trin. Decius in. l. si eadem nu 2. ff. de offic. assesso Stepha Bertran. cõs. 109. lib. 2. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 384. nu. 7. cui communi, & receptæ sententiæ suffragatur glos. quã vbique doctores summis laudibus celebrant. in Clemen. 1. in verbo subditos, in fine de foro comp. quæ voluit, quem propriè subditum dici ratione habitationis: quam approbat ibi Imo. qui ad hoc multa allegat. & Petrus de Anchar. in. c. Romana. §. contrahentes de foro comp. in. 6 Bald. in. l. omnes. §. si non apparitor. C. de Episcop. & Cleric. Abb. in. cap. 1. in fine. vbi Felin. de foro comp. Petrus de Anchar. cons. 437. num 2. Paul. de Cast. cons. 44. num. 5. libr. 1. Barba. in proœm. Clem. §. sane. Corne. cons. 323 col. 2. lib. 4. eã fatetur esse sing. Alex. in addi. ad Bar. in. d. l. assumptio & est communiter ab omnibus recepta, quæ contradictorem non habet, (quod ego sciã.) Et quod pluseſt, iura etiam exorbitantia loquentia de domicilio originis, locum obtinent in habitationis domicilio, vt tenuit glos. not. in. c. præsenti. in vers. Sane. verbo. originarius. vbi Dom. & Fran. de præbend. lib. 6.

D *Vagabundus vbiũ ad delicti locũ remitti debeat.*

Puniri. Adde Bart. in l. hæres absens. §. proinde, num. 4. vbi Cur. Iu. ff. de iudi. Corset. in repe. Abbas in verbo, vagabundus. Cassan. in consuetu. burg. titu. De *aduenz.* §. vnic. num. 12 Bossi in tract. delicta. titu. de foro comp. num 69. Nec in hoc casu, ad locum commissi criminis remissio facienda est, vt tradiderunt Calderi. & Ioan Anania. in cap. 1 de raptorib. Guid Pap. q. 202. num. 2. quam esse communem sententiam, fatetur Bellam. consil. 11. col. 1. quem refert Probus in addit ad Ioan. Monach. in. c. inquisi-

quisitionis.num.5 de sent.excó mun. Bosi.d.num.69. & nouis simè diligentisimus Doctor Didacus Perez Salamantinus, in.l. 2.tit.14.ver.quęro vlterius lib. 8.ord. Quam magis communè opinionem appellat Canull.Borrel.in anno ad Pet.Bell.in spec. Pri.de propositio,&c. §. ex quo prædiximus Rubri. 11. fol. 47. Iul.Clar.lib. 5. recep. senten.§. fina.q 39.vers.Cæterum si reus. Quam quidem opinionem falsam esse existimo, & ideò iuris esse certisimi censeo, vagabundum ad delicti locum remittendum esse, vt in eo condignis pęnis puniatur. Sequor in hoc Innoc.quem in Sacro Iure Pontific. veluti terrestre numen venemur in cap. 1. de raptori. vbi Abb.& Cardina.idē Abb. Post. Anton.in.c.vltim.num.21.de foro comp.Mari.Socinus in capitulo,postulasti.num.15. de foro comp.D.Couar.in pract.quæst. capit. vndecimo.numero.7. Boni.de Vitali.in tracta. malefi. in rub.de inquisi.num. 56. Mōtal. in.l.32.tit.11.part.3 idem in l.1. tit.1.lib.2.foro leg. Nam vt eleganter scribit Abb.d.num.21.fortiori ratione vagabundus ad delicti locum remittendus est,quā non vagabundus, cūm talis remissio,sine alicuius iudicis iniuria fiat.& hoc manifestē probat Regia lex.1.tit.29.par.7.dumdicit: *Acusado seyendo algun home de yerro que vuiesse,en algunas maneras,que diximos en los titulos desta setena partida.&c.* In quibus quidem titulis mentio fit de his criminibus,quæ â vagabundis perpetrantur idem probat.l. 15. tit. 1.partit. 7. ibi. *Por yerro que todo home faga.* Et sic generaliter loquitur tam de vagabūdis, quam de alijs hominibus.

D.Didacus Perez.

Benè tamen hæc controuersæ opiniones distinctionis sedere possunt componi, vt prima tunc locum obtineat, quando offensus accusat reum vagabundum coram iudice loci,vbi eum inuenit: tunc iudex loci delicti ex officio nullo modo procedere potest. Secunda verò opinio vera est, quando iudex loci delicti, parte postulante, remissionem petierit, quod probare videtur egregia Par. lex. 15. suprâ allegata, quam ad hoc refert Auendan. respon.40.numero 9. Et nota, quod vagabundus dicitur, qui per mundum vagatur.Bartol. in.l.quarta.§. Prætor ait. numero.ff. de damnat. infect. & est communis, teste Marian. in capitulo finali.numero.57.de foro comp. & qui non habet certum domicilium. glos. in dicto. §. Præto. ait. Quam sequitur Guid.Papa, decis.202.num.2.

Et beneficia.

CAPVT. X.

1 *Clericus ratione Ecclesiastici beneficij residentiam requirentis, in loco illius domicilium sortitur.*

2 *Habens plura beneficia residentiam requirentia,totidem habet domicilia.*

3 *Prælatus subditum Clericum ratione beneficij,pro delicto alibi commisso in propria diœcesi inuentum punire potest.*

An

1 AN Clericus, ratione beneficij, quod habet, dicatur habere domicilium in loco illius a? a Sufficiat referre breuiter, quæ tradit late Felin. in capit. dilectus, el 2. de reſcription. in. 1. columna, vbi materiam iſtam more ſuo, per concluſiones reſoluit, videlicet, quod ſi Clericus habet beneficium, non requirens reſidentiam, non cenſetur illic habere domicilium, ſecundum Innocen. Anton. & Abb. in capit. ex ore. de priuilegijs. Si verô requirit reſidentiam, ſortitur vbi domicilium, ſecundum omnes Doctores. ibi. & in dict. capit. Ex ore. & alios, quos ibi refert: quod procedit, licet ibi non reſideat, ſi ſecum non eſt diſpenſatum ſuper reſidentia, vt per eundem Felin. ibi. in. 2. columna. in. 4. concluſione. Qui poſt multa concludit, quod talis de facto non reſidens, fingitur ibi habere domicilium in 2 loco beneficij in oneroſis: Vnde habens plura beneficia requirentia reſidentiam, dicitur habere plura domicilia, ſecundum eum, ibi, in. 3. concluſione allegando. gloſ. in capit. Primus. 71. diſtinction. & in capit. quoniam 21. quæſt. 2. Et in capit. quia in tantum. de præbend. quod intelligit, quando quaſi æqualiter in vtroque reſidet: ſecus tamen ſi in altero ſeruit Vicarius eius, quia tunc habet domicilium tantùm, vbi reſidet. & hoc etiam tenet Abb. in capit. Poſtulaſti. de foro competen. columna. 1. Imo plus dicit idem Felin. vbi ſuprâ, in. 3. columna. in. 6. concluſion. quod licet Clericus poſsit habere domicilium alibi, tamen principale dicitur eſſe in loco beneficij, pro quo refert Innocen. in d. capit. Ex ore, & alios. & idem not. ipſe in d. capit. poſtulaſti. in princip. Ex quibus omnibus 3 ſit breuiter collectis, & ſi diffuſius illa prædictus Doctor ſcripſerit, videtur, quod poſsit inferri ad noſtrum propoſitum, quod prælatus diœceſis (in qua quis habet beneficium, in quo tenetur reſidere, licet non reſideat) poteſt punire b talem Clericum b inuentum in ſua diœceſi, de delicto alibi commiſſo, tanquâm ſibi ſubditum ratione domicilij, quamuis nullum aliud domicilium in ſua diœceſi habeat. Et in materia huius capituli. Vide Decium in capit. quia in tantum. de præben. circa fin. vbi inter alia ponderat text. in capite. 3. de tempor. ordinatio. in 6. contra communem concluſionem, & tandem in fine reſpondet.

RN. *loco illius.* Vide glo. A not. in capite. quia in tantum. in verbo, plures. in fine, vbi Abb. de præbend. Archi. in capit. ſtatutum. colum. 5. Ioann. Andr. colum. penult. & Domi. & Franc. in. §. cum verô. de præbend. in 6. Archi. in ſumma. 3. quæſt. 6. & in c. ſi clericus. 11. q. 1. Speculat. in tit. de accu. §. 1. verſicul. Sed nunc quid ſufficit. & in. §. ſequen. Abb. Barb. & Marian. in capit. poſtulaſti. de foro competen. Bald. in. l. omnes. in 2. not. C. de Epiſc. & Cleri. Ant. & Abb. in capite. cûm cauſam. de dolo, & contuma. Cardin in Clem.

Clem. causam. §. quòd si forsan. not. 3. de elect. Fab. in. §. vlt. col. penul. Inst. de pœna temere litig. Felin. in. cap. dilectus. in. 2. huius initij col. 1. de rescrip. Bertran. consil. 101. lib. 3. Bober. in sing. incip. Forus.

6 *Potest punire.* Adde quod hęc autoris opinio intelligenda est, quando non petitur remissio â iudice loci, vbi delictum fuit cõmissum, si enim peteretur: teneretur quidem prælatus diœcesis, in qua clericus beneficiũ habet, & in quo residere tenetur, clericum petenti iudici remittere. Sicuti eam facere tenerẽtur alij iudices, qui ratione originis, vel domicilij, alterius causæ in ipsũ delinquentem iurisdictionẽ habent. ita Ant. de Butrio. num. 10. Arch. col. penul. Felin. nume. 9. in. c. nu. fide foro comp. D. Episcopus Couar. in pract. q. c. 11. n. 6. & hanc opinionem communẽ esse testantur eam sequuti Cep. consil. crimi. 59. versil. Primum est. an de iure Cur. Iun. in. l. hæres absens. §. 1. num. 5. vbi Sapianu. 10. ff. de iurisd. omn. iud. Iul. Cla. in pract. crim. §. fi. q. 38. vers. Est autem. & vide tex. in. §. si vero quis cõpræhensorũ. in auth. vt nulli iudicum.

Grauia & plura perpetrarum facinora.

CAPVT. XI.

1 *Delicta leuia, grauia, grauiora, seu grauissima, quæ dicãtur breuiter & dilucidè, per totum caput explicatur.*

QVia ex qualitate delictorum in dispositione sacrorum canonum pœnæ minuntur, vel augẽtur, & in his quæ ad iudicis arbitrium relinquuntur, pari modo aggrauari vel moderari debent: ideo de clericorum delictis tractaturi, oportunum est, est vt aperiamus, quæ leuia, grauia, grauiora seu grauissima iudicentur. Et [1] in hoc Panorm. in cap. tuæ. de pœnis, scripsit, quod leuia [a] dicũtur, [a] vbi dolus non requiritur vt quãdo aliquid contingit per imperitiã, vel culpã sine dolo: vel quando dolus interuenit circam rem modicam. Cui adde Ang. in. l. nõ solũ. §. Si mandato. §. de iniur. & in l. leuia. ff. de accusat. ad hoc videlicet quæ dicantur crimina leuia, vel nõ. Et vide August. in addi. ad Angel. de Aret. in verbo, hæc est quædã inquisitio. in addi. 5. in fin. quæ per glos. in. cap. Cum illorum, de senten. excommunica. dicit, quod hoc relinquitur arbitrio iudicis: [b] & quod se [b] cundum vulgi opinionem ista veniunt in cõsideratione. Itẽ quod grauia sunt in quib⁹ exigitur dolus, & tendunt in graue præiudicium alterius, seu reipublicæ: & magna pœna imponitur, [c] vt in [c] furto, periurio, & similibus. Grauiora sunt publica, & quãdo nõ imponitur pœna mortis. Grauissima vbi imponitur pœna mortis Pro leuibus secundum eundem Panorm. non debet deponi clericus, nec priuari beneficio, sed poterit ad tempus suspendi, vel aliter corripi ad arbitrium superioris. Pro grauibus potest deponi. & adde Felin. in cap. At si clerici. de iudi. in princ. in col. pen.

pen. qui dicit, quod quæ dicantur crimina crimina grauia ſtatur arbitrio iudicis, & refert ad hoc Abb. vbi ſuprà. Prograuioribus quanquàm non ſint publica, poterit vltra depoſitionẽ detrudi in monaſterium. Pro grauiſsimis, vbi de iure ciuili puniretur pęna mortis poteſt deponi & damnari ad perpetuum carcerem. Et quia qualitas cuiuſcúque criminis latius in quolibet eorum infra declarabitur, iſta ſufficiant pro çommento huius particulæ.

A *Leuia.* Quę dicantur leuia, grauia, grauiſſimaque delicta. Explicat eleganter Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato meo. num. 7. ff. de iniur & in. l. leuia. .ff. de accuſat. gloſ. in .l. auxiliũ. ff. de minori. Sali. in. l. 1. C. de requi. reis. Felin. in. c. cum illorum de ſent. excom. Ang. Are. in tract. malefi. in prin. col. 3. Abb. in c. tuæ. de pęnit. Petrus Foller. in pract. crim. in parte audiãtur excuſatores, num. 49. pagin. 70. Iul. Clar. libr. 5. recep. ſent. §. 1. verſi. Sunt etiam. Quiſcribit ſere niſsimum & inuictiſsimum Regem, & Dominum noſtrum Philippum. I I. Hiſpaniarum Regẽ, â ſuo ſupremo Senatu interrogaſſe, quæ eſſent delicta attrocia, cui Senatus reſpondet attrocia delicta eſſe ſequentia Rebellionis læſæ maieſtatis homicidij ex propoſito commiſsi, falſę monetæ, tertij homicidij, ſcilicet commiſsi ab eo qui alia duo cõmiſerat, etiam ſi pro his condemnatus non fuiſſet, vulneris illati proditorie, etiam ſi mors ſequuta non fuerit, tertiæ tonſationis monetæ, raptus virginis honeſtis parentibus ortæ, etiamſi copula ſequuta non fuerit. vſus venereus cum ſacra virgine in habitu, & intra monaſterium de gẽte Sodomia, famoſorum latronum in vijs graſſatio. falſificatio Sigilli Principis, aut Senatus, quod reſpõſum Regi noſtro placuit.

Reſponſo Rigi ſenatus Hiſpani declaratur, quæ criminat trocia iudicari debeant.

Arbitrio iudicis. Vide Bald. in cap. propoſuit de appella. Feli. poſt alios, in cap. at ſi clerici. de iudi. num. 13. And. Tiraq. in repet. l. ſi vnquàm in verbo, omnia num. 31. pag. 177. C. de reuocã. dona Bermo. Chrouer. titul. de pub. concubinar. c. de Sod. crimin. num. 30 & latiũs eod. tract. in parte fuerit diſpenſatum num. 1 fol. 206 & hanc opinionem cõmunem eſſe fatentur eam ſequuti And. Alciat in. c. cũm non ab homine num 28. de iudic. Villa. Hiſpa in lib. commu. opin. litetera D. num. 56. Iul. Clar. lib. 5. recep. ſent. §. 1. verſic. Sunt etiã eamque ſequitur vir noſtra ætate in iure cõſumatiſsimus Iacob. Menoch. in lib. illo omni erudi*Iocob. Menoch.*
tione pleno, de arbit. iud. quæſt. lib. inquam. 2. centu. 3. caſu. 266 num. 3.

Magna pœna imponitur. Et ideô delictum tanto grauius iudicari debet, quanto pro eo grauior pęna imponitur, hæc fuit Bart. opinio in. l. leuia. circa princip. ff. de accuſat. & hanc dicit commu nem regulam & theoricam. Socinus. conſil. 157. numero. 5. libr. 2. & vide Barba. conſil. 48. libr. 2. Deci. conſil. 65.

Cum Laici essent sine ordinibus ministrare, ac celebrare sunt ausi.

CAPVT. XII.

1 *Clericus huius criminis reus, iudicis arbitrio est puniendus.*
2 *Ingerens se in actibus clericorũ cum non sit, est falsarius.*
3 *Clericus in ordine, quem non habet ministrans, deponendus est.*
4 *Clericus non ordinatus ministrãs in aliquo ordine in apparatu, irregularitatem contrahit, cũ quo Papa solus dispensat.*

QVAE pœna sit imponẽda laicis missam, vel aliud sacrum ministerium celebrantibus hucusque canonica iura non statuerunt: forsam enim antiqui illi patres non crediderunt tantam futuram esse aliquorum hominum temeritatem, vt tantũ nefas (quale est sine ordinibus missam celebrare) committerent, & si iam hodie dignum esset hoc speciali sanctione punire, cum temporibus istis hoc aliquando accidisse
a comperimus. a Cum ergo casus acciderit, hoc arbitrio iudicis puniendum videtur, in quo oportebit considerare ea, quæ in arbitrarijs inferius suo loco consideranda describimus. Bald. tamen
2 in. l. Qui sub prætextu. C. de sacrosanct. Eccle. notat, quòd dicens se clericum, & ingerens se actibus clericorum, cum non sit, est falsarius, quem refert Felin. in cap. Tertio loco, de proq in prin. vide etiã Felin. in proœmio decre. in num. 37. vbi dicit quod mentiens se clericum punitur arbitrio iudicis, & vltra hoc faciens actus clericales punitur pœna falsi. b Et vide Præpos. in b
cap. Quod interrogasti. 27. dist. Clericus autem ministrans in or 3
dine quæ non habet, deponendus est, c & amplius non ordinãdus: Text. in c. 1. de cler. non or c
din. minist. qui sic sumatur. Diaconus missam celebrãs ad sacerdotium non potest promoueri, â diaconatu suspenditur biẽnio, vel triennio, vt in cap. 2 eodem tit. Clericus præterea qui cũ nõ 4
esset ordinatus ministrauit in aliquo ordine in apparatu incurrit irregularitatẽ, cũ quo solus Papa dispensat: tenet Lapus in allegatione. 29. incip. An dispensẽt, referendo Calderi. in cap. Si celebrat, de cle. excom. Idem tenent Hostien. & Gofre. vt ad maiores ordines ascendat, sed in susceptis dispensat Episcopus, vt notãt Angel. in summa, in. §. 38. incip. Duodecimo incurritur, in verb. irregularitas, & Siluester in eod. verbo, in. §. duodecimo quæritur.

Comperimus, Id sanẽ cõtingit in hac celeberri ma totius Archiepiscopatus Toletan. Cõ plutẽsi curia quidam ciuitatis de Baeça (de quo ipse oculatus sum testis) anno Domini. 1569. cum laycus esset, nec aliquo ordine sacro esset insignitus, duas missas celebrauit, alterã in religiosissimo D. Bernardi collegio, alterã vero in pijssimo collegio societatis A *Factum memorabile.*

tatis Iesu: sed quia dementia laborabat,& ob iustas alias causas pœna detrusionis perpetuæ in monasterium fuit punitus á Licẽciato Martino Lopez de Salas, tunc dictæ curiæ vicario generali integerrimo & in corruptissimo,â quo ipse tanquam huius Complutensis Academiæ Cancelario,Doctorali laurea sacrorum Canonũ (licet immeritus) fui insignitus , anno Domini. 1570.die vero.6.mẽsis Iulij. Et nisi me mea fallit sententia existimo præclaros, & omni laude digniſsimos hæreticæ prauitatis censores,posse ad tanti criminis punitionem procedere, reumq; tanquam malê sentientem de sacramento ordinis, condignis pœnis punire.

B *Pœna falsi*, Adde expressam Regiam.l.2.tit.fin.7.part vbi Gregor. Lopez.

C *Deponendus* , Vide Autorem in regul. & fallen. regul. 357. & doctum & diligentisimum Ioann. Gracian in reg. & fallen.reg. 61. Hostiẽ. in summa tit. de cleric. non ordi. minist.§. qualiter,& Regiam.l.29. tit. 6. part.1.& hoc sex modis limitat Silu.in summa in verb.irregularit.ver. Duodecimõ, Ang.in suma.d.verbo.quæst.38.& Nauar. in manuali.capit.27.nume.242. Imô si nondum sacerdos ausus fuerit missam celebrare curiæ sęculari tradendus est, vt statuit Felicis recordationis,Paulus.IIII. vt refert Iudit.inquisitio.die.17. Feb.ann.1559.decret.7. & die. 20. Maij, anno.1559. & Simon Maiol. de irregul. libro. 4. capit. 13.numero.1.qui pro totius capite huius materia legẽdus est.

Excommunicati.

CAPVT. XIII.

1 Clericus excommunicatus ordinem recipiens illo ordine est deponendus,cum quo tantum solus Papa dispensat.

2 Episcopus quando cum irregulari possit dispensare.

3 Pœna huius capitis afficitur clericus, qui cum esset suspensus vel interdictus, sacris ordinibus fuit insignitus.

POena clerici sęcularis recipientis ordinẽ, dũ existit in excõmunicatione,est quòd deponatur ab illo ordine. Not. Abb. ex text.ibi in cap.Cum illorum. in.2.nota.de sentent. excom.cũ quo solus Papa dispensat,vt ibi. Quod procedit, etiam si ab excommunicatione, qua erat ligatus,poterat ab aliquo inferiori citrâ Papam absolui, vt concludit Abb.post Ionn.And. vbi suprâ,ex ratione, quia fuit effectus irregularis,& cum irregularibus solus Papa dispensat. 1 Et idem voluit Ang.licet Abb.non referat,in sua summa, in verbo, irregularitas,in.§.22.inci.Secũdò contrahitur,& Sylvest.in eodem verbo,in ver.Secũdo quęritur. Hostien. verô in sua summa.tit.de cleric. excom. minist. dicit, quod videtur sibi, quôd quando excommunicatus ab ordinario incurrit irregularitatem quia sententiam eius violauit, posset ordinarius secum dispẽsare : dicit tamen quôd cõsuetudo

1 a

2

3 refragatur. Et aduerte quôd idẽ est in clerico, qui suspensus vel interdictus ordines recepit, vt firmant Angel. & Sylvest. vbi suprâ, referendo Rai.

A *Dispensat.* Adde quod præsertim hoc procedit, si detur in recipiẽte certa scientia, vt in capit. 1. de ordin. ad Episc. qui renun. episc. vbi idem constat, si crassa, vel supina daretur ignorantia, vt in cap. illorum. de senten. excom. Quod si quis probabili affectus ignorãtia, vel excommunicatus, vel ab excommunicato sacris fuerit ordinibus insignitus, ab episcopo proprio, qui in eo actu minime deliquerit, dispensationem poterit obtinere. vt in capit. vltim. ordin. ab episc. qui renun. vbi omnes Doctores not. traditur etiam â Doctoribus in. d. c. cum illorũ. Quãuis huic vltimæ opinioni, refragetur Inno. qui in cap. 1. de schismam. scribit collationem ordinis factam ab excommunicato, vel excommunicato, probabili tamen ignorantia excommunicationis, ita firmam esse, vt absq; aliqua dispensatione, eius executio permissa sit: quam opinionẽ tenuit Hugo doctor antiquitatis venerandæ, si credimus glos. quæ illum refert in cap. ab excõmunicatis. 9. quæst. 1. Collect. in cap. vltim. de ord. ab episc. Abb. numer. 46. in capit. veritatis de dolo & contu. idem in capit. ad probandum. vbi Felin. columna penult. de re iudic. Alphonsus â Castro Zamorensis, acris & subtilis ingenij, & diuini verbi orator celeberrimus in lib. 2. de potest. leg. pœna cap. 15. Quam opinionẽ falsam esse censeo, & iuris esse apertissimi existimo, dispensationem semper necessariam esse, siue adsit scientia, siue probabilis ignorantia. Sequor æquidê in hoc glos. in dict. capit. ab excommunicatis, & in capit. 1. de schismat. & in cap. 2. de ordin. ab Episcop. & in cap. si qui â simoniacis. 1. quæst. 1. quam communem esse sententiã fatetur Abb. in dict. capit. veritatis num. 46. D. Episcopus Couar. in capit. alma mat. 1. partit. relect. §. 6. numero. 6. de sen. excom. lib. 6. & est tutior opinio secundum Anani. in. d. cap 1. de schismat. num. 2. Selua. de benefic. 2. part. q. 11. col. 3.

Alphonsus à Castro.

Concilij Trid. interpretatio.

Hodie verô siue detur scientia, siue ignorantia Episcopus iure poterit in hac irregularitate dispensare, ex Sacro Concilio Trident. sessione. 24. c. 6. vbi Episcopis noua conceditur facultas dispensandi, super quacunque irregularitate descendẽte ex quocunque delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Erit æquidem in proposito casu occultum delictum, si excommunicatio occulta est, licet celebratio ipsa publica sit. arg. text. in. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. nam quamuis actus celebrandi publicus sit, eius verô malitia, quæ ex excommunicatione emanat occulta est, ita in sacræ pœnitentiariæ summo Prætorio diffinitum esse testatur vir egregius Martinus Nauar. in manu. confesso. cap. 27. num. 241.

Illegi-

Illegitimi.

CAPVT. XIIII.

1 *Filij illegitimi apud Ethnicos honoribus, & dignitatibus indigni iudicabantur.*
2 *Illegitimus non potest sacris ordinibus insigniri.*
3 *Si tamen de facto fuerit ordinatus licet recipiat charaterem, ordinis tamen executione caret.*
4 *Celebrans vero non obtenta dispensatione irregularis non est.*

VT ab illicita copula retraherentur, seque iustis nuptijs alligarent homines, ex quibus prolem legitimam susciperent, meritô etiam apud Ethnicos sancitum, ac obseruatum est, vt filij illegitimi nati quantumcunque sine sua culpa labem ipsam contraxissent, honoribus & dignitatib9 indigni iudicaretur. [a] Quod nempe & consideratione prædicta, vt sic fiat, non reputeturinimium, licet filijs ipsis (quibus natura negauit ortum suum eligere posse) crudele quodammodo ac durum videatur. Cum illis tamen illegitimê natis viris, qui propria virtute ac bonis actibus paternam culpam in se ipsis abstergunt, pluresque legitimê natus moribus ac meritis anteeellunt, [b] ac reipublice seipsos reddunt vtiliores, talis iuris asperitas liberaliter & sine pecuniarũ exactione temperanda esset, vt sicut parentes ab illicita copula retrahit (si forsan retrahit) filiorum damnum futurum, sic iam natos contra leges filios, spes recuperandi honores, ad virtutem sequendam impellat. Iustũ est enim, vt quos aliena culpa honore destituit, propria virtus & si pauperrima sit (vt ferê semper esse solet) ad honores restituat. Quid enim crudelius, aut iniustius quâm quod naturalis quidam parentum excessus, virtute sola, quantumnis clara filiorum, in pauperibus reparari non valeat, in diuitibus tamen, qui patrum suorum reatui plura propria addiderunt scelera, hoc facilimê deleat sola præstatio pecuniæ? Prædicta igitur cõsideratione, etiam sacri canones, quibus maxima cura est sancto fauere instituto matrimonij, sic illicita punire connubia, illegitimos quosque â clericali tonsura, cæterisque Ecclesiasticis ordinibus arcet, prohibetque, vt in cap. 1. de fil. presbyt. Et in. ca. 1. & 2. 56. distin. & hoc per sex rationes, quas describit Præpo. in. d. cap. 2. licet Hostien. in summa de fil. presb. in §. quæ est causa. solûm tres scripserit. Si quis autem illegitimi natus promotus fuerit, licet recipiat characterem, non habet tamen executionẽ ordinis, probat. tex. in. c. fin 56. distin. Ex quo notant ibi Domini. & Præpo. quôd licet illegitimitas non inficiat habitũ ordinis, sed executionem: sed talis ordinatus recipit characterem. Et aduerte quôd tales illegitimi ordinari non incurrũt nouã irregularitatẽ, [d] si ante obtentã dispensationẽ celebrant, vt notat Nicolaus Plouius in tractatude irregularitate, in. 40. regula, referendo Culiel & Archidi. & hoc dicit seruare curiam.

A *Andr. Tiraq.* *Ndigni iudicantur.* Adde latissimè And. Tiraq. virum sanè variæ & indefessæ lectionis, & de vtroque iure benemeritissimum, nec pro meritis satis laudatum in tract. de nob. c. 15. numer. 10. cum sequen. Gab. Paleotum Cardi. in tractat. de not. & spurg. c. 55. & vide Regiam. l. 2. tit. 13. part. 4. & l. 3. tit. 15. ead. partit. & ibi multis nominibus magnus Gregor. in verbo, *Dignidades y honras.* Alber. Troti. lib. 2. de vero & profecto cleri. c. 1. & 2.

Greg. Lopez.

B *Antecellunt.* Quæ sanè in locis iam citatis, longa manu traduntur in filiorum illegitimorũ exe crationem minime intelligas de his, qui virtutum suarũ splẽdore natalium tenebras effuderunt, eos enim apud bonos & probos viros, nec nullo contemptui esse nec legitimis inferiores iudicari censet Hyppol. sing. 273. & vt bene inquit Sophocles.

Legitima est natura viris, quibus optima mens est.

Imô sæpissimè, vt in hoc loco inquit autor, legitimè natos antecellunt. Hinc Statius.

Vidi ego transfertos, in alieno robore ramos.

Altius ire suis.

Et Euripides præclare inquit.

Ex nobis spurius nasci, non turpe putandum est.

Fac nanque ingenio valeant, fac moribus ipsum.

Haud vnquam poterit, naturam inuertere nomen.

Et plures viros præclaros, qui illegitimi fuerunt, commemorat Doctissimus pariterque Illustrissimus Card. Palæ. in d. tracta. ad finem, & fuerunt, & nostra tempestate sunt multiviri clarissimi, qui natalium defectũ passi sunt, inter quos non infimum locum obtinet, noster D. Episcopus Bernardus Diaz de Luco, qui vt eõ pertùm habui multorum integrę fidei testimonio, illegitimus fuit: quod prætẽr alios testatur D. Episcopus Ioã. â Rojas in tractat. de succes. ab intest. capi. 15. num. 19.

Card. Palæ.

Ioann. Bernardus fuit illegitimus.

c *Prohibentque.* Adde quod Deus Opti. Maximus prohibitionem hanc induxit Deuter. ca. 23. vbi scribitur, *Non ingrèdietur Mãzer* (hoc est) *de scorto natus in Ecclesia Domini vsquè ad decimam generationem.* text in capit. innotuit de elect. cap. per venerabilem. qui filij sint. leg Sed hoc in cap nisi cum pridem. de renun. declaratur, quod illos quos paterna vitia non sequuntur, possunt suffragari virtutes, quæ summum præsulem Romanum inducent, vt cum eis dispensẽt, si morum honestas eos commendabiles reddat text. in capit. presbyterorum. 56. distin. nam vndecunque homines nascantur, si parentum vitia non sequantur, honesti & salui erunt. cap. vndecunque. ead distin. nullum æquidem parentis delictum, innocenti filio pœna esse debet. l. 2. §. nullum. ff. de decurion. Si contrarium diceres maximum absurdum sequeretur. Vnde Bion. philosophus non minus ridiculum hoc esse affirmabat, quam si medicus quispiam ob aui, aut patris morbum ne poti vel filio medicamentum adhiberet. Huius verò prohibitionis ne illegitimi sacris donentur ordi-

ordinibus. Plures rationes scribit Pet. Rebuff. in benefi. pract. in part. de dispen. super defect. natali. fol. 407. & vide Regiam .l. 12 tit. 6. part. 1. vbi Greg. in verbo, *orden.* Et notat quod impedimentum de quo in hoc cap. locum obtinet, etiam si defectus natalium sit occultus, & qui eũ patiuntur pro legitimis habiti sunt, quales sunt multi, quos cõiugatæ ex adulterio habuerunt, vt egregiè scribit Nauar. in manu. confessio cap. 27. num. 201. Filius vero matri hoc asseueranti credere non tenetur .l. 1. §. si quis ab aliquo. ibi, *Si testatur eum negauerit.* vbi Bar. & Doct. not. ff. de carb. edictio. l. 1. §. mulier. ibi *Spurium in actis professa est.* iũcta glos. fin. ibi ff de proba. glo. in. l. si vicinis. C. de nup. & in. l. si posthumus. §. fui. verb. probetur. ff de lib & posthum. Regia. .l. 9. tit 14 par. 3. vbi Gregor. & opinio hæc communis est vt cõstat ex multis autoribus congestis, qui eam sequuntur â Ioan. Rojas, tract. de succes c 2 num. 28 & ita quo ad sacrorum ordinum promotionem tenet Mart. Nauar. in loco iam allegato. Tamen (quod salua tanti viri pace dicam) in promouendo tutius esse credo, propter animæ periculum, vt ab ordine suscipiẽdo abstineat. In eo vero qui iam est ordinibus insignitus, propria eius conscientia spicienda est: nam si in intimo conscientiæ motu pendeat, ad credulitatem assertionis maternæ præsumes se esse illegitimum abstinere debet, â sacri ordinis ministerio, & ad cautelam dispensationem oportet impetrare. Si vero internus conscientiæ motus, ad credulitatem non pendeat, sed potiûs firmissimè credat, se legitimum esse, nec abstinere tenetur nec dispensationem impetrare ex Abb. sententia in cap. 1. de fil. prob. & hæc est communis summistarum sententia, vt fatetur Simon Maio. de irreg lib. 1. c. 7. nu. 3 Hinc illud mihi dubium est, quòd scribit vir doctissimus Alphonsus. â Cast. lib. 2. de potest. leg. pœna. c. vlt. 3. concl. asseuerans, filium presbyteri ex coniungata, ita occultè genitum, vt non possit aliũ de probari, quam per parentum assertionẽ promoueri posse. Cuius contrarium tenet Anton. in c. 1. de fil. presb. & de hoc dubitat Couar. in Clem. si furiosus. 2. part. §. 3. num. 4. de homicidio. Sequitur tamen Ant. Nauar. in manuali. c. 27. num. 193.

Notabis tamen vtiliter non esse Episcopis permissam dispensationem, vt qui defectum nataliũ patitur, ad sacros ordines possit aspirare, etiam hodie autoritate Sacrosancti Cõcil. Trid sess. 24. c. 6. Nam quamuis nouissima illa constitutione, detur episcopis facultas dispensandi in omni irregularitate, descendente ex delicto occulto, non deducta in iudicium, excepta ea quæ prouenit ex homicidio volũtario, exceptis alijs deductis ad forũ contentiosum, in hac vero huius capitis irregularitate, quæ aliunde & nõ ex proprio delicto oritur, dispensandi facultas cõcessa nõ est, quod non vulgariter notari debet, pro illius decreti interpretatione. Ita tenet insignis Mar. Nauar. in manu. cõfes. cap. 27. num. 194.

Si tamen illegitimus quispiam monasticam profiteatur disciplinam vitam suam dicitur innouasse, & eo ipso, quibuscunque sacris ordinibus potest insigniri. tex.in.c.156.distin. & in cap.1. de filiis presbyt.glos.in sum.56 dist.Regia.l.12.tit.6.part.1.ibi. *Pero aun ay otra razon, porque puede recebir astas ordenes sobredichas el queno fuesse legitimo. Esto seria si entrasse en orden de religion primeramente.* Tradit Bald.in l.1.in lectura.num.5.C.de sacrosan.Eccles.Rom. in Auth. si mulier.7. primileg.C.ad.l.Fal. Fel. in cap. testimonium num. 31.de testib. Hy pp.sing.273.& in rub. ff.de fideiusso.& in sing.501.Anton. de Rosei. de legit. lib.3.in fine. vbi id limitat procedere tantũ in filio naturali non vero in spurio, quod falsum est& merito eũ repræhẽdit Ioan.Rojas in tract. de succes c.23 de numero.109. Quod notandum est ad interpretationem text.in.c. dilectus.de filijs presby.& in. c.1. eo.tit.in 6.Aboletur sanê omnis illicita maculaper religionis ingressum vt in auth.de monachis. in prin. c.non liceat.19.q.3.quod tantũ quo ad ordines sacros intelligẽdum est, quo ad dignitates & graviora munera is qui Spurius natus est, promoueri nullo modo potest absque Summi Præsulis indulgentia glo.not.in. c.fin de filijs presbyt.Abb.in.c.1.in fin. eo.tit. Felin. in ca. meminimus. not.6 de accusat.

Nimis tamen inter Doctores controuersum est, vtrum ingressus religionisoperetur legitimationem, quo ad successionem bonorum parentum. Siquidem Guil. de Cæno. qui huiusquæstionis fuit antesignatus, in. l.1. C de Sacrosan.Eccles.in ea fuit sententiâ, vt censeret filium illegitimum monasticam vitam professum, posse succedere inbonis parentis. Idem sequitur Bald. in d.l.2.in lect.col.3.Fe in.in.cap. cum de putat i. de iud. colum.2. Rom.in Authen.similiter. C.ad leg.Fal.7.Speci. Alex.Roman. & Archid.colum.2.in.l. necessarijs.ff.de acquirend. hæred.Barba.in ca quia nos. de testamen. colum.1.Ias. in. l.1. num.30.C. quand.non peten. part. Anton. de Rosc,in tracta.de legitim ad finem.in qua fluctuat Roderic. Suar.allegat.25. ita vt in casu, de quo fuit interrogatus consuluit concordiam faciendam esse tandê religionis fauore. Guil. sequitur, & de ea nimis dubitat Gregor.Lup.in dict.l.12.in verbo, *en orden.* & tueri eã conatur duobus casibus. Primo, quando filius est naturalis non spurius. Secundo, quando parentis consensu religioni offertur tandem in fine illius glos. dicit valde dubiam esse quæstionem hanc, & quod in practi. vix reciperetur. Guil. opinio eam vero communem esse testatur insignis Couar rub.in. 4. decret 2.part. capite octauo.§.7.in fine. Quæ ea solûm ratione innititur, quia sicut filius naturalis patris consensu Curiæ Principis oblatus, fit legitimus ipsi offerenti, etiã si filios legitimos habeat. l.3.C.de naturalibus, & in Authentic. quibus modis natur effic.sui.§.1.2.&.3. Reg.l.5.tit.15 part.4.multo magis per oblationem curiæ cælesti. Sed propter id quod hæc legitima-

gitimatiò ab aula iam receſsit, teſte Ang. conſil. 17. & in dict. authentic. §. quod vero Roſel. de legit. cap. fin. Oblatius æquidem Curiæ Ceſaris, ideo legitimus fiebat quod præſumebatur à Cæſare ipſo legitimus fieri, quod non conuenit oblationi Curiæ cæleſti: & ideo contrariã ſententiam tenet Fab. in authe. ex complexu C. de inceſt nup. Præpoſitus in. c. tanta colum. 2. qui filij ſint legiti. Flor. in. 3. part. tit 1. ca. 27. §. 2. Couarr. d § 7. Et hæc opinio verior eſt, & Foreſi vſu recepta.

Expoſitus an poſsit ad ordines promoueri.

Sed huic loco acommodatiſsimum illud non ommitam, an expoſitus cuius parentes adeo latent, vt prorſus incertum ſit, an legitimis conceptus ſit nuptijs, poſsit ad ſacros ordines promoueri. Qua in re dubius & anceps eſt Anchar. in ca 1 de infan. expoſi. cuius dubitationis ratio eſt, quia nemo legitimus præſumitur, & qui legitimum dicit probare debet. Ang. per illum tex. in l. liberorũ. ff. de his qui not. infam. Deciſ. conſ. 54. Iaſ. in l. nec profeſsio. C. de teſtib. idem conſi 102 vol. 4. And. Alciade prę ſu reg. 3. præſu. 1. num. 12. D. Couar in. 4. Decretali. 2. part c. 8. §. 3. num. 1. Et opinionem hanc nouiſsimè ſequitur Doctiſsimus & diligentiſsimus Simon Maiolus Epiſcopus Vulturarien. de irregula. lib. 1. ca. 11. num. 1. vbi plures viros egregios commemorat, qui expoſiti fuerunt contrariam tamen ſententiam tenet Anani. in dict. ca. 1. de infan. expoſi. num 11. vbi concludit nullã diſpenſationem neceſſariam eſſe, vt expoſitus poſsit promoueri Sequitur Bermond. Cho. in tract. de publ concubina in verbo, qui etiam filias. num 90 col. 363 quàm opinionem communem eſſe teſtatur eruditiſsimus Cardi Paleo. in d. tract cap. 63. nu 3. Nam vt ipſe, cap 20. eiuſdem tractatus probare contendit à ſupradicta ſententia recedens vnuſquiſque legitimis natalibus ortus præſumitur, quod latius apud eum legendum erit. Sed quod ad noſtrã ſpectat propoſitam controuerſiam, D. Præſul. Couar, in Clem. ſi furioſus 1. par. relect. in prin. num. 9. de homi. á communi opinione videtur recedere, ea innixus ratione quod non ſoleant filij ex legitimo nati matrimonio exponi, ſed potiũs qui ex furtiuis & illicitis fornicationibus congreſsibuſque naſcuntur. Sed hæc ratio concludes non eſt Siquidẽ veterum exemplis conſtat multos, filios expoſuiſſe qui tamen ex matrimonio nati ſunt, vt de Semirami. Paride, Cyro, & de alijs pluribus, hiſtoriæ teſtãtur. Nos æquidem quotidiano vſu id experimur, quam plurimos rei familiaris inopia oppreſſos, qui cum liberis ſuis alimenta nõ poſsint ſuppeditare, ſolere eos exponere, ea potius ſpe, vt cõmodius âb alijs educãtur, quàm quod paterna erga illos pietate ſint deſtituti. Opinio tamen dicti Domini Epiſcopi ſummè mihi placet, qui cenſet expoſitos ad Eccleſiaſticos ordines non eſſe, promouendos abſque diſpenſatione, quod ſi promoti fuerint, ordinum vſu prohibendi nonſunt, propter communis ſententiæ autoritatem, quamuis in

Iacob. Meno. distinctê communem sentẽtiam sequatur, vir nostro sæculo in iure consummatissimus, & perspicacis & acris ingenij. Iacobus Menoch. de arbit. iud quest. lib. 2 cen. 4 casu. 396.

☞ Expositus tamen in illa patrinatus præsumitur qua expositus est Bar. in l. 1. col fi. ff. ad municipa. & in l. si qui semper. ff. de in ius vocand. Plati in. l. ciues. in fin. C. de in col. Greg. in. l. 4. tit. 20. part. 4. Ori. ad nota quia multa ☞ iura competunt solis oriundis.

D *Irregularitatem.* Vide Abb. in c. si celebrat. de cler. ex com. ministr. Gonsal. â Villadiego de irregu. c. de susp. col. 1. Petrum Rebuff. in pract. benefic. in parte de dispen. super defectu natali. numer. 13. quam opinionem cõmunem esse fatetur D. Episcop. Couar. in Clemen. si furiosus. §. 1. numer 3. de homi. Petrus Rauen. in Alpha. aureo fol. 186. colum. 2. Marti. Nauar. probitatis & eruditionis vnicum exemplar in cap. si quando exceptione. 11 de rescrip.

E *Dispensationem.* Vide multa de hac illegitimorum dispensatione, tam circa ordines, quâm beneficia, quæ scribit Alber. Trot. lib. 2. de vero & perfecto cleric. c. 2. per totum.

Rebaptizati.

CAPVT. XV.

1 *Rebaptizatus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri.*
2 *Si tamẽ de facto fuerit ordinatus, qua pœna puniatur.*

REbaptizati in tantum 1
odio habentur ab Ecclesia, a quod qui nõ ig 2
nari rebaptizantur, dicuntur quasi iterûm crucifigere Christum, vt in capit Qui bis. de consec distinct. 4. & ideô non
sunt ordinandi b ad clericatum, b
vt in capit. confirmandum 50. distin. & habetur in Cõcilio Carthag. Quinto, Can. 11. quod adeo est verum, quod dicit tex. in dict. cap Qui bis. quod etiam c
si ignoranter c rebaptizati fuerint ordinari non possunt. vbi glos. hoc intelligit de ignorantia iuris, quæ non excusat, non autem de ignorantia facti: quia talis rebaptizatio non impediret promotionem. Qui autẽ ex 3
rebaptizatis ad sacerdotij gradum indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. Ita disponit Concilium Toletanum. 4. de quo in cap. fi. 51. distinct. quamuis ille tex. non intelligatur de ordinatione ad sacerdotium, sed ad Episcopatum, secundum Archi. ibi, quem vide notantem, quod tales sciẽter rebaptizati censentur perpetuo irregulares, qui respondet ad argumentum, quod potest obijci qualiter actus, qui non habet effectum, sicut rebaptizatio inducat irregularitatem, & vide glos. in dict. capit. Qui bis.

Ecclesia. Quę non semel A
diffiniuit, Sacramentũ baptismi, non esse repetendum, nec iterandum, quemadmodũ Diuus Augustinus lib. de vnico Baptismo, & aduersus Donatistas docet.

Et

Et in libro de vera & falsa pœnitentia cap. 3. Paulus sanê ad Hebræos, capit. 6. contrâ quosdam rebaptizari volentes ait: *Rursus crucifigẽtes sibimetipsis filium Dei.* Et iterum ad Ephesios capit. 4. ait: *Vna fides, vnum baptisma.* Est æquidem â Catholica disciplina alienum rebaptizari, vt ostendit Clemens Papa Sextus, capit. 15 Cõstitutionum Apostolicarum Act. inter cætera. *Eodem modo cõtenti sint vno solo Baptismo, qui in Domini mortem traditur, non ministerio abominandorum hæreticorum, sed probatur Sacerdotem in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c.* Et paucis verbis interpositis subdit: *Verumtamen initiatos iterum baptizare tentantes, Crucifigũt Dominum, & iterum eum interimũt: deridentdiuina, eludunt sancta: insultant spiritui, sangninem sanctũ veluti communem contemnunt, &c.* Idem docet Damascenus libro quarto, de fide orthodoxa, cap. primo. Leo Papa ad Rusticum Episcopum, epistola 70. capit. si nullo. de consecratio. distinct 4 Diuus Thom. in. 3 par. quæstio. 66. artic. 9 idem tenent Theologi omnes in. 4. sent. distin. 6. Alphon. â Castro libr. 2. de hæresi. cap. de Baptismo hæres. 5. Quod nouissimê hodie Sacrosanctum Concilium Tridentinum docuit sessione. 7. c. 11. *Si quis* (inquit) *dixerit verum & ritè collatum Baptismum, iterandum esse, illi qui apud infideles fidem Christi negauerit, cũ ad pœnitentiam conuertitur, anathema sit.* & sess. 14. c. 2. & tradiderũt latissimê Ioan. Fab. & alij Catholici viri, qui ætate nostra, aduersus Anabaptistas Germanos scripserunt, qui quidem multis magnisque testimonijs impiam hęresim illorum improbant.

Ordinandi. Adde Alber. Trot. libr. 2. de vero & perfecto cler. capit. 14. requisi 9. & Regiam. l. 9. titul. 6. part. 1 Et ista irregularitatis labe afficitur, is qui ministrauit hoc Baptismi Sacramẽtum, sciens iterum illud repetẽs. cap. 2. de apost. l. 1. C. ne sanct. Baptis. reite. & is mirê suffragatur canon. 47. ex Concilio Lugdu. apud Burchard. lib. 4. decre. 56. *Episcopus inquit, aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit, Baptisma denuò baptizauerit, aut si pollutum, ab impijs & non recte baptizatum, nõ baptizauerit, deponatur, tanquam deridens crucem & mortem Domini.* Hactnnus canon. B

Et alias pœnas contra crimen hoc perpetrantes statutas ex decretis Felin. Papæ lege apud eundem Burcha. libro. 4. capite. 99.

Et non solûm â principio rebaptizatus irregularitatem contrahit, sed etiam postquâm sciret ratam habuerit rebaptizationẽ, in se factam, ita tenet Sylues. in summa. in verb. irregularitas. quæst. 4. Tab. in verbo, dispensatio. numero. 13. versiculo. 14. Imò & si quis metu etiam cadenti in constantem virum compulsus rebaptizatus fuerit irregularisefficitur capite eos, quos. vbi glossa de consecratio. distinctione. 4. Sylvest. in verbo, irregularitas. dict. quæst. 4. At nõ ita erit, si per vim coactiuam, vt narratur de quodam Episcopo, cui nomen impositum fuit, habet Deum, quem Arriani ligatis manibus & pedibus inuitum rebap-

re baptizarunt, non æquidem illi dicta rebaptizatio nocuit, vt eleganter scribit Victor Episcopus Vitensis de persecut. Vandal. libro. 3. qui contrarium tenentes merito reprehendit, sequitur Simon Maiolus de irregul. libro tertio capit. 14. Efficiuntur etiam similiter irregulares, qui rebaptizanti ministrant Acoliti, Subdiaconi, vel Diaconi officio fungentes. text. in dict. capit. 2 de aposta glos. in. l. 1. C. ne sanct. baptism. Pari etiam ratione idem dicendum videtur, de compatribus scientibus, sunt æquidē isti rebaptizationis participes. ca. vos autem. de consecrat. distinct. 4. & tenet expresse Maiolus dict. ca. 14 numero. sexto. Istorum autem omnium dispensatio ad solum Romanū Pontificem spectat, qui vix illos dispēsabit, vt religionem ingrediantur. text. in dict. capit. secundo. de aposta. Tabi. in verbo dispensatio. nu. 13. ver. 14.

A qua quipem irregularitate immunis erit, qui hac interposita conditione baptizauerit dicens, si est baptizatus. &c. nam cûm conditio vel de præsenti, vel de futuro & talis falsa, faciat cessare actum. l cûm adpræsens. ff. de rebus dubijs, & ex interpositione huius conditionis manifestê constat, istum noluisse iterare Baptismum, & actus agentiū, non operatur ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. eo. ita sing. tenet Martin. Nauar. in manu confessor. capit. 27. nu. 246. licet asseueret istum â mortali crimine minimê excusari, qui non adhibita debita diligentia id fecerit. Eum tamen censet in vtroque foro irregularem non essê: sed labitur in hoc vir egregius, solûm sane inculpabilis ignorantia, ab irregularitatis labe hoc casu excusare potest. capit. 2. de baptism. & ita tenet Domi. Soto, in. 4. senten. distin. 3. quæstio. artic. 9. quam esseveram, & commuuem opinionem contrâ Nauar. testatur. F. Anton. Cordoua in suis quæstionibus vernaculo sermone ædictis. q. 37. Nam licet verisimum sit, quod si legitimus processit baptismus nihil secundum eum conditionale ministerium operetur, hoc tamen â notabili culpa clericum immunem minime redit, qui in re tam graui supinê nimis se gessit. Propter quam culpam sacris canonibus irregularitatis pœna iustissime fuit statuta. Nec aliquid dicta clausula operatur, quia adhibenda non est, nisi quā do est magnum dubium, an quis fuerit baptizatus, vt scribit Syluest. in tractat. de strigima lib. 3. capit. vlti. in fine. ptopterea sacerdos sciens puerum necessitatis causa fuisse domi baptizatum si ille postea deferatur ad Ecclesiam, vt ritus solemnes seruētur: non potest cum eadem clausula eum baptizare: alias efficeretur irregularis, vt expressim traditur in Cathechismo Sanctissimi Pij Quinti pontificis Maximi, in tracta. de baptis. ca. de fructibus baptismi in fine.

Egreg. Marti. Nauarri opinio confutatur. C

Quæstionis etiam est, vtrûm is qui bis Sacramentum Confirmationis susceperit, vel contulerit, hac irregulatitatis labe notetur. Qua proposita quæstione, glos. in cap. dictum. de consecration dicti. 5. censet irregularitatem

Qui bis Sacramē tum confirmationis susceperit

con-

rit, vel contulerit, an sit irregularis.

cõtrahi, quã sequitur Archid. primo. 68. distin. Albert. Trot. de vero & perfecto cleric. libr. 2. c. 14. requisi. 9. in princip. Ioann. Maior, in. 4. sent. dist. 7. qui omnes id probari censent in dict. c. dictum, quo loco apertissima est decisio, Sacramenti Baptismi & & Confirmationis iterari prohibens, pœnam debitam transgressoribus imponens: vnde cum ibi æqualiter iterari prohibeantur, Baptismatis, & Confirmationis Sacramentum, mirum non est, si quo ad irregularitatem eadẽ. fiat æquiparatio. Idq́; Regia lex Partitarum comprobat, lex inquã. 20. tit. 6. partit. 1. qua diffinitum stat, eum qui bis Sacramentum Confirmationis susceperit, irregularem esse, si scientèr id fecerit. Contraria tamen sententia placuit Scoto, qui in dicta distinctione. 7. q. 5. existimat non esse illum irregularem, qui bis etiam scienter Sacramentum Confirmationis susceperit, aut contulerit: cum id iure Põtificio expressum non sit, & irregularitas nullo casu constituenda est, nisi expressa reperiatur. cap. is qui. de sentent. excommunicat. libr. 6. quem Fran. ibi sing. esse fatetur. idem in. c. dilectus. col 4. de appellation. Bertachi. in tract. de Episcopo. cap. vltim. num. 8. Nã cùm hoc irregularitatis vitium iure tantum humano Pontificio inductum sit ex Inno. sententia. in. c. nisi cùm pridem. colum 3. de renun. vbi Anton. num 29 & Doctores. Imo. in Clem si furiosus. de homi. Palud. in. 4. senten. dist. 25. q. 3. Flore. in 3. part. tit. 28. c. 2. §. 6. quam opinionem cõmunem esse fatentur eã sequuti Villad. de irregular. in princip. Syl. in summa. in verbo, irregular. in fine. Couar. in. d. Clem. si furiosus in. 1. part. in princ. num. 2. ex hoc manifestè sequitur, nũquâm vitium hoc contingere, nisi eodem iure expressum reperiatur. supradictamq́; Scoti opinionem, sequitur Palud. in. 4. sent. dist. 7. quæst. 2. col. 1. Alphon. á Castro, lib 2. de potest. leg pęna c. 7. docum. 3. verfic. ex ratione. Cardi. á Turrecrema in. d. c. dictum. ad finem. Couar in. d. principip. num. 8 quam opinionem cõmunem esse fatetur D. Mar. Nauar. in Manu. confess. c. 27. Quę hæc vltima opinio summè mihi placet: nã nihil vrget inductio. text. in. d. c. dictũ, quia licet ibi Sacramentum Baptismi, & confirmationis, iterari prohibeãtur: non tamen inde sequitur, quòd eadem pęna imponatur confirmationem iteranti, quæ baptismum repetenti inflingitur, & licet doctissimi viri, qui in Partitarum legibus condendis interfuerunt, priorem probauerint, in hac tamen irregularitatis materia Sacri Iuris Pontificij Sanctionibus standum erit. Sic licêt de iure hoc verissimum videatur, consuetudo tamen contrariã amplexa est sententiã, cui stari debet, vt asseuerat Nauar. vbi paulò ante allegaui (cuius autoritate salua) si mihi casus occurreret, non auderem ab Scoti, & aliorum communi, & verissima opinione recedere, cùm hæc irregularitatis materia grauissima, & pœnalis sit, ideo non solùm iura extendenda non sunt, sed strictissime interpretanda, vt vulgatissimis iuribus cautũ est.

Igno-

C *Ignoranter.* Vide Card. â Turrecre. in cap. qui bis. de consecr. dist. 4. quo loco num: 7. probat rebaptizatum, aut rebaptizantẽ, ex iusta ignorantia irregularem non esse, eandem sententiam sequi videtur Henri. in cap. 2. de apost. Scotus in. 4. sentent. dist. 6. & hanc sequitur Illustrisimus Couar. in loco iam allegato. nu. 8. qui eam probabiliorem dicit text. auto rirate iu. d. c. 2. de apostа. Soto in 4. sentent. dist. 6. q. 8. Martin. Nauar. in Manuali. c. 27 num. 246. F. Antonius Cordoua, in summ. casuum conscientiæ quæstione. 37. Nec refragatur text. in dict. cap. qui bis. quia responsio illa nõ est Summi Romani Præsidis, nec generalis, nec prouincialis concilij, nec facta fuit ab aliquo, qui legis condendæ autoritatem haberet. Iure tamen interpretari potest, vt procedat, quando rebaptizatus ignoranter, post scientiam ratã habet Sacramenti reiterationem. Ita tenet Floren. in. 3. part: titul. 28. cap. 6. §. 3. quæ interpretatio mera diuinatio est, & ea ratione longê repellenda, vel intelligi potest, quando crassa & supina ignorantia, quis fuerit rebaptizatus. Sed Archid. in dict. capit. qui bis. vt rem in tuto constituat censet, quod rebaptizatus etiam iusta ignorantia, ab Episcopo dispensationem impetret. idem sentit Aluer. Troti. dict. c. 14. num. 1. licet de iure absque aliqua dispensatione istum ad sacros ordines promoueri posse censeat: quod verius ipse existimo. Erit æquidem in rebaptizante iusta ignorantia, vt ab irregularitate excusetur, si filios infidelium rebaptizet, nam iustê ignorare potuit eos fuisse baptizatos. tex. in capit. placuit. de consecra. dist. 4. habetur in Concilio Carthaginensi, capite sexto. Idem esse censeo de infantibus expositis, sine vllo signo aut scripto attestante, de Baptismo tenet Maiolus, dict. cap. 14. num. 4.

Tex in c. qui bis. de conſ. diſt 4. in terpretatur.

Bigami.

CAPVT. XVI.

1 *Bigamia octo modis cõtrahitur, remissiuè hic traditur.*

2 *Bigamus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri.*

3 *Maritus post adulterium Vxorem carnaliter cognoscens non potest ordinari.*

PRAEMISSO prius quôd bigamia pluribus modis contrahitur, vt per Archid. Floren. in 3. part. titul. 28. cap. 3. vbi octo modos illius scripsit, quos hic referre noc curo, transcripsit enim illos Syluestr. in sua summa, in verbo, bigamia, in princip. bigamos ordinari non posse [b] ex pluribus capitulis, in distinct. 34. â Gratiano collectis comprobatur, præcipue in capite curandum. & in capit. præcipimus, & in capit. si quis viduam el. 1. cum duobus sequentibus. Si vero de facto fuerint aliqui ad sacros ordines promoti, illis priuandi sunt, quia in bigamia contra Apostolum dispensare non licet, [c] vt in capit. super eo, de bigamis, ex quo patet, quod bigami

1 2 b c

d mi recipiunt characterem ordinis, quod etiam probat text. & 3 ibi notat Præpo. ex eo in capit. si quis viduam. l. distinct. Et inter alios casus bigamiæ aduerte ad vnum, quod plures contingit quôd si maritus adulteræ post adulterium illam cognouit, non e potest ordinari. Ita probat text. in can. 8. Concilij Neocæsarien sis in. 2. edictione. & est text. & illum sic summat Præpo. in cap. si cuius. 34. distin. Cuius ibi bonam distinctionem vide, videlicet, quod cognoscens adulteram scienter, siue ignoranter f repellitur â susscipiendis ordinibus: ab executione verò susceptorum non repellitur, si ignoranter cognouerit: dum tamen possit vxorem de adulrerio conuincere, & eam dimittere. Imô fortiorem affirmat sententiam, ibi Præposi. post Bart. Brixi. Ioã. de Fan. & Hostien. quod licet maritus cognoscat adulteram ad mandatum iudicis, sibi præiu- g dicat, g licet Innocen. in capit. Inquisitioni, de sentent. excommunicat. in hoc aliter distinguat.

A *Contrahitur.* De quibus modis quibus bigamia contrahitur vltrâ Doctores, quos hoc in loco allegat autor. vide latê sant Thom. & Theologos in. 4. sen. distin. 27. q. 3. Ioann. Mont. in tracta: de irregula. bigamiæ. in princ D. Couarru. in Clemen. si furiosus. in. 1. part. relection. 5. 2. de homi Alue. Troti. libr. 2. de vero perfect. clericor. capit. 11. requi. 9. & vide Regiam l. 5. titul. 5. partit. 1. Nauarr. in Manuali. capit. 27. numero 195.

Ordinari non posse. Quæ sanè irre B gularitas, á veteris testamenti legibus originem habuit. Leuitici namque scriptum est. capit. 21. de Sacerdote, *Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam quæ repudiata est à marito.* Post legẽ verô Euãgelicã, statim bigamia ab Apostolis instituta fuit, quod sacris ordinibus esset impedimento. Scribit æquidẽ D. Paul ad Tim. 3. *Oportere Episcopum irreprehensibilem esse, & vnius vxoris virum.* Quem locum elegantissimê pro eius singulari eruditione declarat Domi. Soto de iust. & iur libro. 7. quæs. 6. articul. 2. Quod in principio nascentis Ecclesiæ sempêr fuit obseruatum, vt fatetur Ioann. Driedo. de liber. Christi. libr. 3. capit. 3. fol. 126. versicul. quod vltra in argumento. Idque patet in canonibus Apostolorum, cano. 18. Quod vero apud Ethnicos circa hoc obseruabatur. lege Aulum Gel. libr. noctat. Atticar. articul. 10. capit. 15. Tertullian. libr de exhortatione ad castitatem, & in libr. 1. ad vxorem. & in lib. de monogamia. ad finem. Ludouic. Cel. libr. lectio. antiquar. 15. cap. 22. Primus vero qui contraxit bigamiam, fuit [Lamech.] vt constat Geneseos, ca. 4. quo loco idem adnotauit Nicol. de Lira. & Tertul. in dict. lib. de exhortatione. ad castitatem refert ex nostris Couar. in. d. §. 2. num. 1.

Dispensare non licet. Adde quod C cûmhæc bigamiæ irregularitas, ab Apostolis, & ab antiquissimis vniuersalis Ecclesiæ concilijs, origi-

originem habuerit, vt superiori annotatione scripsimus, Episcopus cum bigamo, vt sacris donetur ordinibus, dispensare nō potest, quam opinionem receptā fatetur præpo. in cap. lector. 50. dist. idem fatetur Ioann. Monta. in dict. tracta. de bigam. q. 7. D. Couarr vbi paulō ante allegaui. num. 4. quam sequitur Ange. in summa in verbo, bigamus. Gonsal, â Villad. de irregular. q vlti. Quamuis Card â Turrecrema. in d. c. lector. post Diuum Tho. in. 4. sen. distin. 27. q. 3. probare contendit, Episcopum posse cū bigamo, in minoribus ordinibus dispensare, quod Syluest. sequitur in summa, in verbo, bigamus q. 7. & Domi. Soto in. 4. senten. disti. 27. q. 3. artic. 3. nam vt ille inquit, per minores ordines quis non simpliciter sacris emancipatur, & ea ratione non est cur nō liceat Episcopis dispensare, qui ordinaria pollēt potestate. Quæ opinio fortē admitti poterit, quādo maxima dispensandi causa interueniret, vt scribit Ludouic. Gomez. in tracta. breuium. numero. 20. vel quando quis bigamiam contraxit, erat merē laicus. Henri, in. c. 1. in fine de biga. Sed in contrarium est communis omnium sentēcia, nempe minimē licere Episcopo, vt cum bigamo etiam in minoribus ordinibus dispenset. ita fatetur insignis Gregor. in. l. 5. in verbo *dos mugeres* in fine. tit. 5. part. 1. & Marti. Nauar in Manuali coufesso. c. 27. nume. 197. quod loco admittit S. Thom. & aliorum opinionem, quo ad vsum ordinum susceptorum, non vero, vt nouis ordinibus possit insigniri.

Summus tamen Ecclesiæ Præsul iure potest cum bigamo dispensare, vt tradit Thom. in. d. q. 3. & est tex. in. c. lector 34. dist. vbi Martin. Papa cum bigamo, vt subdiaconus fieret dispensauit. & ibi not. Præp. Card. â Turrecrema glos. & doct. in. c. super eo. de bigam. Floren. 3. part. tit. 28. cap. 3. Petrus de Ancha. consil 124. Ioan. â Medina, huius celeberrimæ Complutensis Academiæ: imō totius Hispaniæ decus & ornamentum, in tractata. de ieiunio. fol 135. & opinionē istam communem esse fatentur Ioan. Monta. d. q. 7. Alber. Troti. de vero & perfect. cler. lib. 2. c. 11. Greg. Lup. in. d. l. 5. titul. 5. part. 1. Mart. in. d. c 27. nu. 197. Huic. d. in tract. de in comp. benefi. 1. par c. 23. numer 117. Flami. pari de resig. benefi. lib. 5 q. 3. num. 197. & communem esse Theologorum sententiam testatur Fran. Vargas Hispanus (vir alioqui insignis) in tract de Episcopi iurisdictione fol. 32. Quæ quidem dispensandi facultas de iure ordinario permissa est, non verō de absoluta (quod aiunt) potestate, vt existimat Henri in cap. 1. colum. 5. de bigam. Ioan. Staphyl, de liter. gratiæ, & iusti. col. vltim. quos merito reprehēdit insignis Couar, in Clemen in furiosus. de homi. 1. par. relect. 5. 2. num. 4 & manifestē probat. d. Regia. l. 5. ti. 5. par 1 cum dicit E *otro si el puede dispensar que reciba ordenes sagradas, cō aquel que viese auido dos mugeres virgines de bendicion, o vna biuda.* Quæ verba ad potestatem ordinariam Summi pontificis referenda sunt. Fatetur tamen Staphil. d. col. vltim. *D. Io. à Medina*

Sum-

Summũm Præsulem maxima cũ difficultate, in hoc bigamiæ vitio dispẽsare idem asseuerat Nauar. tanquãm testis huius rei integerrimus dicens: in loco nouissimê allegato, non solere Romanum Pontificem, sine magna causa de ordinaria potestate dispensare in bigamia vera & propria, sed in similitudinaria, solere & posse cum iusta causa.

D *Recipiunt characterẽ.* Adde tex. in c. quicunq; in. 2 59. distin. & in cap. pœnitentes ead. dist. Host. in summ. tit. de bigam. §. vltimo. Anton. in cap. debitum. de bigam. Albert. Troti. de vero & perfecto cleri libr. 2. cap. 11. quã dicit communem esse opinionẽ, & Theologorum & Canonistarum D. Couarr. d §. 2. num. 4.

E *Ordinari.* Adde Abb. Anani. & Doct. in cap. 3. de adult. Imõ irregularis est, qui advxorẽ adulteram post pœnitentiam reconciliatam cognouerit. ita sentit Anch. consi. 124. Felin. in c. ius generale. col. 6. 1. dist. Anani. in d. cap. 3.

F *Siue ignoranter.* Adde Hosti. in summ. titu. de bigam. vers. quod sunt species. qui indistinctê intelligit text. in cap. si cuius vxorẽ. 34 dist. quod bigamus efficiatur vir, qui vxorem adulteram, ignoranter cognouerit sequitur Ioann. And. post antiquiores in d. cap. 2. de biga. Præpos. in summa. 50. dist. col. 5. sentit Abb. in d c. 2 de adult. Alber. Tro. libr. 2. de vero & perfecto cleri. cap. 11. numero 2. & esse communẽ sententiam testatur Gregor. Lopez in. l. 35. titulo. 5. partit. 1. in ver. *que ver.* Quam probaliorem & tenendam esse scribit Domi. Soto, in. 4. sentent. distinct. 27. quæst. 3. art. 1. Nam hæc irregularitas, non contrahitur in hoc casu, propter pœnam culpæ, quæ nulla est: sed propter defectum significationis Sacramenti, velut si corruptam duxisset, & hac ratione, irregularitas hæc præter voluntatem contrahi potest. A Equior tamen est cõtraria opinio, quam nonnulli ex antiquioribus tenuerunt, & eam sequuta est Regia Partitarum. l. 35. supra allegata, ibi *Esso mismo serie si alguca casasse con muger, que cuydasse que era virgen y no lo era, o seyendo casado con aquella que vuisse virgẽ, fiziesse ella adulterio, e despues ouiesse que ver con ella, sabiendolo.* Sed cùm in hac irregularitatis materia, Sacri Iuris Pontificij sanctionibus, & receptissimis opinionibus, sit standum, â communi & verissima Theologorum, & Canonistarum opinione recedendum non est.

Sibi præiudicat. Adde glos. & G Doctores in capit. si cuius vxorem. 34. distinct. sanctus Thom. & Palud. in. 4. sentent. distinct. 27. quæst. 4. Floren. in. d. cap. 3. Capel. Tholosa. quæstio 255. & horum opinio tutior est si credimus. Henri. in. d. cap. 1. colum. 4. de bigam. & est magis communis vt asserunt Sylvest. in verbo bigamia. quæst. 1. Alber. Troti. dict. cap. 11. numero. 2. Non tamen maritus, mandato iudicis compelli potest, vxori adulterę occultê, debitum reddere, quoniam si iudex id compertum haberet, non præciperet in præiudicium mariti, qui sic adulterã cognoscens bigamiæ nota inficitur. Quod si in eo casu iudex

vellet virum esse obligatum, iniustum esset eius præceptum, tanquâm contra ius marito debitum factum, ita optimè censet Ioand. Dried. libr. 1. de liber. Christi 5. ex supradictis pag. 234 quo loco vere iudicio meo scribit, quod quamuis maritus non possit occultam vxorem adulteram â domo repellere, potest tamen â coniugali thoro eijcere.

Corpore vitiati.

CAPVT, XVII. QVOD nouè æditum est.

1 *Corpore vitiatus, ad Ecclesiasticos ordines admittendus non est.*
2 *Huius capitis irregularitas, ab antiquissimis diuinis legibus originem habuit.*
3 *Apud Ethnicos, qui corporis labē patiebantur, à suis sacerdotijs longè repellabantur.*
4 *Traditur c. huius germanæ ratio.*
5 *Corpore vitiatus, si de facto sacris fuerit ordinib⁹ insignitus, characterem ordinis recipit.*
6 *Hodiè non tam exactè deformitatis ratio habetur sicut antitus. Leuit. cap. 21.*
7 *Deformitas, vel corporis vitium, quo ad susceptos ordines quando impedimentum præstet.*
8 *Qui membrum sibi propria culpa abscinderit, irregularis est: licet ex eius defectu, ad sacri ordinis ministerium minime impediatur.*
9 *Matthæi locus capit. 19. explicatur.*
10 *Manus in seipsum inijcere, nec religionis nec castitatis causa licet, imo accerrimis pœnis interdictum est. Quid verò apud Ethnicos.*
11 *Seipsum interficiens non est sepultura Ecclesiastica sepeliēdus, traditurque ibi locus ægregius ex Platonicis legibus.*
12 *Mortuus qui in puteo, vel alio simili loco reperitur, non ex eo si aliud non probetur, priuandus est Ecclesiastica sepultura.*
13 *Qui membro aliquo caret, cuius defectus irregularitatem nō inducit, secum portare non tenetur.*
14 *Monoculus irregularis est. Vbi de intellectu tex. in c. si Euāgelica. 55. dist.*
15 *In irregularitatis labe, quæ ex corporis vitio procedit, solus Romanus Præsul dispensationē poterit indulgere.*
16 *Quæ deformitas, irregularitatem producat: iudicio Episcopi relinquitur.*
17 *Corpore vitiatus, contra Clericū in criminalibus causis, testis esse non potest.*

MErito quidem Sacri Canones, non omnes passim ad presbyteratus dignitatē, nec ad eius ministeria, nec ad alios, ei subseruiētes ordines, absq; delectu admiserūt, imo ab eisdē institutum est, nō solùm ab ordine repellēdos esse, qui moribus iacturā aliquā fecerint, sed eos qui eorum culpa, vel sine culpa, labē aliquā corporis contraxerint: cap. 2. & toto tit. de corpo. vitia. cap. 2. & ibi. Abb. de cler. ægrotan. capit. si Euangelica. 55 dist. not. Hostien. in summ. tit. de corp. vitia. Alue. Troti. lib. 2 de vero & perfect. cleric. c. 16. Gardi. & Docto. in dict. c. 2. de corp. vitia. Recar. in. 4. sent. dist. 25. q. 5. artic. 5. & Palud. 1

Palud. ibi. q. 3. ad finem Villadi. de irregu. c. de corpor. vitia. D. Episcopus Couarr. in Clemen. si furiosus de homi. in 1. Ioan. Corrasius, de sacerd. 3. part. capit. 6. quam receptam sententiam cõ-
2 probat Regia, l. 25. tit. 6. part. 1. Quæ quidem irregularitas â lege antiqua, & â beatissimus Saluatoris nostri Apostolis originẽ habuit Legitur enim Leuit. cap. 21. Dominum ad Moysen dixisse: *Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offerat panes Deo suo nec accedat ad ministerium eius, si cœcus fuerit, si claudus vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem, scabiem, si impetiginem in corpore, vel hernioſius.* Cuius seriem sanctissimê & doctissimê explicat Diuus Gregor. capit. 11. primæ partis pastoralis, vt refertur in c. hinc etenim 49. distincti. cuius etiam sententiæ fuit Diuus Hieron. ad Fabiolam, de veste sacerdotali. Et apud Ethnicos. idem
3 obseruabatur, teste Plinio lib. 7. natura. historia. idem professus fuit Seneca. libr. 4. declama. 2. declam. Gentiles eandem legem obtinuisse, vt sacerdos integer esset quasi sacerdotes sacrorum ministri corpore integri essent, vt apud Romanos inuiolabiliter â tempore Romuli obseruatum fuit, qui sacerdotes elegit genere excellentes, nec corpore vlla ex parte trunco. vt testatur Dionysii Alicarna lib. 2. Roman antiqui. & inibi laudat Romulum Romanorum legum latorẽ, qui Sacerdotes non venalia, nec sorte. diuidenda fecit, sed cuiusque curiæ bonos creauit, supra annum quinquagesimum natos excellentes genere simul & virtute præstantes, nec tamen inopes aut corpore vlla ex parte truncato. Et Plinius lib. 7. capit. 28. de Sergio loquens, *Que omnia* (inquit) *ex oratione eius apparent habita cum in prætorio* (aut vt alij legunt in prætura) *sacris arcerentur à collegis, vt debilis* (ideſt) *vt mancus & mutilus, nam primum dixerat illam dexteram manum perdidisse.* Quibus consonat vetus mos Romanorum apud quos, virginem vestalem capi fas non erat, quæ aliqua corporis labe maculata esset vt Austiti Labeonis authoritate prodit Gellius lib. noctat. antiqui. 1. capite. 12. Feneste. de magist. Romanorum capit. 7. idem apud Persas vsu receptum fuisse tradit Alexandr. ab Alexandro. libro. 6. dierũm geni. capit. 14. secundum quam sententiam Diuus Hieronym. vbi paulô ante allegaui parentes arguit, qui deformes filias virginitati consacrent. idem Hieronym. ad Demetriadem ita scribit. *Solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniant virginitati consacrant.* Et plurima lectu nõ indigna de more Circa hoc scribit doctissimus, nunquam promeritis satis laudatus Andræas Tiraquel. in. l. 2. connu. numer. 59. Diuus Couarru. in dict. principi. dicta. Clement. si furiosus. numero 5. Petrus Placa. libro. 1. Epit. d olictor. capit. 25. numero. 2. Iacob Meno. de arbit. iudi. quæstione lib. 2. centu. 5. casu. 226. Hieron. Magius, lib. 4. Miscela. c. 4.

Et huius irregularitatis, potissima ratio est, quia incompositio corporis inæqualitatem inducit mentis testimonio D. Aug. quod habetur 5. vltim. 41. distinct. *Raro enim in corpore deformi nobilis, formosusque animus insidet* : vt scribit Abb. in c. quia diuersitatem. 1. not. per illum text. de cõcess. præben. & Bald. in. l. obseruare. col. 3. C. quor. appel. nõ recip. scribit, turpem corporis habitudinem declarare procliuem esse hominem ad scelera, pulchram verô ad virtutes. Sequitur Hyp in. l. 1. in prin. col. pen. .ff. de quæst. Vnde Galenus lib. de tempera. 2. cap. 6. scribit, naturam membra componere, prout moribus animæ conuenit, idemque ipse affirmat lib. 1. & 11. de vsu partiũ. Et cuius facies est deformis, vis potest habere bonos mores: vt scribit Rasis medicus sui temporis celeberrimus, lib. ad Almansore. 2. c. 33 & iterum cap. 54. faciem fœdam malos mores significare ait. Et qualis forma, talis est anima, vt est apud Planudem in vita Aesopi, quôd antiquissimis Gothorum legibus cautum erat his Hispanorũ verbis: *Ca home demala catadura no pue de hazer buenas obras.* vt habetur in ordinationibus militum, *de la vanda.* Idque manifestê ostendit Cornelius Tacitus libro. 12. *Iulius inquit Pelignus ignaui animi, & de ridiculo corporis iuxta conspiciendus.* Quod etiam pulchra scribit Echorus Poeta Græcus apud Stobæum ratione sermone. 88.

Faciem aspectu deformem possides.
Mores etiam huiusmodi habes.
Ex malo enim natura malum producit.
Vt ex vipera rursum vipera nascitur.

Et illud Græcum Epigramma Latinitati donatum.

Clauda tibi mẽs est, vt pes natura natasque.
Exterior certas interioris habet.

Quin & Valerius Martialis lib. 12. Epigrammat. Zoilum quendam ex oris deformitate malum esse suspicatur.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus.
Rẽ magnã prædas, Zoile si bonus est.

Circa quam huius capitis irregularitatem aliqua notatu digna illa quæ selectiora notare constitui.

Primô, quod licet corporeviciatus, non possit sacris ordinibus insigniri, si tamê de facto fuerit ordinatus, verê recipit ordinis characterem, licet non eius exsecutionem. Hæc enim est cõmunis & Theologorum, & Canonistarum sententia, quæ contradictorem non habet, vt patet ex Doctorũ traditionibus, quos in capitis huius principio allegauimus. 5

Secundô, quod hodie non tam exacta deformitatis ratio habetur, vt antiquitus, Leuit. dict. cap. 21. sed sola deformitatis repellit homines sacris insigniri, quæ sacra ministeria tractare impedit, vt si cęcus quis sit, vel mãcus, vel quid aliud simile patiatur: nam modica deformitas nõ repellit text. in capit. 2. de corpor. vitiat. vbi Anton. de Butri. & Card. Corrad. de sacerdot. tertia part. capit. 6. numero. 5. 6

Tertiô, quod dictũ deformitatis vitium impedimentũ præstat quo ad ordines suscipiẽdos, quia 7.

quo

quo ad susceptos tantum inducitur irregularitas in illo actu ordinis qui ob insignem deformitatem vel defectū impeditur corporis vitio ita colligitur ex tex. vbi Abb. in cap 2. de cler. egrotan. Mari. Soci. in cap. ad audiētiam. nume. 2. de hom. Gonsal. á Villadiego, de irregu. capit. de corp. vitia. Qua ratione, qui patitur vitium corporis celebrationem impediens, nempē in his digitis, qui ad consecrationem & eleuationem necessarij sunt, solūm â missārum celebratione abstinebit: non verō â diaconatus vel subdiaconatus ministerio: pariq̄ue ratione is qui ob maximam deformitatem quam partitur, longe ab altari arcendus est, minime impeditur absolutionis Sacramentum ministrare. Ista est communis omnium sententia teste D. Episcopo Couar vbi suprâ.

Quartō nec illud silentio prætermittendum est, quod si quis membrum sibi propria culpa abscienderit, irregularitatis labe inficitur, etiam si ea abscisio nullū ordini impedimentum pręstet, nec insignem deformitatem inducat, quæ assertio, ad eos referri debet, qui propria voluntate pudenda sibi execuerunt. capi. pęnitentes. 55. distin. cap. siquis ab scinderit. cap. qui partem. eadem dist. cap. maritum. 33. dist. capit. vltim. 7. distinct. & habetur in Canonibus Apostolorum capit. 23. & est Regia l. 25. tit. 6. part 1. Idem quidem erit, quamuis quis sibi non abscindat, sed alius sua culpa, quia iussit, aut rogauit, aut quia rei illicitæ dās operam tale membrum casu perdidit. arg. text. in capit. præsbiterum. & in capit. continebatur. de homicid. aut si forte, in pęnā alicuius sceleris ab inimicis fuit illi abscisum. Ita tenet Host. in summ. titu. de corp. vitiat. 5 Et quæ, & in capit. ex parte eo tit. vbi Ioan Andr. idem scripsit de eo, cui maritus ob adulteriū pudenda abscindere: idemque sequitur Villadiego de irregula. cap. de corpore vitia colum. 2. & communem esse testantur eā sequuti D. Couarru. vbi supra & Nauar. in Manuali confesso capit. 27. numer. 98. Id sanē sæpissime contingere solet, & ætate nostra: nā anno millesimo quingentisimo trigesimo septimo, tribus in locis, nempē de Vilianubla, & de Cigunuela, ac de Laguna (quæ non longe distant ab insigni populo Vallisoleti, vbi tūc temporis regia curia aderat, in octo fere mensium spatio filius viduæ cuiusdā & duo mariti, in tres sacerdotes sæuierunt, de inimicis membris se vindicantes, & acta iudicaria super his cō secta vidisse testatur D. Episcopus Ioann. Bernard. infra capit. 79. num. 8. Fortiori etiam ratione idem erit asseuerandum quādo pudenda iure abscisa fuerunt arg. tex. in capit. fin de tempore ordinan. At vero si membri imbecillitas, aut eius defectus contingit absque propria culpa, sed ā medicis casu, vel per vim vel hostiū insidias, promoueri poterit, & promotus cūm is casus euenerit, in susceptis ordinibus ministrare. capit ex parte. capit. insignificauit capi. ex parte 2 de corpo. vitiat. capit. si quis infirmitate. capit. lator. 55. distinct.

cap: Eunuchus. ibi. Id etiam habetur in Canonibus Apostolorum. cap. 21.

9 Nec enim his refragatur Matthæi locus c. 19. Eunochos esse dicens, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, &c. & hi summè laudantur. Nam de his accipiendus non est, qui verenda sibi ipsis amputant: maledictum enim hoc, sed de his, qui continentes sunt ob amorem Christi. De quibus loquitur Esaias, cap. 56. *Hæc dicit* (inquit Dominus) *Eunuchis, id est, continentibus, qui custodierint Sabata mea, & tenuerint fœdus meum, dabo eis locum in domo mea.* Sicuti eleganter Euangelij locum explicat Diuus Aug. lib. vni. de sancta virgin. capit. 23. & 24. Basi Mag. lib. vni. de virgi. Diuus Hieron. & glos. ord. in d. c. 56. Esaiæ, in quo deceptus fuit Origenes, qui illud diuinum testimonium vt narrat Nicephorus Calistus libr. 3. Historiæ Eccles. cap. 8. ad literam intelligit. & ex nostris Coros. de sacerdo. 2. par. c. 6. Grauissimeq; aberrauit ipsemet Orig. qui virilia sibi amputauit vt sine calumnia Verbũ Dei prædicare posset eaque ratione cum ad sacerdotium promotus fuisset orientalis Ecclesia giauissimum & scandalum passa est & Demetrius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus Dionysium per quam seuere redarguit eo quod Origenem promouisset vt scribit Euseb. lib. 6. histor. Ecclesiastica. Et ideô sicut ciuiles leges homicidij pœna puniendos censent, qui alteri virilia amputauerint. l. 3. §. qui hominem & in. l. 4 §. idem Diuus. ff. de Sicar. l. 1. & 2. C. de Enuchis. l. 13. titul. 8. part. 7. eadem pęna afficitur qui se castrandũ præbuerit. dict. l. 4. ad finem. Semper æquidem ipsa virilium abscisio, etiam apud Geniiles turpis fuit iudicata, vt autor est Valerius Maximus lib. 7. capit. 7. Scribit quę Basil. epistо. 87. Eunuchorum genus ignominiosum esse nimirum, quia neque fęmineum neque masculinum sit amore insaneunt citra fructum propter propriam turpitudinem, quæ loco multis conuitijs eos insectatur.

Nulla vnquâm causa etiam castitatis, vel religionis licuit sibi ipsi quenquam manus inijcere ad occisionem, vel alicuius mẽbri mutilationem, nullus sanè liberum arbitrium circa vitam, vel eius membra habet. Vt iurisconsultus probat in. l. liber homo. ff. ad leg. Aquili. capit. contingit. in. 1. de sententia excommun. capi. displicet. versic. *Noli ergo iam dicere.* 23. quæstio. 4. cap. si non licet. cap. tu dixisti cap. non est nostrum. cap. placut. 23. quæstio. 5. factum verô aduersus hanc prohibitionem leges nostræ accerrimæ repræhendunt. l. qui rei. §. sic autem distinguendum. ff. de bonis eorum, qui sibi mortem consciuer. vbi ita ad verbum scribitur. *Meritò sine causa sibi manus intulit puniendus est, qui cum sibi non pepercit, multo minus alijs parcet.* Et alibi in. l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniust. testam. Vlpianus Clanculum veluti deridet quosdam qui iactationis causa mortem sibi consciuerunt. Et ex Theologis id plane damnant Origenes in 2. tract. in comment. in Iob, enarrans illius

Illius ipsius Iob cap. 2. *Benedic & morere.* & Diuus Chrysostomus in Epistola Pauli ad Galathas, vbi inter alia ægregie ibi tradita, scribit Deum illos qui laqueo aut alia violenta morte vitam sibi abrumpunt, atrocius punire, quam cæteros homicidas. & Diuus Augustinus in lib 1. de ciuitate Dei cap. 17. & multis sequentibus vsque ad. c. 24. & Lactantius in libr. 3. qui est de falsa apientia. c. 18. Diuus Hieron. in spistola ad Paulum super obitu Blesillæ eiusdem Pauli filiæ, vbi inter cætera scribit, quod tales habet stulta philosophia martyres. & tradit S. Thom. in. 2. 2. q. 64. art. 5. Ex Ethnicis verô Socrates apud Platonem in Phædone exhortatur, pieq; monet, ne quisquam audeat mortem sibi inferre. Aristoteles autem libro. Ethnicorum. 3. capite. 7. in fine *Mortem* (inquit) *sibi consciscere ad fugiendam paupertatem, vel mœrorẽ aliud ve huius generis non fortis est hominis, sed potius timidi.* & lib. 5. c. 11. *Qui se occidit* (inquit) *sibi iniuriam non facit, quia sponte iniuriam patitur nemo, sed facit contra legem quæ prohibet quenquam interfici, ideo ciuitati iniuriam facit. Quapropter & ciuitas mulctat, & instituta est ignominia quædam aduersus eum, qui sibi mortem conscisit, vt ciuitati iniuriam facientem.* Et eiusdem sententiæ fuit totius eloquentiæ parens, Cicero libro. 1. Tuscula. quæst. Idem in Sõnio Scipionis. *Tibi* (inquit) *Publi, & pijs omnibus retinendus est animus incustodia corporis nec iniussu eius à quo ille est a nobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum à Deo defuisse videamini.* Et videdus etiã est de hac re Aegesyppus lib 3. cat 17 vbi prudenter asseuerat ingrati hominis esse, citius discedere re quã velit qui vita in donauerit, nec linet animam soluere, nisi ei qui legauit. & Heliodorus Emissemus li 2. historię Aethyopicæ tradit illum crimen læsæ maiestatis diuinæ committere, qui sibi ipsi vitam abrumpit, & conducit etiam illud, Martialis lib. 10. Epigra. 47.

ummum nec metuas diem nec optes.

Idem delicto libro decimo.

Optima mors parca quæ venit apta die. Et ideô merito improbanda est Ceorum lex de senibus, qua senesse delirare incipere cognoscentes, & ob ætatem patriæ, inutiles esse, coronati cicutam bibebant, vt testatur Aelia. lib. 3: variæ historiæ. cap. 26. Nam impia & abominanda fuit lex Sardea, vt filij parentes Senio confectos fustibus cæderẽt, & interemptos sepelirent. absurdum arbitrãtes si delirus senex vlterius viuerit: Idem Aelius lib. 4. variæ historiæ cap. 1.

Et circa hoc argumentum legẽdus est insignis Diuus episcopus Couarrub. in dict. Clemen. si furiosus. in princip. de homil. numero. 6. & in libro. 1. variarum resolu. capit. 2. numero. 8. & libro. 2. capit. 1. numero. 11. & omnium latissimê. & elegantissime Andr. Tiraquel. de nobilit. capite. 3. numero. 475. & nume 520. Andr. Alciat. libr. 6. par. cap. 27 petrus Greg. quem posthæc scripta, leg. 3. par. Synt. lib 36. c. 22.

Illud vero prętermittendum 11
non est, quod seipsum occidens

Ecclesiastica non est sepeliẽdus sepultura. tex. in cap. placuit. 23. q. 5 quem dicit esse singularem Roman. sing 264. glo. not in. c. ex parte. de se sepult. Quamuis licitum sit priuatim pro eo orare & illud licet ei qui pia mente crediderit, in vltimo vitæ spiritu condignam criminis contritionem habuisse, tenet Palud. in 4 senten dist. 20. q. 1. colum. 1. Mar. Nauar. in cap. 1 de pœnit. distinct. 7. legibus autem Platonicis, minimè hoc atrocissimũ crimen perpetranti, sepultura denegabatur: sed potûs insolita constitueba tur, vbi alius nemo condebatur, inquit enim ipse lib. 9. de leg. *Qui seipsum, vita & sorte fatorum vt scelerata priuauerit, nec iudicio ciuitatis, nec tristi & ineuitabili fortuna casu coactus, neq; extremo aliquo pudore compulsus, sed ignauia & formidolosi, animi imbecillitate, iniustè sibi mortem conscinerit, ei sepultura fiat solitaria, vbi alius nemo condatur deinde his locis sepeliatur, quæ de undecim partibus vltima deferra innominataque sint, sic obscurus vt nec statua, nec inscriptione sepulchrum notetur.* hactenus Plato. Quod si fortè, indicijs & coniecturis, liqueret cum furore, aut mentis alienatione seipsum occidisse, tunc non priuare tur sepultura Ecclesiastica, vt egregiè scribit Ioann. Gallus in quæstion. Parla. 127. & hoc iure vtimur.

12 Nec æquidem ex eo, quod aliquis mortuus in puteo, vel in alio simili loco reperitur, priuari debet sepultura Ecclesiastica, quia minimè credẽdum est, seipsum præcipitasse. Quod ex eo manifestissimè probatur, quia criminis suspicio longe semper repellenda est. l. merito. ff pro socio. cum similib potuit enim is ab alio in puteum eijci, & non probat hoc esse quod ab hoc cõtingit abesse. l. nam hoc. C. vnde legi l. neque natales. l. ad probationẽ. C. de probat. & ita in proprio casu, in facti contingentia interrogatus consuluit: excellentissimus & magni nominis Iurisconsultus Marian. Socin. Iuni. cõsil. 51. num. 1. vol. 2. quem sequitur D. Epis. Couar. libr. 2 var. resol. c 1. num. 11. & non semel in controuersijs Forensibus obtinui, quod plurimum est notandum. *Mari. Socin. Iuni.*

Quod mirum in modum confirmat egregium doctissimi Martin. Nauarri responsum. 6. tit. de sepult. quo in facti contingentia interrogatus, respondit, quendã minachum non fuisse sepultura Ecclesiastica probandum qui cubiculo suo inuẽtus fuit mortuus flexis genibus cũ laqueo ex collopendente. Vide per cum ibi, quia eisdem fere fundamẽtis innititur.

Quinto, vt ad institutũ sermonẽ redeam, prætermittendũ non 13
est, quod si quis membro aliquo careat, cuius defectus, eum irregularem minime constituit, non tenetur illud ab scissum mẽbrũ, vel aliquã eius partẽ secum portare. Ridiculum enim esset hoc. glo. not. in. c. si Eunuch. 55. dist. Abb. in. d. c. 2. & Henr. in. c. vlti. de corp. vitiat. Gõsal. à Villadiego, vbi suprà allegaui Albertus Trot. li. 2. de vero & perfecto cleric. c 16. num. 8. quam glo. dicit sing. & communiter receptã Nauarr. in manuali. c. 27. num. 20.

Sexto

14 Sexto, illud est animaduersione dignissimum. quod quamuis monoculus ad sacros ordines promoueri non possit, est enim is irregularis. text. not. in capit. si Euangelica. 55. distin. tamen qui caret vsu oculi dexteri, qui sanus videtur & sinistro probè cernit, irregularis non est. Ita contra alios defendit. Martí. Nauar. in dict. cap. 27. num. 199. vbi scribit se non semel ita respondisse. & est egregius & nouus intellectus ad tex. in. d. cap. si Euangelica disponens ne carentia oculi, quæ magnam deformitatem inducit, quod non extendatur, ad visus carentiam, quæ illam non inducit. arg. tex. in reg. odia. cũ similib. de regul. iur. lib. 6.

15 Septimo, quod in hac irregularitate à solo Romano Pontifice dispensatio impetranda est, nullus autem inferior eam potest indulgere, ex celebri Innocent. sententia in capit. significauit. de corpo. vitiat. cuius opinio communis est, vt ita Cardi. testatur, & Villad de irregula. c. vlti. D. episc. Couarr. in. d. Clem. si furiosus. num. 7. licet contrariam sententiam tenuerit glo. in. d. c. significauit. illius text. male intellecti autoritate, qui longè aliter intelligendus est, quam glo intellexerit, nam loquitur & procedit de Episcopi dispensatione Apostolica autoritate sibi delegata & præstita, & ideò nõ episcopus ibi dispensationis gratiã concessit, sed summus Præsul: & iste est germanus illius text. intellectus, vt Abb. & Doctores ibi intellexerunt & ideo à communi & verissima sententia recedendum non est, quamuis opinionem glos sequantur. Villadiego in loco iam allegato. & Sylvest. in sum. in verbo, corpore vitiatus. q final. Imo, quod memoratu dignum est & desficilio rem hanc dispensationem redit, scribit Ioann. Staphi. de literis gratiæ & iusti. 2. partit. fol. 193. non consueuisse Pontificem Romanum dispensare, circa irregularitatem, quæ ex corporis vitio oritur, quando horrenda est deformitas: & si is qui eam pateretur sacris donaretur ordinibus, scandalum maximum apud Christianam plebẽ generaret, quod in his dispensationibus concedendis præcauendum est.

16 Octauo, quod omne impedimentum vel deformitas, an irregularitatem inducat, episcopi iudicio relinquitur, cum nulla certa regula in hoc constitui possit. Ita tenet Archi. in princip. 55. dist. text. in capitulo secundo, vbi Cardi. Anton. & Doct. de corpore vitiat. Innocen. in. c. 1. eod. tit. quam opinionem communem esse testatur illustrissimus Couar. in. d. prin. Clement. Si furiosus. num. 5. eam quę ex nouioribus sequitur, Plaza. li. 1. epitom. delictor. ca. 25. num. 4. Iacob. Menoch. lib. 2. de arbit. iud. Centuar. 3. casu. 226. nume. 8. vbi dicit quod prudens episcopus modicum vitium iudicauit, si quis caret vno digito: ita tamen quod administrare & celebrare non impediatur, vt in. c. 1. de corpore vitiat, vel si macula habet in oculo, capit. 2. illo tit. vel si vngula pollicis caret, cũm tamen in pollice ita fortis sit, vt frangere possit. capit. vlt. illo tit. Non vero Prælati regularium

larium in promouendis suis subditis in his arbitrium habet. Sylueſt. in ſumm. in verbo, corpore vitiati. q. 1. ſequitur Martin. Nauar. in manu confeſſu. capite. 27. numero. 200. licet contrarium & male tenuerit Tabi. in ſumm. in verbo, corpore vitiati. quem ſequitur Simon Maiolus in tractat. de irregularita. lib. 1. cap. 2. in prin.

17 Nonô, vt iam vltimam manũ huic capite imponâ, vſque adeô corpore vitiati ſacris canonibus ſunt infeſti, quod non ſolũm â ſacris ordinibus repelluntur, ſed etiam a teſtimonio ferendo in criminalibus cauſis contra clericum. Ita colligitur ex text. in capitulo primo, de exception. ſecundum communem intellectũ, vt ait Felinus ibi in primis verbis. & Deci. num. 13. Hyp. Sing. 98. Did. Perez. in. l. 1. tit. 3. lib. 1. D. Epiſcop. Ioan. Bernard. infra cap. 20. num. 4. & ibi. aliqua ipſe tradidi. & hanc opinionem cõmunem eſſe teſtantur Iul. Clar. lib. 5. recep ſenten. §. final. quæſ. 24. verſic. Prætereâ quæro D. Couar. in pract. quæſt. capit. 18. nume. 2. quam tamen dicit non omnino veram eſſe, vel non ita intelligendum, vt ex aliquo corporis vitio, abſque aliqua animi labe fides alicui non negetur.

Et ſine titulo.

CAPVT. XVIII. QVOD noue ædictum eſt.

1 *Sine titulo nullus ad ſacros ordines poteſt promoueri.*

2 *Declarantur duæ Pontificiæ conſtitutiones, altera Pij Quinti, altera verò Gregorij Decimi tertij in fauorem religioſorum Societatis Ieſu.*

3 *Traditur huius capitis germana ratio.*

4 *Beneficium adeò tenue, quod non ſufficeret ad humanæ vitæ ſuſtentationem nihil prodeſt, vt eius titulo quis poſsit ordinari, contra D. Martinum Nauarro.*

5 *Titulus non requiritur, vt quis minoribus ordinibus poſsit inſigniri.*

6 *Titulus præſens ad ſacros ordines neceſſarius eſt, nec ſufficit futurus conuinciturque opinio Ade. Card.*

7 *Titulus coadiutoriæ an legitimus ſit iudicandus.*

8 *Titulus perpetuus eſſe debet, & hac ratione vicaria temporalis, vel beneficia manualia (vt appellant) ad ſacrorum ordinum promotionem non ſufficerent.*

9 *Qui capellaniam obtinet, an dicatur titulum obtinere vt poſsit ordinari.*

10 *Qui præſtimonium habet, titulũ iuſtum habere dicitur ad ordinum perceptionem.*

11 *Quid vero de eo iudicandum qui penſionem habet.*

12 *Qui cum titulo ficti patrimonij ad ſacros ordines promouetur, non ſuſpenſus, ſed irregularis eſt.*

13 *Clericus qui poſt ſacros ſuſceptos ordines ius patrimonij remittit, nullo pacto ante ordinationem conuento, nec irregularis, nec ſuſpenſus eſt contra Fratrẽ Bartholomæum à Medina, licet arbitraria pœna ſit multandus.*

14 Pa-

14 *Patrimonium ad cuius titulum Episcopus, aliquem ordinauit, vtrum obtineat priuilegia bonorum Ecclesiasticorum.*

15 *Donatio vel melioratio facta filio. vt iure melior ationis possit sacris ordinibus donari, vtrum reuocari possit ad intellectum Regiæ legis, primæ titulo, 6. libro. 5. non ordinat.*

19 *Donatio vel melioratio dicto modo facta in legitima filij imputanda est cum doctissimo Didaco Couarru, & alijs contra Tellium Ferd.*

1 CLERICVS qui ad sacros ordines, absque titulo promouetur, vacuam manum impositionem accipit: & ideo ordinis executionem non recipit. Ita diffinitũ fuit in concilio Calced. 6. habetur in capi. neminem. 70. distin. & in Concilio Vrbani habito Placentiæ, quod refertur in capitulo, Sanctorum. eadem distinctione *Sanctorum* (inquit) *Canonũ statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facto ordinatio irritata habeatur.* Quorum canonum pœna innouata est. Hodie ex Sacro Concil. Trid. sess. 22: capit. 2. de refor. Fuit sanè pœna hæc, antiquis temporibus invsu, & succesiuis temporibus obseruata, teste Abb. in capit. cũm contingat. de ætate & quali. idẽ Abb. in capit. veniens. in primo notab. de filijs presbyt. & in ca. cum secundum. de prębend. Qua ratione qui absque titulo sacris fuit ordinibus insignitus suspensionem contrahit, & celebrans efficitur irregularis. ita tenet Simon Maiol. de irregulibr. 4. capit. 15. in princip. insignis Mar. Nauar. in manual. confes. capit. 27. numero. 158. idem nouissime consi. 16. titu. de constituti. eiusdem sententiæ fuit Magister Bart. â Medina quondam in inclyta Salmanticensi Academia sacratissimę theologię primarius professor (vir multis nominibus insignis) non tamen ex eo libello Hispano sermone ędito, (cui titulum fecit) *Instruction de confessores.* §. 8. de suspen: fol. 49. Nihil tamen allegat, sed sua innititur authoritate, quod peculiare vitium ille esse solet. *Mag. Bernard. Medina.*

Sunt tamen viri non vulgaris autoritatis existimantes, dictum sacri Tridentini decretum non innouare pœnas dictorum antiquissimorum Canonum, nępe tex. in. d. c. Sanctorũ. & capit. neminem, sed pœnas, capit. cum secundum Apostolum de pręb. diffinitas ea ratione ordinatum contra prædicti decreti formam sine beneficio, vel patrimonio, esse suspensum, nec aliqua pœna puniendum, sed ordinarium solum cogendum esse, vt necessaria ministr. ita censuit sacra Concili; congregatio, vt testatur Flami. Pari. de resig benefi. lib. 2. q. 6. quem post secundam operis huius æditionem legimus qui nostram opinionem tanquàm verioręm amplectitur cẽsens Cõcilium Trident. innouare pœnas d. c. neminem &. C. Sanctorum

statu

ſtatut us & idem reſpondit ægre gius Nauar.conſ.14.num.4.tit. de temp.ord & conſi. 15. 16. & 18.47.num.3.cotit. Quod mirum in modum cenſeo eſſe notandum.

2 *Declaratur quædam Pij V. Pont. Max cõſtitutio.*

Hodie tamen ſtat nouiſsima Pij Quinti Pontificis Maximi ægregia conſtitutio,anno ſui Põtificatus tertio, milleſimo quingentiſsimo ſexageſimo octauo, pridie Idus Octobris ædita qua ſancitum eſt, quod nõ ſolùm clerici ſæculares, ſed regulares ante profeſsionem emiſſam, ordinari ſine titulo non poſsint, & tranſgreſſores inhabiles efficit ad ordines exſequendos,& exſequentes reddit irregulares, cum alijs pœnis ibi conſtitutis, quæ plurimum eſt notanda. Sed illa Pij Sanctio non compræhendit religioſos Societatis Ieſu, qui poſt tria vota emiſſa ante ſolennem profeſsionem abſque titulo poſſunt ad omnes etiã ſacros ordines, & presbyteratus promoueri dummodo ſui præpoſiti generalis facultas interueniat, de quo ſtant Apoſtolicæ literæ dictæ Societati conceſſæ,â Sanctiſsimo Domino noſtro Gregorio XIII. die vltima Februarij,anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatus ſui anno primo.

3 Huius vero prohibitionis potiſsima ratio eſt,ne clerici diuini cultus miniſtri,cũ maximo totius ordinis ſacerdotalis dedecore mendicare cogantur. Ita tenuit glo.â Doctoribus ibi ſequuta in dict.cap.1.70.diſt.cap.diacon.93.diſt.circa medium.Concil. Trid.d.c.2.cũm dicit: *Cũ non deceat eos qui diuinn miniſterio aſcripti ſunt,cum ordinis dedecore nẽ dicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere.* Turpis equidem in clero viſa eſt mendicitas.Deuteron.cap.15.ibi: *Non ſit omnino mẽdicus inter vos.* Etiam ſi ſemper dilecta fuit paupertas voluntaria, & diuitiarum contemptus.Miſeria enim ſumma eſt eſſe mendicum autore Bald.in .l. finali. C. qui bon. cedere poſſ. & Eſdras libro quarto,capit.15. paupertatem inter ingentia mala enumera.*Immittat*(inquit)*tibi mala, viduitatem paupertatem & famem.* Et Dominus Malachiæ cap.2.minatur ſe egeſtatem improbis daturum.Et paupertas ipſa vilitas eſt vt inquit imperator in.2.C.quãdo & quibus quarta pars debeatur lib.10. vbi appellat paupertatis vilitatem veluti quod paupertas vilis ſit.Imô etiam ſi pauper aliâs ſit nobilis omnibus ludibrio & contemptui eſt, vt aſſerit ex noſtris Iacob. de ſancto Gregorio in tract.Fęud fol.29. Et nobilitas ſine diuitijs,admodum manca eſt & mutila, teſte Bo.Curt.in tract.de nobili. col. 2.verſ,tertius & vltimus.

His congruit, quod nobilis ſi inops eſt,nõ poteſt nobilitêr viuere.Nobilis autem qui non poteſt nobiliter viuere,priuilegijs nobilitatis non gaudet, vt autor eſt Iſernia in conſti.Sicel.incip. vt dignitatum.poſt gloſ.ibi.&ſequitur Afflict.1.not.&apudStobæũ ſer.68.ex traductione Geſſic legimus.

Sciſne quod nobilis quidem mortaliũ
Dum pauperes ſunt,non amplius clari exſiſtant.

Etenim paupertate vileſcunt,ac pene ludibrio habẽtur de facto,

qui

qui titulo tantum sunt Episcopi, si aliunde non hâbent beneficiũ, vel bona, ex quibus secundum dignitatem (quæ maxima est) alimenta suscipiant: similiter & mercenarij clerici, e contrario autem diuites atque potẽtes omnibus sunt venerabiles. Paupertas enim (vt ille ait) *Ridiculos homines facit, & vbique iacere.* Vnde Isidorus. c 63. plus ait, venerantur homines pro tẽporali potentia, quam pro reuerentia sanctitatis. Præterea consulto, quæ in eandem sententiam retulerunt Ioann. Stobeus ser. 89. cum sequen. Lucas de Pena. in. l. fin. C. de his qui nume. libr. 10. Seneca de vita beata ad Galionem. Circa quod plurima de more diligẽtissime scribit And. Tiraquel. in tract. de nobil. cap. 2. & 24. Hęc non de paupertate ex animi sententia, sed de paupertate ex fortuna intelligenda sunt. Veritas enim ipsa dixit. *Beati pauperes: quoniam ipsorum est regnum cælorum* Matthæi capite. 5. Quę sane paupertas perfectiores discipulos Christi facit Matthęi. capit. 19. & Lucę. 14. & Seneca Ethnicus. *Beatissima* (inquit) *res est paupertas,* Et alibi. *Nullum maius lucrum quam carere his quæ possides.*

Titulus ad sacros ordines quis legitimus dicatur.

4 Nec equidem sufficeret, pro legitimo titulo quale beneficium ecclesiasticum obtinere: sed requiritur quôd is qui ad sacros ordines promouendus est, beneficium habeat, quod sibi ad victũ honeste sufficiat. Ita decretum est in dicto Triden. Concil. sess. 21. capit. 2. de ref. or. Quod vero dicatur beneficium sufficiens, prudens ordinarius arbitrabitur per regulam illam quę diffiniuit quod determinatio eorum, quę indeterminate á iure statuuntur, prudenti viro, nempe iudici relinquuntur. l. prima. ff. de iur. de lib. c. de causis. de offi. de legatis pro eius prudentia circumspicere debet ordinandorum, conditiones, & qualitates, quia beneficium quod ignobili sufficeret, sufficiens non erit nobili & egregiê literato. Ideoque labitur mea sententia vir ægregius Martin. Nauar. in tractat. de oratione. cap. 21, numero. 11. qui in ea fuit sententia, vt existimet beneficium etiam exiguum, sufficere, vt quis absque patrimonio, possit ad ordines sacros promoueri. Est equidem eius doctrina contra expressam dicti Concilij decisionem. Nec antiqua iura quæ ipse allegat, probat quod ipse intendit. Sed potiûs oppositum maximê text in cap. Episcopus. de præbendi ibi. *Donec in aliqua Ecclesia ei conuenientia stipẽdia militiæ clericalis assignet.* Semper igitur necessarium est, vt beneficium, siue patrimonium sufficiens sit, ad humanę vitæ sustentationem, vel potest Nauarri opinio intelligi, quando beneficium non tam tenue & exiguum est, quod ad id non sufficiat. *Contra Martin. Nauarr.*

5 Titulus vero, qui, vt prędximus, necessarius est, vt Canonica sit ordinatio, tantum desideratur, cûm quis ad sacros ordines promouetur, non vero si minoribus initiatur. Ita colligo ex dicto Sacrosancto Trid. Conc. ibi: *Statuit sancta synodus, ne quis deinceps clericus secularis, quamuis alias sit idoneus moribus, scientia & ætate ad sacros ordines promoueatur nisi*

nisi prius legitimè constet, cum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat pacificè possidere. Minores quidem ordines sacri non sunt, sed solum ministerium ad sacros, ita tenet Sanctus Thomas contra Gentes, libr. 4. cap. 75 Caietan. in tract. de modo tit. ord. suscip. Marti. Nauar. in manuali confes. capi. 22. num. 17. litera. A. vbi increpat Canonistarum opinionem contrariũ tenentium, & hoc expressê sancitum est in Cathechismo ad Parochos in tract. de sacra. ordi. pagina. 365. & multis probat Simõ Maiolus de irreg. lib. 3. c. 21. nu. 7. & ita tenendum est, ex communi opinione praxi recepta passim obseruata vt testatur Flani. Pari. de resig. benefi. lib. 2. q. 6. num. 4. licet contrarium tenerit. glos. in dict. cap. 1 in verbo neminem 70. distin.

6 Rursus, illud maximê notandũ est, quôd titulum accipere debemus, non solûm eum qui præsẽs habetur, sed qui habendus est posteâ. Et ideô quando ad dignitatem aliquam obtinendam sacri ordinis necessarij sunt, si aliquis ad eam fuerit nominates, vel postulatus, promoueri potest ad eũ titulum, quem habiturus est, & sic sufficit titulus de futuro. Est enim de hoc glos. insignis. in. c. Osius. in glos magna. 61. distinctione, quam sequitur Maiolus de irregular. libr. 4. cap. 15. numero. 3. Multum tamen huic sententiæ refragantur verba Concilij Tridentini supra relata, quibus constat quod ad consequendos ordines sacros futurus titulus beneficij minimê sufficit, imo neç præsens titulus, nisi pacifica possessio interfuerit. Quo modo igitur postulatus promoueri potest, cùm nõ solûm possessionem beneficij vel dignitatis non habet, sed neç circa tituli proprietatẽ ius obtinet, & ideo alterius electio teneret. text. in cap. bonæ. in. 2. & in cap. postulatione de electio. & vtrobique Doctores longa manu id tradiderunt: & ea ratione cum Catholicum Concilium possessionem pacificam hoc casu requirat, minimê sufficeret postulatio, vel nominatio. Sed collatio & Canonica institutio necessaria est, cum absque ea beneficium Ecclesiasticum, neque obtinerinec possideri possit: vt in regul. beneficium. de irregul. iur. libr. 6. cum simi. Qua propter opinionem istam veriorem hodie esse censeo, licet neminem legerim, qui eam tenuerint.

Ex quo videtur asseuerandum ad titulum coauditoriæ, sacros ordines conferendos non esse. Is equidem qui eam obtinet, nõ dicitur habere beneficium Ecclesiasticum cum eius diffinitio, de qua per nostrates, in rubr. de de præbend. ei non competat. Sed in hoc veriûs contrarium censeo, non tamen ratione beneficij possessi, qui is nullum habet, sed alterius iuris, quo sustentari potest, quod iam cum possessione obtineat, sufficit ad ordines suscipiendos. Ita tenet insignis Nauarr. in tractatu illo sing. omni pietate & eruditione, referto de oratione. cap. 20. num. 18.

Quibus quidem conuincitur error F. Antonij de Cordoua in summa casuum conscientiæ. q.

36. ces.

36. asseuerantis, cum qui in aliqua vniuersitate Sacræ Theologiæ operam dat ita vt breui tempore, ad doctoratus apicem est promouendus posse absque beneficio & patrimonio sacris ordinibus insigniri sola specie cõsequendi beneficium.

Vnum tamen vel alterũ, circa dictũ Cõcilij decretum ęgregie notandum est. Primum quod iure antiquo ad sacrorum ordinũ promotionem, ius tituli beneficij, vel patrimonij desiderabatur, non vero possessio erat necessaria, prout nunc stante Concilio, quod antiquas pęnas innouat. sed circa possessionem cum nulla erat antiqua cõstitutione, pœna ideô ad casum istum Concilium extendi non debet, eaq; ratione, suspensus non erit, qui habens beneficium vel patrimonium, ad eius titulum ordinatur quamuis pacificam possessionẽ non fuerit adeptus, vt ægregiê consuluit Marti. Nauarr. licet in citato consi. 15 num. 3 de temp. ordi. sequitur Flami. Pari. de resig. benefici. lib. 2 q. 6 num. 7. fateor tamen istum peccare, & arbitraria pœna pro modo culpæ puniendum esse. Secundum illud manifestissimi iuris esse censeo illum nullam pęnam incurrere, qui legitimo impedimento minime potuit possessionem adipisci. Neque quando bona fide, & candido animo solo titulo sine possessione fuit ordinatus vt Nauar. d. consi. 15. doctê scribit.

8 Prætereá animaduerti oportet, quôd titulus qui ad sacros ordines recipiendos necessarius est, perpetuus esse debet. Ita colligitur ex iuribus in huius capitis principio allegatis potissimũ ex prędicitati Conc. Trid. decisione vbi ad tituli perpetuitatẽ decissum est, vt nullo modo liceat ei, qui ad titulũ alicuius Ecclesiastici beneficij fuerit promotus, illud resignare, neq; ea resignatio admittẽda est, nisi cõstito, quod aliũdê viuere cõmodê possit, & resignatio aliter facta nullius momẽti est. Ea ratione, vicaria tẽporalis & omnia alia beneficia manualia pro titulo nõ sufficerent. Perpetua autẽ vicaria legitimũ titulum inducit text. & ibi not. Abb. in. c. cõstitutus, & in. c. Michael. de fil. presbyt. c postulasti de rescrip. c. ad hæc. de offic. vicarij Clem. vni. eo titulo. Anto. de But. cons. 3. n. 2. Rom. cõs. 356 nu. 5. Bellã. decis. 702. Petrus Rebuff. in trct. congruæ portionis, nu. 110. & 112. Quinti. Mand. in reg. Cãcel. 3. de annali. q. 13. n. 3

Sed vtrum is qui capellaniã obtinet, possit ad eius titulũ sacris insigniri ordinibus, quod ex eo permissum esse videtur, quia capellania si appellatione beneficij cõpræhenditur. glos. celebris. in Clem. si beneficiorũ in glo. magna, circa finẽ. de decim. quã sequitur Felin. in. c. ex parte. 5. n. 2 de rescrip. Deci. cons 210. n. 4 Guid. Pap. decis. Grati. quæst. 187. numer. 1. Quintil. Mand. in reg. Cancel. de annali. q. 17. n. 1. Bermon. in cõm. in tit. de pub. concub. in verbo, Papa. num. 5. quæ opinio cõmunis est & verissima quæ contradictorẽ non habet, quãdo ab initio in fundatione interuenit authoritas Episcopi, & datur in titulum perpetuũ, aliâs non reputatur beneficium Ecclesiasticũ, ita Rota Romana obser-

obseruat, teste Bermondo docto.num 5.

Illud vero iure defendi potest, quod licet in primeua capellaniæ fundatione, non interuenerit ordinarij authoritas, si tamẽ non reluctante fundatoris volũtate, postea capellania in Ecclesiasticum beneficium fuerit erecta, nempe per collationẽ & Canonicam institutionem fundatoris consanguineus, vel alius qui ad eam vocatus est, eius nomine & titulo poterit ordinari. Et ita receptum est absque controuersia.

Et ex supra traditis infertur, quôd aliquando in facti contingentia interrogatus respondi, quod licet apud nos, quam pluri masint sacella, siue oratoria, quę obrinent collegia disciplinatorum, seu societates Sacramenti, vel Diui Roçhi, vel aliorum Diuorum, de quibus per Bartholũ in.l. Sodales numer. 6. C. de colleg. illici. Bald. in consi. 162. numero. 4. volum. 5. Card. cons. 11. Decius consi. 148 Paris. consil. 34. num. 27. volum. 4. quę ad celebrationem diuinorum capellanias annexas habere solent, quæ iuxta distinctionem suprâ traditam, dicentur Ecclesiastica beneficia, vt illarum gratia, sacri ordinis conferantur, scilicet, si authoritate ordinarij in perpetuum titulum conferantur.

☞ Poterit similiter quis ordinari ad titulũ seminarij, causa in seruiendi beneficio vnito seminario, vel seruiendi in aliqua Ecclesia cui ad scribitur & seruire tenetur in ordina suscepto, Conc. Trid. sess. 23. cap. 16. de reforma. Moral. de irreg. lib. 4. c. 15. nu. 2 & ita difiniuit sacra congregatio Conci. Trid. vt refert Flami. Pari. de resig. benefi. lib. 2. q. 6. num. 33.

Qui vero præstimonium obtinet, ad eius titulum, ad sacros ordines iustê potest promoueri: ex eleganti decisione tex. in capi. final. post princip. de cõcess. præben. lib. 6. vbi præstimonia inter beneficia Ecclesiastica connumerantur, & facta mentione, præstimonij, Canonicatum, Parochialium, &c. Subijcitur clausula, & alijs quibuscunque beneficijs: illa dictio alijs, implicat & designat similitudinem. l. si fugitiui. iuncta gloss. fin. C. de seru. fug. capit. cùum non ab homine. ibi, *seu alio crimine*. de iudic. cap. sedes. de rescrip. Quæ opinio tunc procedit, quando præstimonium datur in titulum perpetuũ, & habet annexum obsequiũ spirituale, secus si in sola temporalitate consistat, & non detur in titulum. Ita intelligenda est opinio Ioannis And. qui præstimonium beneficium non esse affirmat. in capit. vni. numero tertio de rerum permu. lib. 6. & Abb. consil. 74. libro primo, num. 4. quæ distinctio colligitur ex Oldrald. consil. 81. & 140. Gemi. cõsil. 89. Rebuf. de pacifi. possess. numer. 90. Ioan Staph. de literis gratiæ de forma creationis, in Cano. num. 5. Sed hodie nulla distinctione opus est, præsertim in Hispania, quia semper præstimonium in titulum datur, & habet annexum onus spirituale, ita testatur Mandosi. dict. reg. Cano. q. 12. num. 3.

Si verô is qui ad sacros ordines affectat promoueri, beneficio 15

cio Ecclesiastico caret, si pensionem vel patrimonium obtinet, ab ordinibus repellendus nõest, hac enim lege vt condigne viuere possit, sed id passim non omnibus concedi debet, sed solũm ij titulo pensionis, vel patrimonio promoueri debent, quos necessitas vel Ecclesiæ vtilitas ordinari suaserit. Patrimonium vero vel pensio deinceps sint Episcopi licentia alienari, aut extingui, vel remitti nullo modo potest, donec beneficium Ecclesiasticũ fuerint consequuti, vel aliunde habeant id quod sibi ad victum honestè sufficiat. Ita in maximã Christianæ reipublicæ vtilitatẽ statutum fuit in decreto Concil. Sacrosan. Trid. suprá allegati. Quã in re longè cauendum est, ne in consignatione patrimonij loco tituli vllum pactum fiat, inter ordinatorem & ordinatum, quo promittat ordinatus, se nullo tempore ab Episcopo victum petiturum, nam talis conuentio symoniaca est, & ob id qui ordines contulit triennio collatione ordinum est suspensus, ordinatus vero, indeterminato tempore, & ideò perpetuo suspẽsus manet, vt in cap. penultim. de simo. Nec tale pactum firmitatem poterit obtinere. glos. not. in. d. c. penult. in glos. 1. quam communiter Doctores sequuntur teste Ana. ibi. num. 1. qui cõtra Abb. in. d. c. dicit id procedere etiam si iuramentum interuenerit. idẽ sequitur Felin. ibi.

☞ Hoc vero patrimoniũ, vt quis iustè sacris ordinibus donetur, vt prædixit, debet esse sufficiens ad humanæ vitæ substentationẽ cap. Episcopus de præbend. cap. tuis capit. cum secundum eo tit. Ex quo fit quod si de titulo cõstituto quãtitas notabilis & magna deficeret ordines suscipiens perperam esset ordinatus, secus vero si parua deficeret quod arbitrio boni viri relinquendũ est vt prudenter consuluit Mer. Nauarr consilio. 17. num. 5. tit. de temp. ordi. ☞

Illud verò circa nostrum institutum notatu dignũ cẽseo, quod si quis sacris ordinibus initiatur patrimonio constituto, vel alimentis promissis, vel donatis, eo pacto interposito quo postquãm ordinatus fuerit, se non petiturum id quod sibi donatũ, vel promissum est, vel si donatum & traditum fuerit restituturũ promiserit, is absque dubio sine titulo ordinatur, propterea que in huius capitis pœnam suprà constitutam incurrit. Ita tenet Mart. Azpilicueta. in. d. c. 27. nu. 158. idem Nauar. cons. 17. num. 5. tit. de temp. ordinationum.

Sed nec est omittendum, quod qui post sacros susceptos ordines remittit ius patrimonij, quod sibi donatum fuerat, nullo pacto ante ordinationẽ conuento pœnam supradictam non incurrit. arg. glo. sing. in cap. tuis de præbend. & in capit. si episcopus eo tit. in. 6. quod sequitur Nauarr. in. d. nu. 158. Quã in re cauandũ est, à Fratre Bart. à Medi. in. d. tract. §. 8. fol. 49. qui clericũ hoc facientẽ suspensum esse iudicauit. Non tamen diffiteor, quod vltra actus annullationẽ, arbitraria pœna pro modo culpæ tanquãm sacratissimam legem violantem puniendum esse. ☞

Vide tamen post huius ope-

ris secundam æditionem controuersum apud viros doctissimos, vtrum ordinatus sacris ordinibus ad titulum patrimonij, si illo renuntiato ad maiores ordines fuit pronotus, censeatus, suspensus, & afirmatiuam sententiâ ex eo amplectendam videtur, quia hæc iure equiparantur titulum nullum obtinere vel illud renuntiasse arg. text. in cap. quam periculosum. 7. quæst. 1. & suas remittentibus actiones nullus regressus datur. l. quæritur si venditori. ff. de ædil. edict. Mihi tamen opinio contraria verior censetur istum nõ esse suspensum nec in huius c. penas incidere equidem non debet restare impedimentum quod de iure nullũ sortitur effectum reg. non præstat de reg. nu. 15. libr. 5. sed Concilij Tridentini prohibitione dicta renuntiati. Nulla est & pro non facta habetur ergo nullum potest effectum sortiri etenim is fact. renuntiatione poterit bona illa recuperare, & ea ratione non dicitur sine titulo ordinatus merito igitur in illam pœnã non incidit quanuis mortaliter peccat, & extraordinaria pœna possit puniri vt tradit ægregie Nauarr. consil. 16. tit. de tempo. ordi.

14 Hoc verô patrimonium, cuius ratione absque titulo beneficij Ecclesiastici Episcopus aliquem ordinauit, habere priuilegia bonis Ecclesiarum â iure concessa. tenent glos. not. in capit. Episcopus, de præbend. & ex ea ita colligit Baldus in titul. de pace const. columna. 5. Deci in dict. capit. Episcopus, idem in capit. Ecclesia. S. Mariæ de consti. numero. 18. â qua quidem opinione, ipse libenter dissentio authoritate glos. in capi. tuis de præben. quam Abbas & Imol. ibi sequuntur & Felinus in dicto capit. Ecclesia. numero 10. asserentes, quod ea assignatio patrimonij, vt quis sacris ordinibus initiatur, nihil aliud operatur, quam per eam satisfiat Canonicis constitutionibus, circa hoc loquẽtibus, vnde ex hac assignatione patrimonium non efficitur Ecclesiasticum: & vltra suprà allegatos opinionẽ istam amplectuntur Ioan. â Selua de benefi. 1 part. quæst. 3. num. 10. & num. 29. D. Couarr. in lib. 1. var. resol. cap. 4 num. 4. & sentit idem in cap. Raynaldus. §. 2. numer. 7 de testamen. Fernand. Vasq. de succes. creati. §. 32. numero. 33. Quam opinionẽ com. esse testatur insignis Nauar. loco infra allegando. Nec refragatur glos. authoritas in dict. cap. Episcopus de prẽben. quæ solũ dicit istũ ad sacros ordines promotum, in persona & in rebus priuilegio clericigaudere: quod nemo negauit, quo ad ea priui e gia, quę clericis eorumque patrimenio a iure concessa sunt. Quo fit clericum istum minime teneri ex huiusmodi bonislayco rum, collectas soluere vt in facti contingentia interrogatus consuluit Mar. Nauarr. consil. 12. tit. de censib. & iuxta superiorem sententiam interpretanda sunt, quędoctissimus ille vir ibi scribit: non tamen ex hoc sequitur clericum in hoc patrimonio habere priuilegium Ecclesiarũ. Vnde in præscriptione talium bonorum, non est tantũ tẽ

pus

pus necessarium, sicut in præscribendis bonis Ecclesiæ glo. sing. & ibi. Abb. in cap. Sanctorum. de præscrip. & in cap. 1. de consue. Franc. Balb. qui alios allegat in tract. præsc. 5. par. prin. q. 5. Pari ratione restitutio. quæ iure minoris Ecclesijs competit, minimè conceditur clericis ratione patrimonij. glos. celebris. in Clem. 1. in glo, 2. de integ. resti. quam fatentur esse communiter approbatam, Domin. Couarr. & Ferdinand. Menchaca in locis suprà allegatis: & opinionem istam veriorem censeo, licet contrarie tenuerit Lara. in l. si quis â libr. §. solet. num. 36. ff. de lib. agno.

15 Occurrit tamen discrepatio huic loco accommodatissima, quid si parentes donauerint filio vt iure melioratiõnis ad titulum patrimonij ad ordines sacros possit promoueri, an post promotionem ab eis possit reuocari, iuxta Regiam constitutionem primã. tit. 6. libr. 5. Regij ordina. noui. Et dubium facit, nam licet ob onerosam causam donatio facta sit, non tamen iuncta est cum tertio, vt Regia lex, vt irreuocabilis efficiatur melioratio sanciuit. Sed verisimum esse censeo, prædictam melioratiõnem nullomodo post sacros susceptos ordines, a parentibus posse reuocari. Nam vt supra tradidimus, nullus absque Ecclesiastico beneficio, vel saltem sine patrimonio ordinari potest. Imò si Episcopus absque titulo ordines contulerit, tenetur ordinato necessaria ministrare, donec in aliqua Ecclesia condigna stipendia clericalis militiæ assignet, vt ex Lateranensi Concilio probat Summus Pontifex in capit. Episcopus. & in capit. tuis quæstionibus de prębenda. & ideò non tantum donatio hæc ob onerosam causam fit, nempe vt spirituale matrimonium celebretur, sed etiam tertium respicit, scilicet Episcopum, qui cum non ordinasset, nisi sub spe veræ donationis ordinando facta fuisset, quare iniquum & captiosum esset, huiusmodi donationem reuocari posse, vt in terminis dictæ Regię constitutionis asseuerat Michael Cifontanus eruditi vir ingenij, in l. 17. Tauri. *Michol. Cifon.* column. 2. versicul. Idem in donatione. D. episcopus Couarrub. in capit. Reynald. §. 2, num. 7. de testamen. Petrus Auendan. resp. 17. in fine. Ioan Mati. in d. l. 1. tit. 6. lib. 8. ordi. noui. & doctissimus Tellius Ferdin. in d. l. 17. numero. 81 &. 82. & de iure communi, idem tradiderunt multi, qui â prędcitatis doctoribus allegantur.

Ex quo suboritur anceps quæs. 16 in forensibus tamen controuersijs frequentissima, an donatio facta a patre filio ad titulum patrimonij, vt ordines suscipiat, imputetur ei in legitima, vel præcipuam habebit: quam primus omnium quos ego legi tetigit Ioann. Fab. in l. fi emancipati. C. de colla versi. ideò credo. & in ea est sententia vt existimet, talem donationem conferendam non esse, idem in. §. fi. Iusti. de in offi. testament. Ioann. Igneus in l. 3. §. subuenitur. nu. 177. ff. ad Sylan. Bar. Chas. in consue. Burg. Rub. 7. §. 5. fo. 246. & omniũ latissimè Aymon. consil. 136. per totum. & ex nostris Anton. Gom. (obi-

ter tamen & veluti per transen nam) in. l. 29. Tauri. num. 21. Sed ab hac opinione redit D. Episcopus Couar. in cap. Raynaldus. de testib. § 2. numer. 7. quo loco censet donationem istam imputãdum esse in legitima, eo quod sit donatio ob causam quasi propter nuptias, cui accedit Petrus auend. resp. 17. Fernand. Mẽch. de succes. creati. 1. par. libr. 3. §. 22. nu. 44. nouissimê verô Tellius Ferdina in. l. 29. Tauri. numer. 16 primam Fabri opinionẽ contra D Couarru. amplectitur, quam veram & communem esse testatur. Idem fatetur Ioan. Matien. in. l. tit. 8. libr. 5. ordi. noui. glo 2 num. 14. quam Tellius ea ratione corroborat, quia secundum leges nostras (vt ille inquit) omne quod non est ob causam concessum, ad quod parentes poterant compelli iudicis officio, vel in iure expressum non est, non imputatur in legitima, nec confertur. Sed pater compelli minimê potest, vt hanc donationem filio faciat, vt Aymon dict. consil. latissime disserit, nec hoc in iure sancium est, ergo donatio hęc simplex erit, & ideo in legitima filij non imputabitur. Ego tamen (vt meũ quale quale sit iudiciũ interponã) D. Episcopo Coua. opinionem veriorẽ cẽseo, quam ipse & Doctores, qui ei accedunt supra allegati, multis rationibus eam corroborant, solum enim superest vt satisfaciamus fundamento Tellius Ferdinand. contra D. Episcopi opinionem adducto Nam respondetur, quod non est necessarium, vt ex necessitate pręcisa ã patre proficiscatur donatio ob causam, vt in legitima imputanda sit imputabitur quidem etiam si donatio ob causam ex necessitate tantum causatiua proficiscatur, quod probat text. optimus in. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. testim. vbi pater filio ad officium, vel militiam emendam pecuniam subministrauit, nullo quidem iure, nec præcisa necessitate cogente, sed solum causatiua necessitate impellebatur, quia aliter is filius non posset, vel non sic facile eam militiam vel officium adipisci, & illa pecunia in legitima est imputanda. Sic & in quæstione nostra cûm is filius non posset, vel non sic facile ad sacerdotium promoueri, nisi â patri dictam donationem receperint, iure consonum est, vt in sua legitima præfacta donatio imputetur Erita sæpissimê in facti contingentia interrogatus, cum peritissimis consului & obtinui.

Defenditur opinio D. Couar. cõtra Tellium Ferdi. & cõmunem.

Serui sine dominorũ licentia.

CAPVT. XIX.

1 *Seruus ordinari non potest.*
2 *Si tamen de facto fuerit ordinatus, verè suscipit ordinis Sacramentum.*
3 *Episcopus, qui sciens seruum ordinauit, qua pœna puniatur.*

QVod nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, [a] nisi prius â proprijs dominis libertatem consequantur, cautum est 1 2

Conci

Concilijs Triburiensi,& Toletano,de quibus in capitulo,Nulli, & in capitulo, de seruorum. 54.distinct. & in capit. 1. &.2. de seruis non ordinandis. Est enim irreligiosũ obligatos existere seruituti, qui sacri ordinis suscipiunt dignitatẽ, vt sunt verba Concil. 4. Tolet. in Cano. 73. Adeô præterea Ecclesia olim abhorruit promouendos ad Clerum, alicui subesse seruitutis
b speciei, vt etiam libertos b sæculariũ promoueri vetuerit, vt in Concilio Elibertino, Can. 70. sub his verbis: *Prohibendum vt liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clericum non prouehantur.* Et nota quod in hac materia, appellatione sacrorum ordinum, compræhenduntur etiam minores, vt firmat Præpo in dict. cap.
2 Nulli. Aduerte quod seruitus non impedit ordinis susceptionem de facto: quia si seruus ordi
c netur, verê ordinem suscipit. c Istam conclusionem ponit Præpo. in summa. 54. distinct. pôst Cardi. ibi. Attamen si seruus aliquis fugiens dominium suum qualibet calliditate, aud fraude ad gradus peruenerit Ecclesiasticos, decretum est, vt deponatur, & eius dominus eum recipiat, vt in capi.. 2. de seruis non ordinan. Vbi vide bonam distinctionem, quam descripsit Abb. post glos. quam nec in substantia referre libet, nec transcribere decet, quia temporibus istis casus hic rarissi
3 mê contingit. Qua autem pœna puniatur Episcopus, qui sciens seruum ordinauit, aut qui illi nescienti testimonium perhibuit de eo, vide Concil. Aurelia. 1. in Cano. 10. vbi illa describitur in hæc verba: Si seruus, absente vel nesciente Domino, Episcopo sciente, quod seruus Diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente Episcopus cũ Domino duplici satisfactione compenset. Si vero Episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut supplicauerint ordinari, simili rehibitioni teneantur obnoxij. Quod Concilium transcripsit Gratianus in cap. Si seruus. 54. distin.

Romoueatur. Serui quidem nullo modo ad sacros ordines promoueri possunt, ne obscuretur maxima sacerdotij dignitas, & authoritas minuatûr, vt deplorat Basil. in Epist. 8. ad Eusebium Episcopum Samosaten. Licet enim libertas non sit de substantia Sacramenti, sicut nec mẽbrorum integritas, est tamen ad ordinũ vsum necessaria: nã cũm per ordinum susceptionem homo diuinis officijs mancipetur, debet esse sui iuris, vt liberé ministerio Ecclesiæ possit vacare. Et ea ratione non licet ordinibus insignito, saltim in sacris, sese in seruitutem tradere, nisi insignis aliqua pietas interceserit, vt de Paulino Nolanæ Episcopo, refert Gregor. libr. 3. dialogo capit. 1. seipsum Tyrannis vendidit, vt subditos redimeret. A

Et circa huius capitis materiam, vide Regiam. l. 6. titul. 22. partit. 4. qua diffinitum est, seruum qui ad subdiaconatus ordinem fuerit promotus, domino restituendum esse, si intra annum ab eo postuletur, de cuius legis sanctio

Egregiè declarat regia lex Hispanorum 6 tit. 22. part. 4.

ne miratur ibi doctissimus Gregor. in glos. in verbo, *subdiacono*, cum aduersetur. text. in cap. miramur. de serui. nõ ordi. vbi idẽ in subdiacono quod in diacono est statutum. Idem disponit Regia. l. 18. tit. 6. partit. 1. qua in re Sacri Iuris Canonici decisionibus standum est, vt prudẽter scribit Gregor. in dict. glo. dicta tamen. l 6. procedebat de iure antiquo, secundum statum primitiuæ Ecclesiæ, quando subdiaconatus non erat sacer ordo. Ita eam interpretatur Gregor. in. d. l. 18. in ver. *Epistola*. Et vide etiã Hosti. in summ. tit de serui. non ord. Sylues. in summ. in verb. seruitus. q. 6. & latissimẽ examinat & resoluit Aluer. Troti. lib. 2. de vero & perfecto cleri. cap. 4 per totum, & melius Symon Maiolus de irregulari. capit. 35. vbi, num. 4. scribit, quibus modis irregularitas, quæ ex seruitute contrahitur, deletur.

B *Etiam libertos.* Vide omnium latissimẽ Simo. Maiol. de irregula. dict. lib. 1. cap. 36.

C *Ordinem susceperit.* Vide F. Domin. Soto in 7. senten. dist. 25. quæst 1. art. 1.

Ad Ratiocinia obligati.

CAPVT. XX. QVOD noue æditum est.

1 *Obligati ad ratiociniam, minimè possunt ad Ecclesiasticos ordines promoueri.*

2 *Tutores dolo conuicti, vel si publicam Principis tutelam gesserint, vel patrimonium eius tã quàm curatores fuerint administrati, à sacris ordinibus suscipiendis repelluntur.*

3 *Astrictus ad priuata, & non publica ratiocinia, à sacris ordinibus non arcetur.*

4 *Huius capitis irregularitas perpetua non est, quia finita administratione, & ratiocinibus redditis, funditus euanescit.*

5 *Administratores rerum Ecclesiasticarum, vel miserabilium personarum, pendente administratione, ad ordines promoueri nõ prohibentur.*

6 *Ad ratiociniam publicam obligati, præstita fideiussione, sacris possunt ordinibus insigniri.*

7 *Nouiter interpretatur sanctissimi Sixti Quinti constitutio cõdita contra reddendis rationibus obnoxios.*

RAtiocinijs implicatinullo modo ad sacros ordines promoueri possũt, nam qui tot curis distrahuntur, & tot inuoluti negotijs, sacrorum ordinum ministerio vacare non possunt. Tum quia in reddendis rationibus, doli crimine forsan redargui possent, & multis magnisq; litibus vexari, quod frequentissimum est. Ita fuit diffinitum in Concilio Carthaginen. 1. cap. 8. & habetur in cap. magnus. 54. distin. cap. præterea, si dict. cap. vni de obliga. ad ratioci. l. Officiales. C. de epis cop. & cleric. Regia. l. 23. titul. 6. par. 1. Nec mirũ hoc esse debet, cũ ius ciuile istos ad honores & publica munera promoueri prohibuerit. l. rescripto. §. debitores. ff. de munerib. & honorib. & fa

cit

cit lex. 1. C. de debit. bono ciuit. lib. 10. & in. l. his oneribus. §. 1. & §. fin. ff. de vacat. mune. & in .l. semper. §. conductores. ff. de iure immu. Et tanti habetur ista irregularitas, vt quasi ad exemplum actionis popularis omnis Ecclesiastica persona excipere potest, ne isti ordinib⁹ sacris initientur, & dominus cui rationes reddendæ sunt, multo magis id efficere poterit. & quilibet alius qui sua interesse putauerat. Ita sing. tenet Abbas in dict. capit. vni. quæst. vltim. Simon Maiolus in tracta. de irregula lib. 2. q. 11. numer. 2. Imo si totum vnum collegium, ob publicam administrationem rationē reddere teneatur, nullus de illo collegio administratione pēdente potest ad ordines promoueri. Hæc est celebris Archi. sententia in cap. tantis. 81. distin.

2 Tutores quoque, si de dolo cō ueniatur, vel si publicam Principis tutelam, vel curam administrauerint, ad sacros ordines ascendere prohibentur, sicuti reliqui ad publica ratiocinia obnoxij text. in dict. capit. vni not. Specula. in tit. de obliga. ad ratiocinia post princi. Quod intelligendum est, nisi compulsi administrationē suscepissent, vel pro miserabilibus personis, præsertim si Episcopi consensus accessisset. ita expresse not. Syluest. & Tab. in suis summ. in verbo, ratiocinia, & sicut promoueri possunt, ita & promoti susceptos ordines exercere promittetur. text in capit. monachi. 16. q. 1. cap. peruenit. 86. distin. & est optima. l. 48. titul. 6. part. 1. ibi. *O clerigo que ouiesse en guarda bienes de huerfanos*. Et licet Diuus Cyprianus lib. 1. epist. 9. negat, Sacrificium offerēdum esse pro eo qui moriens, clericum ad tutelam vel curam minorum administrandam nominasset, quasi quod clericus huiusmodi administratione, eiusque ratiocinijs inuolutus, á sacrorum ordinum ministerio impiè arceretur: vt probatur in cap. Cyprianus. 21. quæst. 3. Est tamen testimonium illud Cypriani interpretandum, quando tutela vel administratio alicuius magnatis esset, vel alterius qui amplissimum patrimonium haberet, ita vt clericum illud administrantem, veluti oppressum, & sacris exercendis, segregatum haberet: alioqui si pauperum tutela foret, non solum eā susscipere clericis permissum est, sed pium est opus. Leo enim Summus Pontifex maximus huius nominis primus, in sermone 2. de Ieiunio decimi mensis *Studeamus* (inquit) *viduarum defensioni, pupillorum vtilitati, lugentium consolationi, desidentium paci.*

Huius tamen capitis irregu- 3
laritatis, duntaxat locūm obtinēt, quando quis ob publicam aliquam adminastrationem ratiocinijs adstrictus esset. At si priuata foret administratio, nullum ad sacros ordines, impedimentum præstat, nisi tantùm in duobus casibus. Primo, si de dolo in administratione perpetrato, lis aliqua mota esset. Secundō, si in procinctu esset vt moueatur, ante litis exitum, promoueri non potest, imo si de facto promoueretur, dignus esset depositione, etiam si postea in causa vincerit. glo. sing. in dict. cap.

tãtis. 81. dist. per illũ. text & ibi not. Archi. & dict. Regia lex. 23 & 24. tit. 6. par. 1 & ibi Grego. Lup. quæ opinio verisima est & cõmunis, licet antiqui nõnulli, quos allegat Inno. indict. ca. vni. nullam differentiam inter publica vel priuata ratiocinia constituerunt, an quis conuincatur, dolo vel culpæ, cum talis distinctio secundum illum nullo iure probetur.

4 Nec irregularitatis hæc perpetua est iudicanda, imô administratione finita rationibusq; redditis, prorsus extingitur. Ita tenet glos. Hostien. & omnes in. dict. cap. vni. glo. in cap. priscis. 55 dist. Idem sequitur Archi. in princ. 51. distin. & in dict. capit. præterea. ead distin. multi tamẽ venerandæ antiquitatis viri, perpetuam esse iudicarunt. Sed manifestissimê hallucinantur, & in contrarium est recepta nostrorum sententia. Quæ ita demum recipienda est, si publicam administrationem nullo dolo malo ve exercuerunt, at si dolus interuenerit, & Episcopus nouerit: nullo petente ex proprio eius munere, potest eum tanquã criminosum repellere, text. in cap. infames. 6. q. 1. glo. not. in. capi. alieni 2 q. 7. & in dict. cap. vni. & d. Regia lex. 24. Alber. Trot. lib. 2. de vero, & per. cler. capit. 6. numero. 3.

Inter hos verô qui publicis ratiocinijs sunt obnoxi, minime ascribuntur ij, qui Reipublicæ sunt debitores: ex debito tamen sine aliqua administratione contracto, fortê ex mutuo, locatione, vel emptione, vel similibus, alijs contractibus, nam obligatione, vel lite pendente ab ordinibus sacris minimê arcentur. glos. not. in. d. c. propterea. vbi Archid. Abb. in dict cap. vni. q. antepenult. Sylvest. & Taur. in summis. in verbo, Ratiocinia. per. l. quisquis emẽsis. C. de Episcop. & cler. & d. l. rescript. §. debitores, ad municipal.

Item nec ordinibus innitiãri 5
prohibentur, administratores rerum, Ecclesiaticarum aut miserabilium prrsonarum, aut cuiuslibet alterius piæ causę publicæ, vel priuatę, etiam administratione pendente. tex. in cap. 1. ne clerici vel monach tex. in d. capit. peruenit. 86. distin. c. iudicatum 89. distin. & dict. Regia. l. 23. & not Calagur. Episcopus infra. c. 60. sn principio.

Tollitur etiam dictum Cano- 6
nicum impedimentum, si is qui publicis ratiocinijs astrictus est fideiussores præstiterit. Ita sing. tenet Vicen. in dict. ca. vni. quẽ ibi refert & sequitur Abb. Panor. quęstion. antepen. & noster Gregor. in. d. l. 23. in ver. *No se puede ordenar*. Et quo ad publica munera iudicatum est, in dict. §. debitores. Quod ita demum verum esse intelligo quandô tales fideiussores ita obligarentur, vt possent ante principalem debitorem conueniri, aliâs simplex fideiussio, sufficere non videtur cũm creditor ipsê non vulgare detrimentum pateretur, si priûs discutiendus esset principalis, antequam fideiussores, posset cõueniri, vt in auth. de fideiussor. & mandato. §. 1. col. 1. vbi glos. Iacob. de Veloui. Bar. & Ang. & in auth. præsente. C. de fideiussor. Regia. l. 9. titul. 12. part. 5. &

ita

ita terminis tenent Maiolus in dict. tract. de irregul. lib. 2. cap. 11. num 14. Quòd ad dictum. §. Debitores multarum notari debet.

☞ *Noua cõstitutio, Sixti Quinti Pontifi. Maxi. declaratur.*

Hodie verò ex sanctissimi Sixti Quinti constitutione Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingẽtisimo octogesimo Sexto Calen. Decemb. Pontificatus sui anno tertio reddendis ratiocinijs obligatus: minime potest monasticam vitam profiteri, ibi, vel *reddẽdis ratiocinijs ita obnoxios, vt ex huiusmodi causa lis vel molestia eis illata, vel timendum sit ne inferatur &c* Nec constitutio illa discrimen aliquod constituit inter publica, vel priuata ratiocinia, qua ratione generaliter intẽrpretanda vt. l. de pretio. ff. de publicia. Quod si patrimonium illius qui profiteri vult, longa administratione superat nec rationes ita inuolutæ sunt, vt molestia aliqua quouisque sito colore inferri nõ possit, nõ præstaret hoc impedimentum, ad religionem profitendam, ita ex mente & verbis supradictæ constitutionis colligitur. Quæ nec locum obtineret quando ante religionis ingressum, sufficiens cautio præstaretur, qua fideiussores se ad reddendas rationes obligarẽt sicut principales debitores, pro qua intærpretatione mire conducit Vincen. sententia in capit. vni. de obligat. ad rati de qua suprâ num. 6.

☞

(?)

Illiterati.

CAPVT. XXI.

1 *Illiteratus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri.*

2 *Cum omnino illiteratis, vt promoueantur ad ordines, non potest dispensari.*

3 *Clericus ignarus, qui de facto sacris fuit ordinibus insignatus, arbitrio iudicis est puniendus.*

4 *Clericus illiteratus priuari debet suo beneficio.*

5 *Papæ etiam ex certa scientia scribenti, pro illiterato obtemperandum non est.*

6 *Collatio beneficij, illiterato facta est nulla ipso iure.*

7 *Illiterati penitus qui dicantur.*

POsteaquâm almus ille Paracletus Apostolos ac omnes alios, qui primum mũdo orthodoxã fidem nostrã annunciaturi erãt, doctrina sacra perdocuit, ac diuinis imbuit mysterijs, aliosque Ecclesię Doctores illuminauit, qui doctrinam ab eo inspiratam futuris temporibus pro salute fidelium inscriptis redigerent, iam non sic inquacunque sęculi ætatate, nouos edocet Apostolos, aut Doctores illuminat. Vnde Ecclesiam sanctam gubernatoris onus cernitur iniunctum, vt proprio discant labore, quæ populis valeant prædicare, quo ve ignorantes in fide instruant, aç oẽs ad Christianos mores obseruandos persuadeant pieque constitutum est, vt qui ad discendi laborẽ non sunt perpessi, gubernandi, ministrãdique in Ecclesia 7

Dei

Dei honore non fruantur, præmaximè quidem ad sui regimen viris literatis Ecclesia noscitur
a indigere, a vt inquit text. in cap.
1 cum ex eo de elect. in. 6. Vnde merito Gregorius prohibuit ignorantem literas ordinari, vt in capit. Præcipimus. 34. distin. & idem censuit de illiteratis Gelasius, vt habetur in capit. illiteratos. 36. distinct. & in capit 1. 55. distinct. & Hilarius Papa in cap. pœnitentes ea dist. Præterea Iustinianus imperator in authen. de Sanctis Episcopis. §. Clericos columna. 9. nisi literas scirent, non permisit clericos ordinari, b &
b hodie etiam neque ad primã tonsuram illiterati viri promoueri
c possunt, c vt in cap. fin. de tẽpor. ordin. in. 6. quod ibi intelligunt Domin. & Philip in penitus illiterato, per text. iunctis glos. in dicto cap præcipimus, & in. d. c.
2 illiteratos, cum quo nõ possunt
d dispensare Episcopi, d vt fiat clericus, vt notat Inno. in cap. Dilect. de tempor. ordin. cui assentiuntur Domi. & Philip. vbi suprâ, & Phil. in cap. per tuam, de Simon. num. 3. & vide Cardi. de Turrecremata, in cap si in laicis 48. distin. vbi facit firmam conclusionem, quod super omnimoda ignorantia in sacerdote, nulla potest cadere dispẽsatio: quia de iure diuino est, quod sacerdos habeat scientiam, vt habetur Oseæ. 4. cap. Si autem carens literis omnino fuerit ordinatus, re
e cipit characterem, e vt firmant Inno. & Ioan. And. in cap. cum in cunctis, de elect. quod refert Car. Turrecrema in dict. cap illiteratos, & idem tenet Cardi. post Lauren. in Clement. 1. in fin. verbis, de ætat. & qualitat. qui asserit, quôd etiam puer vnius diei baptizatus si ordinetur, recipit characterem. Pœna 3
autem illiterati, qui ad sacros ordines fuerit promotus, cũm in iure non sit statuta, expressẽ, arbitrio iudicis relinquitur, f quæ f
videtur esse conueniens, vt ab ordinibus suspendatur, donec sufficientiam tali ordini requisitam habuerit. Practica præterea præiatorum & suorum ẽficialium, qua solent ignorantes clerico semipromotos, pœnis condignis, vt studio vacent, cõpellere: fundamentum habere potest ex his, quæ dispositа sunt in Concilio Toletano. 8. in Cano. 8. sub his verbis: Illi sane qui iam honore dignitatum funguntur huiusce tamen ignorantiæ cœcitate vexantur, aut sponte sumant intentionem necessariã perdiscendi, aut â maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Absurdum si quidem est eos, qui cæteros simpliciores & laicos habent docere, quibus & disciplinæ & vitæ debent esse veluti quoddam speculum, ad
alicuius ordinis promoueri statum, qui legem Dei ignorãt, nec literarum saltem mediocritate sunt insigniti. Si verô omnino 4
illiterato vltra prædictos ordines beneficium furit collatum, eo dignê priuari potest: g quia g
collatio beneficij facta tali non tenet: vt notat Philip. in dict. c. fina. de tempo. ordin. in. 6. referendo Inno. & Ioann. Andr. in cap. cum nostris, de cõcess. præben. æquiparat enim Inno. ibi illiteratum mulieri ac infanti. Et facit quod Felin. tenet in capit.

inqui-

inquisitioni de sententia excommun. vbi dicit quód si Papa scribat, etiam ex certa scientia pro illiterato, credit, quod non est ei obediendum: quia vitium illiteraturæ est de iure diuino cap. nisi cum pridem. de renuntia. c.
6 literaturæ. 38. distin. Et confirmat hoc, quia ius canonicum magis abhorret illiteratum, quam homicidam, quia collatio facta homicidæ tenet: secus si fiat illiterato, quia est ipso iure nulla,
h h & refert ita tenere expressê Imol. in dict. capit. cum nostris. Per quæ verba dicit etiam idem Fel. in cap. si quando col. 10. nu. 30. de rescrip. quòd omnino illiteratus est incapax dignitatis ipso iure, sicut infans, furiosus, & similes. Et paulô inferiûs tractando de sufficientia requisita in prælatis, dicit, quod vbi concurrit totalis illiteratura, credit quòd si Papa dispẽsaret, esset dispensare directê contra ius diui-
i num. i Penitus autem illiterati illi dicuntur, qui nesciunt facere officium ad quod tenentur, vt dicit Domin. in capit. sedulo. 38. dist. col. 2.

A  *Ndigere.* Vide Ioann. Monachum, in ca. cùm ex eo, de electio. lib. 6. Felin. in cap. si quando. colum. 4. de rescrip. & latissimê Albert. Troti. li. 2. de vero & perfecto cleri. c. 32. cum multis sequentibus.

B *Ordinari.* Vide Petrum Rebuff in pract. benefi. in parte de cleric. & â quibus & quo mod. creent. num. 25. fol. 12. Domin. Soto, in. 4. sent. dist. 25. q. 1. art. 4. Et quod illiteratus sit irregularis, tenet expresse Inno. in. c. cûm in nostris. col. 1. de conces. præb. Aluar. Pelag. de planctu Ecclesiæ lib. 1. art, 48. & latissime disserit Simon Maiolus de irregula lib. 1. cap. 32. Quæ sententia communis est, vt fatetur Mart. Nauar. in capit. si quando de rescrip. excep. 11. in princip. Quæ vero scientia in promouẽdis ad sacros ordines desideretur, iudicandum est pro ratione ordinum, ac oneris suscepti cap. cûm in Ecclesia. de elect. capit. quod ipsis, 38. dist. Inno. in dict. cap. cûm in cunctis, vbi eleganter scribit quod is dicetur idoneam, & sufficientem scientiam habere, quæ sufficiens est attenta illius dignitate, loco & ordine: cuius opinionem communi suffragio Doctores approbant, ibi, Card. Imo. & Bonif. in Clem. 1. de ætate & qualit. & tenet. S. Thom in. 1. 2. quæst. 76. artic. 2. qui sic ait. *Omnes tenentur scire cõmuniter ea quæ sunt fidei & vniuersalia iuris præcepta: singuli autem ea quæ ad eorum statum vel officium spectant.* Et ideo quæ scientia sufficiens sit, iudicis arbitro relictũ est, vt scribit Bonif. in dict. Clement. 1. Marti. Nauarr. in. d. excep. 11. Hodie autem ex Sacro Concilio Triden. per singulos ordines melius explicatũ ac diffinitum est. Tonsura etenim nõ nisi chrismate confirmatis, & fidei rudimenta, & legere ab scribere scientibus confertur, vt dispositum est sessione. 23. cap. 4. de refor. Minores vero, vsq; ad acolicatũ, non conferuntur, nisi Latinam linguam intelligẽtibus ibidem capit. 11. & post redditũ testimonium de literis ac moribus

ribus per parochũ & scholæ magistrum.ibi.cap.5. Maiorrs autè sacri,non conferũtur nisi ijs qui probè versati sint in minoribus, ac de his bene instructi sint, quæ exercendo ordini, quem suscipiunt conueniunt.ibidem capit. 13. Presbyteratus ei soli conceditur,qui docere possit populó, ea quæ ad salutem scire necesse est.ibi capit.14.Episcopatus verò ei solum conceditur,quivtrũque testamentum scit,diuinis literis &suos possit docere,&alienos confutare.cap.omnes.38.distin.cûm iudex sit animarum.c. de persona.11 q.1. & ea ratione in Tridentino Concilio,sess.22. c.2.de refor.vt quisad episcopatus dignitatem possit promoueri, Doctor aut Licentiatus in Theologia, vel iure Pontificio esse oportet, aut publicæ alicuius Academiæ testimonio idoneus, ad alios docendos apparuerit.

☞ Illud autem circa huius capi argumentum notatu dignum est, quod in tantum scientia & morũ integritas, in ad ordines promouendis desideratur, quod clericus absque sui ordinarij examine literis comedatitijs ab alieno examinatus & promotus: si tamen postea ad diuina munera celebranda, vel sacramenta ministranda: incapax & minus idoneus fuerit repertus, iure poterit sui ordinarij arbitrio,ab ordinum exercitio, & ab altaris ministerio ad tempus suspendi, Cõcili. Trid.sess.14.c.3.de reforma. Verumtamen est quod idem Concili.sess.23.c.3.de ref. Episcopis interdixit ne subditos suos,aliter quã probatos & examinatos:ad alium episcopum ordinandos dimittant.

Mea tamen sententia,illud decretum dictæ sess.14.c.3. procedet,quando propter absentiã, vel aliud legitimum impedimentum examen ab ordinario fieri inquit.Semper tamen ordinib⁹ initiandus morum integritate & vitæ probitate ordinarij testimonio laudandus, & commendandus est: quod si aliter ab alieno episcopo fuerit ordinatus,ordinans â collatione ordinũ per annum,& ordinatus â susceptorum ordinum exsecutione quandiu proprio ordinario videbitur expedire sit suspensus est, Cõci. Trid.d.sess.23.c.8.de ref.

Aliquando tamen, ad consequendum Sacerdotium, tam ardens in homine charitas esse potest,vt scientiæ defectum supplere possit,si nõ sit penitus inscius & illiteratus sit text.in.c.nisi cũ pridem.de renun.ibi,*scientia inflat,charitas autẽ ædificat: & ideo imperfectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis* Antiquis enim temporibus quandoquẽ permissum fuit,vt charitas scientiæ præpõderaret:maxima tunc spes erat, vt qui plurimum dirigeret, etiam in scientijs plurimum proficere posset.glos.in cap. solicitudo.52.dist. Sanctus quidẽ Flauianus Episcopus Macedonicũ Anachoretam ad sacerdotiũ promouit,virum cuiusuis disciplinæ expertem in locis agrestibus, & in verticibus montium educatũ simplicem, sacrarumque literarum impertissimum, sed quia in eo summa charitas vigebat, ob id eũ promouit,vt testatur Theodoret.in Philotheo in vita Macedonij,

donij & Lipom. Vit S. Thom. secundo. Nonne etiam Sacerdotio dignus fuit S. Antonius Anacogoreta ob eius incredibilem charitatem, quem fuisse indoctũ probat Augustin. li. r. 1. de doctrina Christi, in prologo, de quo multa scribit Cassiodo. historiæ tripar. lib. 1. cap. 10.

C *Promoueri possunt.* Videsacrosanctum Concilium Tridentinum supra allegatum, sed. 21. cap. 4. de reformat. Marti Nauar. in manuali confess. c. 27. nume. 205.

D *Dispensare Episcopi.* Adde quod hæc authoris sententia procedit in viris iam ætate graueſcentibus, sed in iuuene septem annorum, potest Episcopus cum modica scientia ei primam tonsurã conferre, habita ætatis ratione, & sub spe futuri studij. Ita authorem nostrum interpretatur Petrus Rebuff in pract. benefi. tit. de clericis & â quibus & quomodo Creen. numer. 29 Hodie tamen precedens Concilij decisio

E ad vnguem seruanda est.

Recipit characterem Vide Domin. Soto in 4. sententia: distin. 25. quæstion. 1. articul. 2. 8. imo. Maior de irregularita. lib. 1. cap. 32. num. 11.

F *Relinquitur.* Adde text. in l. 1. § expilatores: ff. de effractor. vbi Bart tradit Deci. in. capit de causis. de officio. delegat. & in. l. si fugitiui. numero. 84. C. de seru. fug.

G *Priuari potest.* Adde Concil. Trid. sess. 21 c. 6. quo sancitũ est, quod si illiterati & imperiti clerici Rectores Ecclesiarum steterint, priuandi non sunt. si aliashoneste & probæ vitæ fuerint, sed ab Episcopis illis coadiutoresde putandi sunt. Quæ decisio procedit, in iam promotis, alioqui nondum promoti prætextu idonei vicarij admittendi non sunt. Ita declarat Maiolus de irregul. lib. 1. capi. 32. nume. 13. Et nota, quod is qui illiterato beneficiũ contulit, â pœna non est immunis: nam omne damnum ab eo illatum resarcire tenetur. Ita expresse docent Anchar. & Cardin. in Clem. 1. column. vltim. de ætate & quali Angel. de Claua. si. in sum. in verbo, restitutio. Felin. in cap. si quando num. 7. de rescri. Cosmas in pragmat. Gall. in verbo, indignorum, quam doctrinam tanqûam mirabilem, & stûpendã, refert & sequitur Martin Nauar in dict. exception. 11. Ioann. Lup. in cap. per vestras. §. 26. nume. 11. de don. inter vir. & vxo. suffragatur text. in. l. 1. &. 2. C. de peri. nom. lib. 11. capit Valentinianus. 63. distin. admediũ, cûm dicit. *Super vos est talis electio.* Et mortalem culpam contrahit, quia ministerio Dei indignos & immeritos eligit. text. in capit. monasterij 15. quæstion. 3. gloss. penult. in capit. ad Apostolicam de regular. & transgreditur Decreta Canonica statuentia optimum eligendum esse. capit. Metropolitano. 63. distinct: & ea ratione etiam mortaliter peccat. capit quia eadem. 1. disti. capit quæ in Ecclesiarum de constitut. cap. fin. eod. titul. in 6. Et duode cim pœnas quibus afficitur qui indigno beneficium Ecclesiasticum contulit, diligenter congessit Petrus Rebuf. in practicis bene. de pœnis côtra collaro. indi. conf.

Nulla. Adde Martin. Nauar. G in. d.

Collatio beneficij illiterato facta, an firmitatem ob tineat.

in.d.cap.si quando.excep.11.de rescrip. qui opinionem istam cõmunem esse testatur, quam tenuerunt. Inno. & Panor. in cap. cum in nostris. de concess. præben. Felin. in cap. per tuas de Simon. Ioan. Cora. in tract. de sacerd. 3. part. cap. 5. numer. 3. cui communi & verisimæ sentẽtiæ suffragatur text. not. in. c. cũm in cunctis. §. fi. de elect. qui probat, eum qui confert beneficium, vel ad illud scienter eligit indignũ, ob ætatis, morum, scientiæ, vel natalium defectum, pro ea vice priuari eligendi, vel conferendi facultate: collationem vel electionẽ ipsam ad alium deuolui. Ex quo quidem text. ponderandum est collationem vel electionem factam, patienti aliquem ex illis quatuordefectibus, ad alium deuolui: igitur collatio nulla fuit quia aliâs non deuolueretur facienda, si iam facta teneret. Deinde conducit text. optimus in c. dudum. de election. quo dispositum est electionem eius, qui tẽpore quo eligebatur defectum ætatis, vel sciẽtiæ patiebatur inutilem esse ipso iure. cuius ratione Abb. ibi. num. 11. not. collationem nescienti factã ipso iure nullam esse. & vide text. glo. & Doctores in Clem. de ætate & qualitate. Quæ communis sententia procedit in tãtum, vt ea collatio quæ literarũ inscio facta fuerit, color. tam titulũ possidenti non præstet. Ita colliges ex doctissimo & omnibus numeris cõsumatissimo Petro Rebuffo in tract. de pacifi. posse. num. 213. Si iunges ea quæ ipse dixit, ibi. n. 172. vers. Quãto non procedit. Hæc tamẽ opinio vera est, impenitus illiterato, qui Latini sermonis apud Latinos est ignarus, & Græci apud Græcos, non vero procedit, quando quis qualem sciẽtiam habet, licet non idoneam. licet æquidẽ collatio ei facta firmitatem de iure non obtineat, cororarum titulum præbet. Ita sing. in terprætatur Nauar. de excep. 11. versicu. Et ideô fol. 47. quod probat ex his quæ Abb. & Doctores tradiderunt in. d. c. cum in nostris. de concess præben. Cosmas in prag. tit. de pacific. posse. verbo. coloratum, Imõ amplius existimat ipsemet Rebuff. in loco nouissimẽ allegato clericum illiteratum qui beneficiũ triennio possidet, non gaudere beneficio regulæ de triennali possessore. Sed hoc iure improbat in dicto loco. Ex cuius dictis, limitanda ex authoris nostri & aliorum recepta sentẽtia dupliciter. Primô, vt solum procedat in eo qui nunquam literas didicit: secũs verõ si eas semel didicisset, & posteâ ob infirmitatem, vel ob aliâ causam, lapsus fuisset memoria: ita vt prorsus literas ignoraret, quia quo ad habilitatẽ impetrantis tempus acquisitionis beneficij attendi debet text. in capit. ei cui de præbend. in. 6. & in capitulo, cùm de beneficio. & in capitulo, is cui eodem tit. & lib. & in Clem. si beneficio. eodem titul. Secundo singulariter limita, nam licet collatio beneficij illiterato, facta nulla sit âprincipio, si ita tamen literas ille addiscat, & is qui contulit, non pœniteat, pristina collatio tacita quædam, collatione reuiuiscit, quod multis confirmari potest maximẽ ex his, quæ scribit Abbas

Abbas in capitulo, cum ex officij de præscriptionibus, vbi Felin. num. 36.

1 *Contra ius diuinum.* Adde Inno. in cap. dilectus de tempor. ordi. Cardi. â Turrecrema in cap. si in laicis 38. dist. vide latissimè circa hoc nec non totius huius capitis argumentũ, Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæst li 2. Anchar. 5. casu. 425. quẽ post hæc scripta legi.

Neophiti.

CAPVT. XXIII. QVOD noue æditum est.

1 *Neophitus, quis propriè nuncupetur.*

2 *Neophitus minimè sacris ordinibus potest insigniri.*

3 *Munera, siue officia sæcularia, Neophitis sunt interdicta, ibique de interpretatione Toletani Concilij. 3 cap 4.*

4 *Iudæus Christiani tutor, vel administrator, esse prohibetur, ibi interpretatur. l Spadonem. § iam autem. ff. de excusa tutor.*

5 *Neophitus contra Christianum testimoniũ proferre prohibetur.*

6 *Nouiter conuersi, quos vulgo (moriscos appellamus) non sunt testes idonei.*

7 *Neophitus quando ordinibus Ecclesiasticis possit insigniri.*

8 *Neophitus qui impropriè sic appellatur, an à Sacris ordinibus sit accendus.*

9 *Iudæi Hispaniã coluerunt, à qua multis iustissimisq; causis fuerunt expulsi.*

10 *Nullus Iudæus, vel alterius secta, post in Hispaniarum regnis incolatum habere.*

11 *Descendentes à Iudæis, vel ex alia infecta familia, à Collegij & Confraternitatibus, iustissimè possunt repelli, quod multis magnisque rationibus ostenditur.*

12 *Qui ex Iudaica, vel ex alia infecta familia descendunt, solent malis corruptis moribus coinquinari.*

13 *Apud Hebræos & Ethnicos nullus ad sacerdotium promouebatur, qui labem generis pateretur.*

14 *Defenduntur constitutiones collegiorum excludentes, ab ipsorum domicilio eos qui generis labem patiuntur.*

15 *A domo amplissima Regum Hispaniarum, sanguine infecti repelluntur.*

16 *Mutanda non sunt, quæ certam interpretationem habuerunt.*

17 *Licet generis labe infecti, virtutibus & literis polleant, minimè ad dicta collegia admittendi sunt. & vtrum his dispensatio indulgeatur.*

18 *Refertur Alphonsi à Montaluo Hispani opinio, quæ posteà refutatur.*

19 *Defenditur contra apologiam Henrici Mauroi Franciscani, statutum Sanctissimæ Toletanæ Ecclesiæ, nec non Genensis.*

20 *Generis macul, siue nota in antiquis, indicijs & fama probatur, & testibus de auditu deponentibus fides adhibẽda est.*

21 *Testes qui circa generis qualitatem testimonium protulerunt, pro militari dignitate consequenda, vel pro ingressu collegiorum, vel adipiscendis beneficijs publicandi non sunt.*

22 *Ha-*

22 *Hæreticorum filij an ad sacros ordines possint promoueri.*

23 *Summariæ probationes, circa generis qualitatem, quæ fieri solent, eb illis qui ordinibus sunt decorandi, quem effectum contineant.*

24 *Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 7. de reforma. interpretatur.*

25 *Neophitus is dicitur, qui nuper religionem ingressus est, & quo tempore ad dignitates religionis possit aspirare.*

1 NEophitæ propriè hi appellãtur, qui ex Iudaica lege, aut Mahumetica, vel Ethnica, nuper Christi legem sacrosanctam professi sunt, quasi nouiter in Christiana religione plãtati: testimonio Diui Gregorij libr. 7. epist. cap. 111. ad Siagrum episcopum. Habetur in cap. vlt. 48. distin. Non vero propie Neophitæ dicentur, qui â primis incunabulis Christianam militiam professi fuerũt, etiam si á Iudæis Ethnicisúe origenem habuerint.

2 Primos vero (quos propio vocabulo Neophitos appellamus) â Sacris ordinibus arcendos esse pluribus antiquorum patrum decretis institutum fuit. Primo sanè Apostolica authoritate Diuini Pauli prima ad Timoth. c. 3 ibi. *Non Neophitum.* Prætereâ Niceno Concilio his verbis decretum est: *Tempore opus est vt catheçumenus quisque fiat, & post Baptismũ multa probatione indiget euidens: namque est Apostolicum præceptum non Neophitum.* Retulit Gratianus in cap. quoniam. 48. distin. Concilium Arelatense secundũ sub Syluestro Pontifice primo huius nomine celebratum cano ne primo diffiniuit, eos ad Diaconatus vel Subdiaconatus ministerium promouendos non esse. Hoc item prohibuit Concilium Laodicense celebratum sub libero Pontifice Romano, c. 3. apud Laodiceam Phrygiæ vrbẽ, & licet Prouinciale fuerit, posteâ cõfirmatum fuit sexta Synodo generali. Ideoq; qui in ægritudine baptizatus fuit ad Sacrum suscipiendum ordinem non admittitur text. in cap. 1. 57. dist. quem singularem esse testatur Roman. sing. 46. & videndus est Euseb. lib. 6. historiæ eccleſiaſ. c. 33. qui testatur olim minime licuisse clericum fieri, qui maxima pressus necessitate morboque grauatus baptizatus fuisset. Prætereá Sũmorumque Pontificum decretis Neophiti á Sacris ordinibus arcentur. Sozimus Summus Ecclesiæ Præsul hoc ità sanciuit in c. qui Ecclesiasticis. 59. distin. & Vrbanus Papa in capit. si officia. eadem distinct. Gregorius in. c. sicut. 48. distinct. & in capit. hoc ad nos. 59. dist. & in capit si sacerdotale. 61. dist. Celestinus in capit. ordinatos. 59. distinct. Hormisda. in cap. in sacerdotibus. 61. dist. & in cap. non negamus. ibi. Leo Papa in cap. miramur 61. distinct. Syrius Pontifex huius nominis primus, hoc ipsum prohibuit in epistola tertia ad vniuersos orthodoxos, Diuus etiã Ambrosius in cap. Neophiteis. d. distinct. 61. Cuius quidem prohibitionis ratio adducitur â Diuo Paulo. d. c. 3. ibi, *Ne forte elatus in superbiã, in iudicium incidat, & in laqueum diaboli (hoc est, in arrogãtiam)*

tiam (quæ est Diaboli ruina. Tum quia is alios edocere nó potest, quæ nunquâm ipse dicit. Tum etiam quia alijs se conformare non poterit, cûm nunquam ipse statum Ecclesię tegendo, expertus est (vt vtar verbis glos.) in principio. 48. distinct. in verbo, *Prohibentur.* De quo argumento vltra ordinarios interpretes, latê legendus est insignis D. Couarru. in Clem. si furiosus. 1. parte, relecti. §. secundo. numero. 7. de homi. Alber. Troti. lib. 2. de vero & perfect. cleric. cap. 12. Simon Maiolus de irregula. lib. 1. cap. 31.

3 Nec mirum est neophitos ad sacros ordines admittendos nó esse, cum officia publica sæcularia munera eis interdicta sint: vt statutum fuit in Concilio Toletano. 4. cap. 63. & habetur in c. constituit. 17. quæst. 4. & in Cócilio Toletano. 3. cap. 14. quod continetur, in cap. nulla. 54. dist. cap. penult. de iud. Quod idem obseruandum est in his qui ex Iudæis sunt, qui apud Christianos publicis muneribus fungi non possunt. vt in dict. 3. Toletano Concilio continetur, & in d. cap. constituit tenet Roman. sing. 672. Ias. in rubr. ff. de iusti. & iure. colum. 1. Couarr. in loco nouissimê allegato. Montal. in. l. 2. tit. 3. lib. 4. Fori vbi multis probare contendit, Toletanum Concilium non esse intelligendum de his qui ex Iudæorum gẽte fidem Catholicam susceperũt quia â sæcularibus muneribus isti arcendi non sunt. Hoc idem not. Felin. in Ripa, numero. 31. in dict. capit. eam te. de rescrip. idem Felin. in capit. cum sit, de Iudæis, & est ægregia. l. 6 titul. 24. part. 7. Sed quòd tantũ Concilium procedat in ipsismet Iudæis, qui fidem nostram nunquâ professi sunt, qui ad publicos magistratus vel publica munera recipiendi non sunt. l. vltim. C. de iud. l. 3. titul. 24. part. 7. Quibus minimê refragatur. l. generaliter §. fin. ff. de Decurioni. quæ ad honores admittit eos qui Iudaicam superstitionem sequuntur. Quoniam non de Iudæis intelligitur sed de Christianis, qui in Iudæa primum fuerant: ideoque Iudaicam superstitionem sequi dicuntur â iure consulto, vt eruditê, eleganter, & copiosê ostendit Andr. Alciat. lib. dispunction. 3. capit. 8. & in. l. quidam ignauiæ. C. de Decurioni libro decimo. Sequitur Andr. Tiraquel. de iure primogeni. quęstion. 66. numero. 40. Qui quidem intellectus minimê placet D. Couar. in loco nouissimê allegato, numero. fin. qui quibusdam rationibus in medium adductis, testatur receptam esse sententiam. d. §. fin. d. l. generaliter, antiquatũ & correptum esse, per. d. l. vlt. de Iudæ.

Parique ratione Iudęus Chri- 4
stiani tutor, vel administrator esse nullo modo potest, ne eũ prauis & iniquis moribus, & Iudaicis superstitionibus erudiat, ita Bart. & Ias. in rub. ff. de iust. & iure. Ana. in rubr. de Iudęis numero. 7. Felin. in cap. cum sit colum. 1. co tit Roma. in. l. pactum numero 11. C. de colla. Socin. cõsilio. 70. colum. vltim. lib. lib. 1. Imo nec mater Iudęa filiorum suorum tutrix esse potest, vt tenuit Angel. Aretin. in. §. prętereâ

rea, columna. 25. ver. *Ex isto text.* instit. de excep. vbi asseuerat ita tenuisse & consuluisse licet (vt ille inquit) quidam doctor Bononiæ non gustauerit, & fortasse intelligit de Barba qui cótrarium consuluit, consilio. 15. in. 1. dubio libro. 1. & Barba opinionem vltra supra allegatos sequuti sunt Andrea. Tiraquell. dict. quæst. 66. numero. 17. Couarru. dict. §. 2. nec dubito communem esse, licet contrariam tenuerit Fulg. & Mart. Laud. indict. rubrica. ff. de iustitia & iure, authoritate textus in leg. spadonem: §. iam autem. ff. de excusat. tutor. vbi Modestinus ait. *Iam autem Iudæi quoque non Iudæorum tutores erunt, quẽ admodum cætera munera subeunt. Namque eos constitutiones solutos esse volunt solis illis rebus, per quas superstitio eorum pollui videatur.* Nã vel illa lex est correcta, vel si in viridi obseruantia, locum obtinebit in municipio, quod Iudæos incolas, vel Gentiles habet, non de eo quod Christianorum legem obseruat, & eorum iurisdictioni subditur, ita interpretatur Diuus Couarrubias, vbi supra.

8 Et non solum Neophitus a sacris ordinibus, publicisque officijs arcendus est, sed ex sententia sapientissimorum virorum is ad testimonium ferendum contra Christianum, admittendus non est: ita tenet singu. Felin. in dicto capite, cum sit, & in capite Iudæi de Iudæis, qui allegat pro hac sententia, textus in capite non potest. 2. quæstione. 7. ex Concilio Toletano. 4. capit 62 qui minime id probat, nam Concilium solum tractat de eo, qui cum Iudæus esset, ad Christi fidem cõuersus, eam impie deseruit: non autem de eo, qui nouiter fidem nostram profitetur, & ea ratione Felin. opinio non placet. D. Couarrub. in dicto §. 2. non tamen prorsus ab ea recedit, prudenterque iudices admonet, vt ea opinione ad praxim recipienda cautissime vtantur: cã tamen in distincte sequitur Francis. de Ripa in dicto. capite eam text. numero. 30. Tamen abhinc annis plus mille, antiqua lex de hoc ædita seruabatur, vt nullus de Iudæorum progenie, etiam iam baptizatus contra Christianum testis esse poterat. Ita inter alias Gothorum leges sancitum erat in leg. 10. libro. 12. Sed cum lex illa antiquata iam sit, iudicis prudentiæ relinquendum cẽ seo, qui perpensa qualitate rei, ipsorumque testium, ex dicta causa fidem adhibeat, vel denegauit.

Illud vero ex superioribus 6
certissimum esse censeo, quod nouiter conuersi, qui ad nos peruenerunt ex Granatensi Rebellione, anno millesimo quingentesimo, sexagesimo nono, (*quos Moriscos* appellamus) licet baptizati sint, cum tamen contra eos plurimum vrgeat sinistra suspitio, quod fidem Christi non pio animi candore profiteantur, & multi in ea præuaricati sunt, & malis impijsque moribus sint imbuti testes idonei non sunt, nec integra fides eis dabitur: pro quo plurimum conducit textus ægregius, in dicto capite non potest, quod in Forensibus controuersijs vtilissimum est.

Pote-

Poterit tamẽ Neophitus (vt adinstitutum sermonẽ redeamus) tũc ad sacros ordines & beneficia Ecclesiastica promoueri, cum Christianis moribus satis fuerit instructus, & grandes iam progressus in fide nostra feciſſet: ita vt veteranus Christi miles dici possit text in capitulo primo. 57. distinct. quem ad hoc notat Roman. sing. 416. Deci. in cap. eam te. de rescrip. colum. 3. Felin. in dict. cap. cum iam sit de Iudæis. Non quidem breui transacto tempore antiquos mores mutasse credendum est, vt elegantissime scribit Seneca, libr. 2. de ira. Propterea Marcus Tullius omnium doctrinarum ne dicam horarum homo & is consummatissimus in ea oratione, quam pro Publio Sylla elegantissime recitauit. *Omnibus* (inquit) *in rebus indices quæ grauiores maioresque sunt quõd quisque voluerit cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur est ponderandum, neque enim potest quispiam nostrum subito fingi: neque cuiusque repente vita mutari, aut natura cõuerti, nemo repente fit summus, nemo repente turpissimus* Quæ posteriora verba suppresso Ciceronis nomine vsurpauit Gratianus in. §. charitas hæc, quæ de charitate, & in §. exordia. de pœni. dist 2. vbi glo. in eam sententiam citat illud Satyrici Poetæ, Satyra secunda:

Nemo repẽte fuit turpissimus: accipient te.
Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt.

Neq; satis est, vt semel quis, aut vnico actu bonus vir probatus sit, sed vt sæpissime & in pluribus diuersisque actibus perspectus exploratusque sit, necesse est. Nam sicut veteri prouerbio apud Arist. lib. Ethi. 1. cap. 7. vna hirundo ver non facit: quod refert Bal. in. l. iura. constit. in princi. ff. de legib. quam sententiam Poeticis numeris eleganter cõplexus est Baptista Mantuanus.

Ver non vna dies, non vna reducit hirundo.

Sic neque vnus actus satis est ad probationem consummatæ, & absolutæ virtutis, vt satis innuit innuit text. in procem. institu. §. cumque hoc Deo propitio. in illis verbis *Iam ex multis rerum argumentis accipimus*. Quibus mire concinit, quod doctissime scribit Eusebius de præparatione Euangelica, lib. 4. cap. 1. *Non arcu* (inquit) *aut funda artificiose eum vti dicemus, qui cum sæpius, atque sæpius telum proiecerit semel aut ad summum bis vel ter ad signum peruenerit, cum panè infinities longissimè à signo abfuerit: nec ille certe medicinam tenet, qui cum multos interemerit, vix tandem vnum à morte liberauit.* 8

Secundi autem quõs in huius capitis limina improprie, Neophitos appellari, ex communi & recepta sententia tradidimus, nec a sacris ordinibus, nec ab Ecclesiasticis beneficijs secularibusque officijs excluduntur. Si enim a natiuitatis tempore, fidem Christi coluerunt, nullum sibi impedimentum præstat, quod a Iudæis Sarracenis ve originem habeant: licet apud Hispanos hi ignominiæ causa Conuersi, vel Marrani nuncupentur. ita Sing. tenet Diuus Couarrubias. dict. §. 2. numero.

8. & tradit latissime Ioann. Otalora de nobilitate. 2. part. 3. part. principali capitulo septimo, per totũ. Licet Ioan. Staphi. in tract. de liter. gratiæ, & iust. versiculo fina. numero. 30. asseueret consuetudine receptum esse, vt istis dispẽsatio indulgeatur. Sed certe verius est quod nulla dispensatio necessaria sit, cum nullo canonico impedimẽto astricti sint. Quod testimonio D. Pauli supra allegato manifestissime probatur, qui non appellat Neophitum, eum qui ex gente Iudæorum iam pridem Christi legẽ fuerit professus.

Hispania nobilitate explandescit.

Si hoc quidem casu canonicũ constitueretur impedimentum prope infiniti essent, qui ad ordines sacros promoueri non possent, in multis orbis prouincijs, atque in Hispania nostra, quæ licet maximis Illustrissimisq; familijs explendescat, magnaque nobilitate sit decorata, cũm tamen antiquis temporibus Iudæi & Sarraceni incolatum in ea habuerint: multi sunt qui ex his originem habent. Sed ne Iudaicæ prauitatis labes diutius serperet, vel perfidia sua Christianis noceret, quia Iudæi eam retributionem impendere solent, quam mus in pera serpes in gremio, & ignis in sinu. sicut Innoc. 3. Archiepis. Senensis scite admodũ scripsit. Iustissime Iudæi â tota Hispania lege latâ â Catholicis Regibus & sempiterna memoria dignis Ferdin. & Elisabeth expulsi fuerunt, longa sapientissimorum virorum consulatione præmissa concessum fuit, tamen quadrimestre tempus, quo ad Catholicam fidem cõuerti possent, quo tempore elapso, qui in sua perfidia contumaciter persisterunt, bonis suis venditis, ab Hispania cum vxoribus liberis familiaribus, rebusque suis recedere sunt coacti. Prohibitumque illis fuit, sub pęna vltimi suplicij, bonorumque publicatione, ne vnquam redirent, sancitum etiã fuit, vt nullus Iudæus ingrediatur Hispaniam quouis quęsito colore, eadem pœna mortis, & cõfiscationis bonorũ in eos exsequenda, ita vt nihil eis prosit, si forte dixerint se velle ad fidem cõuerti, nisi in limine primi Regni id fuerint publice protestati. Si vero quispiam Christianorũ temere Iudæos receptare ausus fuerit, in bonorum publicationis pęnam incurrit, sic statutum fuit pragmatica. 5. data Granatę anno Domini. 1492. & pragm. 6. ibidẽ lata anno Domini. 1499 Cuius legis Catholicæ quæ sanctionis meminit Ioannes Picus Mirandulæ comes, lib. 5. aduersus Astrologos, qui de hac electione his verbis loquitur. *Non minoribus vere post ea tempora calamitatibus gens Hebræorũ obruta est, quam aut sub Tito, aut sub Adriano pulsis nuper Iudæis omnibus ex tota Hispania à Christianissimo illo Rege nunquam certè satis laudato: Vbi & numero, & diuitijs, & authoritate plurimum poterant. Qua iectione nihil vnquam ferè vel tristius, vel acerbius passos ipsi se non diffiterentur. Ita multi naufragio, pestilentia quam plurimi fame maxima pars eorum absumpti: vt nobis etiam Christianis in tanta calamitate, in qua diuinæ iustitiæ gloria delectabat, homines tamen extrema adeò patientes commiserationem facerent.*

Ha-

Hactenus Ioannes Picus. ca. 12. Fuerunt tunc ab Hispania expulsi Iudæi numer. quadraginta mille: vt allegans alios testatur Dominus Episcopus Iacob. Septim. in Catho. instit. tit. 35. numer. 9. Qui si in ea vsque ad hæc tempora permansissent, dubitandũ nõ est quin ferè totam sua perfidia infeciissent, & vsuris spoliassent.

10 Ideoque in Hispania, quæ inter cęteras prouincias religione & pietate floret, maximè nunc regnante Philippo. II. huius nominis Christianissimo, & summæ potentiæ & fœlicitatis Hispaniarum Rege inuictissimo: nullus Iudęus vel Mahumetaneus, vel alterius cuiuslibet sectæ commorari potest. Quod iam pridem in sexto Toletano Concilio Canone. 3. maiores nostri decreuerant, hoc verborum tenore. *Sanctum Concilium simul & cum consensu Christianissimi Principis suorumque optimatum, illustriumque virorum hanc promulgamus Deo placituram sententiam, vt quisquis succedentium temporum Regni sortitus fuerit apicem non ante conscendat Regiam sedem quam inter reliqua conditionum Sacramenta pollicitus fuerit, nullum non Catholicum permittere, in suo Regno degere. Si vero postquàm ad regni gubernacula accesserit, ipse temerator huius steterit promissi, sit Anathema Maranatha, in conspectu sempiterna Dei & pabulum efficiatur ignis æterni similiter & omnes qui cũ eo consenserint.* Sic Iustinianus in tertio imperij sui anno legem promulgauit, vt in iurisdictione sua non essent pagani, neque hæretici, nisi soli orthodoxi Christi, datis illis indicijs vsque ad tres menses ad conuersionem. Autor est Paul Diaconus lib. 16. rerum Romanarum.

Et licet qui originem â Iudæis Saracenisve ab ordinibus sacris publicisque functionibus minimè repellantur: licitum tamen est legitima authoritate interueniente, eos expellere ab aliquibus congregationibus literarũque collegijs, alijsque muneribus vel officijs. Quia licitum & permissum est cuilibet communitati honorem & vtilitatem quę rere, quæsitam modis omnibus tueri, & opposita incommoda euitare, eosque eijcere, ex quibus vel ignominia vel aliud incommodum iuste timeatur, non obstante eorum dedecore vel incommodo, per accidens ex hoc illis proueniente; quia cæteris paribus plus nobis communitateque nostræ tenemur, & licite possumus prouidere, pro quo conducit textus elegans, in. l. 15. denique ff. de aqua pluui. harcen. vnde eleganter scribit Caietanus in quod libro. 5. in respiciat. ad. 4. dub. quod non solum propter honorem Societatis tuendum, sed etiam quia tales, vel de tali genere non bene in moribus, vel consuetudine cum alijs conueniunt, possunt â Societatibus repelli, vel non admitti. Tum quia tales homines, qui hac nota laborant maxime qui sunt in gradibus propinquis vel notis, vt in plurimum inconstantes sunt in fide & iniquis corrupti moribus tardi & rudes ad diuina munera exercenda. Sunt æquidem inquieti, ambitiosi, seditiosi, & propter parentum suorum infamiam dig-

11

12

nitatibus & honoribus indigni, & collegijs honestioribus minus idonei. Nec negari potest istorum maiores perfidos fuisse Iudæos, & ore Saluatoris nostri vocatos fuisse, progeniem viperarum generationem prauam & adulteram, Matth. capit. 12. Et maximè hoc verum est in illis qui ex progenie Mahometanorum originem habent, quia eorum secta nihil habet præclarum vel sublime, nihil de puritate cordis attingit, sed tota in terrenis delitijs, & in obscœnis corporis voluntatibus constituta est, cuius vestigia in eis liquido apparent, vt experientia docemur in nuper conuersis Sarracenis ex Regno Granatæ, Valentiæ, Aragoniæ. Non igitur idonei sunt ad consortium cum alijs probis vel integerrimis habendum, nec ad officia honorifica & Ecclesiastica administrationes, tum quia descendentes ex Iudæis vel Sarracenis non vulgarem ignominiæ notã saltim de facto patiuntur: ita vt apud Hispanos nullum magis conuitium excogitari potest, quã dicere alicui: tu ex Iudæus, Maranus, Conuersus, vel Mahumetanus. & ideo dignitatis portæ eis patere non debent, sed propter infamiam dignitatibus & honoribus priuari debent. text. in l. 1. C. vbi senato. vel clarissimi l. si qua. C. de secund. nup. l. 2. l. quoties. l. iudices. C. de dig. libro. 12 reg. infamibus. de regu. iur. in. 6. capit. nobilis. 2. quæstione 5. capite. 1. vbi gloss. & Doctor de purg. canon. cum alijs. Tum quia isti ad malum sunt procliues, & natura est, vt ramus, id est, proles frequentissime suam originem sapiat, eamque sequatur, quod Diuinus Paulus ad Roman. 11. insinuare videtur, cùm dicit. *Si radix sancta & rami.* & infra, *Si tu ex naturalis excisus oleastro, & contra naturam insertus in bonam olivam.* Quod eleganter ille cecinit.

Qui viret in foliis venit a radicibus humor.
Et patrum in filios abeunt cum semine mores.

Quo fit vt sæpenumero oblata occasione ad generis infecti vitia redeant, text. id capite. Iudæi. 4. distin. vbi scriptum est quod Iudæorum perfidia multoties ad vomitum redit. Nullus ferè ad Iudæorum ritus transit, nisi qui â iudæis parentibus descendit, & ab eis iudaicam superstitionem didicerit, quod ante multa sæcula iuuenalis Satir. 14. his versibus prodidit.

Quidã sortiri metuẽtẽ Sabbata patrẽ.
Nihil præter nubes & cæli numen adorant.
Nec distare putant humana carne suillam.
Qua pater obstinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges
Iudaicum ediscunt, & seruant ac metuunt ius.
Tradidit Arcano quodcunque volumine Moses.

Non quidem in prædictis statis vel priuatis legibus condendis, sola ratio generis perpenditur, sed delictum relapsus dedecus, & plura alia quæ his hominibus contingere solent, iuste timentur, & ideò iustum est eos expellere ne mundos & candidos contaminẽt. Et quamuis sæpenu

penumero hæc præsumptio & timor deficiat, quia multi qui hãc generis labem patiuntur, probi sunt & integerrimi: statutum vero vel lex quæ in commune fertur quæ frequentiora sunt prudenter attendit. l. nam ad ea. ff. de legib. Tũ suffragatur D. Thomæ sententia in. 1. 2. q. 105. artic. 3. in respon. ad secundum arg. articul. 1. ad quartum, vbi scribit, quod spurij propter generis vilitatem excludebantur â Collegijs populi Hebræorum vsque ad decimam generationem. Deuteron. capit. 23. Nec sacerdotes de qualibet familia vel tribu creabantur, vt maiori honore & fastigio dignitatis haberentur.

13 Hebræi namque antiquissimi diligẽter prouiderunt, vt genus sacerdotũ sine permistione purum immaculatumque consisteret. Oportebat sanê vt is qui ad sacerdotalis dignitatis fastigium erat promouendus, ex eiusdem gentis muliere nasci, & genus per antiquam lineam multis testibus probare, vt author est Iosephus libr. 1 contra Apionem. Plato etiam sexto dialogo de legibus constituit, vt in sacerdotũ creatione illa comprobetur, qui integer sit atque legitimus: deinde â domo quam maximê munda expers quoque cædis omniũque huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem committuntur, cuius & pater & mater quæ similiter vixerint. Theseus quoq. vt Plutarchus in Theseo refert nobilibus tãtum rẽ diuinã tractãdi magistratus ex suo ordine creandi, administrandique leges, tum pia religiosaque interpretandi, diffiniendique potestatem tribuit.

Sic & propter eandem rationem isti de quibus loquimur in casu supra cõstituto excludi possunt. Tum quia proprij patrimonij quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mãd. l. etiam. §. licet. ff. solu. matr. Si ergo potest quis cũm Collegiũ Societatemque ex proprijs bonis instituit, eam legem in fundatione struere, vt tantum admittantur, qui ex familia sua originem habuerint, vel de tali genere, siue patria vel natione nullus sanê id increpauit. Imô in Complutensi Academia nostra, bonũ sanctorumque studiorum parente, receptum esse vidimus: porissimum in celeberrimo & illustri Collegio quod sub titulo Diui Iacobi Hispaniarum patroni) Apostolica authoritate erexit, atq; fundauit Illustris vir & omni Laude dignissimus D. Garsi s Manrique, & inter alias leges, quas inuiolabiliter obseruari præcepit, ea potissimum id continet: vt tantùm in suo Collegio admittantur, qui ex familia sua origenem habuerint, insignique nobilitate fuerint condecorati, non vulgares pœnas transgressoribus impones, prout in fundatione ipsa, & in literis Apostolicis latiûs continetur, quas multoties legi ab ipso fundatore rogatus, vt debitæ executioni traderentur. Ergo similiter eademque causa generis ratione excludi possunt, qui ab Hebræis & ab alijs infidelibus origenem trahunt: imo â fortiori cũm ex alijs rationibus iam dictis repellantur.

Quare iustissimê in nostra His 14
pania Collegiorum constitutio-

nibus,qui notam generis patiuntur, ab ipsis excluduntur. Quæ constitutiones Regia authoritate sunt confirmatæ,nempe.l. 22. tit.7. lib.1.ordina. noui his verbis:*Porque en algunos Collegios de las Vniuersidades destos nuestros reynos ay constitutiones,en que los dichos Collegios no reciban por collegiales Christianos nueuos,mandamos q̃ sobre ello se guarden las constitutiones sobre ello fechas por los fundadores,de los dichos collegios,* quod nõ sine summa publica vtilitate cõstitutum est. Sunt quidem collegia mundissimi fontes, ex quibus ad rem publicam gubernandam scatent flumina & deriuantur,riuuli personarum sanctitate virtutibus,& omnigena doctrina insignes, quorum prudentia diuina & publica munera iuste administrantur, inter quos tam difficile est aliquem a virtute deficere, quam facile est inter Iudaicæ sectæ & originis successores,de quibus cecinisse illud Naso Poeta videtur.

Nec facile inuenies,multis in millibus vnum.
Virtutem pretiũ qui putet esse sui.
Ipse de correcti facti si præmia desint.
Non mouet & gratis pœnitet esse probum.
Nihil nisi quod prodest charum est, en detrahementi.
Spem fructus euide nemo petendus erit.

De his diuina veritas loquitur a fructibus eorum (inquit) cognoscetis eos. Et rursum non potest arbor bona fructus malos facere,nec arbor mala bonos, Matt. cap.7.

15 Tũ quia vidimus quod in amplissima Hispaniarum Regũ domo minime admittuntur,qui huiusmodi labe infecti sunt,& hac ratione fere in omnibus legibus titu.9. part.2. quæ loquuntur de officijs & muneribus obtinendis illud in primis exposcunt,vt qui ea munera obtinere debent sint sanguine mundi&nobiles,(quos *Hijo de algo* vulgo appellamus.) vt in.l.24.6.11.& in alijs solum quidem in medicis, & in illis qui ea tempestate appellabantur *Almojarifes* non requirebantur quod nobilitate essent condecorati,sed quod essent sapientes acuti à longa experientia exercitati,vt in.l. 10.25 dicto titu.9.Hodie vero minime admittuntur in Regia domo medici qui generis macula notentur, quod in ceteris muneribus obtentũ est, quod si quando alij sunt admissi,vel admitantur id maximo fit consilio ob insignem prudentiam, & singularem virtutem, vel propter aliquod bonum publicum,quod inde successurum est. Ita scribit Otalora de nobilitat. 2.parte.3. part.

Tum quia opinio ista antiquissima consuetudine est recepta, a 16 qua non licet recedere,quia in opinionum conflictis tenenda ea est,quam vsus comprobauit.l.minime. l. si de interpretatione.ff. de legib. & vera interpretatio a practica sumitur teste Bal.in cap. 1.in prin.de fœud.sine culp.non amit. Sic iuris consulti nostri in eorum responsis illud crebro inculcant, hoc iure vtimur,quasi in populo, & multitudinis consensu magna interpretandi vis resideat.l.est receptum,eoque iure vtimur.ff.de iurisd.omn.iud.

l.hoc

l. hoc iure vtimur. ff. de dona. l. hoc iure vtimur. ff. de aqua quo tid. & asti. l. hoc iure vtimur. ff. de verbo. oblig, & alibi sæpe, & conducit tex. in. l. illud vsitatissimum. ff. de excusa. tutor. Sunt sane in Hispania instituta sancta collegia militarum ordinum, aliaque bonarum literarum collegia, & diuersæ aliæ societates in quibus minime recipiũtur spurij, seu illegitimi, vel innobiles: sed qui generis nobilitate polleant, animique dotibus sint insigniti, prout in suis pijs institutis sancitum est, quæ instituta reprehendere, temerarium impij & insani hominis esset. Quia cum Summi Præsidis Regumque Catholicorum authoritate confirmata sint, iusta iudicanda sunt: nec credendum est tantos Monarchas circa hoc errare, eaque iusta esse censet Sima. in cha. inst tit. tit. 47. num. 28.

17 Imo quanuis quis morum sanctitate, insignique eruditione decoratus sit, si tamẽ generis labe infectus sit, admitti non debet. Quãuis in hoc casu contrarium professus fuerit vir alioquin doctissimus & religiosissimus. F. Antonius à Cordoua minoris classis sodalis in libro primo quæstionari. q. 54. concluf. 3. folio. 438. Non quidem decet vt quotidie hoc quæsito colore iustissimæ sanctiones violentur, nec propter probos mores alicuius iura sunt violanda, vt eleganter inquit Bal. vlt. nota. per illũ text. in capit. 1. vt lite pende. quod sequitur & sing. esse testatur. Barba. consil. 18. col. 10. lib. 2. Iaf. in l. qui iurisdictiodi. colu. vlt. ff. de iurisdict. omn. iud. Dec. in capit. postremo. in fine, de appella. Et vbi quærimus de simplici iustitia non curamus merita personarum, vt egregie ab eodem Bald. proditum est in capit. sedes Paulo ante fin. de rescrip. per. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. & conducit bonus tex. in capit. mulier. in verbo, sancta. 23. dist. & plura pro vtraque parte tradit Andre. Tiraquel. in tract. de pœnis causa. 51. Si illud tamen fateor quod tanta potest esse morum integritas, & alia quæ præclara opera: vt dispensatio à superiore indulgeri possit. Ita expresse notat Cardi. à Turre crem. in capite. 1. 48. distin. quem sequitur Cordoua in loco iam allegato, quod multis potest comprobari, quæ congerit Andre. Tiraquel. d. rectar. cau. supra. dicta. num. 150. & hoc rarissime & cum magna causa faciendum est, & talis causa in dispensatione exprimenda est, ita scribit Ioan. Otalora in tracta. de nobilitate. 2. part. 3. par. capit. 7. num. 23. his verbis. *Y ansi las vezes que a personas deste linage se hã dado encomiendas o priuilegios de hidalguias, se han expressado las causas, y puesto en la escriptura la dispensacion dela falta.* Quod quidem casu isti qui talia priuilegia consequuntur, non possunt vere nobiles appellari & nobilitas, quam consequuntur, datiua est nuncupanda. cum non habeat materiã, præexistentem, ex qua oriatur, vt aliàs de actionibus, inquit Bar. & Doctores. in. l. iurisgẽtium. ff. de pact. & in. l. 1. ff. de cond. in de, quia non potest ius istud sanguinis priuilegio dari, vt allegato loco tradit Otalora. Et hæc dispensatio circa generis macu-

lam in ſpecie facienda eſt. Nec ſufficeret quem priuilegio nobilem fieri, vt ad Collegia admitti poſsit, vt in terminis proprijs ſcribit Pelaez in tracta de maiora. 1. part. quæſt. 51. num. 30.

18 Sed cum fere præſertim in iure noſtro nihil ſit quod controuerſia careat, opinionem contrariam: nempe non valere huiuſmodi ſtatuta, multis rationibus defendere conatur Alphõſus á Mõtaluo (vir prout ſua ferebant tẽpora doctus, & bene eruditus) in l. 2. in verbo-*Tornadizo*. tit. 3. libr. 4. for. leg. vbi audacter nimis ſcribit ea hæreticam prauitatem continere, inuehitq́ uẽ contra Toletanum ſtatutum priuilegio Alphõſi Regis munitũ, quo cõtinetur, quod nullo modo Iudæi, nec illi qui ob eis originem habuerint, publicis muneribus fungi poſsint, & contra ciuitatẽ Toletanam, his verbis prorumpit. *O glorioſa ciuitas Toletana, propter ciuium tuorum malitiam, tua gloria redditur, ſine gloria tua ſtabilitas vocatur inſtabilis, tuæque conſtantiæ antiqua ſoliditas linguis hominum vocatur infirma.* Quem refert D. Perez in l. 8. tit. 1. libr. 1. ordin. in verbo, *en offenſa*, lapſus tamen fuit Montal. Non quidẽ ciuitas illa Regia dicti ſtatutive l priuilegij ratione antiquam gloriam & maieſtatem perdidit: ſed potius diutius conſeruauit incolumem (dixi Toletanam vrbem Regiam ciuitatem) quia Gothi ſic eam appellabant, quod ibi eſſet ſedes regni perpetua, prout euidẽter ex Concilijs Toletanis Diuo Iſidoro Roderico & Luca Tudenſi compræhenditur. Adducit etiam pro haç opinione contraria aliquas rationes F. Anton. Cordoua in loco iam allegato, primam tamen ipſe amplectitur, & dicit eam procedere in his qui in gradibus propinquis & notis originem habent â Iudæorum vel Sarracenorum gentibus, non vero in eis qui in remotiſsimis gradibus & ignotis ſunt conſtituti. Ego vero rationibus iam adductis ea ſtatuta potiſsimumq́; ſuperioris authoritate confirmata ſunt ad vnguẽ ſeruanda eſſe cenſeo.

Et poſt hæc ſcripta incidi in 19
apologiam quandam cuiuſdam Henrici Mauroy Franciſcani, qua licentioſe nimis inuehitur in Archiepiſcopum Toletanũ, & eius aſſeclas, multiſq́ue fucatis, fallacibus & importunis argumentis, temere conatur euertere Sanctiſsimę Toletanę Eccleſiæ ſtatutum, magno conſilio decretum, quo cautũ eſt, vt qui ex Iudęorum, Sarracenorũq́ue progenie ex infectaq́ue familia procedunt, & originem habẽt ad illius prębendas non recipiantur, ſed illi dũtaxat qui vltra virtutum & morum integritatem, ſint genere candidi. Sed iuſtiſsimum eſſe ex ſuperioribus apparet: & ita non ſine maxima illius Eccleſiæ (quæ Hiſpaniarum eſt prima) vtilitate ſeruatur. Longe itaque repellenda eſt Mauroy apologia, non tamen me præterit nonnullos (quos forte vehementer tangit iſte dolor) perperan de huiuſmodi ſtatutis & decretis ſentire. Fuit quidem ſtatutum illud Toletanum ab Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo D. Ioan. Martinez de Siliceo Toletano Archiepiſcopo condi-

tum

tum quod iustissimũ visum fuit Pontifici Maximo, grauissimũque Regi & Domino nostro, & ab vtroque libentissimè perpetua firmitate fuit confirmatum, & ad ipsius exemplum in sanctissima Genensi Ecclesia, aliàs Metesana simile statutum in lucem promulgatum fuit opera & diligentia Illustrissimi, pariterque Reuerendissimi D. Petri Pachequi Cardinalis ipsiusque Ecclesiæ meretissimi Præsidis: & quod in cæteris Hispaniæ Ecclesijs Cathedralibus & Collegialibus id fieret vehementer in maximam Christianæ Reipublicæ vtilitatem desiderabat vir doctissimus Ioan. Otalora in tract. de nobilitate. 2. part. 3. part. cap. 7. numero. 26.

12 Circa quæ statuta non est omittendum, quod dicta labes & generis macula, vt qui eam patiuntur, longe repellantur per indicia & famã probari potest, quia in antiquis fama pro plena probatione habetur, & testes de auditu si aliter veritas probare nõ possit fidem faciant. l. si arbiter. ff. de proba. l. 1. §. fin. l. in summa § idem Labeo. ff. de aqua plu. arce. & in hoc proprio casu tenet Petr. Auend. in suo dictionario, in verbo, *Iudio*.

Nec illorum testium depositiones, quæ fieri solent in inquisitionibus de qualitatibus generis & nobilitate pro militari dignitate, vel collegiorum ingressu, vel pro adipiscẽdis beneficijs Ecclesiasticis publicandæ sunt, ita scribit D. Redin. de Maiestate Principis, in verbo, sed etiam per legitimos num. 199: Olan. Anti. litera T. numero. 26. & inueterata Hispaniæ consuetudo iam pridem istam opinionem cepit, â qua recedendum non est.

Dubitari etiam solet circa huius capitis propositum argumentum, an hæreticorum filij Catholici ad sacros ordines possint promoueri, & licet nonnulli illis permissum esse crediderint: quia (vt aiunt) non reperitur in iure prohibitum. Sed contrariã sententiã sequenti sunt patres in 3. instructione Hispalen. in cap. 11. quod sanè verius est, quia hi minimè admittuntur ad Ecclesiastica beneficia, nec ad publica officia adipiscenda text. in cap. 2. §. hæretici. de hæreti. libro. 6. & Regia. l. 3. & 4. titul. 3. lib. 8. ordin. noui ordines autem sacri ad maxima officia ministranda instituti sunt. Tum quia filij hæreticorum infamia notantur, & alijs etiam inferioribus honoribus priuantur text. in dict. §. hæretici cap. cleros. 21. distinct. capit. fœlices. §. nulli. de pœnis lib. 6.

Id tamen benignissima interpretatione legum latoribus placuit, vt illi tantum hæreticorum filij ab honoribus & publicis muneribus repellantur, quorum parentes Ecclesiæ vnitati non fuerunt restituti, & vsque ad secundum gradum per generationem masculinam, per lineam vero fœmininam vsque ad primum gradum, dicta infamiæ nota extendatur. Cuius discriminis ratio ea potissima esse potest, quia deterior est infectio viri, quam fœminæ, maiori enim bono maius malum opponitur. Sicuti Aristot. docet lib. 8. Ethicorum. Præstantior quidem est mas quam fœmi-

fœmina, & primæ cauſæ efficien ti propinquior. vt ait Philo. lib. de victimis. Nam quidquid fœmineum eſt cenſetur eſſe imperfectũ, vt quod patiatur magis quã agat, vel poteſt eſſe non incongrua ratio, nam ſicũt nobilitas, dignitas & familiæ honores deſcẽdunt in poſteros â ſexu virili, ſic ex contrario maiorem iacturam ex paterno crimine ſoboles iuſtiſsimum eſt, quod patiatur, ita recte perpendit D. Iacob. Septim. in Cathol. inſtit. tit. 29. numero. 15.

23 Et licet in hoc Archiepiſcopatu Toletano, & frequentiſsimẽ in alijs diœceſibus, qui ad ſacros ordines promouentur iuſtiſsimo quidem inſtituto ſummaria ſaltim informatione probare teneãtur, quod nec generis notã, nec maculam potiuntur: non tamen repellendi ſunt, niſi qui ſecundũ iuris Pontificij ſanctiones iuxta ea quæ prædiximus â ſacrorum ordinum perceptione arcentur.

24 Sicque cenſeô interpretãdum eſſe Sacroſanctum Tridentini Concilij decretum, ſeſſ. 23. cap. 7. de refor. quo Epiſcopis iniungitur, vt antequam ad ſacrorum ordinum miniſterium accedant ſumma diligentia inter alia inquirant, eaque ad genus ordinandorum expectant, non tamen Concilium Catholicum nouum ordinis impedimentum induxit, ſed dumtaxat quæ antiquo iure ſtatuta erant ſeruari ad vnguem præcepit quod ex eius exordio apertiſsime conſtat cum dicit. *Sancta Synodus antiquorum canonum veſtigijs inhærendo decernit, &c.* quod non vulgariter notandum cẽſeo, quia multi circa hoc hallucinãtur.

Nouiſsim vero Pauli Quarti Pontificijs Maxi. conſtitutione diffinitum eſt, deſcendentes hæreticorum & Iudæorum vſq; ad quartum gradum non poſſe ad ſacros ordines promoueri, quæ conſtitutio peculiari Extra. Gregor. Decimi Tertij confirmata eſt, qua eadem prohibitio ad Maurorum deſcendentes extenditur de quibus nouiſsimus ſanctionibus deputat inſignis Martin. Nauar. conſi. 1. tit. de Iudæis ad quẽ diligentem lectorem mittimus, ibi & enim num. 7. diſputat vtrũ moribus & conſuetudine receptæ ſint quo ad prædicandum diuinum Euangelium â qua munere excluentes ibi.

Sed vt iam huic capiti finem im 25
ponam notandum eſt, illum etiã Neophitum dici, qui nuper religionem ingreſſus eſt, qui in anno probationis ad dignitates aſpirare non valet, nec etiam ad ordines minores. ca. monaſterijs. 19. q. 3. Abbatiam igitur vel quamcunque præfecturam in religione obtinere non poteſt, niſi poſt profeſsionem. tex. in cap. nullus de elect. li. 6. tradit vltra ordinarios interpretes Siluester. in ſua ſum. in verb. Abb. Quod in monialibus nouitijs eodem iure & ratione procedere debet. tex. in cap. indemnitatibus. de election. libro. 6. Et ideo Abbatiſsima vel prępfecta profeſſa eligi debet nõ minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt profeſsionẽ laudabiliter vixit. Concil. Trid. ſeſſ. 25. capit. 7. de reforma. Bene tamen poteſt nouiter religionem ingreſſus in Epiſcopum eligi, vt in. d. capit. nullus. & ratio eſt, quia ad Epiſcopatũ forte inſtructus iam erat,

erat, at ad regularium prælaturas non sic, quia recens ad claustrum accesserat.

Post peractam pœnitentiam solennem.

CAPVT, XXIII.

1 *Qui solennem egerit pœnitentiã irregularis est, & ideò minimè ordinibus Ecclesiasticis donari potest.*

2 *Episcopus illum, qui solennem pœnitentiam fecerit, sciens ordinauerit, qua pœna puniatur.*

3 *Episcopus an in irregularitate prò posita, possit dispensare.*

a SOlennis pœnitẽtia, ab antiquis patribus inducta est, vt grauia & scandalosa in populis crimina euitarentur, quæ quidẽ ætate b nostra in vsu non est, b non peccatorum defectu, sed prælatorũ incuria. Quia tamen futuris sæculis Ecclesia ad pristinum decorem restituta, & ipsa pœnitentia solennis restituenda erit, placuit effectum, quem operatur in nostra materia, in præsenti describere, qui talis est: vt qui sic solen 1 nem pœnitentiam egerunt, non admittantur ad clerum, vt dispo nit Siricius Papa in cap. illud. l. distinct. & statum fuit in Concilio Toletano, primô in Canone 2. de quo in cap. placuit. ea distinct. Si tamen necessitas aut vtilitas Ecclesiæ exegerit, tunc deputari possunt inter ostiarios vel lectores, ita quôd Epistolam vel Euangelium non legant, vt in dict. cap. placuit. Quod ideô sancitum est propter quatuor rationes. c Primo, propter dignitatem sacrorum ordinum. Secundo, propter timorẽ recidiui. Tertio ob scandalum vitandũ, quod posset oriri ex memoria præcedentium peccatorum. Quarto, quia ille, qui sic solennem pœnitentiam egit, non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum eius fuerit publicum, quas scripsit Archi. in dict. capit. Placuit. Si quis autem ordinatus fuerit, Episcopo ignorante, â clero deponendus est, quia ordinationis tempore non prodidit se fecisse pœnitentiam, vt in Concilio Carthagin. 4. Canone. 68. de quo in cap. ex pœnitentibus, eadem dist. Episcopus autem, qui 2 sciens ordinauerit, non manebit impunitus, quia etiã ipse in Episcopatu suo ordinandi dumtaxat potestate priuatur, vt ibi. Quod intellige, quando ordinauit sciẽter absque dispensatione, vel cũ indiscretê dispensauit secundum Archid. in dicto cap. placuit. Poterit tamen Episcopus dispensa- 3 re cum prędictis ad minores, nõ autem ad sacros: vt notat Sylueſt. in sum. in verbo, pœnitentia. vers. Tertio quęritur, per tex. in dict. cap. Placuit, qui tex. de Episcopo nihil dicit. Videtur tamen probare opinionem Sylueſt. dum dicit, quod propter necessitatem, vel vtilitatem possunt inter lectores vel ostiarios deputari. Ex quibus verbis posset etiam dici, quod Episcopus prolibito voluntatis suę nõ poterit dispẽsare extra dict. duos casus. Et quod in tali casu posset dispensare, notat Archi. in dict. cap. Placuit referendo Lauren. & Rai.

& Rai. licet ipse hoc simpliciter dicat, nõ distinguendo inter maiores vel minores ordines. In materia insuper huius capituli, vt melius appareat, quantum impediebat antiquis illis & sanctis temporibus, quenquam promoueri ad clericatum, quod publicam receperit pœnitentiam, consideranda sunt verba notãda Cõcilij Toletani. 4. in Can. 53. Quę sunt tenoris sequentis: Si qui in discrimine constituti pœnitẽtiã accipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, huiusmodi si reuelauerint, possunt etiam per morum probitatem ad gradus Ecclesiasticos peruenire. Qui verô ita pęnitentiam accipiunt, vt aliquod mortale peccatum perpetrasse publicê fateãtur, ad clerum vel honores Ecclesiasticos peruenire, nullatenus poterunt: quia se confessione propria notauerunt.

A *Solennis pœnitentia.* De qua solenni pœnitentia, vide latê Host. in sũma. tit. de pęni. & remis S. Thom. in. 4 sent. distin. 14. q. 1. artic. 5. & ibi Palud. 6. quæst. Floren in. 3. part. tit. 14. cap. 17. §. vltim. D. Episc. Couar. in Clesi furiosus, de homicid. in initio. 1. part. num. 10. Albertum Trot. de vero & perfect. cleri. lib. 2. c. 14. & benê & eleganter Simon Maiol. de irregul. lib. 3. capit. 2. Quæ quidem solennis pęnitentia, antiquitus in quadragesimę principio certis statutis solennitatibus fieri solebat, text. in cap. in capite. 50. distinct. Nec ab alio quam ab Episcopo imponi poterat. glos. nota. ibi & in cap. conquærente, vbi Abb. colum. 3. de offici. ordin. Quæ non pro quibuscunque criminibus, sed pro illis quæ grauissima & atrocissima forent, poterat iniungi. Clerici verô propter maximam eorum dignitatem, etiam ab Episcopo, hac solenni pœnitentia cùm in vsu erat, puniri non poterant, vt manifeste patet in dict. cap. in capite. & in capit. confirmandum, & in cap. illud, & in capit. alia. 50. dist.

In vsu non est. Adde quod huius solennis pęnitentię vestigia, quædam apud Saxones reperiũtur: in vrbe nanque Alberstadiê si in eo templo quod virgini matri sacrum est is homo ex plebe eligitur, qui hominum opinione nequissimus sit hunc velato capite, pulla veste, cinerum die sacris admouent, & sacris iam peractis, templo eijcitur: eiectus toto ieiuniorum tempore, nudis calcib⁹ pererrat, & diuinas ędes ingredi ei fas non est, sacerdotes q́ue ei victum suggerunt, neminem alloquitur, non indulget sono, nisi post concubiam noctem mox in Dominica cęna, iterum in templum inductus post olei consecrationẽ, à sacerdote quibusdam solennibus cęremonijs de more absoluitur, oblataq́ue illi pecunia, quam pie templo offert, & hunc Adamum vocant, quem omni scelere mundatum existimant, ac per eum creditur expiata ciuitas, ita testatur Ioans Bohemus Aubanus lib. 3. de moribus omnium gentium. cap. 13. quem retulit insignis Nauarrus in capit. si quis numero. 2. de pœniten. distinct. 5. D. Couarr. lib. 2. va-

b *Solennis vel publica pœnitẽtia, an moribus recepta sit.*

2. varia. resolutio. cap. 10. nume ro. 3. idem recenset Aeneas Syluius, postmodum Summus Ecclesiæ præsul. Pius huius nominis secundus in Europæ descriptione. cap. 31. Rapha. Volaterranus Geographiæ, lib. 7. Andr. Alciat. lib. 9. parerg. cap. 22.

Publica verò pœnitentia moribus apud nos recepta est, quæ ad reipublicæ trâquillitatem mirum in modũ necessaria est, cûm Apostolus. 1. ad Timoth. cap. 5. moneat publicè peccantes palâm corripiendos esse, capit. sed illud. 45. distinct. cap. si peccauerit. versic. ergo. 2. quæstio. Quæ quando imponenda sit, diffinitum est hodie Sacro Concilio Tridentino, sessio. 24. cap. 8. de reforma. his verbis: *Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorũ conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos commotosque fuisse, non sit dubitãdum huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publicè iniungi oportet, vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam. Episcopus tamen publicè hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire.* Hactenus Sacrum Concilium.

C *Rationes.* Adde quod huius irregularitatis germana ratio est, quam Hormisda Papa in Epistola ad vniuersos Episcopos Hispaniæ exponit, & retulit Gratianus in cap. non negamus. 61. distinct. & multas alias rationes congerit Alber. Troti. dict. cap. 14. & quatuor rationes constituit Regia Part. l. 19. titulo. 6. part. 1.

Per saltum.

CAPVT, XXIIII.

1 *Clericus per saltum non potest ordinari.*

2 *Clericus per saltum ordinatus, ordinis exsecutione caret.*

3 *Episcopus an possit cũ clerico per saltum promoto dispensare.*

CLericis prohibitum est 1
per saltum ordines recipere, a vt in capi. Solicit. 52. distin. & in cap. 3
vno de cle. per sal. promo. tenet tamen collatio ordinum præposterè facta, licet fieri non debeat, vt notat Abb. in dict. cap. vno. ex textu. ibi in. 1. nota. & vide Host. in summ. eiusd. tit. in. §. 1. asserentem, quod qualiscũque ordo conferatur siue gradatim, siue per saltum character confertur, b non tamen exsecutio. Quod ta b
men omissum fuit est cautè supplendum, vt probatur in dict. iuribus. Pœna autem, quam patitur recipiens ordines per salt. 2
est, quod interdicitur sibi exsecutio ordinis, quem susscepit, donec omissum suppleatur: probat text. in dict. cap. Solicitudo, & ibi notant Domi. & Præpo. in. 1. nota. Imo plus dicit Domi. ibi, in vltimo nota. quod est ibi arg. quod recipiens ordinẽ per saltũ videtur esse inhabilis, vt nõ possit ad maiores ordines promoueri, etiã post suppletionẽ ordinis omissi, nisi secũ dispensetur, etiã vt maiores possit susscipere. Et vide postea eundem Domi. ibi, in 1. q. vbi concludit post Archi. quod talis non est ipso iure suspensus ab ordine sic recepto, sed

per

per ſententiam ſuſpendendus, c quod ibi etiam ſequitur Prępo. vide tamen coſdem Dom. & Prę po. ibi, qui poſt Hugo & Archi. tenent, quod ſi quis ſe faceret ordinare ſcienter per ſaltum, vel ambitionem, vel ſuperbiam, debet omnino deponi, nec ſecum diſpenſaretur, vel ſaltem non de facili. Nec poteſt inſuper per ſaltum promotus in ordine ſic ſuſcepto miniſtrare ſine diſpẽſatione, vt probat tex. in. d. cap. Vno
3 & ibi not. Abb. in vlt. not. Quæ diſpenſatio poteſt fieri per Epiſcopum, quãdo ſcienter fuit promotus per ſaltum, & non miniſtrauit, iniuncta ſibi pœnitentia, & facta cauta ſuppletione eius, quod omiſſum eſt, vt not Hoſt. vbi ſupra, in §. final. & ſequitur Domi. vbi ſupra poſt Archi. Domi. tamen refert ibi eundem Hoſti. in. d. c. Vno. tenentem in hoc contrarium, imô quod ſcienter recipiens ordine per ſaltũ, quia doloſe offendit mentem tituli, de cleri. non ordi. miniſ. & de eo qui fur. ordi rece. dato quod in illo non adminiſtret, cum tali ſolus Papa diſpenſat. Et vide Præpo. ibi, qui eadẽ verba Hoſtien. refert, & addit quod non poteſt adminiſtrare in ordine ſic ſuſcepto, & eſt deponendus. Sed ſi miniſtrauerit, credens ſe promotũ fore gradatim, licet vicini cõtrariũ aſſerat, cûm talis fuerit promotus in minori ętate diſpenſat Epiſcopus ſecundum Hoſt. in. d. ſumma. Si tamen ſcienter promotus per ſaltum miniſtrauerit in ordine non gradatim recepto non poteſt, cum eo niſi per ſedẽ
d Apoſtolicam diſpenſari, d vt per eundem Hoſtien. ibi quia incidit in pœnam tituli de cleric. nõ ordi. miniſ. quod ſequitur Domi. vbi ſuprâ. Et vide Sylueſt. in ſũma, in verbo, irregularitas in. §. Vndecimo quæritur, vbi facit bonam diſtinctionem, ſequendo Hoſtien. Bonauen. Raymun. & ſupplemen & tenent contra ſũmas Angelicam, & Roſellam.

Ordines recipere. Vide A ægregiam l. 18. titul. 6. part. 1. & ibi Greg. Lopez. Et not. quod is etiã promotus per ſaltum cenſendus eſt, qui ſine Baptiſmo ſacris ordinibus initiatur: ita vt hoc caſu nullus character imprimi poteſt cûm Baptiſmus omnium Sacramentorum ſit ianua. text. in cap. veniens de præsby. non bap. cũ alijs. At ſi quis non ſuſcepto Sacramento Confirmationis, ad ordines promoueatur, nullam cenſuram incurrit, quia iure expreſſum non reperitur: Nec Sacroſanctum Tridenti Concil. ſeſ. 23 cap. 4. de refor. pœnam aliquam imponit, quam quod ante confirmationem nullus ad primam tonſuram admittatur. Quin & Dom. Soto in. 4. ſent. diſt. 24. q. 1. art. 4. ad finem, in ea eſt ſententia, vt exiſtimet, mortalem culpã non incurrere, qui ſuſcepit ordines Sacros, vel in eiſdem miniſtrauit, ante confirmationem, quẽ ſequitur inſignis Nauar. in Manuali confeſ. c. 12. nu. 9. Sed opinio hæc hodie defendi nõ poteſt nam cûm dictum concilium præceptum contineat, & in materia graui Sacramentorum Eccleſię, eius tranſgreſſores ad peccatum mortale obligat, vt late colligitur ex Diuo Tho. 1. 2. q. 69. ar. 4. & 2. 2.

Nullus ad ordines, non ſuſcepto Sacramẽto confirmationis abſque mortali crimine poteſt promoueri.

& 2.2.q.60.art.5.ad.1. Archiepisc.Flo.in.1.par.tit.18.c. vni.§. 2 Sylvest.in verb.lex.q.8. Baptista Trouamala in verbo,lex.q. 17.F.Alphon.â Cast.in lib.1.de potest.leg.pęna.c.4.Ioan.â Methi.de rest.q.36.ver. Quo præmisso.tex in.l.16.tit.1.par.1.ibi, *Y meterse hiã en la carrera dela muerte.* Et ita ipse Nauar sibi aduersatur palinodiamque recantat in eodem manua.cap.25. num. 69. in princip.tantum eum excusari censeo, qui legitima ignorantia ductus id fecerit.

Martin. Nauarr. recantat palinodiam.

Inter promotos autem per saltũ is annumerari potest,quiomisso subdiaconatu, vel diaconatu, sacerdos & Episcopus consacratur suscepit tamen caracterẽ ordinis,sed non eius exsecutionẽ, quia ordines illos conferre non poterit quos non accepit,ex Diui Thom sententia,in 4.senten. dist.25.& est glos.not. in capi.1. de cleri.per sal. promo. Fundamentum sanê potisimum Episcopalis potestatis sacerdotium est. Sylvest.in sum.in verbo, ordo.2 q.1.Ray.in tit.de form.cõsecra.versi.Quid si clericus,quã sententiam cómunem esse Theologorum,fatetur Pisa. in sum. in verbo,ordinatus 2 in princ & ibi supplementum,& Simo. Maiolus de irregul.lib.4.cap. 12.n. 3. Nec nostrorum opinio recipienda est, qui absque sacerdotio Episcopalis consecratio firmitatem habere censebant:nempe Hosti.& Abb.in dict c.1.

Dicitur etiam is per saltũ promotus, qui necessarios ordines ad dignitatem consequendã nõdum obtinuit,puta, si ad Cathedralẽ Ecclesiam assumatur,nondũ Sacro ordine insignitus. Nã sicut quando antiquitus subdiaconatus non annumerabatur inter Sacros ordines,scilicet ante Beatum Gregor.in cap.nullum. 28 dist vel ante Siritij tempora, vt in cap.quicunque.77. dist.c. á multis de ætate, & quali nullus subdiaconus poterat ad Episcopatum promoueri,absque Sũmi Præsidis indulgentia cap.nullus Episcopum.60.dist.& ita quãdo subdiaconatus inter sacrosha beri cœpit, episcopus creari nõ poterit nisi subdiaconus,vt in.d. cap.multis.Quod innouatum est in Sac.Conc.Trid.sess.22.capit. 2.de refor.scilicet, vt subdiaconatus præcedere debeat in obtinendis episcopatibus,& quia illius decreti verba,cum dicit:*Quicunque post hac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus.&c* generalia sunt Idem videtur dicendum esse,in Archiepiscopis,Patriarchis,& Primatibus.

Illud vero circa capitis huius propositum argumentum notandum censeo, quod si quis ostendit titulum quo constat in sacerdotio esse constitutum,præsumitur præcedẽtibus ordinibus fuisse insignitũ,& non per saltũ: sicut si titulum & doctoratus ostẽdo,iam ex eo probo bachalariũ & designatum esse, nec credendum est,quod non ostensis his titulis fuerim laurea doctorali cõ decoratus. Ita optimè tenet D. Dida.Perez,in.l.1.tit 5 libro.8. ord.fol.177. Et licet ipse non alleget,vide Inn.& Ant.in cap.1. de cleri.pereg.vbi scribũt quod si quis fuerit sacris ordinibus insignitus,â persona prouida,& honesta(vt illorum verbis vtar) nõ

tenetur ostendere literas aliorú ordinú. Abb. in. c. nisi in. 1. not. 1 de præbend. Pet. Rebuf. in concord. tit. de colla. 5 Præfati. litera A. de quo legendus est ipse in pract. benef. de forma literarum tonsuræ. num. 28. quo loco scribit temporis antiquitatem plurimum in hoc operari, & Feli. cós. 2. nu. 29 & 32. Quia posito subsequenti supponitur antecedés. Ita scribit Bald in. l. 2. C. de dot. promissi. per tex. illú, vbi ex solutione vsurarum debitum principale sortis probatur, quã opinionem multis ornat Mascardus in tract de proba. 3. par. conclu. 1140 incip. ordinatum. & non dubito communiter esse receptam Et ita tenendum censeo, licet opinionem contrariam tenuerit Corra. in tract. de sacerdotio. 3. par. capitulo primo, num 6. quo loco censet, non esse satis sacerdotij seu presbyteratus literas producere, nisi testimoniales literæ cæterorum ordinum simul producantur: cuius non meminit D. Perez.

Caracter confertur. Et ea sane causa si mire laicus, non susceptis alijs ordinibus, de facto ad sacerdotium promouetur, vere ordinis character ei cõfertur gl. not. in cap. solicitudo. 52. dist. & in cap. 1 de cleri. per sal. promo. tradit D. Thom. & omnes Theologi, in. 4. sent. distin. 24. Abb. & Doctores in. d. cap. 1. Sylvest. in verbo, ordo. 5. q. 5.

C *Suspendendus.* Adde quod in cõtrarium plurimum vrget Regia. l. 28. tit. 6. part. 1. cum dicit: *Que despues no deue vsar de aquella ordẽ que ansi recibio.* Et ibi eam ad hoc notat insignis Gregor. in verbo, *No deue*: quo loco censet Archid. Domi. & Præposi. & authoris nostri opinionem procedere quando per negligentiam, siue incuriam, quis fuit per saltum ordinatus, tunc non sit ipso iure suspensus. si vero scienter fuit promotus, per ambitionem, vel superbiam: tunc quia dolose offendit mentem tituli de clerico nõ ordinato ministranti, quia idem videtur non esse ordinatum, vel non debito modo, tunc ipso iure suspensus est, & celebrans efficitur irregularis, siue celebret in ordine suscepto, siue in ordine prætermisso, & ita procedat, quod voluit Sylvest. in summa, in verbo, irregularitas ver. Vndecimo quæritur.

Dispensari. Adde Marti. Nauar. D in manuali confess. c. 35. num. 71 Gregor. Lup. in. l. 63. in verbo, *Otras en medio.* tit. 5. part. vbi dicit authorem nostrum nimis cõfusê hoc capite fuisse loquutum. At hodie omnis quæstio circa istam irregularitatem sublata est ex Concilio Trident. sessio. 23. capitulo 14. de reforma. his verbis: *Cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.* Ex quibus manifestê constat, non licere episcopo dispensare, quando per saltum promotus ministraue rit, nec ibi vlla distinctio constituitur, de administrante scienter vel ignoranter. Et ita hodie iure defendi potest, quod indistinctê promotus, per saltum, de facto celebrans: semper dispensatione Summi Pontificis egeat, quod est notandum.

(..)

Fut-

Furtiuè.

CAPVT, XXV.

1 *Furtiuè ordinari quis dicatur.*
2 *Furtiuè ordinatus non potest in susceptoordine ministrare, nec ad superiorem ascendere.*

1 FVrtiuè dicitur quis ordinem recipere, quando sine ordinatione & sententia superioris, &
a sine examinatione [a] quis ingerit se cum multitudine ordinandorum, ignorante ordinatore, & sic ordines recipit, vt per glos. in capitulo primo, in verbo, furtiue, eiusdem tit. & per Hostiēs. in summ. §. 1. & latius per Abb.
2 in rubr. eiusdem tit. Qui autem tali modo receperit, si erat lata
b excommunicatio [b] contra illud facientes, non potest in ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine dispensatione Papæ. Si tamen excommunicatio lata non erat, episcopus & Abb. poterunt dispensare, vt patet in capitulo primo cū duobus sequentibus eisdem tit. de quo per Ang. in summa, in verbo, irregularitas, in. §. 23. & per Syluest. in summa, in eodē verbo, in §. Tertio queritur Itē nota quod dicitur quis furtiue ordinem recipere, quando recipit quatuor minores ordines, &
c [c] vel quando recipit duos ordi-
d nes sacros simul, [d] vt probatur in c. 2. & fin. de eo. qui ordi furtiu. suscepit: & notat Hosti. dict. §. 1.

De examino, siue scrutinio faciendo in promouēdis ad Ecclesiasticos ordines.

A *Ine examinatione.* Adde quod examen & scrutinium: ideo in promouēdis ad Sacros ordines desiderantur, vt virtus morum, honestas & illorum scientia apparere possint, nec aliter sint ad mittendi: ita in Carthaginiensi Concilio his verbis fuit statutū. *Nullus ordinetur clericus nisi probatus, vel examine Episcoporum, aut populari testimonio. Et si quis præsbyter, aut diaconus, sine aliquo examine fuerint ordinati, à clero sunt repellēdi.* Tex. in cap. fin. 24. distinct. & in capit si quando, ibi tradit late Gofred. in summa. tit. de tempo. ordina §. rest. videre Petrus Rebuff. in pract. benefi. tit. de clericis, ad Sacros ordines male promo. glos. quarta, numero. 11.

Nec solum hoc necessarium est in clericis sæcularibus, sed etiā in regularibus, quos ab Episcopo examinari & approbari iussit Concilium Tridentinum, sess. 23 cap. 12. de reforma. Nec sufficeret suorum superiorū fides, aut attestatio meritorum priuilegijs quibuscunque, quoad hoc penitus exclusis. At si ad episcopatū promouerentur prælatorum suorum attestatio, perinde valeret, ac si alicuius Academiæ publicum adduceretur testimonium, vt in dicto Tridentino Conc. sess. 22. c. 2. de refor.

Hoc autem examen, seu scrutiniū circa multa versatur, nā per mensem ante ordinationem nomina ordinandorum scribenda & publicanda sunt, vt constare possit de natalibus moribus, ęta te, & genere: vt in Concilio Tridentino, sessio. 23. cap. 5. de reforma. Aliud vero scrutinium habetur feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando episcopo videbitur, & in eo agitur de

approbandis vel reprobãdis ijs, qui ad miniſterium ſacrum accedere voluerint, ad id vocatis peritis, & probis viris, & in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis qui ſumma diligentia ordinãdorum genus, perſonas ętatem inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem inueſtigare, & examinare debent. Qui quidem examinatores ad vnguem ſeruare debẽt ægregiam illam ſanctionẽ, Cõci. Naonaten. quod habetur in dict. cap. quando. 24. diſt. quæ verbis decreta fuit. *Ipſi autem quibus cura committitur cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti, à vero deuient, vt indignum & minus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos Epiſcopi manibus applicent. Quod ſi aliter fecerint, & ille qui indigne accęſſerit, ab altari remouebitur, & illi qui donum Sancti Spiritus vendere conati ſunt coram Deo iam condemnati, Eccleſiaſtica dignitate carebunt.* Quod quidem examen in clericis ſęcularibus faciendum eſt ab Epiſcopo, qui dimiſſorias literas concedit, ſi ordinãdus ſit præſens: ſi vero abſens, ab Epiſcopo, qui Sacros ordines confert. vt colligitur ex Cõcilio Tridentino, ſeſsio. 23. cap. 3. & 7. de reform. & ex capit. ſi epiſcopus, de repræbendi. lib. 6. Tertium autẽ ſcrutinium eſt, quod fit ipſa hora qua ordines conferuntur, quando epiſcopus Archidiaconum interrogat, an aſsiſtant promouendi, & vtrum ſint idonei. De qua formula peculiare decretum habetur in lib. Pont. ibi videndum erit à lectore.

Poſſent quidẽ quæ dicta ſunt, aliquando ab ipſo rigore laxari, quando promouendus, adeo ſpectatę virtutis & probitatis eſt, vt notus ab omnibus habeatur, & populari teſtimonio dignus habeatur, nam tũc examen omitti poſſe, ſine peccato ſentit Cõcil. Carthag. 3. capit. 22. habetur in capit. nullus ordinetur, & ibi gloſ. 24. diſt. capit. de Petro. 28. diſt. cap. valde. 94. diſt. not. Syl. in ſũma, in ver. ordo. 2. q. 2. Pet. Rebu. in dict. pra tit. de clericis, ad Sacros ordina. male promo. gloſ. 4. num. 11 Quia notorie doctus examinari non debet gloſ. in Clemen. vna de iureiuran. vbi Bart. not.

Et non ſolũm in promouendis ad clericatum, examen & ſcrutiniũ modo & forma, vt iam ſcripſimus neceſſarium eſt, ſed in illis qui epiſcopali dignitate ſunt cõ decorandi priũs examinari debent, iure veteri, vt in Concilio Carthaginienſi. 4. ca. 1. & retulit Gratianus in cap. qui epiſcopus 23. diſtin. & iure nouiſsimo diligenti examine inquiri debet, an ea nouerint, quæ ad munus ſuũ ſpectent, & an eligendus ſit in vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus, in Sacra Theologia, vel Iure Canonico: vel Teſtimonio alicuius publicæ Academiæ idoneus iudicetur, vel ſi regularis ipſe ſit publico prælati ſui teſtimonio idoneus iudicetur Deinde diſcutiẽdũ eſt quibus natalibus, quibus honoribus, qua ætate quis ſit: & an ſit in Sacris ſaltim per ſex mẽſes antequãm eligatur, vt decretũ eſt in Sacro Concilio Tridẽ. ſeſ. 22. cap. 2. de reforma. & pro ratione & opportunitate Prouinciarum examina hęc fient, &

de

de his publica conficiuntur instrumenta, seruatis omnibus alijs sancitis ab eodem Conc. Trid. sess 24. c. 1. de refor. Quo loco in Card inalibus eligendis idem fieri statuit, quo ad vitam, ætatem, ac doctrinam illorum inuestigandam, sicut in ipsis Episcopis promouendis.

Lata excõmunicatio. Adde quod iam de more consueuerunt Episcopi in ordinibus cõferendis sub excommunicationis latæ sentẽtiæ pœna prohibere, ne quis audeat se ingerere, qui non fuerit approbatus, & tunc is ordinatus non poterit in suscepto ordine ministrare, nec ad superiorem ascendere, sine Romani Pontificis dispensatione. Et vide de hoc vltra ordinarios interpretes summam confes. tit. de ætate ordinã. q. 13. & sequent. Symo. Maiolũ, de irregula. lib 4. cap. 8. & vide Regiam. l. 18. tit. 6. partit. 1. & ibi Gregor. Lopez. Hodie verô si crimen hoc occultum sit, & non deductum ad forum contentiosum, Episcopus potest indulgere dispensationem, authoritate Concilij Trid. sess 24. cap. 7. Si tamen Episcopus eo tẽpore quo confert ordines, his verbis vtatur. *Non intendimus ordinare non examinatos & approbatos.* Tunc qui se ingesit, non erit ordinatus, ideô oportet denuo ordinari, iniungedaque prius illi erit pœnitentia, quia valde delinquit se ingerendo susceptioni ordinũ ante approbationem, ita tenet Petrus Rebuff. in dicta glos. 4. num. 18.

C *Declaratur Cõc.* *Vna eadem die.* Adde quod opinio ista procedit etiam hodie stãte Sacrosancto Conc. Trid. sess. 23. cap. 11. de reforma. vbi decretum est minores ordines nõ vna die, sed diuersis cõferendos, nisi aliud Episcopo expedire videatur, & quod susceptis minoribus annus interponendus sit, priusquam ad primũ sacrum, qui subdiaconatus est, quis ascendat nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas, iudicio Episcopi aliud expostulet. Quod quidem arbitrium, vt ex mente concilij dignoscitur Episcopo concessum est, ad hoc vt hæc interstitia abbreuiari possint, non autem vt eadem die sacros ordines duos conferre possit, vel vltimũ minorẽ cũ primo ex sacris: quod adeo verum est, quod si sabbatho vnum sacrum ordinem conferat alicui, & continuato ieiunio, alterum eidẽ cõferat in Dominica, suspensus esset Episcopus â collatione ordinũ, & ordinatus ab executione donec Apostolica sedes dispensationem indulgeat text in cap. literas de temp. ord. In locis autem, in quibus consuetudine obtentum est, vt minores ordines cũ subdiaconatu conferantur, id seruari debet: nam talem consuetudinẽ validã esse scribit. Anton. in. 3. par. tit. 14. c 16. §. 16. quẽ sequitur insignis Nauar. in manua. confess. c. 25. n. 71. dicens eam a dicto concilio minimê derogari. Sed verius cõtrarium esse censeo quod ex Trid. Conc. decreto omnis contraria consuetudo circa ordines cõferendos derogetur, cùm omnes tam minores, quã maiores seruatis certis temporũ interstitijs conferri præcipiat, consulitur sane hoc modo ipsorum ordinũ maiestati, & Ecclesiæ vtilitati, & eorũ qui ordi-

Trid. sess. 23. c. 11. de refor.

nandi sunt cõmodo, vt in his cũ ætate vitæ meritũ, & doctrina maior accrescat. Vnde contraria consuetudo, si qua erat ante Concilium tanquam bono publico contraria firmitatem nõ obtinebit. Et opinionẽ istã sequi videtur Symõ Maiol. de irreg. lib. 4. cap. 11.

Opportune tamẽ hoc loco quęri potest, an Episcopus qui facultatẽ habet dispensandi in istis tẽporũ interstitijs, authoritate dicti Concilij Tridentini, si tacitẽ eum promoueat, qui non expectauit tempora annua, quæ de vno ordine ad aliũ desiderantur, censeatur dispensare, & cum in facti contingentia essem interrogatus, cõsului quod si Episcopus ignorans fecerit, nullo modo dispensare censetur. At sisciens ordines cõtulit, credendũ dispensare voluisse glos. notabilis, in cap. qui aliquãdo, in verbo, qui concubina. 51. dist. Abb. not. in. c. vẽniẽs de filijs præsby. Felin. in. c. præterea nu. 7 8. 9. de testib. cogend. Symon Maiol. de irregul. lib. 3. c. 24. num. 14. Idemq; iudicandũ est, si ipse nõ conferat ordinem, sed dimissorias literas cõcedat, quia hæc â pari procedũt Sylvest. in verbo, irregularitas, in fine, quod ad dictũ Trid. Cõc. decretũ summẽ notandum est.

Duos ordines sacros simul: Vide Conc. Trid. sess. 23. c. 13. vbi decretum est, ne eodem die duo sacri ordines conferantur etiã regularibus non obstantibus eorũ priuilegijs, vel indultis. D

Hodie vero stat celebris Sixti Quinti Pontificis Maximi constitutio, cõtra Prælatos ordinãtes vel Clericos ordinatos, non obseruatis tẽporum interstitijs vel alias male promotos, quam quia locus iste suo iure expõscere videtur scribere constitui.

SI

S. D. N. D. SIXTI PAPÆ. V. CONSTITVTIO.

Contra Clericos malè promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuã rei memoriam.

SAnctum & salutare sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino & Saluatore nostro Iesu Christo institutũ, beatisq; Apostolis & eorũ legitimis successoribus singulari diuinæ bonitatis munere traditũ, ita ad Dei Omnipotentis gloriã salutẽque animarum sanctẽ ac religiose administrari decet, vt quę vel ex typo & figura veteris legis vel aliãs ex multa sanctorũ Patrũ prouidẽtia, circa ordinandorũ natales, ætatẽ, vitę ac morum probitatẽ, sanctitatẽ, scientiã, & alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas per sacros Canones, vel Apostolicas constitutiones aut generalium Concilioru decreta salubriter statuta fuerunt, ea inuiolatẽ obseruentur.

Nam

Nam si in veteri testamento tam multa de integritate & munditia Sacerdotum & ministrorum altaris, deque eorum præstantia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiã Prophetam. Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituũ est: Certe multo maior ratio & diligentia adhibenda erit, in promouendis tam inferiorum graduum Clericis, quam etiam presbyteris, qui ad consummationem Sanctorũ in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi constituuntur: prout de his ipsis & diuino verbo, & Beatorum Apostolorum præceptis, ac simul sanctorũ Patrum statutis sæpissime traditum est. Quare nos pro ea quæ nobis â Domino iuncta est cunctarũ Ecclesiarum cura & solicitudine ipsos Pastores & Præsules Ecclesiarum, quorum proprium munus est personas ideneas clericali militiæ ascribere, & ad minores maioresque ordines rite promouere, authoritate nostra duximus admonendos, vt in exequẽdo, hac in parte suo Pastorali officio, attentius post hac inuigilent canonicas sactiones vt par est obseruent, ac vt nemini detur offẽsionis occasio, neue eorum ministerium vituperetur, studeant vitare ea omnia scandala & absurda, quæ ex vitiosa & minus canonica clericorũ ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius exoriri.

Cum enim multi etiã interdum inhabiles, & indigni non vocati sancta Dei vocatione, sed potius Satanæ dolis decepti prætextu deuotionis & pietatis rem, quidẽ sacrã, & diuinum munus, intẽpestiue tamen & inordinatẽ affectãtes, seu temporale aliquod cõmodum, aut lucrum sibi proponẽtes vel nimia simplicitate & imperitia, malitiaue aut fraude ad suscipiendum Clericalem characterẽ alioſque ordines ante ætatem legitimam, vel a non suo Episcopo aut non præuio debito examine & approbatione, siue aliasminus rite, vel etiam temere se ingerãt Debẽt sane Episcopi paterna charitate, & prudentia eorum saluti qui sæpe nesciunt, quid petãt melius etiam quam ipsimet postulãt & salubrius consulere, nec tam quid flagitent, quãm quid expediat eonsiderare: summa vero diligentia prouidere tum inalienę diœcesis subditis ordinandis, ne quemquam promoueant sine eorum ordinarij litteris dimissorijs tum in recognoscendis ipsis litteris, ne falso aut ab aliquo, qui authoritatem illas concedendi non habeat cõfectæ sint, tumdemque in examinandis natalibus ætate, vita, moribus, sciẽtia, idoneitate, titulo & reliquis qualitatibus, ne quid in suę, vel alienа diœc. personis ad Clericalem honorem & Ecclesiasticos ordines promouendis desideretur eorum quę ex præscripto sacrorũ Canonum requiruntur.

Vt igitur Præsules Ecclesiarũ intelligant, si in re tam graui, & tanti momenti culpa, aut negligẽtia peccauerint, se non modo in tremẽdo Dei iudicio, verũ inhoc quoque sæculo Rõ. Põtifici suæ vellicationis rationẽ forereddituros: prę sẽti cõstitutione perpetuo statuim⁹, & ordinam⁹, vt si in

posterum Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens: aut Abbas ad primã tonsuram, minoresque ordines suis subditis conferendos â Sede Apostolica authoritatem habens, quencunq; sæcularem vel cuiu suis ordinis, aut militiæ regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliâs inhabilem, vel irregularem existẽtem, vel extrà tempora â iure statuta vel absque veris dimissorijs sui ordinarij literis, aut per saltum, vel furtiuè, aut quo ad sæculares sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem per sacri generalis Tridentini Concilij decreta primę tonsuræ aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die, seu cõtinuitatis diebus ad plures ordines sacros, vel post vnum ordinem susceptum sine causa rationabili antequam tempus ab eodem Conc. Tridentino prẽfixũ elabatur, ad alium ordinem promoueatur, sine dispẽsatione, aut indulto Apostolico clericali charactere nõ legitime insigniuerit aut ad ordines minores, vel sacros vel præfertur, vel aliâs malè promouerit, siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita iustus error & probabilis facti ignorantia eum excuset, vt in quo deliquit in eo puniatur, â collatione quorumcunque ordinum atque adeo ipsius tonsuræ, & ab exsecutione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspẽsus & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existat, aliisq; grauioribus pœnis nostro & pro tempore existentis Rom. Põt. arbitrio puniatur.

Quod si spreta huiusmodi suspẽsione & interdicto in præmissis se temerè ingesserit, etiam â regimine & administratione suę Ecclesiæ, seu monasterij & â perceptione fructuum mensæ eiusdem ac quorumcunque beneficiorum per eum in titulũ vel cõmendam, seu aliâs obtentorum suspensionem eo ipso incurrat, eiusque interdicti, aut suspensionis relaxationem, aut pœnarum remissionem ab alio quàm á Roman. Pont. pro tempore exsistente nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. rec. Pij. II. & aliorum Rom. Pont. nostrorũ prædecessorum, qui per suas constitutiones, aut in Cancelaria Apostolica publicatas regulas contra huiusmodi Clericos male promotos, diuersas pœnas inflixerunt vestigijs inhærentes eosdem Clericos post hac male promotos ab exsecutione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum & ab omni spe & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus, & si in eis ministrare præsumpserint, illos sic irregulares effectos, omnibus & quibuscunque per eos in titulum commendam, aut aliâs obtentis dignitatibus, officijs & beneficijs Ecclesiasticis cũ cura & sine cura, quomodocunque qualificatis sęcularibus, vel cuiusuis ordinis aut militiæ regularibus, ac etiam si ipsi Clerici regulares fuerint, actiua & passiua voce, ipso facto priuamus, & ijs priuatos atque ad illa & alia similia vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum

inha-

inhabiles & incapaces esse decernimus & declaramus, dignitatum, officiorum & beneficiorum huiusmodi, sic pro tempore vacãtium dispositionẽ nobis & Apostolicę sedi perpetuò reseruantes.

Vt autem homines, qui nimia indulgentia & spe impunitatis, ac veniæ facilitate hactenus fuerunt ad huiusmodi facinora promptiores, ea sublata & præclusa ab his abstineant, & caueãt in futurum tam absoluendi, quam dispensandi facultatẽ in casibus superius expressis, etiam in foro conscientiæ nobis & successoribus nostris duntaxat authoritate & tenore præmissis perpetuo reseruamus, inhibentes ne â quoquam sęculari, vel cuiusuis ordinis regularis presbytero, vel prę lato quauis authoritate fungẽte, nec per quæcunque Iubilea, & Indulgentias, etiam plenissimas & extraordinarias per nostros prædecessores, aut nosmetipsos vel successores nostros, anno Iubilei, aut alio quouis tempore, & Cruciatæ sanctæ: vel quocunq; alio titulo, modo & forma, Motuproprio & consistorialiter, seu ad quoruncunque Principũ, Regum, aut Imperatoris instantiã, eorumuê contemplatione & intuitu cum quibusuis amplissimis in genere, vel in specie derogatorijs clausulis concessa, vel in posterum concedenda, nec vigore aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum Mare magnũ, aut aliâs quomodolibet nuncupatorum quibusuis ordinibus, Cõgregationibus, aut personis regularibus, aut Episcopis per decreta Concilij Tridentini, aut officio sacræ Pęnitentiariæ Apostolicę, vel Minoribus, aut etiam Maiori, Pœnitentiarijs nostris & Rom. Pont. pro tempore exsistẽtis, vel aliâs quomodolibet pro tempore concessorum, personæ sic vt prefertur delinquentes, tã scilicet Antistites, seu Abbates promouentes, quâm Clerici malê insigniti seu ordinati â reatib⁹ & excessibus prędictis absolui, præterquam in mortis articulo possint, aut debeant, nec cum ijs super irregularitate propter prę missa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari.

Verumenimuero quia grauioribus morbis fortiora sunt adhibenda remedia, & iuxta personarum locorum, ac temporum qualitates leges sunt immutãdæ, pœnęque aggrauandæ & emoliendæ, cum huiusmodi peccatum Satana suggerente hominumque fragilitate assentiente videatur iam ad culmẽ vitiorum ascendisse, & in præcipiti esse: ideo vt homines saltẽ pœnæ timore & proprij honoris confusione â peccato derreantur, nouum huic veneno antidotum cogimur præparare: ac propterea volumus, vt qui absolutionem & dispẽsationem huiusmodi petent, semper quanuis delictũ adhuc occultũ exstiterit, non per officium sacræ pœnitentiariæ, sed a nobis & pro tẽpore existente Rom. Pontifice in vtroque foro absolutionẽ petere teneantur: alioquin ipsæ cõcessiones & absolutiones, etiam cum clausula, quod præsentis cõstitutionis tenor, & alia prędicta habeantur pro expressis, prorsus nullæ, irritæ & inualidæ exsis-

tant, ac nemini penitus suffragentur.

Cæterum si quis Antistes, vel Abbas seruatis quidem cunctis præmissis & cæteris omnibus, quæ in ipsius tonsuræ, & ordinũ collatione obseruari debẽt, personas habiles & idoneas, sed tamen recepta ab ijs, quibus tonsuram, aut ordines conferet pecunia, pretio vel præmio simoniacẽ in futurũ insigniuerit, vel promouerit: volumus vt præter alias censuras & pœnas contra simoniacẽ ordinantes & ordinatos â sacris Canonibus & constitutionibus Apostolicis aliás inflictas & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia & singula supradicta in sic promouentibus & promotis locũ habeant: Decernentes præsentes literas sub quibusuis cõcessionibus, facultatibus & gratijs, etiã in casibus quibuscũque Sedi Apostolicæ, quomodo libet, etiã in Bulla Cœnæ Domini reseruatis, etiã sub nomine Iubilei plenarij, vel Cruciatæ sanctæ, absoluendi facultatem quibusuis personaliter generaliter vel specialiter tribuentibus, minime comprehendi: sed semper ab illis exceptas esse, & censeri, sicque in præmissis vniuersis & singulis per quoscunq; Iudices & Commissarios, etiã causarum Palatij Apostolici Auditores & S.R.E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quauis causa & instantia iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his â quoquã quauis authoritate scienter vel ignoranter cõtigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac in Concilijs etiã generalibus æditis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ omnibus innotescant, mãdamus illas ad Valuas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorũ de Vrbe Basilicarum & in acie Campi Floræ affigi & publicari, & post quindecim dies qui in Vrbe sunt, qui vero extra eam & citra Montes intra quatuor menses, qui demum vltra Montes erũt, intra octo mẽses a die publicationis huiusmodi cõputandos perinde afficere & arctare, acsi eorum cuique personaliter intimatæ fuisse, ac earundem literarum exemplis etiam impressis Notarij publici manu suscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę obsignatis eandem fidẽ in iudicio & extra illud adhiberi, quę ipsis præsentibus adhibetur, si essent exhibitę, vel ostẽsę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, declarationum, priuationis, reseruationum, inhibitionis, volũtatum, decretorum & mãdati infringere vel ei ausu temerario contradicere: si quis autẽ hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo.

(?)

Extra

Extra tempora, & ante ætatem legitimã, & ab alieno Episcopo.

CAPVT, XXVI.

1 *Ordinatus extra tempora, vel ante legitimam ætatẽ, vel ab alieno Episcopo, ordinis executione est suspendendus.*

2 *Hodie autẽ ex nouissima Pij II. constitutione, ordinatus aliquo de prædictis tribus modis, ipso iure suspensus est: & celebrãs irregularis efficitur.*

3 *Suspensus propter crimen, si de facto celebrat, irregularitatis nota afficitur.*

4 *promotus ad sacros ordines ante 14. annum, si postquam peruenerit ad ætatem legitimam cogatur continere.*

1 a ORdinatus extra tempora [a] suspenditur, donec cum eo dispensetur, vt in cap. cum quidam, de tempo. ordi. Item ordinatus ante legitimam ætatem [b] suspenditur vsque ad eius aduentum, vt in cap. Vel non est compos eodem tit. Non tamen est ipso iure suspensus, vt not. Bernar. Rai. Guliel. Archidia. Anton. Paul. de Eleazar, & Zabel. in varijs locis relatis per Archiepiscopum Florent. in 3. part. tit. 28. cap. 1. in fin. Ordinato insuper sine licẽtia sui præsulis [c] ab alieno Episcopo, interdicitur ordinis exsecutio, [d] vt in cap. Quod translationem eod. tit. Hodiê vero ordinatus aliquo de prædictis tribus modis est suspensus ipso iure, & celebrans efficitur irregularis, à solo Papa absoluendus, & beneficijs potest iure priuari: vt habetur in extrauag. Pij. II. [e] quæ incip. Cũm ad sacrorum ordin. dẽ qua ad istud propositum meminit celebris memoriæ Doctor Hispanus Didacus de Villadiego in tractat. de irregular. in capit. de suspensione, in secunda col. & refert etiam eam ad hoc Syluest. in sua summa, in verbo, irregularitas in. §. Decimo quæritur qui allegat regulas Innocen. 8. Alexand. 6. Roman. Pontificum quam etiam extrauagantem seruari præcipit Leo. 10. in suis regulis Cancellariæ, in regula. 22. incip. Item de clericis extra tẽpora. Et Paulus Papa. 3. in suis regulis, in regula, quæ etiam incipit: Item de clericis, quæ est. 24. in ordine. Vt autem illius extrauagantis plena notitia habeatur, libuit illam inserere: maxime cũm soleat ab aliquibus referri additis quibusdam verbis, quæ in ea non sunt: cuius tenor talis est: Pius, &c. Ad futurã rei memoriam. Cũm ex sacrorũ ordinũ collatione character inuisibilis animæ imprimitur, sacra mysteria dispensantur, vt ipsarũ cura tribuatur animarum in eorum susceptione excessus, grauius tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaque sicut fide dignorum relatione non nisi moleste accipimus, nonnulli clerici extra tempora â iure statuta quidã ante ætatem legitimam aliquiuero sine dimissorijs literis, contra sanctiones canonicas, se faciant

2 b c d e

ad

ad Sacros ordines promoueri. Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt alij in posterum committendi similia additus præcludatur, aut Aposto. præsenti constitutione perpetuo valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes & singuli, qui absque dispẽsatione canonica aut legitima licentia, siue extra tempora a iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs literis, etiam citra montani â citramontanis, prẽterquâm si in hoc vltimo casu per cameram Apostolicã, iuxta ipsius stilum ordinati fuerint ad aliquam ex sacris ordinibus se fecerint promoueri a suorum ordinũ executione ipso iure suspensi sint: & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatẽ incurrant propter quam vltra alias pœnas in tales generaliter a iure inflictas, beneficijs Ecclesiasticis, quæ obtinent, possunt iure priuari. Volumus autem quod præsens nostra cõstitutio in Romana curia existẽtes post quindecim dies absẽtes vero, Italicos post duos, alios autem etiam vltramontanos post sex menses ab ipsius in audiẽtia contradicti & cancellaria Apostolica publicatione, ac affixione, ligare incipiat. Nulli ergo si quis, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicę .1461. quintodecimo kal. Decembris. Anno quarto. Aduertendũ præterea est, quod cum nouissime in Concilio Tridentino (cuiego & si indignus Episcopus Calagurritanus interfui) fuerit inhibitũ capitulis Cathedralium Ecclesiarum, ne sede vacante licẽtiam recipiendi ordines cõcedant infra annum aliquibus, sub pœna inibi, contrafacientibus imposita, vt habetur in septima sessione illius concilij, in Can. 10. tenoris sequentis. Non liceat capitulis Ecclesiarum sede vacante infra annum a die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimiss. seu reuerendas (vt aliquivõ cant) tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione arctatus non fuerit cõcedere: si secus fiat, capitulũ contraueniens Ecclesiastico subiaceat interdicto: & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint nullo priuilegio, clericali præsertim, in criminalibus gaudeant: in maioribus autem ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sint ipso iure suspensi. Si quis esset promotus ad aliquem sacrum ordinem contra dispositionem concilij, cum ex hoc fuerit ipso iure suspensus ad beneplacitum futuri prẽlati, si postea celebrare tante obtentum illius beneplacitũ, esset irregularis: quanuis suspensionis pœna fuerit ad beneplacitum eligendi Episcopi, & ab illo posset relaxari. Cum enim suspẽsio hæc sit imposita propter delictum (propter inobedientiam videlicet factam decreto concilij) tunc cõclusio communis, quod celebrans, est irregularis secundum Panor. in cap. si celebrat. de cleric. excommunic. in col. fina. per text. in cap. 1. de senten. excommu-

commu.in.6 & in cap. cum æterni de re iudic.eod.lib.licet quidam contra tenuerint secũdum eum.Facit quod notat Felin. in capit. Apostolicæde excep.col. 3.& melius in colum.7.numero 17.vbi scripsit quod suspẽsus ab officio celebrans est irregularis, siue suspensus sit â canone, siue ab homine:allegat glos. 2. & 3. & ibi Paul.col.4.in. ca.is cui.de
4 senten.excommu.lib.6.& decis. Rotæ 3.in antiquis.eod. tit. An autem promotus ad Sacros ordines ante.14.annum cogaturcõtinere, f si postquam peruenerit
f ad ætatem legitimam vult contrahere matrimonium, vide Hostien.in summa,de cleri. per sal. promo.in.§.1.in fine. qui mouet quæstionem,refert opinionescõtrarias,& in ea,quam vltimo loco scripsit,videtur tenere quòd talis non cogitur continere.Cõtrarium tamẽ videtur tenereglo. in capit.Vno.de cle.per sal.promo.in verbo,discretionis, quæ mouet istam quæstionem,vbi tamen Abb.refert Archi post Hugo.in cap.pueri.1.quæst.1.tenentem quod si ordinatus ante pubertatem illa adueniente vult tenere clericatum,& gaudere priuilegio clericali, tunc tenetur continere,aliás secus:quam opinionem approbat, & dicit hoc fuisse de mente Inno.&Hosti.& vide Prępo.in cap.Subdiaconus 77.distinct.tenentem quod Docto.communiter in dict.capit.1. notant quod si factus maior contradicit non acceptans ordinem non tenetur continere, ex quo dicit ipse quõ resultat mõstrum, videlicet quod minor recipit characterem ordinis Sacri,& tamen si contradicat maior factus non tenetur continere,licet Cardin.in Clemen.fina.de ætate, & qualitate.in 1.q. teneat, quod si talis erat doli capax,tenetur continere,per glos. in dict.cap.pueri.1.q.1.Et idem dicit,si quamprimum peruenit ac doli capacitatem non reclamauit, quia tunc incipit obligari. Et vide in hoc proposito,quod notat Nicolaus de Millis in suo repertorio, in verbo,Clericus promotus, vbi referendo Hosti.& Inno.in cap. vel non est compos. de tempo. ordi.Et Composella. & Ioann. Andr.in capit.vnico.de cle. per sal.promo.Et in dict.cap.vel nõ est compos.& Archi.in cap. pueri.1.quæst.1.dicit quòd promotus infra pubertatem inuitus & coactus potest contrahere matrimonium,per glos.in dicto.cap. vnico,& quod idem est, si non fuerit coactus, dum tamen infra pubertatem contradicat,& perseuerat in contradictione vsque ad pubertatem,vel si infra pubertatem non contradicit,& statim dum cæperitperuenire ad pubertatem contradicat:& quod illud statim intelligitur intra triduum & quod aliâs non auditur, licet glo.in dict.cap.vnico.& in dict. cap.vel non estcompos,aliter teneat secundum eundem.

Extra tempora. Adde ꝙ prima tõsura quolibet die conferri potest, cũ iuracertum diem ad eã conferendam non præfigant, & sic de consuetudine generali seruari testantur.Hostien.Ioan. Andre.& Cardina.in cap.pen.de tẽpo.ordi.per cap.cùm contingat de æta-

A *Ordines Ecclesiastici quibusdiebꝰ sunt conferendi.*

de ætate & qualitat. Et tam in diœcesi, quam extra potest episcopus subditis suis tonsuram cõferre. Barba. in capit. nouit. de offic. delega. quem sequitur Petrus Rebuff. in practica benefi, tit. de clericis ad sacros ordines male promo. glo. 1. num. 4. idem in tractat. nominationum. q. 14. num. 29. & 65. Hodie tamen ex sacro Concilio Tridentino, sess. 6. c. 5. de reformatione nó licet episcopo extra suam diœcesim cuiuis priuilegij prætextu pontificalia exercere, sine ordinarij loci expræssa licentia & in personas eidẽ ordinario subiectas tantum, quod si aliter factum fuerit, Episcopus ipse ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab exsecutione, ordinum ipso iure suspensi sunt.

Minores vero ordines, quando Episcopo, & vbi sibi videbitur, dari possunt, licet Dominicis & alijs festiuis diebus conferri debeant, cap. de eo. de tempo. ordin. Sacri vero ordines, nunquâm nisi in publica ordinatione conferuntur cap. quando. 75 dist. & in maiori Ecclesia. glosa. not. in. c. ordinationes. d. dist. Cõcil. Trident. sess. 23. c. 8. de refor. vbi decretum est, sacros ordines in cathedrali Ecclesia conferendos esse, præsentibusq; ad id Ecclesiæ canonicis: si autem in alio diœcesis loco celebrentur, semper in ecclesia & clero præsenti fieri debet. Vnde non erit valida ea consuetudo, cuius ratione episcopi hos ordines, vbiicis placebat, conferebãt. Quam validã esse scripsit Floren. in tertia parte, cap. 14. §. 17.

Item Sacri ordines, nempe subdiaconatus, & diaconatus, & presbyteratus, non nisi in Sabbathis quatuor temporum, aut Sabbatho sancto, vel Sabbato ante Dominicam de Passione sunt ministrandi text. in. c. 3. de tempo. ordin. c. fin. 75. dist.

Hos quidem Sacros ordines & alios nominat D. Ignatius epistola ad Antiochenses, ibi, *Saluo sanctum presbyterium vestrum salu to sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores.* Vt non dubium sit hos ordines Apostolorum tempore quo vixit D. Ignatius fuisse. *D. Ignatius Apostolorũ coetaneus.*

Ratio vero propter quam his temporibus statutis, potiùs quã alijs ordines sacri ministrentur, ea adducitur â Præpo. in c. quoniam. §. cæterum. 75 dist. nempe quia sacerdotes & alij clerici cũ in Sacrosancta ecclesia locũ obtinent, quem olim Leuitæ apud Israeliticum populum obtinuerunt: quos vel legitur, libro Numer. Dominus pro primogenitis recipit eos, & in Aegypto, dum primo genita Aegyptiorum interficerentur custodiuit, eũ quasi primitiæ sint, quidem quasi primitas Deo summè gratas offerimus, cum aliquos sacris ordinibus donamus, vnde consentaneum est, vt pro primitijs tẽporum scilicet quatuor temporibus, hominum primitias afferamus. Item hoc ita stabilitũ fuit, vt ordinati sub quatuor Euangelijs, Deo & Ecclesiæ seruire firmissimis animis concipiant. Vere vt virtutibus floreant, in æstate, vt fructus afferãt, in Autumno, vt fructus operũ metant, in Hyeme, vt iam collectos fructus in hor- *Constituitur ratio, propter quam statutis temporibus & non in alijs sacri ordines ministrẽtur.*

in horreo conseruent, vt eis in Domino fruantur. Hanc ratione tradit Petrus Rebuff in.d glos.1. n.9. Nouissimè autem Catechismus ad Parochos Pij huiusnomi nis V. Pontificis Maximi, iussu æditus in titulo de Sacramento ordinis vers. Sequitur nũc ægregiam rationẽ his verbis scribit. *Ex quo factum esse intelligimus, vt statutis tantummodo diebus, quibus & iam solennia ieiunia ex vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more inducuntur, ordinationes fiant: vt scilicet, fidelis populus eiusmodi Sacrarum rerum ministros, pijs & sanctis precationibus à Deo impetrent, qui ad tãti ministerij potestatem recte & cũ Ecclesiæ vtilitate gerendam aptiores esse videantur.*

Nec ea consuetudo firmitatem obtinebit, qua introductum fuerit, quod Sacri ordines extra tẽpora ministrentur. c.2. de tempore ordi. Imò tam ordinans quàm ordinatus grauissimè peccat, tanquam Sacrorũ Canonum violator ab Spiritusancto, cuius instinctu conditi sunt cõdemnatur. c. violatores. 25.q.1. Floren. in. 3. p. tit 14. cap. 16. §. 16.

In Sabbatho sanè potiùs quã alijs diebus ordines cõferri debẽt quia dies illa Spirituisancto consecrata ẽst, cuius bona in ordinibus longa manu recipiuntur, ca. quod a patribus. 75. dist. notant Rebuff. dict. glo. 1. num. 9.

Ista autem Sabbathorum tẽpora duobus casibus transferri possunt, in sequentes dies Dominicos. Primo si ab ordinantis & ordinandis ieiuniũ seruetur: vsque ad sequentem diem Dominicũ: tunc quidem ipso Dominicodie ministrari ordines possunt. text. in. d. c quod â patribus. Sed quia tale ieiuniũ indiscretũ, & maxime periculosum esse cẽsetur, vt bene not. Inno Hostiẽ. & omnes in. c. literas de tẽpo. ordi. minimè decet, vt tãta dicti ieiunij productio fiat. Secũdo si die Sabbathi tãta esset ordinãdorũ multitudo vt nõ possent omnes ordinibus insigniri: tũc equidẽ in diẽ Dominicã ordinũ collatio differri potest Ex Inno. sententia in dic. c. literas. quem sequitur Syluest. in summ. in verbo, ordo. 2. q. 6.

Consecratio Episcoporũ, quibus diebꝰ facienda sit.

Episcoporum vero cõsecratio, solis Dominicis & festiuis diebꝰ facienda est, â summo mane, á ieiunijs saltim circa horam. tertiã cap. ordinationes. 1. 75. dist. nota. Syluest. in summa, in verbo, consecratio. 1. q. 3 Quæ sane cõsecratio Episcoporum, aliud tempus a iure statutum habet, intra quod fieri debet: nam quisquis Episcopus fuerit pronuntiatus intra trium mensium spatium consecrari debet, sub pœna amissionis perceptorum fructuũ, quod si per aliud trimestre distulerit, ipso iure ipsa Ecclesia Episcopali priuatur. Conci. Trident sess. 23 c. 2. de refor. Quando vero trimestre currere incipiat, an a die electionis vel a die confirmationis tradunt Doctores in ca. quoniam quidam. 75. distinct. Sylue. in d. q. 3.

Virginum etiã cõsecratio solis festis facienda est. cap. 1. de tempor. ordin. vbi glos. & Doctores late de hoc differũt. Ecclesiarum aute cõsecratio quibuslibet etiã feriatis diebus fieri iure põt, quia sic suadet necessitas, & cultus diuini augendi causa. c. 2. cum glo. de consecrat. Ecclesiæ, vel alta-

Et li-

Et licet ad ordines conferēdos præfixa & diffinita certa tēpora sint vt iam ostendimus: summus tamen Romanæ Ecclesiæ pręsul quolibet tempore ordines etiā sacros conferre potest. capite. 1. de tempo. ordi. Quia prohibitio hæc a iure positiuo originem habuit, a quo ipse solutus est. c. proposuit. de concess. præpen. Imo scribit. Ang. in. l. 1. C. de sent. passi. posse Antistitem Romanum solo verbo Episcopum vel prælatum creare licet hoc facere non sit solitus, sed formam debitā seruat, vt alij ita seruent. Et hanc ipsam gratiam ordinādi extra tempora concedere potest Episcopis in ordinandorum fauorem. Tradunt Doctores in dict. cap. 1. Rebuff. in d. pract. d. glo. 1. num. 12. & hoc Romanę curiæ Stillus obseruat: prout testatur Simon Maiolus in tract. de irreg. lib. 3. cap. 14. num. 9. Is verò qui extra tēpora absque Romani Pontificis indulgentia temere fuit ordinatus, caracterem recipit: non vero ordinis exsecutionem. ca. cū quidam. de temp. ordin. Imò sic promotus inter irregulares ascribitur a Specula. in tit. de dispensat. §. iuxta. versic. Itē ordinatus extra tempora, de quo latius infra agendum erit. Quinimò Episcopus qui ordines contulit, graui pœna plectendus est, cap. cum quidam, cap. 2. de tempo. ordin. & ordinandi potestate priuatur, ca. Subdiaconus. 77. dist. Hodie vero ex sacro Concilio Triden. sessione. 23. cap. 8. de reform. ab ordinum collatione per annum suspensus est.

Dispensatio autem cum eo, qui extra tempora ordinibus fuit initiatus ab Episcopo qui in nulla fuit culpa, obtineri potest, vt post condignam pœnitentiam susceptos ordines possit exercere. cap. consultationi. de temp ordi Sed vt ad altiores promoueatur, a solo Romano Antistite impetrari potest. not. Syluest. in summa in verbo, irregularitas. q. 10. Tabi. in verbo, irregularitas. 4. num. 6. Summa confessor. de ætate ordin. q. 35.

Ante legitimam ætatem. Adde quod natura (vt libro de Senectute scribit Cicero) *Vnicuique suam tempestiuitatem dedit, infantium puerorum, & adolescentium infirmitas est, ferocitas iuuenum, grauitas iam constantis ætatis, maturitas Senectutis, Senij autem labor & dolor: atque inter illas ætatis quædam consiliorū experta sunt, vt infantia, pueritia decrepita ætas. Quædam consilia habēt sed ea fragilia & infirma, vt adolescentes: quædam firma quidem, sednec dum vsu & experientia corroborata & iuuentus: quædam matura & solida, multaque rerum cognitione, vsu & exercitatione confirmata, vt media ætas & senectus.* Hac itaque ratione fit vt clericis pro ætatis qualitate ordines & beneficia cōferantur. Et ideo sunt quidem singulis ordinibus præscriptæ ætates, quamuis pro varietate temporum diuersis mensuris statutæ. Tonsura etenim ferè semper in septennio obseruata est text. cum gloss. in. c. nullus. de tēpor. ordin. in. 6. qui annus debet esse completus. ca. in singulis. 77. di. Regia l. 27. tit. 6. par. 1. Reliquorum verò ordinum varij fuerunt termini, vt constat in d. cap. in singulis. & in cap. placuit. ead. dist. 77. Postea autem in Cōcilio Vienensi

B *Ciceronis elegātissima verba de humana ætate.*

Quæ ætate singuli ordines sint conferendi.

nensi, Sacris ordinibus certus sta tutus est terminus, nempe subdiaconatui annus decimus octauus, diaconatui vigesimus, sacerdotio vigesimus quintus, vt in Clem. generalem, de ætate, & qualitate. Episcopatui semper annus trigesimus necessarius fuit cap. cum in cunctis, de elect. At Concilium Tridenti. sess. 23. c. 12. summa consideratione huic rei prouidit, nam subdiaconatū permittit existenti in vigesimo secundo anno, diaconatum vigesimo tertio, presbyteratum vigesimo quinto. Reliquis vero minoribus ordinibus nullum tempus præfixit, quasi plus momenti habendum sit in literis & moribus, quam in ætate: ad quod mire congruit sententiæ Diui Tho. in 4. senten. distin. 25 Hi autem anni omnes, in ordinibus recipiendis necessarij nō exacti, sed cepti sufficiunt, vt in dict. Clem. generalem, vbi glo. & Doctores & notat noster Gregor. in dict. l. 27 part.

Ordinatus ante legitimā ætatē ea superueniēte, an impedimentum declaratur.

Is vero, qui ante legitimā ætatem sacris ordinibus fuit insignitus, non potest eosdem ordines exercere, donec legitima ętas accesserit: qua quidem accedente, cessat omne impedimentum, & ea ratione libere poterit in susceptis ministrare cap. non est cō pos. de tempo. ordin. not. Arch. & præpos. in cap. placuit. 77 distin. Henri. in cap. consultationi de temp. ordi. & hanc opinionem communem esse fatetur insignis D. Couar in Clemen. si furiosus, de homi. 1. parte. §. 1. num. 4. Nec ante legitimam ætatem, ordinatus est ipso iure suspensus sed suspendendus, vt in dict. cap. non est compos. Quem ita interpretantur Archi. Præpo. Cardi. â Turrecrema in dict. cap. placuit. Florent. in 3. parte. tit. 14. capit. 16. §. 15. Alber. Trot. de vero & perfecto cleri. lib. 2. cap. 17 quam opinionem communē esse testantur Card. in dict. cap. vel non est compos. ad finem Præpo. in dict. cap placuit Gonsal. â Villadiego de irregul. c. de suspen. col 2. Mart. Nauarr. in manuali confess cap 25. num. 70. & eam sequitur Maio. in. 4. senten. dist. 24. q. 5. Fuerunt tamen multi (maximæ authoritatis viri) qui expressim tenuerunt, ante legitimam ætatem ad ordines promotum, ipso iure suspensum esse. At si communem sententiam amplectimur omni prorsus difficultate caret in ordinibus ministrāte ante ætatem â iure diffinitam, minime irregularitatem contrahere, cūm nec â iure vel ab homine suspensio imposita fuerit. Quod si quis contrariam sequi maluerit, idem asseuerare necesse erit, cum suspensio hæc non ob crimen sed hoc defectum â iure fuerit statuta. Ita tenuerunt Cardi. in dict. Clem. generalem. 5. & 6. q. Domini in cap. eos de tempo. ordi. in. 6. Gardin. in cap. si celebrat. de cleri. excom. Villadiego in dict. cap. de suspensione, columna 2 quam opinionem communem esse fatentur eam sequuti, Floren. in. 3. par. tit. 28. cap. 1. §. 1. col. 2. D. Couar. d. §. 1. num. 4. hoc de iure veteri, quid autē de iure nouo in hoc decretum sit infra docebimus.

Sine licentia sui Præsulis. Adde quod facultas hæc per literas (quas dimissorias appellamus cō

C

Traduntur mul-

ta lectu non indigna de literis dimissorijs.

cedi solet, illarumque vsus etiam S. Augustini temporibus seruari consueuerat: vt ipse testatur in epist. ad Clerum Hyp. epist. 117. vers. *Cum enim ista mea causa.* Et aliquando literæ istæ sunt speciales, nempe vt possit quis â tali episcopo ordinibus insigniri, & tunc si ab alio ordinatur ordinibus collatis minimê iuuabitur, cum nullam ad hoc facultatẽ habuerit, & vnius concessio alterius censetur exclusio. l. sic prætor. ff. de iudi. cap. nonne de præsump. Solent etiam literæ generales concedi, vt possit quis ordinari â quocunq; Antistite gratiam & cõmunionem Sedis Apostolicæ habẽte. cap. pen. de prescrip. notat Petrus Ruff. in pract. benefi. de literis dimissoris. nu. 3. Quibus quidem literis oportet vt exprimatur, qui ordines illarum ratione sunt ministrandi, quia concedendo solum recepi minores, vel ordines tãtum, maiores ordines minime comprehenduntur. cap. 1 de temp. ord. Oportet etiam quod dictæ literæ contineant excusationis causam, ob quam ipse proprius episcopus non potest ordines cõferre. capit. 1. de temp. ordin. lib. 6. ibi. *Per eius episcopi patentes literas causam rationabilem cõtinentes, qua re ipsum nolit, aut nequeat ordinari.* Consuetudine tamen in multis prouincijs receptũ est, vt nulla causa assignetur, quam cõsuetudinem validam esse scribit Petrus Rebuff. in loco iam allegato. num. 28. Nec dimissoriæ literæ concedi debent, ante legitimum examen, & approbationẽ vt in Concilio Trident. sess. 23. c 3. Has autẽ dimissorias ab episcopo originis dummodo sit electus & confirmatus, licet nõ cõsecratus concedi oportet. c. nullus, de temp. ordi. lib. 6. vbi decretum est etiam cõcedi ab episcopo domicilij, vel beneficij, & â Vicario Generali Episcopi, ac capitulo sede vacãte, inferiores nullo modo eas concedere possunt, vt ibi nisi hoc faceret ex legitima consuetudine, vt glos. & Doctores ibi not. & Aufre. in Capella. Tolosa. decisio. 450. Hodie vero secundum Concilij Tridentini decretum, sess 23. c. 10. solus episcopus eas cõcedit. Et ideo nec Abbatibus, nec alijs Prælatis exemptis prætextu priuilegiorum, aut immemorialis consuetudinis, nec capitulo sede vacante id iam licebit, nec illis permittitur, qui in episcopi iurisdictione succedunt, qui vero sanctissimam illam sanctionem violauerint ab officio & beneficio per annũ ipso iure suspensi sunt. Capitulum autem ipso facto subiacet Ecclesiastico interdicto Cõcil. Triden sess. 7. cap. 10. de reformatione. Ordinati autem prętextu dictarum literarum (quas capitulum misit) si in minoribus constituti fuerint nullo clericali priuilegio, præsertim in crimina libus gaudẽt maioribus, etenim insigniti eorum exsecutione ad beneplacitum futurum, Prælati sunt ipso iure suspensi, vt ibi.

Poterit tamen capitulum has dimissorias literas indulget, quã do episcopalis sedis vltra annũ vocauerit, ita colligitur manifeste ex dicto Sacrosancto Tridentino Concilio, dict. cap. 10. sessione 7. cum tãtum capitulo, vacãte sede, prohibeat dimissorias

literas

literas indulgere infra annum, â die vocationis lapso: vero anno ius antiquum non mutatur: & ideo in viridi obseruãtia manet .l.præcipimus.C. de appella, cũ alijs. Alter & secundus casus est quando quis ratione obtẽti, vel obtinendi beneficij, arctatus sit ad Sacros ordines suscipiendos, tunc capitulum vacante sede, dimissorias literas poterit concedere. Concil. Trid. allegato cap. 10. ibi. *Alicui qui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione arctatus non fuerit.* Tertius casus erit, Sede Apostolica vacante, tunc sacro Collegio eas literas dare prohibitum non videtur, quia illius vacantis sedis iurisdictionem, nõ apparet in hoc â Tridentino Concilio fuisse limitatam: & ideo ea vti permissum esse censetur, ita tenet Simõ Maiolus de irregulari. lib. 4. c. 5. num. 5.

Non tamen poterit episcopi superior, nempe Archiepiscopus iure Metropolitano, subditis suffraganeorum suorũ, vt prima initientur tonsura, vel ad ordines promoueantur, dimissorias literas tribuere, ita tenet Perusi. & est communis sententia scribentium in dict. c. nullus, de temp. ordi. in. 6. At Summus Ecclesiæ Præsul Christianis omnibus eas potest indulgere. c. 1. de tempo. ord. quia est generalis episcopus totius mundi c. fraternitatẽ. 81. dist. c cuncta per mũdũ. 9. q. 3.

Postquam vero dimissoriæ literæ ab episcopo fuerint concessę minimê spirant concedẽtis morte. Ita singulariter tenet. Cardi. in Clemen fin. quæst. 5. de elect. & suffragatur casus notabilis in extrauag. inter cunctas. §. duos de priuileg. & hanc opinionem sequi videtur Petrus Rebuff. in pract. benefi. de formula dimissariarum. num 40. & eam fatetur communem insignis Marti. Nauar. in. c. placuit. num. 35. & nu. 161. de pœnit. distinct. 6. Pari ratione idem videtur asseuerandũ in dimissorijs literis, â capitulo concessis sede vacante, in casib⁹ sup. expressis, & â Sacro Concilio permissis, & hoc docet expresse Ioan. Imo. in cap. c. 2. in fin. ne sede vacante. Nam cõcessa â capitulo, effectum sortiuntur finita capituli potestate. cap. his quæ. de maiori. & obi c. vnico tit. lib. 6. Anchar. in cap. 1. in fin. ne sede vacan. Federi. de cen. consi. 16. Quibus plurimum conducit, quia licet mãdatum de aliquid faciendo, morte mandantis spiret. non tamen gratia, text. in cap. si cui. de præben. in. 6. & in cap. si super gratia, de offic. de lega. eo. lib. vnde dixit glos. celeberrima in c. cũ ex eo, de elect. lib. 6. in verbo, septenniũ, quod dispensatio parocho ab episcopo concessa, de non residendo, vt literis vacare possit, nõ solũm morte eius nõ finiri, sed & quod plus est, nec ab eo possit reuocari, quam dicit esse Sing. Roman. sing. 517. His etiam consonũ est, quod facultas cuipiam concessa de celebrando in domo sua, morte concedentis nõ extinguitur. Ita Rota in antiquis decis. 580. incip. Camerarius Nec ab hoc alienum est, quod pulchre scribit Inno. in cap. quod translationem, de offi. de lega. nempe indulgentias â Legato concessas, eius legatione finita durare: cui⁹

opinionem communem esse testatur Nauarr. in dict. c. placuit, d.num.164. quo loco ipse iure consonum esse censet facultatē eligendi confessarium minimē concedentis morte finiri.

Tribus tamen casibus singularibus potest qui ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs ordinibus insigniri. Primus est, si Episcopus propius fuerit suspē sus, eo quod alienos ordinauerit, tunc alienos suos ordinare poterit, text.not.in cap 2.de tēporibus ordin. libro sexto. Sed ordinati probare tenentur Episcopi suspensionem, per Metropolitani declarationē, alioquin non crederetur ordinario: vt optime scribit Petrus Rebuff. vbi suprà.num.19.

Elegāter interpretatur textus in c. Lugdunensis. 9. q 2.

Secundus, quando Episcopus sibi non subdito ordines cōfert, cū spe ratihabitionis propij episcopi, quæ posteà sequuta est, tūc sane nullæ dimissoriæ literæ necessariæ sunt, & absque pœnæ metu id fieri potest, text not.in capit. Lugdunensis. 9. quæst. 2. Sic tenent Raymund. qui fuit opinionis huius antesignatus in summ.tit.de form. consecra.versicul. In summa. Nota quod ordinati.& sentit glos. in cap. nullus alterius, in fine.glos. mag. 9. quæst.2. Sequitur Maiolus de irregularitate.lib.4.cap.2.numer. 7.& â sensu contrario probari opinio hæc videtur in Concilio Tridentino, sessio.14.cap.3. de reforma. Contrarium tamen innuit glos.in cap.eos, de tempor. ord in.6 & opinionem istam sequitur Rebuff.vbi paulo ante allegaui.num.11. Paris.cons.136. colum.1.volum.4.sum. confess. tit.de ætate ord.quæst.38. Quæ opinio ea ratione fulcitur, quia proprius Episcopus eam ordinū collationem ratam habere non potest, cum suo nomine celebrata non sit, vt in reg. ratum, de regul.iur. lib.6. cap. cum quis. de senten.excom.lib.6. Et cum talis ordinatio sacris canonum decretis irrita sit, rata haberi minime potest.l.quod ab initio, ff.de reg. iur.quæ sententia mihi verior videtur contraria, namque ansam præstaret Episcopis, vt hoc quæsito colore alienos ad ordines promouerent, inde innumerabilia damna orirentur. Fateor tamen quod plurimū refragantur, text. in dicto capite. Lugdunensis, de cuius intellectu nimis inter Doctores controuersum: & ea ratione patitur diuersos intellectus. Primo, quod illius text decisio iuribus nouioribus sit antiquata, vt sentire videtur Arhid.ibi.ad finem vers. Sed contra. qui allegat plura iura contrarium disponentia, quorum pleraque emanarunt, post illius sanctionem. Secundo, interpretari, potest, vt tantum procedat, in collatione primæ tonsuræ, seu minorum ordinum, nō vero in sacris maioribus ordinibus: quem intellectum scribit Quinti. Mando. vir sane doctissimus in regul. Cancel. regu. 24.quæst.4.num.12. Tertio, potest asseuerari, quod ideo admissa fuit ratificatio, quia ille ordinatus notus erat, prout ibi ponderat Archi. num.3. erat quidem saltim secundum antiqua iura, maxima differentia inter ordinatum cognitum vel incognitum. Quarto, ex eo quidē procedere,

text.

text.ille, videtur, quod ordinatio facta fuit idoneo & habili, & non in contemptum proprij Episcopo, sed quia crediderit ei placere, nõ vero liceret alias, ita sẽtit glos. ibi. & glo. mag. in capit. nullus alterius, ead. causa &. q. & in cap. Episcopus, in diœcesi. 7. quæst. 1. sequitur Mando. d. q. 4. sed mihi primus intellectus magis arridet. Nec quinto displicet intellectus assignatus â Petro Rebuff. in pract. benefi. 1. parte. de formula dimissoriarum literarum. num. 14. qui asseuerat eo text non probari, quod per ratihabitionem Episcopi confirmetur ordinatio, sed Episcopus relaxat iniuriam, sibi ab ordinato illatam, ibi, miserationis intuitu in suo quoque honore recipias.

Tertius casus est, quando quis triennio commoratus fuerit cũ aliquo Episcopo, tunc ab eo potest ordinibus insigniri, si statim cum ordinibus, illi beneficium Ecclesiasticum conferat, ita diffinitum est in Concilio Tridentino, sessio. 23. cap. 9. de reform. quod tantum locum obtinet, vt ex eius verbis deducitur in illis familiaribus, qui cum Episcopo commorantur, & præsentes suis obsequijs assistant, alioqui, si absentes fuerint in regione remota etiam si illorum sumptibus viuant, sine dimissorijs literis ordinari non possunt. nam episcopus hoc casu minimê potuit, illius mores nosse, quandoquidẽ hoc triennium ad hoc præfixũ est. Et conducit etiam eiusdem Concilij Tridentini decretum, sess. 14. c. 2. de reforma. ibi, *Etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatis sua.* Et cum potestas hæc limitata sit, non debet excedere limites. l. diligenter. ff. mand. tradunt latissimè Moderni in cap. cum ordinem, & in capit. si quãdo, de rescrip. Quæ qualitas necessario probanda erit not. Lap. alleg. 59 Bellamera decis. 747. Nec verbis narratiuis episcopi hoc asseuerantis fides adhibenda est, vt multis adductis probat doctissimus Petrus Paul. Pari. consi. 137 numero. 31. volum. 4. Non tamen poterit huiusmodi episcopus in interstitijs temporum vt illis non seruatis familiaris suus ordinetur quia cum facultas ordinandi non subditum familiaritatis ratione â sacro Cõcil. concessa odiosa sit diuersa est & plurimum differat â potestate dispensandi ad illam non debet extendi, ita nouissime consulit Marti. Nauarr. cap. 11. si. 16. num. 2. tit. de temp. ordi. Episcopi tamen titulares familiares suos nullo modo ordinibus consecrare possunt, nec primam tõsuram conferre, absque sui proprij prælati expresso consensu, vel literis dimissorijs: contra facientes ab exercitio Pontificalium per annũ, taliter vero promoti ab exsecutione ordinũ sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit ipso iure suspensi sunt, vt in dicto concilij decreto.

Ordinis exsecutio. Adde quod de iure antiquo ad Sacros ordines literis dimissorijs promoti ab alieno episcopo suspensi sunt ab ordinum exsecutione quo ad se tamen, non quo ad alios. & & ideo si in susceptis ordinibus ministrauerint, nullam irregu-

gularitatis labē contrahebāt, ita glos. Domi. & Doctores in cap. eos, de tempo. ordin. lib. 6. Ioā. Andr. in capit. quod translatus eo tit. in volumine. Et ea ratione in dispensatione obtinenda contractæ suspensionis sat erat, quod exprimeretur quod nō ob stante tali suspensione possent vti clericali charactere, & in suis ceptis ministrare, ita Angel. in summ. in verbo, irregularis. §. 32. Sed hodie aliter statutum est, vt infrà latiùs describimus.

Et non solùm minores, vel alij Sacri ordines ministrari nō possunt ab Episcopo alieno, absque dicta suspensionis pęna, sed si prima tantum conferatur tonsura, talis ordinatio nulla est: quia Episcopus Sacrorum Canonum statuta violat, quia nititur huiusmodi initiatum, ab aliena plebe vsurpare. cap. primatus 71 dist. & ibi not. Card. á Turrecrema. text. not. in dict. cap. eos, de tempor. ordi. in. 6. & ibi not. glo. in verbo, ordinare, & Doctores ibi communiter sequuntur, text. in cap. fin. & ibi glos. fin. eo. tit. & libro. Et ea ratione, gaudere non potest, qui tonsura sic initiatus est, priuilegio clericali: prout se ita vidisse iudicatū, testatur Bartho. Cassa. in consuetu. Burg. Rubr Des iustices. §. glo. *Son creux.* in fine. Quod sequitur Petrus Rebuff. in tract. nominati. quæstio. 14 numer. 42. & hoc verius censeo, licet contrarium tenuerit Guid. Pap. decis 449 incip. laicus.

Ex quo manifestè sequitur, quod sic promotus non poterit Ecclesiastica obtinere beneficia, sicut si tonsura non esset initiatus. capit. fin. de clerico excommun. ministran. paria nanq; sunt nullam obtinere tonsuram, & habere inutilem, quoties vitiosè cautum est, pro non cauto haberi debet. l. quoties. ff. qui satisd. cogan. Et ideò impetrans â Summo Romano Præside aliquod beneficium, si non exprimit se ab alieno episcopo fuisse promotū, illius impetratio subreptitia est iudicanda: quia si Pōtifex compertum habuisset, tonsuram nullam esse, ei non contulisset: vel saltim non ita de leui. capit. postulasti in fine, de rescrip. tradit Oldral. consil. 215. colum. penultim. Nam cùm iste quo ad se suspensus sit: priuatus est omni actu spirituali, tendēte ad sui commodum: vt scribit Anton. in dict. cap. fina & ob eā causam redditur inhabilis ad obtinenda beneficia capit. cum bonę, de ætate & qualit. Ita singulariter multis adductis rationibus & fundamentis consuluit Ioan. Cepha. consi. 682. per totum, vol. 5. quem vide.

Et ea ratione optimum erit consilium, vt is â Pontifice Summo literas impetret (*quas perinde valere vocant*) vt impetrantis ordinatio perinde valeat, si â proprio episcopo collata fuisset, & sufficeret sola signatura, & tunc nihil ei opponi poterit, quod fieri poterit, antequàm beneficium acceptet: posteâ vero in præiudicium alterius non valeret. Ita scribit Petrus Rebuff. in tractat. nominationum, quæst. 14. num. 42.

Extrauagans Pij secundi. De qua extrauaganti cōstitutione, vltra Doctores hoç capite ab authore allega-

Extrauagans constitutio Pij II. Pont. Max. quæ incipit. Cũ ad Sacrorũ ord. latissime interpretatur.

allegatos meminerunt Petrus Rebuff. qui ad literam eam refertin practic. benefic. in titulo, de clericis ad Sacros ordines malepromot. glos. 4. Didac. Couarru. in Clemen. si furiosus. 1. parte. relicti. §. 1. numero. 4. de homi. Domin. Soto in quarta distinction. 25. quæst. 1. art. 3. Grego. Lopez in. l. 28. tit. 6. part. 1. in verbo, *El beneficio*, Mart. Nauarr. in c. accepta. oppositione. 8. num. 34. de resti. spoli. & in manua. confess. c. 25. num. 70. Quæ hodie confirmata est nouissima Pij V. Pontificis Maximi constitutione, vt habetur inter suas Apostolicas sanctiones (quas motus propios appellamus) sanctione inquam. 22. fol. 14. Circa quam constitutionem, aliqua sunt consideratione dignissima, & vsu frequentia a candidis lectoribus notanda.

Primô, quôd eius dispositio minimè eum comprehendit, quoad forum enim conscientiæ, qui bona fide, & probabili ductus ignorãtia (puta ætatis) ordinibus fuit insignitus. Ita optime scribit Martin. Nauar. in d. c. accepta. oppos. 8. num. 32. Quia illa Pontificia constitutio his verbis vtitur, *Præsumpserit, &c.* quæ dolum significant, ex Cardin. sententia in Clemen. 1. quæst. 38. de priuileg. Idé sequitur ipse Nauarr. in manua. confessor. c. 27. num. 155. & secũdum istam opinionem ipse consuluit consi. 50. tit. de temp. ord. fol. 642.

Secundo, quôd is qui temerarie suspensionem illam contraxit, postea verô peccato iam per pœnitentiam purgato, bona & candida fide, existimans sibi licere celebrauit, irregularis nõ est. Ita Nauarr. in dicto capi. accepta. numero. 34. hoc ipsum intelligens, quoad forum interius & exterius modo probabilis ignorantia interuenerit. Idem Nauarrus. in dict. capit. 27. quod ipse probat ex his, quæ in simili voluit glos. in capit. solent. de sententent. excommuni. in. 6. in glos. pen. Quæ probat frequenter bonam fidem ab irregularitate excusare quam glos. Doctores ibi communiter amplectuntur, & eam nonnullis rationibus confirmat Nauarr. in. c. cum contingat remedio. 3. de rescrip. folio. 261. versi. Secunda decisio. Pro quo etiam iterum sunt ponderãda verba dictæ constitutionis. *Præsumpserit, &c.* quæ, vt dixi, dolum significant: vt tenet glos. in signis in extrauagã. iuncti. de elec. in verbò, præsumat. ita etiã dictam extrauagantem interpretatur. D. Couar. in d. §. 1. num. 4.

Tertiô, erit egregia illa constitutio interpretanda, quãdo quis Sacris ordinibus fuerit insignitus, secûs si ad minores tantum ordines fuerit promotus, tunc quidem pœnam illam suspensionis ipso iure minime incurrit: Ita scribit Nauarr. in manua. confesso. capit. 25. numero. 70. Idem Nauarrus consilio. 31 numer. 2. titulo de tempo ordi. & vltra cum idem scribit Petrus Rebuf. in benefi. pract. tit. de clericis, ad sacros ordines malepromo. glo. 3. n. 1. Quod ex d. extraua. manifestissime deducitur quę tantum loquitur de Sacris ordinibus, & nõ de alijs, & vnũ exprimendo, alterum negare videtur cap. nonne de præsun. l. cum prętor. ff. de iudi. & si voluisset in-

telligere de omnibus ordinibus dixisse t cap. ad audientiam, de decim. Maximè quia decretum illud odiosum & pœnale est, & ea ratione restringendum, reg. odia. de irregul iur. in. 6. cũ alijs Nec refragatur text. in cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. Si quidem in suo casu intelligitur, vt ibi Doctores not. & ita tenendum est, licet contrarium tenuerit Syluester, in summa, in verbo, irregularitas. quæst. 9. Peccauit tamen mortifere is qui male ordinatus fuit nec absque peccato potest prædictis minoribus ordinibus, vti donec quando ordinatio fuit ab alieno Episcopo facta â propio ratificetur vt scribit Nauar. d. consi. 31.

Quartò, nec illud est prætermittendum, quod suspensio illa quæ inducitur ex collatione Sacrorum ordinum si fieri contingerit ab alieno Episcopo, vel extra tempora ordinarij proprij arbitrio relicta est: ipse quidem eam tollere potest, cûm expedire iudicauerit. Ita sancitum est in Concilio Tridentino, sessione. 23. cap. 8. de reforma. Ex quo etiam colliges, suspensionẽ hanc ipso iure impositã esse, cûm per verba præsentis temporis inflingatur glos. not. in. l. si quis maior in verbo, infamia, iuncto tex. ibi in verbo, notatur. C. de transact. vbi Bar. Bald. Salicet. & Paulus de Castro, & alij recentiores notant glos. in. l. si quis in tantam in glos. magna, versiculo, Quarto quæro. C. vnde vi. vbi Bart. & Angel. colum. final, & in. l. sicut in verbo, minimè. C. de testamẽ. mili. & in. l. §. aficerentur. C. ne liceat po ten. Anton. in capitulo, accedentibus colum. penult. C. de priuileg. Dom. in capitulo. 1. in fine, de iniur. libro sexto. Abbas in capitulo cęterum. colum. 1. de rescrip. Deci. in authen. Cassa. colum. 1. C. de Sacro. Eccles. quam fatetur communem & receptam sententiam And. Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in verbo, reuertatur num. 21. C. de reuocan. dona. cui suffragatur text. in capit. excommunicamus de hæret. & tradit etiam Feli. in cap. Rodulphus. num. 28. &. 30. de rescrip. & sentit glo. in regula, in pęnis, de regul. iur. libro. 6. quam esse communem testatur Nauar. in manu. c. 27. num. 249.

Quinto, non incongrue controuerti potest, an is iudicandus sit irregularis qui contracta iam suspensione, de qua in dicta cõstitutione, si in eodem ordinis ministerio, in quo eam contraxit simul cum Episcopo (prout est de more) celebret: & verius esse prima facie ex eo videtur, eum ab irregularitate esse immunẽ. Tum quia actus ille non est diuersus, nec distinctus, ab ipsis Sacris ordinibus, & ex vno eodẽque actu non debet suspensionẽ & irregularitatẽ incurrere. Tũ quia ille non tam celebrat, quã cõcelebrat cũ Episcopo, nec Ecclesia ministeriũ hoc Sacrosanctũ ordinati, missam cõsueuit iudicare: sed eam quã ipse solus debita solẽnitate celebrat. Tũ conducit, nam si iste postquã fuerit presbyteratus ordine consecratus, inde recederet, absq; eo qđ tũc cõcelebraret, nõ vulgare scãdalum generaretur, & maximã notam contraheret, & eâ ad hoc sub irregularitatis pęna compel

lere,

lere nimis durum ne dicam inhumanum foret, & ideô censendum est legem cum tanta sui honoris iactura noluisse obligare. Tum hoc corroborat, quia extrauagans illa noua est decisio & pœnalis, vt supra dictum est, meritô igitur restringenda. Tum ne grauissimorum virorum testimonio & autoritate careamus, ita Pontificiam illam sanctionem interpretatur F. Bartholomeus a Medina, in summa. §. septimo. fo. 49 non tamen superioribus nostris rationibus innixus, sed vna vel altera ratione, frigide tacta.

Sed verius contrariũ ex eo cẽseo, quia cùm is simul cum Episcopo concelebret, atque ideõ actum exsequatur certo conuenientem ordini, id est, Eucharistiæ cõsecrationi non est ab irregularitatis labe immunis, sicuti notat, S. Thom. in. 4. distinct. 13. quæst. 1. art. 2. & in. 3 pa. q. 82. art. 2. D. Couarr. in. c. Alma mater. 2. par. §. 3. num. fi. de sent. excom. lib. 6. cui doctrinæ non vulgariter suffragatur, quia is qui furtim sine licentia Episcopi, vel approbatione examinatoris suscipit ordinem si prollata erat excommunicatio cõtra hoc facientes, prout de more fit irregularitatis labeaf ficitur glo. celebris in c. fin. de eo qui fur. ordi. susce. Abb. num. 4. Car. num. 1. in c. 1. coti. Nauarr. consi. 61. tit. de Simo. vno quidem & eodem actu contrahitur suspensio & irregularitas, sicut ex vno contractu nascitur obligatio & actio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. not. §. 1. insti. de action. & opinionem istam in proposita quæsti. tenuerunt viri grauissimi, cùm de disputatione hac inter nos sermo esset, nempe religiosissimus, pariterque doctissimus Magister Deça, Sacræ Theologię possessor insignis, & sanctissimę Societatis Iesu decus & ornamentum: nec non pater Gabriel Vazquez ipsius Societatis Sodalis Sanctimonia, & literis præclarus & pro ætate nemini secundus, qui nunc Romæ Sacratissimam Theologiã magno cum nomine publice docet.

Magister Deça, & P. Gabriel Vazquez Societatis Iesu.

Sextô prædictæ constitutioni adaptari potest alia interpretatio, vtrûm irregularitas quæ ibi iniungitur deleri possit a sacerdote, qui autoritate literarũ Apostolicarum facultatem habet absoluendi, a qualicunque censura & iuris esse certissimi existimo ei prohibitum esse, quod ex eo ostenditur, quia irregularitas nõ est censura, neque eius dispensatio necessaria est ad peccatorum absolutionem, & facultas illa absoluendi a cẽsuris & pœnis, quæ imponi consueuit in Apostolicis Bullis & Iubileis: solum quidem comprehendere videtur illas cẽsuras, & pœnas quæ peccatorum absolutionem impediunt, quia in illum finem dantur, vt ex Bullarum manifestissimis verbis apparet. Nunquam sane potestas absoluendi a peccatis extendi debet, ad irregularitatis dispensationem. Ita scribit Dom. & Ale. per illum text. in capit. miror. 50 distinct. Martin. Nauarr. in manual. confessor capitulo. 27. numero. 194. & latiûs num. 250. vbi fatetur ita in Romana curia seruari: & hoc tenendum est, licet contrariam opinionem tenuerit Domi. Soto de iust. & iure, libro 5. quæst. 1. articulo quarto, & in

4.senten.dist.22.q.3.art.1. Quē sequitur Anto.Cordoua, in suis quæstionibus quæst.144.

Septimo, illud est animaduertē dum, quod stante hodie Sacrosancto Conc.Trid.ses.irregularitatem contractam in casibus dictæ constitutionis, si occulta sit ab episcopo obtenta dispensatione modo ad forum exterius deducta nō sit, deleri potest, ita sancitū est in ses.24.c.6.de reform.

Octauo, nec illud prætermittā, quod si in actionibus forensibus & publicis Ecclesiasticis Tribunalibus obijciatur aduersus eū, qui Sacris fuit ordinibus insignitus, crimen aliquod ex eis quæ dicta extrāuaganti constitutione continentur per temporis antiquitatem, vel per integritatem ordinantis, vel ordinati omnia rectè & legitimè facta esse præsumuntur, & onus probandi cōtrarium transit in opponentem: ita Inno.& Host.in cap.innotuit de eo qui furti. ordi. suscep. vbi Anton.col.3.Petrus Fol. in practica crimi.cano.2. par.capit. 7. num.10.

F *Cogatur continere.* Vide Calderi.consi.vni.incip.quidam præsbyter.tit.qui clerici, vel vouen. Domi.Soto in.4.sent.dist.25 q. 1.art.2.Petrum Rebuff.in Pract. benefi.tit.de clericis, ad Sacros ordin.malè prom.glos.2.numero 10.

Ac simoniaco.

CAPVT, XXVII.

1 *Ordinatus à simoniaco, non recipit ordines exsecutionem.*



Recipiens ordines ab eo qui sit simoniacus, non recipit exsecutionem, [a] cùm ordinator nō habeat, nec etiam si ignoranter, nisi dispēsetur est eo, ita dicit glos. in capitulo. Per tuas, lo secundo, de simo.in glo.fin.in fine. Et notat Hostien.in summa, de temp. ord.§.A quo, versiculo. Quid si episcopum. Et tenent etiam Angelus & Syluest. in suis summis in verbo, irregularitas, in versiculo, Septimo quæritur. Tu vero vide notabilem distinctionē, quam facit Præpo.in cap. statuimus.lo.1.in fin.prima quæst.prima, vbi secundum eum multum refert, an quis ordinetur â simoniaco tolerato, quia tunc non est quod imputetur illi, licet sciat eum simoniacum, debet Sacramenta ab eo recipere, nisi esset notorium, vel testibus hoc posset probari. An â simoniaco pręciso, quia si ignoranter, ex pietate ecclesiæ habetur rata. Si sciēter & spontaneè, irrita est eius ordinatio. Si coacte, reus erit vsurpatæ dignitatis: si intra mensem cùm poterit, ad ecclesiā non redierit. Et vide Hostiens.in dicto.§.A quo, tenentem, quod si credo, vel scio episcopum simoniacum, non in suo ordine, sed in collatione ordinis, seu beneficiorū, si possum obtinere quod ab alio ordinet, hoc debeo facere, alioquin quamdiu toleratur ab ecclesia, & est occultus, secure recipio, si compellat me, nonobstante conscientia repugnante.

A *Exsecutionem.* Non tamen vtiliter, quod si episcopus non sit

sit publicus symoniacus, si aliquis inscio illo qui Sacris ordinibus est initiandus, vel sciente & contradicente aliquid illi dedit, vel promisit, non solum is qui ordinatur, recipit ordinis characterē sed eius exsecutionem. Ita tenet Bella. quem refert, & sequitur Card in. Alexander in capitulo, si quis. 1. quæstion. 1. & in capitulo statuimus, ibi, quidquid reclamet. glo. in dict. capitulo si quis. Imò nec soluendo postea illud quod se inscio promissum est, suspensionem aut excommunicationem incurrit. Ita Sylvest in summa, in verbo Simonia. quæstio. 8 §. 5. quem sequitur vir perpetua memoria dignus Martin. Nauar. in manu. confess. capit. 25. num. 68.

Declaratur conc. Trid. sess. 21. c. 1. de refor.

Et vide hodie ægregiam decisionem Sacrosancti Concil. Tri. sess. 21. c. 1. de reformati. vbi prohibitum est aliquid pro collatione quoruncunque ordinum recipi, nec etiam pro prima tonsura, vel literis dimissoris aut testimonialibus, nec pro sigillo etiam si sponte detur, recipi potest ab Episcopis, vel ab alijs ordinū collatoribus, vel eorum ministris: qui verò sanctionem illam violauerint, tam dantes quam accipiētes, vltra diuinam vltionem pœnas a iure impositas incurrunt. Notarivero in illis tantûm locis in quibus laudabilis consuetudo non viget, nihil accipiendi: pro singulis tantum literis dimissorijs, aut testimonialibus, decimā tantum vnius aurei partem accipere possunt, hac lege, vt nullum salarium pro suo munere exercendo, sit constitutum: tunc operam suam gratis præstare tenentur, quod si aliter fecerint supradictas iuris pœnas, ipso iure incurrunt,

Poterit tamen notarius, siue Tabellio post instrumenta confecta & post ordinum collationem ab ordinato, nulla promissione præcedente sponte oblata recipere: quia talis oblatio ex ambientis petitione non processit. capi. sicut Episcoporum. 1. q. 2. & vbi causa non adest, vitium non imputatur. cap. Neophitus. 61. dist. nam vbi cessat causa prohibitionis cessat prohibitio. l. 1. C. si rector prouin. tex. in cap. non debet. de consan. & affini. Ita nouissime tenet Balta. Altamir. in tracta de visitatione, in verbis concilij qualitercunque numero. 26.

Idem iure sancitum est inmedico, qui publicum stipendiū constitutum habet, ne quid ab ęgrotis recipiat, potest. b eis, post sanitatem restitutam sponte oblata recipere, vt singulariter scribit Ripa in tract. de pest. par. vlt. de remedijs, ad curandam pestē §. medicorum, n. 114.

Iudex vero an post sententiam possit aliquid a litigatoribus recipere. Vide Petrum de Anchar. consilio. 271. numero quarto: vbi in facti contingentia interrogatus consuluit, non vitiari ex hoc eius iuditium, nec crimen repetundarum contraxisse, sequitur Gem. in cap. statutum. §. insuper. de rescrip. lib. 6. Felinus in capit. tua nos. in fin. vers. limita. de Simoni.

(·:·)

Excō

Excommunicato.

CAPVT, XXVIII.

1 *Excommunicati vera conferunt Sacramenta.*

2 *Ordinatus ab excommunicato recipit characterem ordinis, non verò executionem.*

3 *Cum ordinato ignoranter ab excõmunicato, dispensat Episcopus: si vero scienter, solus Papa.*

1 EXcõmunicati vera cõ-
a ferunt Sacramenta, a dummodo in forma Ec clesiæ gerãt quod agũt
2 notat Hostien. in summa, de tẽp. ordinamentis. §. A quo, versiculo, Hæc igitur, & ordinationes factæ ab eis, si in forma Ecclesiæ fiant, ratæ sunt quo ad characterem irritæ vero, quo ad exsecutionem, secundum eum. Et vide eundem, in summa de ordinamẽtis, ab episcopo, qui renun. §. fin. vbi notat, quod si scienter quis recipit ordines ab episcopo excommunicato, indignus est dispensatione. Vide glosam in capitulo finali, de ordinamẽtis, ab episcopo, qui renunc. episc. Si ignoranter, potest cũ eo per proprium episcopum dispẽsari quo ad exsecutionem, quam in eum non transtulit episcopus excom
3 municatus Et vide Ang. in sua summa, in verbo, irregularitas, versicul. 30. incipi. Septimo quæritur, & Sylvest. in sua summa, in eodem verbo, in. §. Septimo quæritur, vbi tenent, quod ordinatus ab excommunicato incurrit irregularitatẽ, & quod si fuerit ordinatus ignoranter, dispen
b sat episcopus b tam in susceptis, quam in suscipiẽdis. Si verò scienter, solus Papa: & idem dicũt de ordinatis â schismaticis. Aduerte tamen, quod si proprius episcopus fuit ordinator, tunc videtur quod etiam cum ignorante non posset ipse dispensare, quia dispensaret super defectu proprio, & ideo etiam tunc videtur esse recurrendum ad Papam, vel ad Metropolitanum.

Sacramenta. Vide Fra. Domi. Soto in. 4. sent. dist. 25 q. 1. art. 1. Simo. Maio. de irregul. libro. 4. cap. 25. A

Exsecutionem. Adde tex. in cap. præter hoc. § verum. 32. dist. & in cap. 1. & 2. de schismat. & in c. cum illorum, de senten. excom. & in cap. 1. & vlt. de eo qui furti. ord. rece. & in c. 1. & 2. de ordi. ab episcop. qui renun. episc. quã esse communem sententiam fatetur D. Couar. in c. Alma mater. 1. par. relecti. §. 6. num. 6. de sen ten. excom. lib. 6. B

Dispensat Episcopus. Vide Host. in sum. tit. de ordina. ab episcop. qui renun. episc. in fine. Doctores in c. 1. de schisma præsertim Henri. & in dict. ca. cum illorũ. Vbi Doctores commu. tradiderunt, qui eos excipiunt, qui post ordinem ita susceptum, religionem profitentur: his sane, etiam scienter ordinationi & ordinum susceptioni operam dantibus, â proprijs Prælatis dispensatio potest indulgeri. Idemq; est, si post religionis ingressum id contingat. Quanuis Innocen. in dicto capitulo primo, de schisma scribit, collationem ordinum factã ab excommunicato vel excommuni- C

municato, probabili ignorantia excommunicationis, ita firmam esse, vt absque vlla dispensatione, eiusſi exsecutio permissa, quę opinio cõmuni Doctorũ suffragio reprobata est, vt dixi suprâ.

Hæretico.

CAPVT, XXIX.

1 *Ordinatus ab hæretico Episcopo, Ecclesiæ forma seruata, characterẽ ordinis recipit, nõ vero exsecutionem.*

1 ORdinatus ab Episcopo hæretico, forma Ecclesię seruata, licet recipiat ordinis characterem, a a non tamen exsecutionem, neq; Sacramenti gratiam recipit. Vnde tales non sunt ordinandi de nouo, sed habita dispensatione possunt in ordinibus ministrare, nisi quis ignoranter ordinetur. Si vero forma Ecclesiæ non seruatur, neq; ipsum characterem recipit. Probantur ista ex tex. & glo. quæ ibi notat Præpo. in cap. Qui perfectionem. 1. quæst. 1. Et vide Hostien. in §. A quo, suprâ allegato, in cap. proxim. ex quo etiam idem poteris colligere. Et vide Inno. in cap. 1. de schismat. & in cap. fraternitatis, de hæret. num. 2. & 4.

A *Characterem.* VIde sing. Hostien. in summa tit. de schismaticis. §. quid iuris. num. 4. Dom. Soto in. 4. senten. distinction. 25. q. 1. art. 1. Maiolum de irregulari. lib. 4. cap. 22 per totum.

Et à collatione ordinũ suspenso.

CAPVT, XXX.

2 *Ordinatus à suspenso non recipit exsecutionem ordinis, licet vere Sacramentum conferatur, Ecclesiæ forma seruata.*

ORdinatus â suspenso nõ recipit exsecutionẽ ordinis, a licet vere ille det ordines, si seruat formã Ecclesiæ, ita voluit Host. in sum. de temp. ordi. in. d. §. A quo in d. versi. Hæc igitur & Inno. in cap. fraternitatis num. 4 de hæret. & Angel. in sua summ. in verbo, irregularit. in. §. 30. inci. Septimo quæritur, quod transcripsit Syluest. in sua summa, in eod. verbo in. §. 7. quæritur. a

EXsecutionem ordinis. VI A de quæ in præcedentibus tribus capitibus dicta sunt. Et latissimê Domin. Soto in. 4. sententiarum, distinct. 25. q. 1. art. 1. Maiolum de irregula. lib 4 c. 24.

Et qui Episcopatui renuntiauerat.

CAPVT, XXXI.

1 *Ordinatus ab Episcopo, qui loco simul & dignitati renuntiauit, nõ recipit ordinis exsecutionẽ.*

2 *Cum quo tamen Episcopus poterit dispensare, nisi crasa & supina præcesserit ignorãtia, quia hoc casu Papa solus dispensat.*

3 Ig-

3 *Ignorantia probabilis quæ sit, vt Episcopus in hac suspensione possit dispensare.*

1 SVSCIPIENS sciẽter Sacros ordines ab eo, qui loco simul & dignitati Episcopali renuntiauit, exfecutione
a officij non habet, a vt in capit. 1. de ordi. ab Episcopo, qui renun-
2 tia. Episcop. Quando vero non scienter id fecerit, discretus Pontifex poterit dispensare, nisi crassa & supina fuerit ignorantia, vt ibi: quia tunc si talis ignorantia præcesserit, vel scientia, solus Papa dispensat, secundum Abba., ibi. Si vero ignorantia est probabilis, inferior potest di
3 spensare, secundum eum. Est autem probabilis ignorantia in ordinato, quando Episcopus renũtiauit incuria, & veniens dixit, quod non renuntiauit dignitati, vel omnino tacuit renuntiationem, vt not. Hosti. in summa de ordin. ab Episcop. qui renunt. in in. §. 1. versicul. Quid si â tali, per quem etiam vide, quid iudicabitur in dubio, quando simpliciter renuntiauit, de quo etiam per Abba. in dict. cap. 1. prope fin. qui referendo Philipp. & Host. concludit, quod tunc in dubio præsumitur renuntiasse loco tãtum, & non dignitati. Et vide Angel. & Sylvest. in suis summis, in verbo, irregularitas in versi. Octauo quæritur.

A NOn *habet.* Vide Hosti. in summ. tit. de schismat. § quid iuris num. 4. & Regiam. l. 22. titul. 6. part 1.

Interdictique tempore ad ordines sunt promoti.

CAPVT, XXXII. QVOD nouê æditum est.

1 *Sacramentum ordinis interdicti tempore ministrare potest.*
2 *Episcopus conferens ordines tempore interdicti, præsertim maiores irregularis efficitur.*
3 *Quid si minores ordines conferat.*
4 *Diaconi & Subdiaconi assistentes ordinum celebrationi dicto tempore an irregularitatem cõtrahant.*
5 *Episcopus qui interdictum decreuit, si non seruat, sed eo ordines conferet, irregularis efficitur.*
6 *Qui ad sacerdotium promouetur tempore interdicti irregularitatis labe afficitur.*

SAcramentum sanê or- 1
dinis nullo modo interdicti tempore minis trari permittitur: quod tenuerunt Inno. & Doctores in cap. non est, de spõsali, Anchar. in cap. Alma mater. col. antepen. de sent. excomm. lib. 6. Calderi. de Eccles. interdi. fol. 12. col. 3. & tenuerunt ex Theologis Floren. in 3. par. tit. 26. capit. 4. Palud. in. 4. sent. dist. 18. q. 8. artic. 2. concluf. 6. Sylvest. in verb. interdictum. 5. q. 7. quam opinionem communem esse fatetur D. Couar. in dicto capit. Alma mater. 2. par. relecti. §. 2. num. 4. eãque sequitur latissimê Mart. Nauar. in manuali confess. cap. 27. num. 17. Quæ communis senten

tia

cedit, etiam si immineat necessitas ordinandi Presbyteros, Diaconos, aut Subdiaconos, aliosve Ecclesiasticos ministros: vt scribit Sylvest. in loco præcitato contra Abb. in dict. cap. non est vobis. col. fin.

2 Ex qua iuris prohibitione procedit, Episcopum interdicti tempore ordines conferentem, saltem maiores & sacros irregularem esse. Tumquia celebrat missarum solennia, vt cap. sequenti post authorē diseruimus. Tum quia actum exercet, ordini Ecclesiastico competentem tempore prohibito, vt in eodem cap. trademus, cum ad Episcopalem ordinem ministerium Sacrorū ordinum pertineat, præsertim propter Episcopalem potestatē, necessarius est in ipso Episcopo sacer ordo, vt verē episcopus sit & postetatem indelebilem acquirat. glo. not. in cap. 1. de cleri. per sal. promot. & in capit. ex literis de excessibus Præla. vbi Abb. Quanuis opinio contraria verior multis videatur ex eo, q Episcopalis potestas indelebilis sit, & ab alijs officijs distincta, tametsi eam exercere non possit, qui presbyter non sit. secundū Ioan. Andr. & Doctores in dict. cap. 1. Sequitur Iacob. de concilio, lib 10. artic. 7. & esse hanc communem opinionem fatetur Abbas in dict. cap. 1. Couarr. lib. 1. vari. resolu. capit. 10. num. 15. Quo ad irregularitatem tamen incurrendam, in specie proposita nulli dubium esse potest.

Imō eandem irregularitatis la- 3
bem Episcopus contraheret, si tantum tempore interdicti, minores ordines, aut primam tonsuram conferret, vt ægregie probat D. Episcopus Couar. in dict. cap. Alma mater. 2. par. relecti. § 3. num. 4.

Sicut nec irregularis est qui cū 4
sit excommunicatus prima tonsura vel alijs minoribus ordinibus initiatur vt egregie scribit Naua. cons. 28. tit. de sent. excō.

Et non tantum episcopus irregularitate afficitur ordines interdicti tempore conferens, sed etiam Diaconi, vel Subdiaconi, qui vestibus sacris induti hùic ordinum celebrationi coadiutores exsistunt, & ea munera administrant, quæ in libro Pontificali continentur. Exercent quidem isti tempore prohibito, quæ certo ordini ecclesiastico conueniunt, & ideo manifestissimum est, irregularitatem effugere nō posse.

Erit quidem episcopus irregu- 5
laris, qui interdicti tempore ordines confert, etiam si ipse interdictum decreuerit, nam illud seruare debet, vel tollere, aut suspendere, tex. in cap. vlt. de priuilegi. libro sexto, notat expresse Calderi. de ecclesiasti. interdict. memb. 5.

Nec etiam ab irregularitate immunis erit episcopus, qui Sacros aut alios ecclesiasticos ordines contulerit in illis diebus festiuis, qui speciali iure ad diuina munera celebranda excipiūtur in capite Alma mater. §. in festiuitatibus. de sententia. excommunic. libr. 6. ita scribit Palud. in. 4. senten. d. 18. q. 8. artic. 2. in princip. conclu. 6. quem multi sequūtur, quos refert insignis D. episcopus Coua. vbi paulo ante allegaui.

Qua

6 Qua sane irregularitatis labe is etiam afficitur, qui interdicti tempore ad sacerdotij ordinem fuerit promotus, ea quidem ratione potissima, quia simul cum Episcopo concelebrat: exsequitur quidem is actum certo ordini Ecclesiastico competentem, nempe sacratissime Eucharistiæ consecrationem, vt scribit San. Thom. in. 4. senten. distinct. 13. quæst. 1. artic. 2, quæst. 2. idem in 3. par. quæst, 82. artic. 2. Palud. in 4. senten. distin. 23. q. 4. artic. 2. Quibus placet permissum esse ordinatis cum Episcopo ordinãte, corpus Christi conficere, & ita apud quasdam Ecclesias vsu obtentum est. Nec hoc alicui mirũ esse debet: nam Inno. Tertius de officio missæ, parte. 3. cap. 9. scribit cõsueuisse Presbyteros, Cardinales, Romanum Pontificem circunstare, & cum eo simul celebrare, & corpus Sacrosanctum Saluatoris nostri conficere, & postea Eucharistiã â summo Præside accipere, Apostolos Domini referentes, qui cum eo pariter discumbentes ab ipso Eucharistiam receperunt.

Suspensionis, excommunicationis, ac interdicti censura nodati.

CAPVT, XXXIII.

1 *Excommunicatus maiori excommunicatione, vel interdictus, aut suspensus ab homine, celebrans est degradandus.*

2 *Crimen omne irregularitatem inducens meretur depositionem.*

3 *Excommunicatus minori excommunicatione, vel à beneficijs suspensus, si celebrant, irregularis nõ est.*

4 *Irregularitas licet contrahatur in casibus ipso iure, pœna tamẽ depositionis, qua irregulares puniuntur, imponitur per sententiam.*

EXcommunicatus maiori excommunicatione, a vel interdictus, b aut suspensus c ab homine, diuina officia celebrans, in ordine suo degradandus est. Hanc conclusionem ponit Host. in sua summ. in tit. de cleri. excom. minist. in col 1. alleg tex. in cap. Latores eod. tit. ex quo textu. ibi Abb. in. 2. nota. colligit argumẽtum, quód omne crimen inducẽs irregularitatem est depositione dignum, de quo se remittit ad notata in cap. Dum non ab homine. & in capit. At si clerici. de iudi. Suspensi verò a canone, puta minori excommunicatione nodati, vel suspensi a beneficijs, & nó ab officijs celebrantes non incurrunt irregularitatem, d & si grauiter delinquant. e Idem Hostien. vbi supra colum. 2. Et quia suspensio se habet multipliciter, vide bonam distinctionem. Abb. in cap. fin. de cleri. commu. depo si. minist. Ex qua colliges, quando suspensus celebrans sit irregularis, vel non. Et vide etiam Archi. Floren. in. 3. parte. tit. 28. ca. 1. §. 1. vbi hoc bene examinat. Et nota, quòd licet irregularitas cõtrahatur in casibus ipso iure, tamen pœna depositionis, qua punitur irregularis, infligitur per sententiam vt not. Ioan. Andræ. in cap. 3. de cleric. excommunic. minist.

a 1
b a
c b
2
3
d c
4

miniſt. quem ſequitur Turrecre ma. in capit. ſi quis Epiſcop. 11. quæſt. 3.

A *Maiori excommunicatione.* Adde veram huius rei rationem eſſe, quia excõmunicatus maiori excommunicatione ligatus ordine Sacro præditus, quo ad ſe & quo ad alios ipſo iure ſuſpenſus eſt. Et ideo ſi de facto celebrauerit, ex vulgatiſsima iuris regula, irregularitatis vitio notatur. text. in cap. 1. de ſent. & re iudi. lib. 6. c. 1 c. is cui, de ſent. excom. eo, libr. cap. illud. c. fraternitati. c. vlt. de cleri excom. miniſt.

Et non ſolum, quando excommunicatus maiori excommunicatione affectus celebrat, irregularis eſt: verum etiam ſi celebrationi authoritatem præſtat, quia epiſcopus eſt, & audit miſſarum ſolennia, text. optimus. in cap. illud, de cleri. excom. miniſt. gloſ. in Clem. 2. in verbo, celebrari, de priuileg. quam commendat Abb. in dict cap. illud. Franc. in dict. cap. 1. de re iud. lib. 6. Card. Imo. & Doctores, in d. Clem. 2. Gonſa. â Villadiego, de irregular. cap. 2 col. 3. D. Couar. in capit. Alma mater. 1. par. rela. §. 6. num. 9. Quam opinionem communem eſſe fatetur ægregius vir Marti. Nauar. in manu. confeſſo. cap. 27. num. 244. Dicetur quidem hoc caſu authoritas præſtari, quando epiſcopus excommunicatus facit, & iubet, coram ſe ipſo Miſſam celebrari, idem notauit Hoſt. & Doctores in capit. tanta, de exceſsib. Prælato Socin. in cap. ad audientiam. num. 25. de homi:

Quibus illud addẽdum eſt excommunicatum celebrantẽ irregularẽ eſſe, etiam ſi nondum fuerit denuntiatus, ea potiſsima ratione, quia conſtitutio Pontificia incip. ad euitanda ſcandala, nullã vtilitatem vel commodũ affert ipſis excommunicantis, & ideo ipſius ſanctione iuuari non poſſunt, vt ſcribit ægregiẽ D. Couar. in dict. cap. Alma mater. d. §. 6. num. 9. & §. 2. num. 11.

Corã excommunicato celebrans non efficitur irregularis, niſi in caſu notabili.

Clericus vero, qui nulla affectus excõmunicatione, corã excommunicatis ſciens celebrauerit, irregularis non eſt: quanuis grauiter delinquat, text. in dict. c. is cui, de ſent. excommu. in. 6. quod longa manu pertractauit D. Couar. dict. §. 6.

Vno tamen caſu ſingulari, clericus efficeretur irregularis, quãdo coram epiſcopo nominatim excõmunicato celebraret, & in benedictionibus illi annuat, vt de more fieri ſolet, ex gloſ. in c. ecce. 95. diſt. Vnde talis epiſcopus & Sacerdos, irregularitatis nota afficiuntur, cũ eiuſdem criminis participes ſint, vide gloſ. not. in Clem. in Archiepiſcopatu, in verbo, celebrari, de priuil. Abb. in c. fin. de exceſ. præ. Maiolum de irreg. lib. 3. c. 21. n. 20.

Procedit etiam præcedens ſententia in tantum, quod etſi excõmunicatio iniuſta ſit, ſi is in quẽ prolata fuerit celebrauerit, irregularitatis labem contrahit. glo. not. in cap. poſtulaſtis, in verbo, ſpoliandi, vbi Abb. & Doct. de cleri. excõm. Abb. in cap. 1. not. 1. de Simo. S. Tho. & alij Theolog. in 4. ſenten diſtinct. 18. q. 2. art. 1. ad quar. quæſt. Sylueſt. in ſum. in verb. correctio. §. 9. ſi ta-

mẽ iniuſte excõmunicatus abſq; ſcandalo celebrauerit, in animæ iudicio pœnam nullam incurrit. Ita tenet Caiet. in. 2. 2. quæſt. 70. artic. 4. Adria. in quodlib. 6. artic. 1. colum. 1. & in. 4. ſenten. 4. quæſt. de confeſſ. Ioann. Drod. de lib. Chriſti. pagin. 235. D. Couarr. d. §. 7. Domin. Soto in. 4. diſtin. 22. q. 1. art. 1.

Eſt tamen circa hoc mirum in modum aduertendum, quod tũc is innodatus eſt excommunicatione, & celebrat, vel alium actũ exercet irregularitatem contrahit: quando talis actus, alicui ordini Eccleſiaſtico competit, quẽ is qui exercet, habet, a cuius vſus exercitio ſuſpenſus eſt. Sic tradiderunt Inno. & Doctores incap. vlt. de exceſ. prælat. gloſ. in verbo, præſumpſerit in cap. 2. de cleri. excommu. miniſ. vbi Ioannes Andre. Card. Ancharra. & Abb. in capit illud vbi gloſſ in verbo, officia. eo. tit. Henri. in capit. vlt. eodem etiam tit Nicol. Ploui. in tract. de interdict. regu. 29. & in tractat de irregul. 45. & ſequen. Sylueſt. in verbo, interdictum. 5. q. 4 Ioan in ſumma confeſſ. 3. libr. tit. 32. Calderi. de Eccleſ. interdict. mẽb 6. Gonſa. a Villadiego de irreg. cap. 2. idem etiam ſcripſit Inno. in cap. 1. de ſenten. excõ. lib. 6. quam opinionem cõmunem eſſe fatetur D. Couarrub. in dict. cap. Alma mater. 2. par. relect. §. 2. nu. 3. cui ſuffragatur tex. in capit. is cui ibi in ſuo officio. & in. c. is qui §. vlt. ibi, *Celebrat.* de ſent. excõ. lib. 6. ex qua quidẽ veriſsima & communi regula, alia pro eius ornatu animaduerti poſſunt.

Primô nõ eſſe irregulares eos, qui maiori excommunicatione innodati, reçitant aliquas horas etiam canonicas, & reſponſoria ad mortuorũ ſepulchra, aut Pſalmos in choro cantant, eo modo quo laici facere conſueuerunt. Ita poſt Sanctũ Thomam, & Antonius. tenet inſignis Martin. Nauarr. in manua. confeſſo cap. 27. nu. 244.

Secundo non ſufficere ad irregularitatis labem incurrendam quod actus Eccleſiaſtico ordini competens, ab excommunicato, qui eo ordine prædictus eſt celebretur, ſed neceſſarium eſſe, talẽ actum ſõlenniter fieri, & ea ratione qui Epiſtolam, aut Euangelium dicit, ſine apparatu ſolito, non eſt iudicandus irregularis. Ita bene aſſeuerat, Martinus. Nauarro. in loco nouiſsime allegato.

Tertio, non eſſe laicum vel fœminã irregularem, ſi poſt excommunicationis ſententiam, alicuius Eccleſiaſtici officij munus exercuerint, laicus quidem Eccleſiaſtico ordine caret, fœmina vero ordinis incapax eſt, & ideô vẽ irregularitas hoc caſu conſtitui nullomodo poteſt. Ita not. inſignis Couarr. in Clem. ſi furioſus 1. part. relecti. §. 1. nu. 1. licet ipſe in ſuſpenſione loquatur, eadem tamen ratione in excommunicatione hoc erit aſſeuerandum.

Quarto, clericum excommunicatum, & ob eam cauſam â Sacramentorum collatione ſuſpenſum, irregularem non eſſe, ſi ea contulerit, ea ſolennitate & forma qua laici conferre potuiſſent nẽpe ſi aliquem baptizent, ſecundum ritum quo laiçi quandoque

ſolent

solent Baptismi Sacramentum conferre, secundum Inno. in dicto cap 1. de sent. excomm. lib. 6. secus tamen erit, si solemniter eo modo, quo clerici solent, baptizent. Ita Henri. in cap. vlt. Nicola. ploui. de irregu. reg. 48.

Quintó, non esse irregularem eum qui maiori excommunicatione affectus, iudicat, visitat, castigat, præsentat, eligit, & confirmat quemadmodum ex prænotata conclusione deducitur, hæc quidem ad diuina munera nó spectant, & nullibi cauetur quod ex his actionibus irregularitatis labes incurratur, & non est ideò dicendum, capit. legatur. 24. q. 2 cap. is cui. de sent. excom. lib. 6. Nauar. d. c. 27. num. 244.

Sexto, ex præscripta regula, & ex eius ratione deducitur clericum excommunicatum, suspensum, aut interdictum irregularé non esse, etiam si Sacraméta percipiat. Nam ipsa Sacramétorum perceptio, non pertinet speciali iure, ad aliquem ordinis Ecclesiastici actum, quandoquidé laicis competit Hæc est omniú cómunis sententia, vt testatur Couar. d. §. 1. nume. 1. Fateor tamen clericum istum, grauissime arbitraria pœna ab Ecclesiastico iudice puniendum esse.

Excusabitur tamé clericus excommunicatus celebrans, ab irreguiaritatis pœna, quando legitima ignorantia excommunicationis id fecerit. text. not. in cap. Apostolicæ. de cler. excommu. minist. Regia. l. 21. titu. 9. parti. 1. Collatio tamen Ecclesiastici beneficij excommunicato facta, etiam ignaro excommunicationis, nulla est. gloss. not. & ibi Abba. & Cardina. in capi. pende cleric. excommu. minist. Doctores in cap. pastoralis. §. verum de appella. quam opinionem communem esse fatentur Martin. Naua. in manuali confess. cap. 27. num. 271. D. Couarr. in dict. cap. Alma mater. 2. part. relecti. §. 7. numero. 3. Nam licet ignorantia excuset â pœnis â iure statutis, aduersus excommunicatos aliquid prohibitum facientes, non tamen efficit eos acquisitionis capaces, contra iuris prohibitionem, de qua in capi. Postulastis. de cleri. excomm. minis. cum alijs. Nec sufficeret probari ad beneficium obtinendum, testimonio confessoris absolutionem ab excommunicatione fuisse impartitam. Ita sing. tenet Calderi. consilio 2. incip. an si opponatur. tit. de test: Sequitur Petrus Rebuff. in concordia. in forma manda. Aposto. verbo, absoluentes. fol. 551. Quod nota quia vidi hoc cótrouersum in causa maximi ponderis. Ad fugiendas tamen cótrouersias, quæ circa hoc solent contingere in Romana curia, moribus receptum est, vt quoties fit alicuius beneficij collatio, aut dantur literæ ad beneficia dãtur etiam absolutio impetranti ab excommunicatione, ad illum tantum effectum, vt testantur Ioann. Staphil. us de literis gratiæ, & iusti. fol. 82 Felin. in cap Apostolicæ. col. 1. de excep. Hierony. Gig. de pensioni. q. 14 Petrus Rebuff. in concor. tit. de excó. non euitandis. Nauarr. d. cap. 27. num. 271.

Absolutio ab excommunicatione, solo testimonio confessoris, minime probatur.

Est etiam ab irregularitate immunis, qui post excommunicationé quæ nulla est celebrat tex.

Celebrãs post excõmunicationẽ quæ nulla est, nõ contrahit irregularitatẽ.

not. in. c. non debet. 11. q. 3. *Non debet* (inquit) *is pœnam sustinere excommunicam, in cuius damnationem, non est canonica prælata sententia.* Excommunicatio sanè quæ nulla est, non debet timeri. capit. cui. 11. q. 3. Nec debet ea sententia appellari, quæ nulla est, quia sententiæ effectus non parit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & sicut caret iuris effectu, sic authoritate & nomine rei iudicatæ carere debet. Clem. Pastoralis. §. vt igitur. de re iudic. ea ratione, iudex qui sententiam nullã protulit, litem suam non facit. glo. sing. in l. fin. in glo. 1. ff. de vari. & extraordi. cogni. & hanc sententiam tenuerunt in specie proposita glo. Hugo. Domi. & vterque Cardi. in. c. 1. 11. q. 3. Hosti. in summa, tit. de sent. excommu. §. quis sit effectus. versi. hæc vera & in tit. de clerico, excomm. §. qualiter excusetur Abb. in ca. per tuas de senten. excomm. S. Thom. & Theolog. in. 4. sentẽ. distin. 18. q. 2. art 4. quæst. 4. Diuus Anton. 3. partit. 24. cap. 73 ad finem. Et hanc opinionem cõmunem esse asseuerat. Martin. Nauar. in. d. cap. cum contingat remed. 3. D. Couar. in. d. cap. Alma mater. 1. par. §. 7. nu. 7. Et plures casus in quibus sententia excommunicationis nulla est ipso iure, congessit glo, in cap. præsenti. de senten. excommun, lib. 6 & in capi. reprehensibilis de appella. Nauarr. in manu. confess. cap. 27. num. 4.

Illud verò certissimum esse cẽseo: clericum contra quem lata fuit excommunicatio, quæ nulla est cum maximo populi scãdalo celebrante, mortalem culpã ob scandãlum contrahere, & ab ordinario arbitria pœna puniendũ esse. Ita tenet Palud. in d. dist. 18 q. 1. col. 3. vbi Gab. q. 2. colu. 11. quod sæpe numero in controuersijs forensibus receptum vidi.

Celebrãs post appellationem irregularis iudicãdus nõ est

Nec etiam clericus irregularis est censendus, qui post appellationem etiam illegitimam, ab excommunicationis sententia, contra se latam existimans validam esse eius appellationem, ante absolutionem celebrauerit, etiam si postea pronuntiatum fuerit, eam appellationem firmitatẽ non habuisse glo. sing. in c. solet in verbo, in officijs de senten. ex com. lib. 6. vbi Perusi. & Probus & communiter omnes sequũtur eam. & valde commendat in sig. Nauar. in dict. cap. cum contingat d. remed. 3 col. 2. Couarr. d. §. 7 & merito ab omnibus Doctoribus approbata & receptaest Quanuis in animæ iuditio siquis nosset vel nosse deberet, eius appellationẽ minus iustam esse coram Deo, nõ esset immunis, teste Nauar. ibi.

Notaca- suus sing. ad liberã dum pensionariũ, ab excommunicatione quã do statuta die nõ soluit.

Erit similitet a birregularitatis labe liber pensionarius, contra quem excommunicatio lata est ipso iure, in casu, quo certo tẽpore, pensionẽ cõstitutã non soluet, nã si lapso termino, ante solutionẽ celebret, irregularis nõ est antequãm ille cui debetur declaret, se velle illã esse incursã: illo vero lapso mẽse, vel anno, declarãte, incursa cẽsetur excõmunicatio â termino elapso quãuis si antequãm declaret, pẽsionẽ recipiat, vel moriatur, vel cõcordia fiat, vel pẽsionarius extremũ diẽ clauserit nõ cẽsetur incursa. Ita tenet Cassado. deci. 2. n. 3. tit. de

loca-

locato, vbi fatetur seruari in Romanæ curiæ Summo Prætorio. Idem tenet ipse decis. 3. eo titulo. num. 4. & decis. 4. num. 1. & 9. ibi sequitur Martin. Nauar in Manu. ca. 23. num. 103.

Clericus maiori excommunicatione innodatus in mortis articulo potest absolutionẽ indulgere.

Excusabitur etiam ab irregularitate clericus, qui excommunicatione maiori innodatus, constitutum in mortis articulo absoluerit, maximê hodie authoritate Concilij Tridentini, sess. 14. cap. 7. in hæc verba: *In articulo mortis, omnis sacerdos quoslibet pœnitẽtes à quibuslibet peccatis, & censuris, absoluere potest.* Probabiliter quidem credi potest, piam matrẽ Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisdictionem â peccatis absoluendi, quo ad talis articuli tẽpus. Fateor tamen, quod ante concili contraria opinione cepta erat quam tenuerat glos. not in c. præterea â §. per manus. 32. distinct. ibi communiter Doctores sequuntur Abb. & Præp. in cap. non est, de sponsal. & cõmunem esse testatur Nauarr. in Manu. confess. cap. 26. num. 27. & in cap. 1. num. 87. de pœni. distinct. 6 ipse verô in dict. Manuali cap. 27. num. 271. nostram amplectitur opinionem dicens contrariam tenuisse. d capit. 26. immemor decisionis dicti Sacrosancti Concilij, quæ singularis est, & interpretatio, & summê notanda.

Casus notandus.

Sed vtrûm Parochus excommunicatus, occulte tamen, possit parœcis suis Sacramenta conferre vide Domi. Sot. in. 4. sent. dist. 22. art. cap. 4. col 4. tenentem ei licere, ea ratione innixus quod creditor potest ab excommunicato debitum suum petere: & hic illi sine peccato soluere &c. intelligimus, de iudi. c. siverô, de sent. excommun. sicut non peccat celebrando ille qui homicidium occultissimum perpetrauit, præmissa iusta contritione & confessione, ante irregularitatis dispensationem: vt optimê scribit Martin. Nauar. in Manu. cõfess. capit. 27. numero. 239. Et licet multis viris doctissimis periculosa opinio hœc videatur, quia noua & â nullo Theologo, nec Sacræ Canonicæ legis perito assерta: eam tamen verissimam esse censeo, de qua latiûs legẽdus est. Idem Nauar. in tract. de oratione & horis cano. cap. 22. numero. 7.

Interdictus. Interdictum quidem Ecclesiasticum, non tantum in locum, sed in personam, quo ad certum actum, aut quo ad certam & particularem actionẽ ordinis imponi posse, manifesti iuris est, vt si quis á celebratione missarum, Ecclesiæ ingressu, aut â Sacramenti pœnitentiæ collatione interdicatur. tex. & ibi traditur in. c. significauit, de corp. vici. not. late Calder. in tract. de Ecclesiastico interdi. fol. 5. col. 2. Deci. in cap. sane. num. 4. de offici. delega. Marti. Nauar. in manual. confess. cap. 27. num. 164. Domi. Soto in 4. sent. dist. 22. q. 3. art. 1. Vnde dubium non est, quod is qui à Missarum celebratione interdicitur, si de facto celebrauerit irregularitatis nota afficitur vt cũ alijs hoc loco tenet author, idẽ est si Ecclesiæ ingressus alicui fuerit interdictus: nã si intra illam diuina solennia celebrauerit irregularis est. Nec potest in Ecclesia sepeliri, nisi pœ- B

nituerit,& cum signis contritionis & pœnitentiæ decesserit tex. not. in cap. iscui. de sent excom. lib. 6 vbi Ioann. And. Frã. & Doctores not. Poterit tamen is absque irregularitatis metu extra Ecclesiam diuina officia celebrare, glo. not. in dict. c. is cui. & in cap. vlt de offic. ordi. l. 6. Inno Henri. Abb. Felin. n. 8. in capi. sacro. de sent excommuni. eamque sequitur (vir ætate inferior, literis tamen & eruditione antiquis æquandus) Marti. Nauar. in manu. confes. cap. 27. num. 170. D. Couar. in cap. Alma mater. 2. par. relecti §. 1. nu. 3. de senten. excom. li. 6. quæ communis & verisima opinio probatur in cap. præsenti 5. q. 2. Est etiam ei permissum Ecclesiasticam iurisdictionẽ exercere, si quidem ea suspensus non est. glo. in verbo, interdictum in d. c. sacro, quam Doctores ibi cõmuni consensu sequuntur Abb. in c. ab excommunicato. col. 4. de rescrip. Ioan. Miles in repertorio, in verbo, suspensus. Est ei licitum Ecclesiam introire & orare, quando diuina munera nonce lebrantur. glo. sing. quæ loquitur in excommuni. in cap. qui studet 1. quæst. 1. Inno. in cap. nuper de sent. excommu. nõ tamen potest sacra audire. Ita Domi. in dict. c. is cui. quam opinionem communem esse testatur eam, sequutus Nauarr. vbi supra allegaui.

Notabis etiam circa hoc, quod generaliter per quodcunque interdictum prohibita sunt diuina solennia, sacramenta, nec non Ecclesiastica sepultura (his exceptis) quæ iure permittũtur. Ita colligitur ex cap. fin. de excess. lib. præla. capit. non est. de sponsali. capit. quod in te. de pœnitent. & remis. cap. responso. de sen. excõmun. c quoniam. cap. fin. de sent. excommu. lib. 6.

Ex quo manifestê sequitur, violantem Ecclesiasticum interdictũ irregularem esse. text. not. in capite. 1. de reiudi. lib. 6. cap. 1. cap: Is cui. §. vltim. de senten. excom: eo. li. Regia lex. 18. tit. 9. parti. 1. & ibi noster Gregori. in glo. *Irregulari*. Non tamen irregularitas contrahitur, per quencunque actum, nisi per alicui ordini competentem, quem is qui exercet habet. Ita singu. tenet Innocent. in capite vltimo de excess. prælato. quam supra multis comprobaui mus.

Sed quæstionis est, vtrum qui tempore cessationis â diuinis celebrauerit irregularis iudicaride bet, in qua glo. not. & communi ter a Doctoribus recepta in cap. si canonici de offici. ordi. in. 6. in ea est opinione, vt existimet, eum irregularem non esse. Idem in cessatione generali respondendum est, etiam si ab eo decreta sit, qui interdicti sententiam iure poterat pronuntiare. Innocen. numero. 3. vbi Abbas, Anton. Præpo. Fran. & communiter omnes in capite dilectis de appellati. Idem Innocen. numero. 4 in capite. irrefragabili. de offi. ordin. Syluest. in summa, in verbo, cessatio. §. vltim. & in verbo, interdictum. 1. §. 1. Cardinal. & Imol in Clement. 1. §. cessationis. de senten. excommu. vbi Boni. num. 9. Martin. Nauarr. in manu. confess. cap. 27. num. 188. Cõtrariam tamen opinionem in cessatione generali ab eo imposita, qui poterat interdicere; tenet

Celebrãs tẽpore cessationis à diuinis an sit irregularis

Ioan.

Ioann. And. in capitulo, si cano nici. de officio ord. in. 6. Idé vbi Inno. in cap. non est vobis, de spensali. vbi Præpo. col. 4. Feli. in cap. irrefragabilis. §. cæterum, de offici. ordi. Ang. in summa, in verbo, cessatio. Floren. in. 3. parte, tit. 26. cap. 3. colum. 2. Primã tamen sententiam magis communem & benigniorem esse profitetur D. Couar. in dict. cap. Alma mater. 2. part. relict. §. 2. num. 3. Licet assueueret fortasis posteriorem esse veriorem considerata, & perpensamente Sacrorum canonum prohibentium Ecclesiasticæ censuræ violationem. Ipse vero non auderem â prima opinione recedere, quæ vt cõmunior ita & verior est, cui suffragatur tex. in dict. c. is cui, de sen. excomm. lib 6. quod sancitum est, non esse quenquam irregularem censendum, nisi in casibus iure Pontificio diffinitis: nullus tamen locus Sacrorũ canonum expressus reperitur, quo irregularitas in hoc casu infligatur, igitur statuẽda non erit. Nã licet in Clem. 1. de senten. excõmun. cessatio generalis Ecclesiastico interdicto, quo ad eius obseruationem & violationem cõparetur, illud in vniuersum non est, sed quo ad illam excommunicationem tantum.

C *Suspensus.* Vide authorem nostrum infra capit. 122. num. 4. & quæ post eum scripsi.

D *Irregularitatem.* Vide tex. in. c. si celebrat, de cleri. excom. minist. l. 5. tit. 9. par. 1. & l. pen. eo, tit. Et ratio huius decisionis est, quia excõmunicatus minori excommunicatione, non est ab aliquo actu ordinis Ecclesiastici suspensus, quia Sacramentorũ perceptio, non pertinet ad aliquẽ actũ ordinis, & hac ratione prohibitus Sacramenta percipere, minime ab aliquo actu ordinis suspensus est. Et ea potissima ratione irregularis non est iudicãdus: tametsi Sacramenta percipiat: est quidem necessarium, vt quis efficiatur irregularis, quod sit suspensus ab aliquo actu ordinis, quem is qui illum exercet, habet. Quæ opinio communis est, vt supra ostendimus.

Delinquat. Vide text. in d. c. si celebrat, ex quo cum vtatur dictione *Grauiter.* manifestẽ colligitur clericum minori excommunicationis vinculo innodatũ, ante obtentam absolutionẽ, diuina celebrantem solennia: mortalem culpam contrahere, quod ibi Doctores communi consensu notant, & probat Regia lex 6. tit. 9. partit 1. Caietan. in summa, in verb. excommunicatio minor. Syluest. in verbo, excommunicatio. 4. in prin. not. 3. Cuius ratio manifesta est, quia excommunicatus qui sic celebrat contrauenit speciali præcepto, quo prohibetur Sacramentum percipere: si vero talis excommunicatus Sacramenta non percipiat, sed solum conferat: venia li tantum peccato afficitur, quod insinuare videtur text. in. 2. sui parte in dict. c. si celebrat qui omissa dictione, *Grauiter.* Simpliciter hunc peccare asserit, sentire videtur: hoc veniale peccatum esse, non mortale, & ita illum tex. ad hoc perpendunt Anchar. ibi, & Caietan. in dicto verbo, excommunicatio minor, Sylueſt. d. not. 3. D. Couar. in dicto

E *Tex. celebris in c. si celebrat, de cleri. excom. vel depos. minis. interpretatur*

cap. Alma mater. 1. parte. §. 8. n. 2. Domin. Soto in. 4. senten. distinct. 22. quæst. 1. art. 11. Quanuis Sylueſt. in dict. ſumma, in verbo Excommunicatio. 4. in prin. aſſeueret mortale crimen hoc caſu committi. &. d. Regia lex. 61. & opinionem iſtam ſequi videtur Doctiſs. Couar. in dicto numer. 2. Tamen ægregius Marti. Nauar. in manua. confeſſ. capit. 27. num. 24. Cæteris melius hãc controuerſiã reſoluit exiſtimãs, nullum peccatũ committi, quod ea neruoſa ratione probat: nam cum Sacris Canonibus excommunicatus, minori excommunicationis vinculo ligatus, tantum ſeparatus ſit â Sacramentorum participatione paſsiua. Manifeſtẽ ſequitur, poſse abſque alicuius crimini reatu, Sacraméta miniſtrare, ſi dando non ſuſcipiat. Et ea ratione â peccatis poteſt abſoluere, quia id dare eſt, nó vero accipere, & poterit infirmis Sacramentum conferre, abſque Miſſæ celebratione, nec non ab excommunicatione abſoluere.

Nec his refragatur text. in. d. cap. ſi celebrat, in dict. ſecunda parte, quia quatenus dicit, excõmunicatum minori excommunicatione conferentem Sacramenta peccare, intelligi debet: de illa collatione quæ fit vna cũ participatione, nam aliâs tex. ille eſſet ſibi contrarius, cùm expreſſe ibi diffinitum ſit talem excommunicatum, â ſola Sacramentorum participatione eſſe ſeparatum. Et iſte eſt germanus intellectus illius text. qui ex mente Hoſti. & Anchar. colligitur. Qua ratione clericum minoris excõmunicationis vinculo ligatum, qui Sacramenta contulerit, ſi ea minime ſuſceperit, nullũ crimen commiſiſſe iudicandum eſt. Et ideo in publicis Eccleſiaſticis tribunalibus accuſari non poteſt, & ita non ſemel obtinuiſſe in publicis cauſarum actionibus ſum memor.

Non ieiuni.

CAPVT, XXXIIII.

1 *Sacramenta altaris non debent, niſi à ieiunis hominibus celebrari.*
2 *Clericus non ieiunus celebrãs, cui pœnæ ſit obnoxius.*
3 *Somnus non eſt de ſubſtantia digeſtionis.*

SAcramenta altaris non niſi a ieiunis hominib⁹ celebrari a Carthagi- a nienſi Concilio prohibitum eſt, quod fuit tranſcriptũ a Gratiano in cap. Sacramenta, de conſec. diſt. 1. Contra facienti autem nulla ibi pęna ſtatuta fuit. Qui autem poſt cibum & potũ etiam minimum diuina celebrauerit, excommunicationi ſubiacebit: vt in Concilio Toletano. 7. in canone. 2. quem retulit Gratia. in cap. nihil. 7. quæſt. 1. in. §. nullus poſt cibum. Conciliũ tamen Bracharenſe ſecundũ in canon. 10. ſeuerius animaduertit, diſponẽs quod presbyter in hoc delinquens continuo ab officio ſuo priuatus a proprio deponatur Epiſcopo. Itẽ talis celebrans, 2 niſi præmiſſa dormitione, priuãdus eſt beneficio ſuo, vt in cap. Si conſtiterit, de accuſa. ſecundum Hoſtien. in ſumma, in tit. de

conſec.

consec. Eccles. vel alta. in §. Et qualiter ieiuno. Vide tamen Cardi in. capit. ex parte. de celebra. Miss in. 4. q. vbi dicit quod celebrans post cibum vel potum potest deponi allegat dict. capit. si constiterit. Et quia in illo textu. nulla fit mentio de depositione, intelligenda sunt verba Cardini iuxta id, quod notat Areti. in d. cto. cap. si constiterit in. 3. notadum dicit:

Tertiô tene menti hunc text. q si presbyter celebrat post cibũ sumptum ante dormitionem, istud dicitur crimen graue, & dignũ depositione â beneficio, Sed aduerte quod ego credo. quod per illum textũ non posset dari pœna priuationis beneficij clerico non ieiuno celebranti, quia secundum Abba. ibi, post Hostien. vera causa priuationis fuit quia ebriosus celebrauit, quod præsumitur, quia per totam noctem stetit in potatione, & mane incontinenti celebrauit. Iudex ergo attenta personæ, & excessus qualitate, ac facti publicitate, pœna carceris aut suspensionis in delinquentem circa hoc poterit animaduertere. Quia hodie seruari Concilium illud Bracharanse, esset nimis rigidum. 3

Vnum tamen nota in isto proposito, quod somnus non est de substantia digestionis, vt quis dicatur ieiunus, b sed satis est quod sit perfecta digestio, vt notat Abbas in dicto capitulo, si constiterit circa finem. Vide Cardinal. in dicto capitulo. Ex parte, qui dicit sufficere digestionem secũdum qualitatem cibi sumpti: & quod dicunt Physici, quod digestio perficitur in septem horis. Credo tamen, quod istæ septem horæ computandæ sunt ab hora duodecima mediæ noctis, aliâs autem qui cœnasset hora prima, vel secunda post duodecimam, non posset celebrare, etiam in vndecima ante meridiem, quia licet cibus sit digestus, ille tamẽ non dicitur illo die ieiunus. c & c vide gloss. in dict capi. Nihil in gloss. finali, volentem, quod licet aliquis comederet ante mediam nectem, & sentiret adhuc eructationes, quia nondum est cibus digestus & quandiu sentit cibum abstinebit.

Celebrari. Vide text. in cap. ex parte. de celebrat. Miss. vbi Doctores Bertach. in tracta. de episco. 2. par. lib. 4 quæst. 42. & latissime Cardi. a Turrecrema in cap. Sacramenta de consecrat. distin 1. Nicola. Boeri. de cis. 4 per totum. Sed quid teneatur facere sacerdos, qui postrem diuinam inceptam memoriæ illius subuenit non esse ieiunum. Lege Domin. Soto. in. 4. dist. 13. q. 2. artic. 6. qui post S. Tho. censet. quod si id post consecrationem contigerit debet sacramentum sumere, si vero ante inceptam Missam relinquere tenetur, nisi grande scandalum timeretur. Idem sequitur Ang. in summa, in verbo. Eucharistia. 2. §. 6. Sylvest. in verbo, Eucharistiæ. 2 §. 7. A

Notabis tamen vtiliter circa cap. hoc quod si post consecrationem Sacerdos morte, vel alia graui infirmitate præoccupetur cum hoc casu Missæ celebritas per alium supplere debeat, si nõ

reperiatur clericus, nisi qui non sit ieiunus, is iure poterit diuinā rem perficere, & sacramentum sumere, absque alicuius pœnæ metu. nam cūm duo præcepta hoc constituto casu contraria sint, in eam partem est declinandum, quæ magis referat, at præstantius præceptum est, quod Sacramentum perficiatur (quod diuinum est) aut diuino proximū cap. comperimus, c. relatum. de consecratione. dist. 2. quam prohibitio ne sumatur nisi â ieiuno, quæ humana est: c. liquido. ea. d. Ita tenet Domi. Soto. 4. sent. d. 12. q. 1. art. 8.

B *Animaduertere.* Adde quod licet autor non meminerit opinionem istam amplectitur, Ioan. de Ana. in capit. si constiterit. de accusati. Sequitur Petrus Folle. in practi. crimin. canoni. in vltimis verbis.

C *Ieiunus.* Vide D. Soto. d. art. 8. vbi autoris nostri opinionē amplectitur.

Ac in die sæpius.

CAPVT. XXXV.

1 *Clericus in die non debet nisi vnā celebrare missam.*

2 *Quod si plures in die Missas celebrauerit, cum pœna in re expressa non sit, iudicis arbitrio est puniēdus.*

CLericis in die sæpius celebrantibus nulla pœna in sacris sanctionibus constituta est, sed necilis hoc expressē prohibetur imo potius in concilio celebratoper Archiepiscopum Maguntinum & aliquos Episcopos, anno Domini, millesimo vigesimo tertio, in loco Salegunstat. in canone quinto, decretum fuit, vt vniusquisque presbyter in die nō amplius quam tres Missas celebrare præsumat: vnde vsque ad illū numerum licitum erat illo tempore in partibus illis. Quod concilium habes in fine libri Decretorum diui Burcardi Episcopi Vuormacienſis, qui interfuit in illo. Iura nanque Canonica sufficere Sacerdoti vnam Missam celebrare a solum affirmant, vt in cap. Sufficit de consec. dist. 1. & in cap. Consuluisti & in capi. te referente. de celebr Missar. non tamen plures dicentibus, pœnā aliquam comminātur, licet tex. in d. ca sufficit in fin. versi. dicat quod pro pecunijs, aut sæcularium adulationibus pluries celebrās vna die nō existimat euadere dānationem, quod magis æternā, quā temporalem pœnā videtur respicere. Sed quia tale facinus in conspectu populi graue solet iudicari, idque aliquando auaritiæ causa â pauperculis, & parū doctis sacerdotibus perpetratur, non debent Ecclesiastici iudices illud leue reputare, sed attenta facti notorietate, populique scandalo personæ queperpetrantis moribus & qualitatibus cōsideratis sic in hoc errantes corrigere, vt cæteri pœna, metu â similibus cohibeātur. Adeo enim amor viuendi in otio, clericorum bonam partem inuasit, vt hac tempestate, vt laborem fugere possint, Sacri ordines suscipiantur: euenit insuper vt iā pauperculi sacerdotes, eo solo tēpore, quo sacrificio Missæ vacant,

r a

2

cant, totius diei sumptus necessarios promereri, ac deberi sibi contendunt, atque ob id vna sola celebratione, pluribus, qui plures eleemosynas præstiterunt, satisfaciisse arbitrantur: quod mihi semper iniquum visum b est. Nullo enim iure, nullaq; ratione astrictus est, qui sacerdotem occupat per spatium vntus Missæ ad eum in ocio alendum per totam illam diē, quin potius hoc aduersari videtur antiquis illis sanctorum patrum decretis, quibus statuerunt clericos quantūuis verbo Dei eruditos artificio sibi victum & vestitum quærere artificioloque præter offensam 3 suæ professionis debere sibi parare vestimentum. Vt notanter inuenies in Concilio Carthaginensi. 4. in capitulis. 51. 52. 53. & in capit. Clericus victum, cū cap. seq. 91. dist.

b

A *Celebrare.* Vide vndecim casus, quibus eodē die clerico iterum celebrare licet, quos refert Syluest. in summa, in verbo, Missa. 1. 5. 7. & septem scribit Martin. Nauar. in Manual. confess. c. 25. num. 27. & alios commemorat Domi. Soto in. 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 2. & Regia. l. 50. tit. 4. par. 1. Qui quidem casus antiquitus cum Ecclesia Sacerdotium inopia laborabat, erant frequentissimi: hodie vero rarissimē contingunt, præter diem natiuitatis & cum clericus ob inopiam duarum Ecclesiarum curam habet. Id vero notandum censeo, quod in dictis casibus, quibus clericis iterū celebrare permittitur procedit, si ieiuni fuerint: vnde si in prima celebratione lotionem sumpserint, amplius celebrare non licet, cap. ex parte, de celebra. Missar. dict. Regia. l. 50. not. Abb. & Doctores in cap. consuluisti, de celebrati. Miss. tradunt Doctores in. d. c. ex parte quo loco dicit Host. magnos viros vidisse in hoc errare.

Visum est. Adde latissime Scotum quodlib. 20 Palud. in. 4. sent. dis. 45. q. 2. Dom. Soto lib. 9. de iust. & iur. quæst. art. 2. & in. 4. dist. 13. quæst. 2. art 2. Quibus in locis ægregiē pro eius singulari eruditione rem hanc explicat, & authoris nostri opinio, sequitur â Nauar. in Manu. confess. cap. 25. numer. 92. vbi dicit, quod Ecclesiæ vsu recepta est. B

Et sine aqua & igne, vel in pane fermentato & calice ligneo.

CAPVT, XXXVI.

1 *Clericus istorum criminū reus, ab officio & beneficio est deponendus.*

POena sic celebrātis est, quod deponatur ab officio & beneficio, & in cap. fin. de celebrat. Miss a. vbi Abb. dicit quod Doctores non exprimunt, an debeant concurrere omnia supradicta ad hoc, vt presbyter deponatur, & quod credit ipse procedendum secundum qualitatem loci, & cō temptum presbyteri considerādum, an habuerit illud in consuetudine. 1

Cele-

A  *Celebrantis.* Vide Regiâ .l 52.tit.4.part.1. &.l. 56.ibi.&circa huius capitis argumentũ de forma & debito more miniſtrandi Euchariſtiæ Sacramentum, vide latiſsimê Mag.ſent. & Theologos in.4.ſenten.diſt 9. vbi Domin.Soto.art. 1. cum multis ſequentibus.

Et ſuper altari non cõſecrato.

CAPVT, XXXVII.

1 *Clericus ſuper altari non conſecrato celebrans, arbitrio iudicis qualiter puniendus ſit.*

2 *Sacerdos erigens aliud altare niſi quod ab Epiſcopo ſanctificatũ fuerit degradandus eſt.*

1  IE quidem ab Eccleſia cõſtitutũ eſt, quod Euchariſtiæ Sacramentum non niſi ſuper con
a ſecratum altare celebraretur,[a] non autem contra facienti ſacerdoti pœna deſcripta reperitur: vnde Card.in dict.cap.fin. de celebra. Miſſa.merito quæſtionem mouet:Si quis celebrat ſuper altari non cõſecrato,qua pœna ſit puniẽdus? & dicit quod ſi ex malitia, vel nimia diſipentia, punitur pœna illius text. quam in capitulo præcedenti deſcripſimus, & hoc propter identitatem rationis,& vlterius procedẽdo dicit, quod idem videtur in omnibus alijs exceſsibus commiſsis circa cultum Sacramentorũ. Poſtremo tamẽ dicit quod quia pœnæ ſunt reſtringendæ, locus erit pœnæ arbitrariæ, & hoc credit verius, niſi tanta eſſet identitas rationis, quod poſset eſſe locus 2
pœnæ illius text. & in propoſito huius capituli vide text. in.c. Nullus presbyter.lo.2.de conſecrat.diſt.1.qui dicit,quod nullus presbyter in Eccleſia conſecrata aliud altare erigat, niſi quod ab Epiſcopo loci fuerit ſanctificatum vel permiſſum: & ſi clericus contrarium fecerit, degradetur,quod ego intelligerem, quãdo clericus erigeret, illud tanquãm conſecratum, & vt in eo celebraretur ſine aliqua ara conſecrata.

 *Celebraretur.* Vide latê A
Domin.Sot.in.4. ſent. diſtinct. 13. quæſtio. 2. artic.3.

Sine orario, ſeu ſtola, & alijs veſtibus Sacris.

CAPVT, XXXVIII.

1 *Sacerdos ad Miſſarum ſolennia, non aliter accedere debet, quã orario vtroque humero circunceptus, quod ſi aliter fecerit, excommunicandus eſt.*

2 *Sacerdos ſine caſula & alijs veſtibus Sacris celebrans, arbitrio iudicis eſt puniendus.*

 Acerdos cũm ad ſolen- 1
nia miſſarum accedit,nõ aliter accedere debet, quam orario vtroque humero circunceptus,[a] ſicut tẽ- a
pore ordinationis ſuæ dignoſcitur cõſecratus,ita vt de vno eodemq;

demq; orario ceruice pariter & vtrunque humerum premẽs, signum in suo appareat pectore crucis, ita deponit Concil. Bracharense tertiũ, in Can. 3. quod trãscriptum est in cap. Ecclesiastica. 23. dist. Si quis autem aliter egerit, excommunicatione debitæ
b subiacebit, b vt ibi, de quo text. meminit Duran. in rationali diuinorum officiorum. cap. de stola, vbi dicit quod forte quis diceret illud decretum esse abrogatũ per contrariam generalis Ecclesiæ consuetudinem: nã nõ vbique partes stolæ reducuntur ante pectus in modum crucis. In his tamen regnis consuetudo seruat decretum illius concilij, & licet ille text. solum de orario, siue de stola disponat. Si cle
2 ricus sine casula, aut alijs vestibus sacris celebraret, nihilominus puniẽdum credo superioris arbitrio. Et aduerte quod dum tex. in dict. cap. Ecclesiastica dicit quod clericus propter hoc excõmunicationi subiaceat, exponit ibi Archidia. dupliciter. Primô, si admonitus nõ vult cessare. Secundó, excommunicationis, id est, suspensionis ad tempus pro arbitrio iudicis, cûm ibi non determinetur tempus: & hanc secundam expositionem credo veriorem.

A *Sacrarũ vestrum antiquissimus vsus.*

Ircumceptus. Nota circa huius capitis argumentum, quod ad diuini muneris maiestatem maximè expedit Sacris vestibus in Sacris ministerijs vti. Sunt quidem vestes sacræ sacris ministris designatæ diuersæ siue plures aut pauciores pro diuersitate graduum & ministeriorũ, quarũ vsus antiquissimus est in Dei Ecclesia tam in ipsorum ministrorum vestibus, quam in altaris ornatu. Meminit quidem horum Clemens in suis Epistolis: meminerunt etiam alij venerandæ antiquitatis patres. Quanquám nõ est dubitandum paulatim aliqua esse addita aut mutata: & ita refertur Dalmaticarum vsum incepisse â Syluestro, quarum frequenter Gregorius in Epistolis meminit. Oraria vero quæ frequentissime stolæ nuncupantur in antiquioribus Concilijs tanquâm presbyterorum, & Diaconorum propria ornamenta constituuntur, vtcunque sit illud est asseuerandum, hanc esse Apostolorum vel vniuersalium conciliorum antiquissimorum traditionem. Et vide multa lectu nõ indigna, quæ de Sacerdotalibus indumentis (huic loco accommodatissimis) vltra alios diligẽter scripsit Domi. Sot. in. 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 4. Et de singulorum ornamentorum significatione, ratione ac comparatione illorum ad veteris legis ornamenta, de quibus vltra alios differit elegãter Rabanus lib. 1 de inst. cleri. cap. 14. & sequentibus. Et Hugo de Sancto Victore, lib. 2. de mysterijs Christianæ fidei. 4 par. & lib. de mysterijs Ecclesiæ. c. 6. Et vide Onuffrium Pan. virũ sane doctissimum, & variæ & indefessæ lectionis in tract. interpreta. vocũ obscura. Eccleſiast. Concil. Trident. sess. 22. cap. 5. & Can. 7. eadem sess. *Si quis* (inquit) *dixerit cæremonias vestes, & externa signa, quibus in Missarũ celebratione Ecclesia Catholica vtitur irri-*

Onfri. Pan.

irritabula impietatis esse magis, quâ officia pietatis anathema sit.

Contra Impium Carolum Molineũ & alios Hæreticos.

Ex quo merito exterminanda & relegãda est impij Caroli Molinei opinio in.2. parte extricati. Laberen.num.53.ad finem asseuerantis Pontificios ritus,non ab Apostolis emanasse:sed posteâ partim ab Ethnicis, partim â Iudæis processisse, & miror sanè locum illum non fuisse castigatum in nouissimo libro expurgatorio,ædito hoc anno.1584. Cogantur sanè impij homines has sanctissimas cœremonias increpare,& de medio tollere, vt ijs adiumentis destituti peccatis nostris depressi, perpetuo somno sepulti Dei nostri obliuiscamur,si hæc nobis adépta essent, forte peiores essemus Sodomis & Gomorrheis.

B *Subiacebat.* Ex qua sane excommunicationis pœna manifeste sequitur Clericum siue Sacris vestibus celebrantem,mortalé culpam contrahere, nam aliter excommunicationis pęna non imponeretur,cap.nemo. cap. nullus.11.q.3.tradiderunt Theologi,præsertim. Thom.in.4. dist. 18 q.2.ad.3.quæst.Felin. & Doctor.in rub.de sent. excom. quã esse communem sententiam testatur Domin.Soto in.4. dist.22. quæst.1.art.2.D.Couar.in capit. Alma mater.1.part.relecti. §. 9. num.1.de sent.excom.lib.6. cui suffragatur Concilium Trident. sessio.25.cap.3. & hanc sententiam tenet in specie Antoni. 3. par.tit.13.cap.6.§. 6. Nec â tali crimine excusaretur clericus, sine sacris vestibus celebrans, si aliter mortem vitare nequeat:secundum Caietan. 1. secundæ.q. 69. artic. 4. Quæ opinio nimis dura videtur ægregio Nauarro in Manuali confessio.cap.25. numero.84.

Ac in priuatis locis sine Episcopi licentia celebrarunt.

CAPVT, XXXIX.

1 *Missarum solennia non nisi in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda sunt.*

2 *Clericus qui flagitium hoc commiserit,qua pœna puniatur.*

3 *Episcopis in domibus nullo modo celebrare licet.*

ANNOTATIO.

SIcut non alij quam sacrati Deo Sacerdotes debent Missas celebrare,nec sacrificia super altare offerre,[a] sic nõ in alijs, quã in Domino consecratis locis, id est,in tabernaculis, diuinis precibus â Pontificibus delibatis, Missas cantare,aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas. Verba sunt singularia, text.in.c.sicut de consec.distinct.1.Et in Concil. Triburiẽsi de quo in capit.seq. disponitur, quod Missarum solennia non nisi in locis ab episcopo consecratis,vel vbi ipse permiserit celebranda sunt:idem etiam disponitur in cap.hic ergo,ead. distinct.[2] quæ iura Sacerdotibus contrarium facientibus pœnam non statuunt.text. autem in cap. nullus presby-

a

presbyter. el. 1. ead. distin. idem prohibet illis, qui de cætero participes voluerint esse Sacerdotij. Per quę verba videtur comminata talibus pœna amittendi participationem Sacerdotij. Facit etiam Concilium Carthagi. secundum in Cano. 9. vbi ita disponit. Quisquis presbyter incõsulto Episcopo, agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo sibi cõtrarius exsistit. Sexta autem synodus, de qua in cap. clericos ea. distin. dicit: clericos, qui ministrãt in oratorijs, quæ intra domum sunt cum consensu Episcopi loci hoc facere
2 præcipimus. Si quis verò hoc nõ obseruauerit, deponatur. Vnde fortè sumpta occasione acerrimam pœnam talibus imponendam scripsit lex nostri regni, videlicet quod clerici, qui taliter celebrant, deponantur, & in perpetuum carcerẽ damnentur. Ita disponit lex. 4. tit. 10 part. 1. De qua nempe grauitate pœnæ summè mirandũ est, cum hoc iure canonico non sit expressum, parquo per hoc fiat delictũ hoc pluribus alijs grauissimis, pro quibus pœna similis imponitur. At ne quisquam sibi suadeat hoc nõ esse tam graue iudicandum, ex eo quod pium & Christianũ videatur, vbi libet vellevidere corpus Redemptoris nostri, & quia plures propter hoc sæpiùs audiunt Missam, qui aliás non audirent: nam cõtrarium apertè dicit text. in dicto capit. sicut per hæc verba: Satius est enim Missam non cantare, vel audire, quã in his locis vbi fieri non oportet, nisi pro summa necessitate contingat. Quis enim dubitat antiquos illos sanctissimos Ecclesiæ patres plus dilexisse quã nos Redemptorẽ nostrum, eiusque aspectu delectari magis, & flagrare desiderio, & tamen nõ nisi in Ecclesijs illum videre, sed si Sacerdotes erant in eis tantummodo de cœlo illum ad manus proprias admirandis illis cõsecrationis verbis, aduocare audebant. Nos verò ad cubicula seu cęnacula nostra, illum, quotidie trahimus nulla necessitate vrgente, sed aut desidia quadam ad Ecclesiam eundi, aut superbo quodam fastu, quasi iam parum sit solis hominum obsequijs coram hominibus venerari, nisi etiam inter nostram mundi pompam connumerare liceat, quod adhuc ipse filius Dei ad domus nostras nobis ministraturus accedit. Ad domus inquam, ludis, blasphemijs, ebrietatibus, ac luxuriæ actibus obscęnis sæpissimè violatas, cùm Ecclesias sanctas Dei sola vnius coniungalis actus pollutio sine peccato facta contaminet, vt per Sylvest. in summa, in verbo, Consecratio, lo. 2. §. Quintó quæritur, versic. Tertiº casus. Si honorabilior nobis aliquis ad nos accedere vult, summum dedecus arbitramur, si non præueniamus eundem ad eius hospicium euntes. Ad quem credimus Deum, quem confitemur Redemptorem, quem tremendum iudicem exspectamus, angelicis constipatum choris ad sordida nostra receptacula non modo venire permittimus, sed si fas est dicere, compellimus. Aduertant quæso vniuersi Christiani, & tẽpestatis huius calamitatẽ considerẽt, & aliqua Germaniæ

oppi-

oppida tam cæleſti hoc munere, corpore, videlicet, filij Dei, orbata cognoſcant, cûm in omnib⁹ retroactis ſęculis nuſquã id cõtigiſſe legamus, quãuis Deus ipſe ſummus plures hęreſes in ſui offenſa prædicari & recipi permiſerit, & quod hoc miſerrima noſtra ætate ſucceſſerit, ad irreuerentiam erga Dominicũ corpus referamus. Cõſtat enim nuſquam Sacerdotes maiori habitos contemptui, & Euchariſtiæ donum maiori ingratitudine ſuſceptum, & irreuerẽtia tractatũ fuiſſe. Timeãtque qui talia contemnunt, tam graue Dei ſubire iudicium, tantique muniris priuationem ſibi & poſteris promereri. Satis enim ſecuri viuebant paucis elapſis annis, qui talem nunc patiuntur animæ morbum, & ſalutis ęternæ diſpendium. Vt autem magis pudeat Chriſtianos hanc Redemptori ſuo irreuerentiam facere, legãt obſecrõ Aemilium probum in vita Alciabiadis ſcribentem, aſperſum fuiſſe infamia, quod in domo ſua facere myſteria dicebatur, quod nefas erat more Athenienſium. Etſi inter Ethnicos, qui lapidibus & dæmonibus immolabant pecudes, nefas eſſe hoc domi agere perpenderint quam ſit indecens intelligant omnipotenti Deo Patri, & Creatori omnium vnigeniti Filij ſui Saluatoris noſtri corpus & ſanguinem virginis viſceribus compactum, cum ipſa diuinitate vnitum in impuris domibus offerre. Ad tantæ igitur irreuerentiæ damnum minuendum, oporteret Epiſcopos omnes deprecari ſummum Pontificem, vt altaris portatilis facultates nullatenus concederet, & conceſſas reuocaret: ac interim in ſuis diœceſibus prohiberent, ne quiſquã Sacerdos in priuata domo celebraret, niſi prius decentia loci per eos, aut ſuos vicarios examinata fuerit, dum tamen hoc in iudicium ſeu notariorum lucrum non cedat. Prohibere inſuper, ne ornamenta Eccleſiarum alicui extra illas commodetur. Deceret inſuper, ipſoſque Præſules ad aliorum exemplum nũquam niſi in Eccleſijs celebrare, aut Miſſam audire: nam ipſis etiam Epiſcopis in domib⁹ nullatenus licere celebrare, diſponit textu prædictus, in cap ſicut, quod ante diſpoſuerat Concilio Laodicẽſe. Can. 8. in hæc verba, videlicet, non oportet in domib⁹ oblationes ab epiſcopis ſiue presbyteris fieri.

Conſecratis locis. Eſt quidem animæ noſtræ natura rationalis inſita, â cuius lumine ea quæ facienda, quæ ve ſequẽda ſunt, doceamur: & vt ſingulari notione diſcamus ea quæ ad diuini numinis cultum, & ſacrificium pertinent nam vt Regius Vates pręclare decinit, Pſalm. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Omnibus namque innatũ eſt eſſe Deum, vt ſcribit Cicero. 2. de natura deorum. Nec vlla gẽs tam immanſueta, tam ferrea vnquam fuit, quę Deum eſſe neget licet qualem habere deceat ignoret, teſte eodẽ Cicerone, lib. 1. de legibus iuris naturæ, quippe eſt erga Deum religio, vt in .l. veluti. ff. de iuſt. & iur. Et Deĩ cultus â natura inductus eſt, quã

uis

uis colendi modus â lege inſtitutus ſit, author eſt Ariſtot. 5. Ethi cor. Et ea ratione primum firmiſſimè credendum eſt, Deum eſſe eumque omnipotentem bonorum largitorem, malorum auerſorẽ, & ſacrificia ab hominibus, quanuis diuerſo modo, tamen aliquo omni ſæculo exhibita fuiſſe dubitandum non erit. Vide late Vbaldenſem tomo. 5. de Sacramentalibus, tit. 4. cap. 16. & latius tit. 17. cap. 143. Domi. Soto in 4. ſentent. diſtin. 13. quæſt. 2. art. 3. Quibus in locis multa doctè ac piè circa locum iſtum aduerſus Luterum & VVitcleff, & impiorum hæreticorum dogmata ſcribunt. Eſt etiam religio & Catholica veritas credere, deſtinandũ eſſe locũ, in quo Deum Optimum Maximum ſacrificijs, & orationibus propitium nobis faciamus. Semper quidem mortalium animis inſitũ fuit, Deum in certis locis colendum eſſe, vt falſiſsimæ religiones id crediderint. Quamobrem pro diuinarũ rerum veneratione, operępretiũ ſemper fuit, vt eſſent qui eas curarent, qui templa conſtruerent, & ſacrificia ex regula facerent, vt ſcribit Ariſtot. 6. Poli. cap. fin. & 3. Poli. capit. 10. Sed vt Ethicos taceamus, Sacra hiſtoria tradit ante legem ſcriptam in lege naturæ iuſtos viros, altaria quibus Deo ſacrificarent dedicaſſe: vt Geneſeos. 8. legitur de Noe, & 13. de Abraham, & 28. de Iacob: qui cũm â ſomno, quo viſionem viderat, euigilans cognouiſſet vere Dominũ eſſe in eo loco, lapidem in titulum erexit Vnde Deutero. 12. ſic ſancitum eſt. *Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in eo quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum offerens hoſtias.* Nec in peregrinatione deſerti, voluit Dominus populum ſacrificia, niſi in tabernaculo facere: vt legitur Exodi cap. 26. Hoc ſane Dominus veteri & nouo teſtamento docuit, vt ex decretis Clemẽtis Papæ capit. 22. tradit D. Burcar. de Eccleſiæ decret. libr. 3. c. 59. ibi. *Aliter enim nõ ſunt hæc agẽda, nec rite celebranda docente nos nouo & veteri teſtamento. Hæc à Domino Apoſtoli acceperunt, & nobis tradiderunt,* & vltra innumera Iuris Põtificij decreta, quibus hęc veritas probatur, quorũ aliqua author hic allegat. Idem fuit diffinitum in Sacro Concilio Tridentino, ſeſ. 22. in decreto de obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſę. Vnde poſt doctum Concilium, nec Summus Pontifex, facultatẽ concedit celebrandi, extra locum ſacrum etiã, Epiſcopis in vrbe morantibus, ſed tãtũ Cardinalib⁹: vt teſtatur Mar. Nauar. in Manu. confeſſ. cap. 25. nume. 80. licet ſingulari beneficio ſibi datam fuiſſe dicat. Caſu vero, quo detur facultas celebrãdi rem Sacram in aliquo oratorio, ſeu Eccleſia de nouo ędificata concedenda eſt, cum clauſula ſaluo iure, & ſine præiudicio parochialis Ecclęſiæ, vt â ſacra Cardinalium congregatione ſtatutũ eſt: nec ſemel data ſine cauſa reuocari debet. Ita peculiari decreto dictæ Sacræ congregationis diffinitum vidi.

Decretũ Cardin. qui præſunt. Cõcil. Trident. interpretationi.

Hodie vero prædictorũ Illuſtriſsimorum Cardinalium declaratione. 28. ſimiliter prohibitum eſt priuatis domibus ſacra facere

nisi necessitas suberit & tunc id fieri permittitur in sacelo siue oratorio ad diuinum tantum cultum destinato cum ordinarij approbatione.

B *Contaminet.* Adde glos. not. dictam opinionem tenentem in.c. vni. de consecrati. Ecclesiæ vel alter. lib. 6. quam sequitur Specul. lib. rationa. diuin. offic. tit. de dedica. Ecclesiæ. Ioan. â Selua in tract. de benefici. 1. par. q. 5 requisi. 7. quam esse cõmunem testatur D. Epis. Couar. in. 4. de cretal. 2. par. capit. 7. §. 2. num. 3. Aug. in sum. in verbo, consecratio. 2. q. 7. Et grauissimus & maturi iudicij vir Gregor. Lup. qui in glossandis, elimandisque Partitarum legibus, singularis & incredibilis eruditionis amplissimum testimonium præstitit, quẽ certo scio, proximum vẽturum sæculũ apùd nos Hispanos Bar. non inferiorem iudicauit. Is, inquam, in. l. 20. tit. 10. par. 1. in verbo, *Fornitio.* Quanuis glos. in. c. in Ecclesijs. de consecratio. dist. 1. teneat Ecclesiam minimè pollui, ex cõiugali concubitu. Quã sequitur Henri. in. c. fin. de consecrat. Ecclesiæ vel altr. Mar. Nauar. in manu. confess. c. 27. num. 252. Domi. Soto in. 4. sent. dist. 13. quæst. 2. artic. 3. Alphonsus â Castro Zamorensis subtilis & acuti ingenij, & verbi. Domini orator celeberrimus, lib. 1. de potest. legis pœna. cap. 7. docum. 2. idem disponit Regia. l. 20. tit. 10. part. 1. Quæ opinio procedere potest, quando coniuges longo tempore in Ecclesia habitarent. Ita censet Syluest. in summa, in verbo, Consecratio. 2. q. 5. & in verbo, debitum. quæst. 3. D. Co-

Greg. Lup.

uar. & Greg. in locis nouissimè allegatis.

Non tamen coniuges â mortali crimine excusarentur, si carnale commertium habuerint in loco Sacro: siue consecrato vel benedicto, siue eam habuerint, vt voluntate fruantur, siue vt fornicationem euitent, siue multo, siue paruo tẽpore in Ecclesia exstiterint. Ita Palud. in. 4. distin. 32. quæst. 2. artic. 3. Antonin. in. 3. parte, tit 1. capit. 20. §. 2. Cardi. â Turrecrema. in. §. sed cũm naturale. arg. 4 distinctione. 5. Martin. Nauar. in manuali confess. c. 16. num. 33 Caietan. in summa, in verbo, matrimonialis vsus peccata. §. 6. Licet contrariũ tenuerit Ang. in summa, in verbo, debitum. §. 32. & alij per eum relati, & Cast. dict. docum. 2.

C *Commodentur.* Adde quod iam hodie in hoc amplissimo Toletano Archiepiscopatu, nouissimo Sinodali decreto prohibitũ est, ne ornamenta & alia Ecclesiarum bona, ad earum decorem & ornatum necessaria, aliqui cõmodentur: nisi tantum alteri Ecclesiæ annexę. Clericus vero Oeconomus vel Sacrista, illius cõstitutionis transgressores, pœna duorum aureorum sunt multandi. Ita sancitum fuit lib. 3. dictarum consti. sub tit. de rebus Ecclesiæ non alienan. capit. 4. Antiquius sanè seuerior pœna infligebatur. Nam in Conc. Toletan. sub Flauio Egica Rege celebrato, anno eiusdem regni. 7. Idibus Nouemb. Aera. 732. cap. 4. decretum fuit, eum qui vasa Sacra, aut ornamenta Ecclesiæ in vsum proprium prophanauerit, honoris proprij ordinem amittere,

amittere, & Sacræ communionis perceptione perpetuo (nisi in mortis articulo) priuatum remanere: nec non dictorum bonorũ restitutioni essd obnoxium:

Missamq; pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrarunt hominibus, vt illi mortis incurrerent periculum.

CAPVT, XL.

1 *Sacerdos, qui hoc crimen commiserit à proprio ordine depositus, in perpetuum exsiliũ mittitur.*

1 ROena huius criminis est, vt talia perpetrãtes â proprio ordinis gradu deponantur, & exilij perpetui ergastulo relegen-
a tur, a vt cautum est in Concilio Toletano, quod refertur in cap. Quicunque sacerdotum. 26. q. 5. de quo tex. meminit Hostien. in cap. fin. de sortile: & ibi Ioan. de Ana. in fin. meminit etiã Paul. Grilan. in tract. de sortilegijs, in 14. q. & in. 17. & habetur ille tractatus & alij sui in. 4. vol. tractatum huius nouæ impressionis, in qua fuerunt redacti plures tractatus ad volumina decẽ. & quia Gratianus refert breuiter verba illius Concilij Toletani: Si quis cupiat illud originaliter legere, inueniet in synodo. 17. Toletana celebrata, Aera. 732. in capit. 6. sub rubr. de his, qui Missam defunctorũ audent pro viuis maleuolé celebrare. Quæ synodus huc usque non est impressa. b

b

A *Elegenter.* Vide doctissimum, & nostra ætate celeberrimum iurecon sultũ Iacob. Menoch. in lib. illo variæ & indefessæ lectionis, de arbi. iudi. quæst. libro inquã. 2. cent. 4. casu 388 n. 15.

B *Non est impressa.* Adde quod decretum dicti Toletani Concilij nouissimê refert Frater Bartholomæus Carrança de Miranda Archiepiscopus Toletanus in epitome conciliorum Concil. Toleta. 17. cap. 5. cuius verba hæc sunt. *Qui fallaci voto missam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis studeant celebrare hominibus, non ob aliud nisi vt is qui pro quo offertur sacrificium ipsius Sacrosancti libaminis interuẽtu mortis ac perditionis incurrat periculum, tam ipse Sacerdos qui celebrauerit, modo dicto, quã ille, qui ad talia peragẽda incitauerit exilij perpetui eregastulo relegetur, & (nisi mortis articulo) Sacræ cõmunionis perceptio denegetur & Sacerdos insuper à proprij deponatur ordinis gradu.* Hactenus concilium.

Eucharistiã ob ebrietatem ac voracitatẽ euomuerunt.

CAPVT. LXI.

1 *Sacerdos, qui delictum hoc commiserit, quadraginta diebus debet pœnitere.*

2 *Species Sacramentales quandiu in*

suo vero esse remanent, sub eis consistit inseparabiliter corpus christi.

3 *Si Sacramenti species, quæ discerni possunt euomitæ fuerint, quid faciendum est.*

1 CLerici vel Monachi, seu Diaconi, presbyteri, quibus tale contingerit 70. diebus debent pœnitere, a vt in c. si quis per ebrietatem. de conse. distinct. 2. vbi vide Card. de Turrecrem. qui dicit, quod considerata causa vomitus, quæ ponitur in text. scilicet, ebrietate, & voracitate, & circunstantijs, nõ videtur quod pœna textata excedat, & ideo secure iniungenda est. Cûm autem text. non aperiat qualitatem pœnitentiæ, quæ debet fieri in illis diebus, videtur relicta arbitrio
2 iudicis. Ratio huius pœnæ est, quia secundum veriorem & securierem opinionem quamdiu species Sacramentales remanẽt in suo vero esse, sub eis consistit inseparabiliter corpus Christi, & sic si prædictæ species eijciuntur per vomitum, ipsum corpus similiter eijcitur: quem sequitur
3 Card vbi supra, quem etiam vide in. §. fina. dicentem quod tũc si species euomitæ discerni possunt, & sunt sumptibiles, debent exsiccari & summi per se: si potest fieri, vel cum vino, vel alio licore. Si non sunt sumptibiles, tunc reponantur in aliquo honesto loco iuxta altare. Si species non possunt discerni, præsumuntur digestæ, nisi statim sint euomitæ, quo casu reponuntur in aliquo honesto loco, De quo etiã vi. per Sylvest. in summa verbo, Eucharistia. lo. 2. §. Nono quæritur, versic. Quartum.

POenitere. Nota quod Episcopus, cui hoc cõtingerit, nonaginta diebus pœnitere tenetur, si autem infirmitatis causa euenerit, septem diebus tantum: vt in cap. si quis per ebrietatẽ, hic allegato, de quo vide Hostien. in sum. in tit. de custodia Eucharis. §. quæ pœna. num. 4. Steph. Auf. in addi. ad Capel. Tolosa. quæst. 218.

Ac ob negligentiã ipsorum aliquid sanguinis stillauit in terra, & in altari.

CAPVT. XLII.

1 *Pœna huius criminis quæ sit.*

POEna huius excessus 1 ponitur in cap. si per negligentiam, de consecr. dist. 2. per hæc verba: Si per negligentiã aliquid de sanguine stillauerit in terrã lingua lambatur, tabula radatur, si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus, corradetur, & igne cõsumetur, & cinis intra altare cõdatur, & Sacerdos. 40. diebus pœniteat: si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat: Si super linteum altatis, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat, si vsque ad tertium. 9. diebus, si vsque ad quartum. 20. diebus pœniteat, & linteamina, quæ teti-

tetigerit ſtilla tribus vicibus miniſter abluat calice ſuppoſito, & aqua ablutionis ſumatur, & iuxta altare recondatur. Quæ pœna cûm ſit canonis antiqui, & quæ magis videtur pœnitentiæ foro quam iudiciali prouidere, ſi caſus occurrerit, & in iudicium deducatur, tunc iudex attenta facti qualitate, & aſtantis populi notitia vel ſcandalo, & Sacerdotis culpa vel negligentia pœna moderabitur vel augebitur, pro ut æquius ſibi viſum fuerit.

ADde circa huius capitis materiam Capel. Toloſa. & Stepha. Auſo in addi. deciſ. 218. incip. Item fuit quæſitum qua pœna.

Aliquotiés inſuper celebrando corpus & ſanguinem Domini non percipiebant.

1 *Sacerdos, qui crimen hoc commiſerit, qua pœna puniendus eſt.*

1 HOC enim licet temporibus noſtris rarò accidat, quia ſemper qui celebrat ſaltem publicè, ſumit corpus & ſanguinem Domini, Concilio tamen Toletano 12. quod habetur de conſe. diſt. 2. cap. relatum cautum eſt, quod quicunque Sacerdos diuino altari ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe â communione ſuſpẽderit, ab ipſa, qua ſe indecenter priuauit gratia cõmunionis, anno vno repulſum ſe nouerit.

Super rebus aptis ad faciendum ſortilegia, & ad illum effectum vnam vel plures Miſſas ſcienter celebrarunt, adhibitis nefarijs precibus & verbis ſuperſtitioſis.

CAPVT, XLIII.

1 *Sacerdos, qui hoc immane ſcelus cõmiſerit eſt deponendus.*
2 *Pœna huius ſceleris, aliquando iudicio arbitrio eſt infligenda.*

1 QVam graue ſit rebus ſacris vti ad committenda ſcelera, nemo nõ nouit: & ſi hoc in quocunque grauiter puniendum eſt, quãto magis id faciendum erit, ſi talia perpetrans, cultus ac miniſterio ſacrarum rerum eſt ordinatus? Vnde Sacerdos, qui in hoc deliquerit, deponi debet ex ſententia Pauli Grillan. in tract. de ſortilegijs, quod eſt vol. 5. tract. diuerſor. doct. in quæſt. 14. qui etiam deſcribit aliquas res, ſuper quibus ſolent prædictæ Miſſæ celebrari ad dictum effectũ, mouetur per text. in cap ſi quis Epiſcopus. 26. quæſt. 5. qui hoc non probat, quia nihil de hoc delicto dicit, nec imponit pœnam depoſitionis. Mouetur etiam argumento text. in cap. Quicunque, eadem cauſ. & quæſt. qui leuius crimen graui pœna caſtigat. Et dicit tandem quod quidem di- 2

xerunt esse pœnã arbitriã: quod dicit tolerari posse, quando factum non esset valde turpe, vel persona Sacerdotis simplex. Et vide Abb. in cap. quidam, ad finem. De celebra. Missar. vbi dicit quod Sacerdos Missam celebrans, vt Deus perdat aliquẽ, licet conficiat, debet hoc comperto deponi: quia abutitur tanto Sacramento: Superstitiosum autẽ clericum deponẽdum, & in monasterio detrudendum dicit Sylvest. post Hostien. in locis per eum relatis in sua summa, in verbo, Superstitio. §. Vndecimo quæritur.

ANNOTATIO.

ADde Paul. Grillan. vltra locum, quem hic author allegat in tract. de sortileg. q. 16. & 17. Iacob. Menoch. de arbit. iud. q. li. 2. cent. 4. casu. 388. num. 14.

In custodia Eucharistiæ desides.

CAPVT, XLIIII.

1 *Clericus istius criminis proferator qua sit pœna animaduertendus.*
2 *Sacramentum Eucharistiæ summa decentia custodiendum est.*

1 HEVius desidiæ pœna ex dispositione Cõcilj Arelaten. de quoin cap. Qui bene. de consec. dist. 2. talis est, quod qui bene non custodierit sacrificium, & mus, vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat. Quiautem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta diebus pœniteat. Nouissime autem taliter delinquentes ab officio tribus mensibus suspẽduntur. vt cap. 1. de cust. Euchar. Grauiori pœna puniendi, si aliquod nefandum inde contingerit, quæ videtur relicta iudicis arbitrio, argumento text. in capit. de caus offici. deleg. Quali autẽ 2 decentia seruari debeat Eucharistia bene ordinauit Honorius. 3. in capit. sane. de celebra. Missa. sub talibus & notandis verbis: Ne propter incuriam Sacerdotum diuina indignatio grauius exardescat, distinctẽ præcipiendo. Mandamus quatenus â sacerdotibus Eucharistia in loco singulari, mundo, & signato semper honorifice collocata, deuote ac fideliter conseruetur.

ANNOTATIO.

VIde circa huius capitis argumentum Capellã Tolosanam, decision. 182. vbi Auf. in addi. & vide in hoc Archiepiscopũ Toleta. capit. 1. sub titul. de custod. Eucharist. lib. 3. Sinod. constituti.

Illud vero notabis, quod propter negligeetiam in sacrificijs ad missam vindictam Dei Optimi Maximi proximam esse exempla Nadabi. & Abiu. fidem faciũt vt habetur Leui. cap. 10. cũ alijs 1. Reg. c. 2. 3. & 4. Atque Herodotus lib. 2. piaculũ fuisse apud Aegyptios: tradit immolasse hostiã non notam â sacerdote, qui priusquâm immolaret explorabat diligentissimê an munda esset: deinde alligato Canauo cornibus

nibus applicataque terra sigillari annullo impressa mundam esse notabat.

Pœna parochi, cuius negligētia, infirmus nō receptis Sacramētis decessit.

Hinc procedit parochium, cuius desidia vel negligentia infirmus absque Sacramentali cōfessione, & Sacra communione moritur â suo officio remouendum esse, cùm reus sit animæ illius, vt dicit glos. in cap. officium, in verbo, sine confessione, de offic. Archipresbyt. pro qua mire conducit, text. in cap. presbyter 16. q. 6. Idem esset asseuerandum de alio quocunque Sacerdote qui puerum in necessitate noluerit baptizare: nam si absque Baptismi Sacramento decedat Sacerdos huius criminis reus deponitur, cap. quicunque, de cōsecr. dist. 4. Ego quidem semper vidi pro his criminibus suspensionis pœna cum reclusione ad tempus imponi.

☞ Et in effectu opinionem istam nēpe arbitrariam pœnam iniungendam esse tenet Mart. Nauar. ☞ consi. 13. sub tit. de pęnis.

Missamque Sacrā inceptā reliquerunt. Et sine cooperatore ipsi soli celebrarāt.

CAPVT, XLV. QVOD nouê æditum est.

1 *Clericus qui Missæ sacrificiū ceptum relinquit, qua pœna puniatur.*
2 *Clericus qui rem Sacram ceptam relinquit, grauissimè peccat.*
3 *Causæ aliquæ traduntur, quibus excusatur clericus qui Missam sacram non perficit.*
4 *Clericus qui rem Sacram propter impedimentum non perfecit, impedimēto cessante potest finire.*
5 *Clericus solus celebrans deponitur.*

CLericus qui absque rationabili & vrgentissima causa Sacram Missam inceptā relinquit, â Sacro corpore & sanguine Domini nostri suspensus est: iuxta Macarij Summi Pōtificis decretum, in capit. nullus, de cōsecratione. dist. 1. cuius text. authoritate Archid in cap nullus. 7. q. 1. scribit eum minores excommunicationis sententiam incurrere. Imô sunt qui putant, eum maioris excommunicationis sententiam incurrere: quibus suffragari videtur Toletanum Conc. in dict. cap. nihil, quo sancitū est quod huiusmodi desertor, excōmunicationis sententiam obtinebit. Sed verius est in nullam excommunicationem incidere, nó maiorem, quia nullibi cautum reperitur, iuxta glos. sing. in capit. fin. de iure patro. Nec verba Cōcilij Toletani aliquid vrgēt, ibi, *Sententiam excommunicationis obtinebit.* Quia sunt verba futuri tēporis, quæ non inducunt pœnam ipso iure impositam, nisi alia verba id significantia iniungantur, glos. not. in reg. in pœnis, de regul. iuris. lib. 6. glos. Bar. & Bal. in. l. iubemus nulli. C. de Sacrosanct. Eccles. glos. in. l. 1. C. ne liceat potentior. cum prope infinitis allegatis ab Andr. Tiraquel. in elegantissima illa relectione. l. si vnquâm, in verbo, *Reuertantur*, numero. 39. C. de reuoçand. donation. Non minorem,

quia illud Macharij reſponſum, quod anſam præbuit Archidia. vt hoc aſſeueraret, nullam de excommunicatione mentionem facit, ſed tantum de ſuſpenſione â corpore & ſanguine Domini. Ita nouiſsimè tenet Marti. Nauarr. in Miſcelaneis de oratione Miſcela. 42.

Peccat ſane grauiſsime clericus, qui inceptam Miſſam nõ perficit. Tum quia iure prohibitum eſt, vt dixi, tum etiam quia præſtat anſam audientium diſtractioni, vt in ſuſcepta deuotione frigeſcant, quod ipſum dicendum cenſeo, de omnibus alijs horis canonicis, vt inſinuat dictum Concilium Toletanum in dict. cap. nihil, quatenus loquitur, de omni officio, in quo Domino pſallitur, vt põderat ægregius Nauar. in tracta. de oratione. cap. 16. numero. 45.

3 Si tamen legitima interfuerit cauſa permiſſum eſt diuina munera incepta relinquere: vt tenet S. Thom. in 3. par. quæſt. 53. art. 6. Palud. in. 4. diſtin. 11 quæſt. 1. concl. 2. Iuſta cauſa illa iudicanda eſt, quæ prouenit ex impotentia facti: quia clericus qui Miſſam incepit, repentino morbo afficitur, ita vt eam perficere nõ poſsit. Alia eſt iuris impotentia, quia forte ea incepta meminit comediſſe, vel quod erat ſuſpenſus, vel excommnicatus, irregularis, vel in peccato mortali. Ita tenet Diuus Thom. in dicto. 3. par. q. 58. artic. 6. ad ſecundum. Quam doctrinam communiter receptam eſſe aſſeuerat Martin. Nauar. in dict. cap. 16. num. 57. Ex quorum tamen ſententia liceret, cui hoc contigerit, condigna facta pœnitentia, Sacramentum finire, etiam ſi ante conſecrationem illius memoriæ hoc ſuperueniat. Si alias ſcandalũ oriretur quidquid reclamet Palud. in. 4. ſent. diſt. 13. quæſt. 2. col. 2. Si tamen abſq; vllo ſcandalo poſſet â Sacrare incepta deſiſtere, id omnino facere tenetur, in tribus caſibus ſuprâ enumeratis, nempe comeſtionis, irregularitatis, vel excommunicationis, ſed in quarto ſi meminit ſe in mortali peccato eſſe conſtitutum, perficere poteſt, modo condigne pœniteat. Sed illud memoria dignisſimum eſt, clericum Miſſam dictis tribus caſibus finiendo nõ affici irregularitate. Ita tenet Ang. in ſumma, in verbo, Euchariſtia 2. §. 2. & ſequen. Sylueſt. in eodẽ verbo. q. 7. col. fin. Quam opinionem amplectitur Nauar. in. d. c. 16. dices eam iuſtiorem eſſe licet ab ea recedat Palud. in. 4 diſtinct. 11 q. 1. col. 2. Ego vero in animæ iudicio libenter Ange. Sylueſt. & Nauar. opinionẽ quę ſumma nititur æquitate ſequor, ſed in exſteriori foro clericũ iſtũ â iuris Põtificij pœnis immunẽ nõ iudicarem. Tertia cauſa erit ingreſſus excommunicati & denũtiati, qui pertinaci impioque animo ab Eccleſia exire nolit, ſi antequâm Sacrum Canon incipiatur id contingat Miſſa incepta relinqui poteſt, vt in Clemen. grauis, iuncta glo. de ſenten. excommun. Si vero canone incepto eueniat finienda eſt, ex dictæ gloſſæ ſententia, quę communis eſt, teſte Nauarro in. d. capit. 16. qui ſingulariter eam declarat, vt procedat, quando peruẽtum eſt ad verba conſecratoria: nam ſi

canone

canone incepta antequam ad dicta verba fuerit peruentum, medio illo tempore, excommunicatus denuntiatus Ecclesiam fuerit ingressus, nolitque recedere missa finienda non est. Quarta causa erit, si incepta Missa, interdictum superueniat speciale, vel huiusmodi cessatio, vt neque valuis apertis, vel clausis celebrari possit, vel interdictum generale, & non permitteretur valuæ occludi: in his sane casibus Missa finienda non est: intelligendo tamen, vt suprâ scripsimus, an deuetum fuerit ad verba consecraria vel ne.

4 Nec illud est omittendũ, quod sicut iusta subsistente causa, diuina solennia finienda nõ sunt, fortiori ratione tali interueniente legitima causa, qui Missam inchoauit, potest iterato eam inchoare, licitum nempe est, imo laudabile nimis verbum Domini eadem oratione repetere, vt Sacris Euangelijs passim legimus. Ioann 6. ibi, *Amen amen dico vobis.* Et in Psalmis, *Fiat fiat*, vt habetur Psalm. 40 & 105. & apud Diuum Paul. ad Rom. 8. & ad Gala. 4. Et iusta causa ea iudicabitur, si magnus Princeps magna comitatus familia Ecclesiam ingrediatur, eo tempore quo verisimile non sit, quod aliam Missam audire possit. Ita se pie feciſſe fatetur Mart. Nauarr. cũm iam ad Epistolam Missam celebrando peruenisset, regressumque fuisse ad introitũ (is inquã) in. d. cap. 16. num. 56. qui etiam legendus est in dictis Miscelaneis de oratione Miscelan. 43. num 219. quo loco scribit hoc licere, etiam dicta Epistola, & aliquando Sacro Euangelio, censet que esse iustam hoc faciendi causã, si multi superuenerint operarij, solicitatores, & causarũ actores, quibus rogantibus, vt Sacerdos Missam denuo inchoaret, posset morem gerere, ne operarum suarum iacturã faceret, vel illorum deuotio alterius Missæ tarditate frigesceret. At cum hodie tanta sit Sacerdotum copia rarissime hoc eueniet. Et vt libere dicam quod sentio, casus iste vltimo loco adductus ab ægregio Nauarro mihi nullo modo placet, imputandum quidem est his hominibus, qui suis sæcularibus negotijs inuoluti, congruo tempore ad sacram rem audiendam minime accesserit. Nec iustum, nec decens est, diuina munera ita pertractari, vt istorũ voluntate repetãtur, inde sane scãdalũ generaretur, & qui â principio his audiendis interfuerunt moleste ferret. Et ideo clericus qui in hoc delinquerit, pro modo culpæ arbitraria pœna ab ordinario erit plectendus. *Martin. Nauarr. opinio cõ futatur.*

Iustissimê sanê ab Ecclesia institutũ est, ne Sacerdos sine cooperãte celebret & nã cui dicet, *Dominus vobiscum*, aut *sursum corda*, aut *gratias agamus Domino Deo nostro.* Cum nullus sit qui respondeat. Aut in canone, *Et omnium circumadstantium*, cum nemo sit. Aut quem ad orationem inuitat cum dicit, *Oremus.* Quod si Clericus, aut monachus præceptũ hoc tam pium, iustum, & saluberimũ fuerit, transgressus fuerit. Periculosam superstitionem & longe relegandam esse, ex Concil. Hanetensi cap. 30. docet D. Burchar. lib. 3. de Eccles. disc. cap. 68. vbi

68. vbi suspẽsionis pœna pro crimine hoc fuit statuta. Quæ hodie si casus contingerit, ad tempus pro iudicis arbitrio imponetur. Ideo iustissime diffinitum est in c. hoc quoque de consecra. dist. 1. missas nonnisi duobus presentibus celebrandas esse retulit Con. Coloni. de offici. & vita cleri. c. 18.

Horis prohibitis celebrare sũt ausi, & qui busdam missis certarum candelarum numerum superstitiose assignantes.

CAPVT. XLVI. QVOD nouê æditum est.

1 *Clericus qui horis prohibitis celebrauit qua pœna plectendus sit.*
2 *Clericus qui noctu celebrat, à peccato non excusatur.*
3 *Episcopus an possit dicto casu facultatem indulgere.*
4 *Clericus vtrum possit post meridiem celebrare.*
5 *Priuilegia magnatibus concessa, vt post meridiem res sacra possit eis ministrari, an si iuri cõmuni consentanea.*
6 *Quibusdam missis certarum candelarum numerus superstitiose assignantes arbitrarijs pœnis plectendi.*

SAcri Tridentini Concilij decreto stabilitum est, vt Episcopi, (ne impiæ superstitioni detur locus) edictis pœnis quæ imposit[a] caueant, ne Sacerdotes alijs quam debitis horis celebrent. vt habetur sessione. 22. in decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ. Erunt igitur puniendi si in hoc delinquerint illis pœnis quæ synodalibus constitutionibus, ve le dictis fuerint decretæ, & si nullæ fuerint statutæ arbitraria pœna, pro modo culpæ sunt plectendi cum iure diffinita non sit. cap. de causis §. de illis. de offic. delega. l. 1. ff. de iure deliberan.

Vnde post dictum concilium, antiquata est ea consuetudo, quæ in aliquibus locis vigebat, vt longe ante lucem Missa celebraretur, ea ratione, vt operarij famuli & domestici eamaudirẽt, vt operibus suis melius posteâ vacare possent. Similiter ea consuetudo censetur sublata, quæ recepta erat, vt Missæ nuptiarũ (præsertim nobilium) eo tempore dicerentur. Caueant igitur clerici, ne prætextu talis consuetudinis, decretum illud transgrediãtur, quia â pœnis debitis non excusarentur.

Peccat quidem clericus, qui noctu & ante diem celebrat, vt 2
est commune omnium Doctorum placitum, teste Nauarro in manuali confessor. cap. 25. num. 85. Episcopis autem hoc interdictum non est ex glo. sententia in capit. fin. in verbo, *Indulgemus*, de priuileg. lib. 6. tenet Palud. in 4. sent. dist. 13. q. 2. conclusione. 2. art. 2. & licet nullo iure fulciatur, cum ea consuetudo receperit amplectenda est.

Poterit verò clericus, absque alicuius pœnæ metu ante diem celebrare, si Episcopi, vel sui superioris facultas interuenerit,

quæ tri

quę tribuenda est propter necessitatem communicandi infirmũ morti proximum, & defectum Eucharistiæ vt tenet Archiepiscopus Florenti. in 3. parte tit 13 cap. 6. §. 4. quem sequũtur Ang. Syluester & recentiores quos allegat Marti. Nauar. d. cap. 25. qui censet propria authoritate id fieri posse, si superior sit absens. Is sane qui in culpa fuit, nõ seruandi sacratissimam Eucharistiam in Ecclesia infirmis: ministrandam, grauissime punietur.

4 Delinquit etiam Clericus, quo ad huius capitis punitionẽ (prout non nulli arbitrãtur) qui post præteritam maximam partẽ horæ sextæ (quę meridie finitur) celebrare audet, vt scribit Ioann. And. in cap. 1. de celebrat. Missar. cuius opinionem communẽ esse fatetur Nauar. in tracta. de oratione. cap. 21. num. 31. & in. d. capit. 25. â qua ipse iure optimo recedit, asseuerans non esse prohibitum (scandalo cessante) post meridiem, vsque ad nonam horã celebrare: quia nullo iure nec congrua ratione prohibitum est imo permissum. si recte perpendamus, quod sacrificium incruẽtũ â Sacerdote in persona Christi oblatum, idem est quod ea hora ab ipsomet Christo oblatum fuit cruentum, quod quædã Missa fuit, quod ipse sœpissimẽ fecisse & consuluisse testatur.

5 Ex quibus colliges, quod ea priuilegia, quæ magnatibus cõcessa sunt, vt eis possit res sacra post meridiem vsque ad nonam horam celebrari, iuri communi, esse consona, & id tantum operari, vt aliquorum scãdalum sedetur. Quibus non refragatur Tridentinum Concilium quatenus prohibet, ne sacerdotes alijs quam debitis horis celebrent, quia intelligendum est de horis ante lucem vel post nonam.

Imo antiquitus hac perpensa ratione ante horam tertiam diei minime celebrare licebat vt ex Epist. Telesphori Papæ adocit D. Burch. de Eccles. decr. libro 3. cap. 64. *Missarum* (inquit) *celebrationes ante horam die tertiam minime sunt celebrandæ quia eadem hora Dominus crucifixus & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur*, excepta nocte sanctæ Nativitatis. Eodem Sacrosancti Cõcilij Tridentini decreto, ad impiam quorundam superstitionẽ radicitus extirpandam, prohibitum fuit, ne in Sacratissimo Missæ sacrificio, certarum candelarum numerus obseruaretur: impie existimantes, sacrificium illud longe ab alijs differe, quasi numerus ille aliquid ad virtutẽ Sacramenti conduceret, quod existimare, impium & nephandum esset. Quod enim candelæ, in diuinis celebrandis luceant, consentaneum est Christianæ religioni, nec non diuinorum maiestati, quod vero in his superstitiosus constitutus sit numerus â sacrorum puritate longe alienum puto. Clerici vero, qui in hoc deliquerint, censuris & pœnis, Episcopi arbitrio, plectendi sunt, vt Tridentino decreto supra allegato probatur.

(?)

Com-

Commendatunque sibi infirmum baptizari noluerunt.

CAPVT. LVII.

1 *Clericus qui crimen hoc perpetrauerit, depositionem meretur.*

PResbyter qui in prouincia propria, vel alia, vel vbicunque inuentus fuerit, commẽ datum sibi infirmum baptizare noluerit pro intentione itineris, vel aliqua excusatione, si sine baptismo moritur, deponendus est, ex decreto Martini Papæ, in capite. Quicunque. de conse. distinctio 4.

Beneficia plura possident.

CAPVT. LVIII.

1 *Plura habere beneficia rationi naturali aduersum esse eleganter ostenditur.*

2 *Pluralitas etiam beneficiorum canonicis sanctionibus obuiat.*

3 *Beneficiorũ pluralitas multis magnisque sanctorum virorum testimonijs damnatur.*

4 *Habens multa beneficia etiam cũ dispensatione sine causa tamen concessa in animæ iudicio securus non est, & ibi traditur an Papa possit in pluralitate beneficiorum dispensare.*

5 *Plura habens beneficia etiam simplicia quorum alterum ad commode viuendum sufficiens est, altero priuari potest.*

6 *Recipiens beneficium aliquod, curam habens animarum annexã, si prius tale beneficium habeat, eo ipso iure priuatus est, & si illud habere contendit, alio etiam priuandus est.*

7 *Si duo simul & semel alicui curata beneficia conferantur, tunc datur optio.*

8 *Beneficij secundi acceptatio facta vi iracundiæ, non facit primum vacare, si in continenti acceptas pœnituerit.*

9 *Pœna vacationis primi beneficij, sibi non vendicat locum nisi adepta secũdi beneficij pacifica possessione.*

10 *Pœna. cap. de multa. per extrauagantem constitutionem incipit excrebalis. Ioann. Vigesimi secundi aucta est.*

HAbere plura beneficia [a] inter crimina referre volui: quia licet in nostris temporibus, non modo nõ iudicetur criminosum, verum etiam is sapientior habeatur maiorique dignus honore qui plura beneficia aggregare, & acquirere sciuerit, hoc pernitiosissimum Christianæ Reipublicæ. Ecclesiæque vniuersalis statui, animarumque saluti fore cẽseo. Idque rationi naturali obuiare, ac sanctis Ecclesiæ constitutionibus, pluriumque sanctorum Doctorum opinionibus contradicere. Quid enim rationi naturali aduersum magis, quam quod vnus & idem homo varia Ecclesiæ stipendia in varijs & distantibus sæpe locis, & quibus varia incumbunt onera in seipso suscipiat? Quæ est enim humana respublica, quæ suos iudices, rectores tabel-

[a] 1

belliones, & alios officiarios stipendijs in absentia frui & vagari permittat! Quis in sua quantumuis ampla & ditissima domo vni ministro absenti salaria plurium ministrorum persoluit, ac ab eo quoscunque suo nomine sub rogatos admittit! Sola domus Dei Ecclesia sancta tali inordinatione suo priuatur ministerio, ac debitis fraudatur obsequijs. Vnde verissima sunt beati Bernardi verba in declamatione super Euangelio. Dixit Simon Petrus ad Iesum. in column. 51. dum dicit quod sola bona Domini ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Quid debet Ecclesia Dei plurium nobilium vanitati, vt patrimonio Iesu Christi dilectissimi sponsi sui, quod flagellis, alapis, sanguinis effusione quæsiuit, eorum alat accipitres, educat canes, saginet æquos nutriat leones ac seditiosos homines qui passim rempublicam turbent Quid nempe deberepotest pluribus alijs rusticorum filijs, ac suis parentibus indoctioribus â quibus solum(imo vix) aratra & boues in successionẽ habere potuerũt, qui illicitis medijspluraoccupabãt beneficia, vt cũillis amplã sibi parẽt supellectilẽ, varios aptẽt cibos, ac pro pluribus illicitis sumptibus pecuniam habeant: Quid denique Ecclesia eadem, quantumuis peritissimisac literatissimis viris debere iudicabimus, vt beneficiorum congerie suæ ambitionis insatiabilem sitim extingueredebeat, præcipue his qui doctrina sua nunquam in Ecclesiæ catholicæ profuerunt, nec prodesse curant? Dic mihi quicunque es, quantacunque polleas eruditione an eo solo quod vigilias sustinueris, studio vacaueris, tibi astricta est Ecclesia Dei vt te in statu grandi ac pompamagna sustineat. Vi distine aliquando artificem aliquem eo solo quod artem didicerit optime a Republi. alimenta suscipere. An ex eo quod arte sua Reipubli. vtilis est. Quid igitur tibi suades, eoque studueris licere tibi plura Ecclesiæ beneficia retinere, cum nec vnius eorum onera subeas! Aduerte quæso, quod literatis viris non plura beneficia, sed maiora concedi sanxerunt Canonica iura. Si quando vero vt plura habeãt beneficia cum peritis dispensare conceditur, ob Ecclesiarum vtilitatem, non eorum; id effici debet. Quid enim prodest studium tuum Ecclesiæ sanctæ, si idsolum operatur, vt plura occupes loca, in quibus plures possent eidem deseruire, qui sufficienti peritia, & maiori charitate, seu virtute iniuncta onera subirent! Quid prodest illi doctrina tua, si oues Christi tibi commissas, imperito mercenario cõtemni salario pascendas committis. Quis ergo inficiabitur hoc aduersari naturali rationi, si eadem ratione non caret. Quod nempe apertissime cõprobant leges antiquæ gentiliũ, qui solo naturali lumine regebãtur, in quibus prohibitum erat expresse, vt apud eos non esset, vir duplex, aut multiplex, sed quod singuli singula facerent, vt in Socraticis legibus cauebatur. Confirmant hoc etiam notanda verba Iustiniani in l. Nemo. C. de assesso. dumdicit, neque enim facile credendum est duabus ne

cessa-

ceſſarijs rebus vnum ſufficere: Quodque id ſanctis obuenietca nonicis inſtitutis, apertemonſtratur. Primò quidem contrarium diſpoſitum eſt in.7. Synodo: vt refert Gratianus in capite.1. 21. quæſt.1. vbi dicitur, Clericus ab inſtanti tempore non connumeretur in duabus Eccleſijs, negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri proprium commodum. Statuit etiam hoc ſancta vniuerſalis Eccleſia, Spiritu ſancto congregata in Concilio illo Calcedonen. celeberrimo â ſexcentis & triginta Epiſcopis celebrato, in cap.10. illius concilij, vbi definitum eſt non licere clericis in Eccleſijs duarum ciuitetum ordinari. Si quis vero iam translatus eſt ab alia in aliam Eccleſiam nihil habeat commune cum priore. Illos vero qui auſi fuerint poſt ordinationem illius vniuerſalis ſynodi agere contrarium, ſtatuit ſancta ſynodus cadere â proprio gradu. De qua deciſione concilij breuiter meminit Gratianus, nõ referendo dictæ pœnæ appoſitionem, in cap. clericum. 21. quæſt. 1. Hoc præterea aduerſatur deciſioni Concilij Placentini per Vrbanum Papam celebrati de quo in cap Sanctorum. 70. diſtinct. vbi hæc pluralitas beneficiorum prohibita eſt, per hæc verba. *Omnino autem in duabus Eccleſijs aliquem intitulari non liceat*. Hoc etiam improbat Toletanum Conciliumtde quo meminit Gratianus in capit. vnio. 10. quæſt. 3. in verſi. Sed & hoc, per hæc verba, videlicet, Sed & hoc neceſſariũ inſtituere duximus, vt plures Eccleſiæ vni nequaquam committanturpr. sbytero, quia ſolus per totas Eccleſias nec officium valet perſoluere, nec rebus earum neceſſariam curam impendere. Cuius Concilij verba originaliter legere deſiderãs inueniet in concilio Toletano. 16. celebrato ſub principe Flauio Egicano anno. 6. ſui regni a ſexaginta & vno epiſcopis, in capitu. de reparatio. eccle. præcipue quia paucula etiam verba & vtilia in hoc propoſito tranſcribere neglexit Gratianus, quod tamen concilium huiuſque non habetur impreſſum. Celebre etiam illud Lateranenſe concilium cui Alexa. tertius interfuit, de quo in capi. Qua in tantum, de præb. Præbẽdarum multitudinem canonibus inimicam, materim diuolutionis & euagationis inducere, ac certum periculum animarum continere expreſſe atteſtatur. Prohibuit hoc etiam Alex. ſecundus, qui diſpoſuit quod nullus presbyter habeat duas Eccleſias, vt in cap. per laicos. 16. q. 7. Vnde dicit Abba. in. ca. conquerente. de cler. non reſid. in. 3. nota allegando glo. in cap. Dudum. el. 2. de elect. in verbo intitulatam, quod ſine peccato mortali non poteſt, quis habere plura beneficia, quando alterum per ſe ſufficit Et vide etiam Ioan. de Ligna no in tractatu de pluralitate beneficiorum, maxime in colum. 2. vbi concludit quod de iure commuui vnus non poteſt habere duos titulos beneficiales eccleſiaſticos extra caſus in iure expreſſos, & adducit optima fundamenta in propoſito. extant inſu 3 per ſanctorum ac grauium virorum commentaria, quibus hanc pluralitatem beneficiorum dam

nãt,

nant, eamque animabus periculosissimam esse demonstrāt optimis ac vrgentibus rationibus quas hic transcribere nolo: patent enim volētibus legere eas in tract. contra pluralitatem beneficiorum quem ædidit singularis vitæ, ac magnæ doctrinæ vir Dio. Cartusi. præ maxime in 7. arb. postquam ad totum. 11. Posuit etiam aliqua notanda in proposito alter Cart. antiquor. Dionys. in lib suo de vita Christi, in. c. 78. de amb. & quibusdā alijs defectibus clericorum. Firmat hæc etiam aperte diuus Bernar. in epist. 271. ad Commitem Theobaldum vbi tradit honores & dignitates Ecclesiasticas debere dari ijs qui eas digne ac secundum Deum administrare velint & possint. Neque licere cuiquam habere plures in pluribus Ecclesijs, nisi dispensatione ob magnam vel Ecclesiæ necessitatem, vel personarum vtilitatem. Et vide in proposito Beatū Thomam, in quolibe. 11. in articulo. 15. 10. Maioris in. 4. distinct. 24. in quæst. 6. & 7. vbi inter alia concludit quod tenens plura beneficia cum dispensatione, in qua non est rationabilis causa dispensandi, non est in statu salutis. Et vide Felin. in capi. 1. nume. 30. de constit. vbi dicit, quod licet Papa habeat potestatem dispensandi in omnibus statutis Ecclesiæ, sola voluntate tamen illud intelligitur, nisi lex positiua habeat in se quandam rationem diuinam, vel naturalem, vt est lex prohibens pluralitatem beneficiorum, illic Abbas. & alios. Scripsit etiam aliqua Gabriel in expositione canonis, in lectione. 28. in duabus vltim. col. vbi etiam ostendit quomodo dispensatio Papæ in hoc non suffragetur, b nisi fiat ob necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ. El vltra opiniones grauium & singularium Doctorum in ista materia miracula quædā referuntur per supradictos Doctores Cartusien. per quæ periculum habentium plura beneficia dignoscitur, quæ quidem â Christiano viro contemnenda non sunt. Nec enim æterna salus propter delicatiorem victū, & ornatiorem vestitum, seu ampliorem familiam, in dubio ponenda est, essetque cōsentaneū, vt sicut patimur ob solam opinionem eorum qui medicinā scripserunt, sanguinem minui, pluraque alia nobis insipida & satis fastidiosa propinari, ne salus corporis periclitetur (cum sæpius eueniat ipsis medicis scriptoribus, aut alijs viuis, qui ipsorum opinionem in nobis experiuntur, errantibus, non solum non liberari a morbo, sed eadē phlebotomia, qua sanari credebant, mori ac perclitari infirmos) sic sequendo opinionem sanctorum, vel insignium doctorum ob salutem animæ pecunias minui, aliaquaque & si corpori molesta, tolerata. Cum ex hoc nullam nobis corpori, nec animæ timeri possit periculum, sed animæ post obitum, & corpori post resurrectionem certior & securior salus æterna promittatur. Selicta igitur animæ pœna supremo illi mortuorum, ac viuorum iudici, qui solus intelligit delicta cunctorum: prima pœnarū quæ se offerat in huius sęculi cōtentioso foro est, ꝙ habēs plura beneficia, quāuis simplicia quorum

Diony. Cartu.

c quorum alterum sufficit per se ad vitam beneficiati, potest legitime altero priuari. Hoc probat tex. in cap. Conquerente, de cleric. non resi. secundum Abb. ibi, in. 3. no. quod dicit valde notabile, & nunquam obliuioni tradendum, & dicit esse casum solennem priuandi aliquem beneficio suo, licet velit in eo residere. Iustissima quidem est pœna ista licet his temporibus infelicibus inusitata, non quia vires amiserit, sed ex negligentia aut auaritia superiorum, quorũ aliqui in Sacrorum Canonum exsecutione torpescunt, reliqui vero cum plures Ecclesias Episcopales simul aliquando, aut cũm vna episcopali plura alia beneficia retineant, suique officiales, aut habeant aut ambiant plures dignitates siue beneficia, auaritia cęci aliorum cupidinem (& si Ecclesijs, clero ac diuino cultui pernitiosam.) refrenare non satagunt.

6 Secunda est, quæ in Concilio generali statuta fuit, vt habetur in cap. de multa, de præb. cuius verba sunt: Quicunque receperit aliquod beneficium curã habens animarum annexam, si prius tale beneficiũ habebat, eo sit ipso iure priuatus: d & si forte illud retinere contenderit, etiã alio spolietur: is quoque ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, cui merito viderit conferẽdum. Et vlterius decernit. tex. idem esse obseruandum in personalibus. Fuit etiam extensa pœna ista per iura Sexti & Clementin. primo ad regulares dignitates, vt in capitulo, Cum singula, de præb. lib. 6. Secundo ad prioratus, vt in Clementin. 1. de supplenda neglig. præla. Tertió ad vicarias perpetuas Ecclesiarum parochialium, vt in Clem. vnic. de offic. vicar. Aduerte tamen 7 quod si alicui conferantur duo curata simul & semel, tũc datur sibi optio secũdum Abb. ibi, colum. 3. versi. In ea glos. licet alij secundum eum tenuerint, quod non valet collatio. Quando vero 8 aliquis calore iracundiæ reciperet secundum beneficium curatum, non vacaret primum, si in continenti pœnituit eum, secundum eundem, ibi. dict. col 3. ver sic. Extra casuam. Pœna vero ista 9 vacationis primi beneficij, nõ vendicat sibi locum, nisi post habitam possessionem pacificam secundi beneficij, ita credit Abb. indistinctẽ, vbi sup. col. 4. ver. in ea glo. Sed hæc quidem pœna, 10 de qua in. d. c. de multa, nouissimę & singulari zelo adaucta est per Ioann. 22. in sua extrauagan ti execrabilis: e quæ sub titul. de præb. collocata est, in §. qui vero. vbi cauetur, quod qui receperint deinceps dignitatem, vel personatum, seu officium, aut aliud beneficium animarum curã habens annexam, si antea habebat aliud simile beneficium si illud primũ quo noscitur esse priuatus ipso iure, postquam habuerit possessionem secũdi, vel per eũ steterit quominus habeat omni fraude & dolo cessantibus, nõ dimiserit in manibus ordinarij absque more, dispendio, verbo & facto sine fraude, & sub publico testimonio, ipso iure & ex tunc est priuatus dicto secundo beneficio, quod recepit, & quod durius est, reputatur inhabilis ad

sacros

sacros ordines susceipiendos & ad habendum quodcunque beneficium Ecclesiasticum, quas duas pœnas in habilitatis ad ordines sacros & beneficium incurrit etiam ipso facto: vt voluit ibi glo. Zenze. in verbo ipso iure. in fin. verbis. Et vide quatuor requisita vt procedant pœnæ dictorum iurium, videlicet c. De multa. & ex trauagantis execrabilis, per Staphileum in tract. de gratijs expectanti iuis in tit. de qualitate & statu benefici. in, 5. quarto requiritur. vsque ad. §. 4. & vltim: & habes nunc illum tractatum in tomo quarto sexdecim voluminũ impressorum Venetijs.

A *Plura beneficia.* Adde q̃ cum huius capitis argumentum latius pateat quam vt breuibus possim illud concludere, satis erit si legentibus veluti manibus dixerim, ea loca, in quibus pingui minerua tractatum reperient. Legant igitur Ioan. de Lign. in tract. de pluralit. benefi. numero primo. Curi. in eodem tractat. per totum. Ioann. Nicol. Simon in ipso met tractatu, numero primo, vsque ad numer. 22. Lamb. in tractat. iuris patrona. 1. part. 2. lib. 7: quæst. pri. articulo quinto Paul. Parisi. in cap. cum Ecclesiastica. nume. 5. de excess. prælato. August. quæst. suis. q. 8. numero. 1. Aluar. Pelagi. de planctu Ecclesiæ, artic. 9. in fine Domi. Soto. lib. 3. de iusti. & iure. quæst. 6. articulo. 3. Patrum Rebu. in pract. benefi. titu. de dispensati. ad plura beneficia, pagina 366. vbi decem rationes congessit, propter quas prohibita est beneficiorum pluralitas. Et vide egregiam. l. 3. titulo. 16. par. 1. vbi late Gregori. in verbo, *Otro.* & nouissime concil. Tridenti. sess. 7. cap. 4. & sess. 24. c. 7.

Non suffragetur. Vide latissime Domi. Soto, & Petrum Rebuff. B in locis nouissime allegatis & Martin. Nauar. in manu. confess. cap 25. nume. 19. & in tract. de oratione. cap. 22. num. 75.

Quanuis simplicia. Adde. glos. C sing. in capite dudum in. 2. de elect. quæ scribit etiam simplicium beneficiorum pluralitatem esse prohibitam, quam Abb. & Scribentes ibi sequuntur, & cõmunem esse fatetur Martin. Nauar. in manu. confessor. cap. 25. nu. 125. & prõbatur in cap. conquærente, de cleri. non residen. tradit. S. Tho. quodlibet. 8. arti. 19. & quodlib. 9. articu. 9. quę opinio canonizata est hodie in Cõcil. Triden. sess. 24. cap. 17. de reform. Et Cardinalium Sacræ congregationis fulcitate stimoniohis verbis asseuerantes. *Plura beneficia non possunt obtineri, licet sint simplicia sine dispensatione Papæ.* Circa quod admonendi sunt impetrantes, qui aduersus Sacrorum Canonum instituta plura beneficia etiam simplicia consequi affectant, non quidem securi sunt, etiam si in supplicationibus suis Pontifici Maximo oblatis, aliabeneficia habere fateantur, & ipse petita beneficia conferat, minime quidem cum ipsis dispensare censetur. Nam aliorum beneficiorum expressio, solum operatur, quod gratia subreptitia non censeatur. text. insignis in capite non potest. de præbend. in sexto quod multis rationibus probat.

Decaetã Cardinalium.

Martin. Nauar. in tracta. de oratione, capitulo. 22. numero 64, vbi numero. 67. late disputat, quod beneficiũ dicatur sufficiés, ne aliud habenti illud confe fatur.

D *Ipso iure priuatus.* Vide Concilium Tridentinum, sessione. 24. cap. 17. cuius verba ponderans Martin. Nauar. in manuali confessor. cap. 25. numero. 129. *Quatenus dicit cogantur omnino, &* c. dicit neutram Ecclesiam ipso iure vacare Sed fallitur in hoc vir ægregius, cûm â iure antiquo sine nouo expresso recedere non liceat. l. præcipimus. C. de appellati. & loquitur expresse contra aliud decretum eiusdem Concilij sessione. 7. capitulo. 4 *Quicũque* (inquit) *de cætero plura curata, aut alia incompatibilia beneficia Ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, siue commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine, & titulo, cõtra forma Sacrorum Canonum, & præsertim Innocentij Tertij, quæ incipit de multa recipere, aut simul retinere præsumpserit, beneficijs ipsis, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure, etiam præsentis canonis vigore priuatus existat.* Nec verba. d. cap. Nauarro his suffragantur, quia Concilium Sacrum ibi loquitur, ante lapsum sex mensiũ, de ea coactione, quæ intra tempus illud â iudice facienda est, quo elapso, locus est dictæ pœnæ, vt vbi etiam diffinitur.

Conc. Trident. sess. 24. c. 17. de reform. contra Mar. Nauar. opinione interpretatur.

E *Non vacare primum.* Vide Cardinalem in Clementin. 1. oppositio. 1. de offici. Vicarij. Felinus in capitulo, sicut ex literis, numero quarto, de iure iurando. Deci. l. quidquid calore. ff. de regul. iur. Andr. Tiraquel. in tract. de pœnis. caus. 1 nũm. 29.

Extrauagans execrabilis. De qua cõstitutione meminit Petrus Rebuff. in d pract. de forma signaturæ simp. prouis. versicul aut per constitutionem, pagin. 144. vbi dicit, quod si dicta extrauagans constitutio ad vnguem seruaretur non essent tot in beneficijs plurales.

Quorumaliqua patres eorum nullo mediãte possederunt.

CAPVT, LXVIII.

1 *Beneficia Ecclesiastica hæreditario iure non deferuntur.*
2 *Si Sacerdos instituatur in ecclesia, in qua pater eius ministrauit, ab ea est amouendus.*
3 *Filius etiam legitimus non potest in beneficium patris succedere.*
4 *Differentia ægregia, inter filium legitimum, & illegitimum circa istius cap. materiam constituitur.*

A Deo enim Sacrorum Canonum conditores 1 succcessionem seu hæreditarium ius in Ecclesijs Dei abhorruerunt, vt Innocentius Papa. II. Apostolica authoritate prohibuerit, ne quis Ecclesias præbendas, præposituras, capellanias, aut reliqua officia hæreditario iure valeat vẽdicare, aut expostulare præsumat, statuẽs q; si quis improb⁹ aut ambitionis reus hoc attẽtare præsũpserit, debita pœna mulctaretur, & postulatis careret, vt habetur

in cap.

in capit. Apostolica. 8. q. 1 si ve-
2 ro aliquis ista cõtemnens adhuc
in Ecclesia, in qua pater eius mi-
nistrauit, instituatur, pœna eius
a est vt ab ea amoueantur: a vt sta-
tuit Alex. Tertius in cap. ad præ
sentiam. cum duobus sequent. &
in cap. quoniam. & in cap ad ex-
tirpandas de fil. presbit. nisi me
dia interceſſerit persona, vt in
3 dict. cap. Ad extirpandas. & in
cap. ex transmissa. eo. tit. Aduer-
tendum præterea est, quod licet
isti clerici, contra quos hæc de-
nuntiatio facta est, dicantur esse
illegitimi, tamen quo ad nostrũ
propositum, etiam si quis sit legi
timus non potest succedere pa-
tri in beneficio, quod ipse posse
dit nulla persona mediante, vt
per glo. Archi. Domi & Præpo.
in dict. cap. Apostolica. Et pro-
bat etiam text. quem ibi dicit ad
hoc casum expressum Anton. in
5. not. in dict. capi. extirpandas.
& not. Anton. post Host. in capi.
ad hæc. eo titu. & Deci. in capi.
inter cæteras. col. 2. nume. 4. de
4 rescrip. vbi in hac materia bene
loquitur. Differunt tamen inhoc
proposito quo ad alium articu-
lum: quod illegitimus filius non
potest præfici in Ecclesia, in qua
præest pater de præsenti, vt ha-
beat alium canonicatum vel præ
bendam, licet posit eo mortuo
habere, dum non succedat in be
neficio paterno, legitimus vero
potest institui in Ecclesia, in qua
pater præest, etiam eo viuo, in
b diuerso beneficio. b vt not. in di
ct. glo. & per Domi. & Præpo.
ibi. Si autem isti immediate succe
derent in beneficijs filiorum suo
rum, non priuarentur eis, cum
non reperiatur prohibitum, pa-
trem filio succedere, c in hoc ca- c
su, prout communiter in hoc re-
sident Docto. in dict. capite ex
transmissa. vt Præpo. asserit in di
ct. capit. Apostolica. licet contra
rium tenuerint Hostien. & Ar-
chid.

A ea amoueatur. Adde Cõ A
cil. Tridentin. sess. 25. *Declara*
capit. 15. cuius singula- *tur Con*
ria verba hæc sunt. *Vt* *ci. Tri-*
paternæ in continentiæ memoria, a lo *den. sess.*
cis Deo consecratis, quos maxime pu *25. ca. 61.*
ritas, sanctitasque decet longissime *de refor.*
arceatur, non liceat filijs clericorum
qui non ex legitime nati sunt matri-
monio, in Ecclesijs, vbi eorum parente
beneficium habent, aut habuerunt,
quodcunque etiam dissimile benefi-
cium obtinere, neque in dictis Eccle-
sijs, quoque modo ministrare, nec pen
siones super fructibus beneficiorum
quæ parentes eorum obtinet, vel alias
obtinuerunt habere. Quod si in præ-
senti pater & filius in eadem Eccle sia
beneficia obtinere reperiantur, coga-
tur filius suum beneficium resignare,
aut cum alio permutare intra Eccle-
siam intra trium mensium spatium, a
lias ipso iure eo priuatus existat: &
superijs quæcunque dispensatio subre
ptitia censeatur. Ad hæc reciprocere
resignationes, si quæ post hac a paren-
tibus clericis, in fauorem filiorum, vt
alter alterius beneficium consequa-
tur, in fraudem huius decreti & cano
nicarum sanctionum factæ omnino
censeantur, nec collationes secutæ vi
gore huiusmodi resignationum seu a-
liarum quarumcunque, quæ in frau-
dem factæ fuerint, ipsis clericorum fi
lijs suffragentur. Hactenus sacro
sancti concilij decretum.

Circa quod decretum, nonnul
la sunt animaduertẽda primo ex
ipso colligi filiũ cler. ci inhabilẽ

esse ad obtinendum illud beneficium quod parens in illa Ecclesia obtinuit vel aliud dissimile & ea ratione collationem ei factam nullam esse probat in verbis illis *non liceat*, iūctus *illis quod si in presenti, &c.* ita interpretatur Mar. Nauar. consi. 18. tit. de consti. Secundo non licere ei in ea Ecclesia sacra facere priuatin quanuis nullum beneficium obtineat vt memoria paternę incontinentię sepeliaturque potissima fuit Cōcilij ratio sic infacti contingētia interrogatus consuluit Nauarr. consi. 17. dicto titulo. Tertio, illud animaduerti oportet, quod non tātum filius clerici, sed nec nepos obtinere potest beneficiū in quo auus fuit præfectus, siue (vt cum nostris loquar) ministrauit. glos. not. in cap. ad extirpandas, de filijs presbyte. & in cap. presbyterorum. 86. dist. Abb. & Doctor in. capit. 2. de arbit. & in cap. accedēs de accusa. Guil. Benedi. in cap. Raynuntius, in verbo, Et vxorem. num. 693. de testam. Fieret quidem manifesta fraus Concilio, alijsque canonicis decretis, nam qui non posset filio dare, minimo negotio nepoti concederet. Quod procedit in nepote legitimo nato ex spurio vel spuria: quia is etiam excluditur: vt in. d. cap. ad exstirpandas, quod ita interpretatur Petrus Rebuff. in pract. benefi. de dispēsa. super defect. nata. num. 27. dicens Tolosanum Senatum ita indicasse. Si verò pater in Ecclesia de facto ministrauit, huic prohibitioni locus non est.

Est tamen singulariter notandum, Sacrosanctum Concilium nō procedere, quando pater decessit, ante eius publicationē, vt declaratū fuit ad Cardinalibus, qui Tridentini interpretationi præsunt his verbis, *Filij presbyteri, decreto Concilij Tridentini. c. 15. sess. 25, non prohibentur, retinere beneficium legitimè obtentum, in eadem Ecclesia, in qua fuit Beneficiatus eorū pater, qui ante publicationem eiusdē Concilij Tridentini è vita migrauit.*

Diuerso beneficio. Adde quod opinio ista in practica seruatur, vt testatur Rebuf. in loco nouissimē allegato. num. 39. pag. 411. quo loco scribit, nunquām vidisse per dispensationem ad obtinēdum canonicatum â filio legitimo, in ea Ecclesia, in qua pater aliud habet. Et ideo filij legitimi Canonici esse possunt, in ea Ecclesia, in qua pater Episcopus est vel Canonicus. Quæ opinio verissima est die statē dicto decreto Trid Concil. quia illud tantum loquitur, de illis clericorū filijs, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, circa legitimos vero, nihil ex iuris communis sanctionibus immutatū est. Et ideo ab eo iure recedendum non est. l. præcipimus, in fine. C. de appel.

Filio succedere. Vide Petrū Rebuff. in dict. tit. de dispen. super defect. natali. num. 29.

In pluribus eorum intrusi.

CAPVT. XLIX.

1 *Intrusus in beneficio, quis dicatur.*
2 *Clericus, qui scienter se in beneficio curato intrudit, qua pœna puniatur.*

Intru-

INtrusus in beneficio ille dicitur, qui obtinet illud sine authoritate eius, ad quem de iure spectat collatio, notat Abb. ex text. ibi, in cap. Quia diuersitatẽ, in. 2. not. de concess præben. Et allegat text. ad idem, in capit. ex frequentibus, de insti. & ponit Felin. in cap. in nostra in. 2. corollario, de rescrip. qui idem dicit in eo, qui intrat cum titulo habito â superiore excommunicato vel interdicto, vel publicê suspẽso, allegat tex. in cap. Tanta. de excessi. prælat. Et allegat Dominic. in cap. propter vlt. colum. 19. distinct. ponãtem sex modos
a quibus quis dicitur intrusus in beneficio. & vide eundem Felin. ponentem septem, in capit. Veniens, num. 3. de accusa. Clericus autem, qui scienter, iniuste intrudit se in beneficio habente curã animarum, ipso iure priuatus est
b beneficio[b] simili cum cura quod habebat, vt in cap. cum qui. præben. in. 6.

A EX *modos*. Adde Feli. qui octo modos narrat, in cap. venienes, in 2. not. de accusa. quos refert. Ioan. â Selua in tract. de benefi 11. q. 3. par. Ludo. Gome. in regal. Cancel. de subrog. collitigan. glo. 4. pag. 330.

B *Priuatus est beneficio*. Adde quod si is illud impetrauit, nõ facta mentione intrusionis, non valibit impetratio, vt firmat Felin. in cap. postulasti. in fine, de rescrip. Sequitur Ioan. â Selua in dict. tract. de benefi. d. q. 11. & Male in tract. de elect. in fine. Et nota, quod in pœnam & huius criminis detestationem, intrusus non subrogatur in ius alterius habentis in beneficio ius legitimũ cap cûm iam dudũ, & ibi Doct. de præbend. Sed pœnam hanc effugiet qui possessionem beneficij dimittit antequam petat, se in alterius ius subrogari, vt bene scribit Rebuff. in dict. reg. de subrog. collitig. num. 25.

Viues possessoribus eorum.

CAPVT. L.

1 *Impetrans beneficium viuentis est ab Ecclesiastica cõmunione pellendus.*

2 *Deponitur qui viuentis beneficiũ impetrat.*

3 *Impetrans viuentis beneficiũ est infamis.*

4 *Cum impetrante beneficium viuẽtis, solus Papa dispensat.*

5 *Occupans beneficium viuẽtis, si postea vacante beneficio impetrat illud à Papa, non facta mentione de inuasione præterita nõ valet collatio.*

QVI viuorum Sacerdotum loco ponũtur, hoc ipso sunt Ecclesiastica communione pellendi, 1
a qui se passi sunt successores viuis Sacerdotibus adhiberi, verba sunt tex. in cap. 1. de concess. præben. Vbi vide glos. tenẽtem 2
quod vltra hoc debet deponi, allegat text. in cap. in primis. 2. q. 1. sequitur Abb. ibi per eundem text. qui tamen loquitur in eo, qui in locum viuentis Episcopi procurauit subrogari, vnde non

videtur generaliteraliter inducẽ dus contra quemlibet clericum, qui viuentis obtinuit beneficiũ. Longe enim grauius delinquit, qui Episcopatum, quam qui beneficium viuentis ambit & vsurpat. Allegat præterea glos. in dicto cap. 1. ad hoc, text. in cap. nõ furem. & in c. Eum qui. 7. q. sed text. in dict. cap. Non furem, nihil probat de positione. Et text. in cap. Eum qui, solũ dicit, quod qui recipit archidiaconatum viuentis, eiusdem Archidiaconatus honore deponitur, & si vlterius in loco eodem ministrare præsumit, priuatus est participatione sacræ communionis. Vnde non probat quod deponatur nisi â beneficio b quod recipit: nõ ergo intelligat iudex, dũ glos. & Abb. simpliciter dicunt, quod est deponendus, quôd deponatur ab officio, quia hoc nullibi probatur iudicio meo. Patitur præterea â & aliam pœnam occupans viuentis beneficium, quod efficitur infamia. Ita Abb. vbi suprâ, per text. in cap. Audiuimus. 3. q. 2. Sed salua eius authoritate, ille etiam tex. loquitur in eo, qui inuasit Episcopatum viuentis, nõ verô in casu nostro. Et subdit præterea Abb. ibi, quod talis clericus nõ potest amplius illud beneficium obtinere, & quod credit quod solus Papa potest cum eo dispensare: Imo plus dicit notandum, quod taliter occupans beneficium viuentis, scienter faciendo se instituí, si postea vacante tali beneficio impetrat illud â Papa, non facta mentione de inuasione præterita, non valet collatio c tanquam subreptitia, ad quod etiam facit quod dicit Feli. in cap in nostra. 2. corollario. num. 26. de rescrip. Et videtur Hispane legem. 13. titul. 16. partit. 1. quę disponit quod recipiẽs beneficium viuentis perdit illud, & nũquam debet aliud habere, & iudex qui priuat eum beneficio, & restituit viuenti, potest pronuntiare illum infamem. Et postea ponit duos casus in quibus impune recipit quis beneficium viuentis.

Communione pollendi. Adde quod ratio huius prohibitionis ea est potissima, quia Ecclesiastica beneficia perpetua esse debent apud possessorem. cap. satis. 56. dist. nec quis sine causa beneficij priuari debet, cap. inuentum. 16. quæst. 7. vnde illa possessore viuente impetranda non sunt Alio quin apud possessorem minime essent perpetua. Et ea ratione collatio beneficij viuentis ab ordinario facta non tenet tex. in cap. post electionem, de concess. præbend vbi Abb. not. 3. nec acceptatio talis beneficij. cap. nec captandæ, de concessi. præben. lib. 6. Clem. vni. eo titul. tradit Guid. Pap. consi. 107. Nec firmitate obtinet præsentatio talis beficij. cap. illud, de iure patrona. glos. in c. fin. de elect. lib. 6. tradit Petrus, Pau. Pari. cons. 112. colum. 1. volumna. 4. Rochus de Cur. in tractat. iuris patronat. in verbo, Honorificum. q 53. Paul. de Citodi. codẽ tract. 6. par. ar. 3. q. 41 Petrus Rebuff. in tract. benefi. de reprob. benefi. viuẽ. impetra glo. 7. n. 16. vbi differit, quid iudicandũ erit quando præsentationis tẽpore beneficium nõ vacat,

cat, sed tempore prouisionis: an ea prouisio valida sit iudicanda. Et huiusmodi prohibitio extenditur ad commendam, nempe vt beneficium viuentis non possit alteri commendari, quando cómenda â Sumo Præsule facta est vt scribit Cassador. decis. 3. sub tit. de præbend. & ratio est, quia talis commenda quæ fit ad vitam pro legitimo titulo habetur glo. in pragma. Sancti. rub. de pacifi. possesso. in verbo, titul. facit tex. in cap. dudum. in. 2. de elect. Petrus Rebuff. in tract. de pacif. possess. in concord. 5. Amplia. num. 35. secus vero si commenda ab ordinario facta esset, ad sex menses, quia ordinarius bene potest conferre beneficium illud, cum lapso illo tempore, commendatarius nullum ius in eo habeat. c. nemo. deinceps de elect. lib. 6. Nec beneficij viuentis collatio conualescit, si postea is cuius beneficium collatum est moriatur. Quia tẽporis tractatu minime firmatur q̃ nullũ est ab initio reg. nõ firmatur, de reg. iur. li. 6. reg. quod in initio. ff. eo. Sic not. Barba. in cap. cõsultationibus. 1. not. per illud tex. de donationi. Nec firmatur talis collatio, etiã si cõsuetudo sit in contrarium, quia talis consuetudo non valeret cũ bonis moribus sit contraria. Ita tenet Ioan. Imo. in cap. 2. de cõcess. præben. Gome. in reg. Cãcel. 20. quæst. 3. in fine. Rebuf. in dict. glos. 7 num. 42. & ea ratione mirandum esse dicit, tot homines (maximê curiales) viuentium beneficia ambire.

B *A beneficio.* Adde Petrum Rebuff. in loco nouissimê allegato. numero. 12. vbi authorem nostrum allegat & sequitur. Nec ab huiusmodi pœna excusabitur ignorantiæ prætextu is qui tale beneficium viuentis impetrauit. Nam licet ob ignorantiam excusetur ab alijs pœnis, nempe Ecclesiasticæ excommunicationis incursu, infamiæ nota & cæteris iure statutis, quo ad firmitatem tamen impetrationis, & nouæ prouisionis nunquâm ignorans excusatur. Ita sing. tenet Deci. in l. fin. numero. 17. C. de pact. qui allegat Abb. in cap. 1. de cõcess. præben. Ponderando verbum maxime appositum ab eo, quo loco fatetur Deci. ita fuisse iudicatum in consilio Delphinatus Frâciæ, cûm ipse ibi adesset. Et ita in facti contingentia interrogatus consuluit. cons. 398. numero. 2. Sequitur Ludo. Gome. in regu. Cãcellariæ, de impetra. benefi. viuen. quæst. 3. in princ. Gregor. Lup. in. l. 13. titul. 16. in verbo, *Otro.* par. 1. & ita tenendũ est quidquid inuoluat Rebuf. vbi suprâ. num. 51.

Erit etiam dictæ pœnæ obnoxius, qui nõ viuentis, sed potiũs mortui beneficium impetrauit, quando tantum tempus non effluxerit, intra quod potuerit verisimilis notitia mortis haberi, vt expresse diffinitũ est in Reg. cancel. 28. condicta primum â Ioan. 23. deinde a successoribus eius confirmata. Sed quid si eadem die qua quis moritur beneficium impetretur, an præsumatur, vt non sit locus pœnæ huius capitis post mortem impetratũ fuisse. Qui quidem casus Bonifacij Octaui Pontificis Maximi extrauaganti cõstitutione decisus est, quæ habetur in lib. Bulla

rum Rothæ.c.152 & ea est diffinitum, quod omnes interpetrationes factæ vel posterum faciẽdæ,etiam motu proprio, quarũ data sit eiusdem diei obitus, nullius sint momenti,& omnes effectus,qui ex eis sequũtur. Quod tamen Bonifacius limitat in beneficijs extra curiam vacãtibus: secûs verô in beneficijs, quæ in Romana curia, vel in locis vltra duas legales dietas â dicta curia non stantibus vacauerint,in quibus tales impetrationes valere voluit:quam constitutionem refert Gomezi.vbi paulò ante allegaui.quæst.7.

Is verô qui scienter viuẽtis beneficium contulerit,â pęna minime est immunis,quia amplius illud conferre minime poterit,cũ delinquat, & delinquens priuatur collatione.cap. cum in cunctis.cap.super eo', de electio. & conducit text.in.l.quidam,in fine,cum lege sequen.ff de donat. vbi donans bona proxima viuẽtis,priuatur illis bonis,tanquâm indignus. Sed cum pęna hæc in iure expressa minime reperiatur quæ cum priuationis sit,nunquã imponenda est glos.[&] Doct in cap.fin.de iure patrona. opinio contraria verior videtur, quam tenuerunt Innoc.& Panor in.c. bonę,in.2.in fine,de elect.

Impetras viuentis beneficiũ multisca sibus excusatur.

Excusabitur quidem multis casibus,â dicta pœna, qui viuentis beneficium impetrauit,nempe si beneficium vacat per non promotionem, vt in casu text. in.c. licet canon de elect.li.6.vel per hæresim.vt in.c.ad abolendã,de hæreti.c.excõmunicamus.§. credentes ibidem. Aut per simoniæ labẽ, cũ beneficiũ ipso iure vacet.vt in extrauag.cum de testabile.de simo.in communi. vel si beneficium post professionẽ impetretur.c.beneficiũ, de regula. lib.6.vel in alijs. Nõ sane in his videtur viuentis beneficium cõferri,cùm is qui illud obtinebat sit ipso iure priuatus, licet ex aliqua causa ius habeat illud retinẽdi: valet tamen illius collatio.c. licet Episcopus,de præb. lib. 6. c.1.de homi.ibi Abb.& alias excusationis causas cõgerit Rebuf. in.d.glo.7.& Fran.Mart.decis. 481.par.1.

Collatio. Adde Reg.Cancel.20. C idẽ quæ peculiari alia Cancellariæ regula sancitum fuit â Pio Quinto Pontifice Maximo, in hæc verba. *Item si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet,prouisio & quæuis alia dispositio dicto supplicãti,per obitum huiusmodi denuo faciẽda, nullius sit roboris vel momenti.* Idem scribit Deci.in.l. fin.num. 17.C.de pact.& consi. 398.n.2. Insignis Greg.Lopez in.d.l.par.

Et occasione laicæ recognitionis, non requisita Episcopi audiẽtia,beneficia Ecclesiastica sibi præsumpserunt vendicare.

CAPVT. LI.

1 *Clericus huius criminis reus ob officio & beneficio est remouẽdus.*

2 *Hodie*

2 *Hodie autem ex Lateranensi Cõcilio, quæ pœna in hoc crimine imponatur.*

1 CLerici taliter habentes beneficia, si commoniti illa non resignauerint, ab officio & bene
a ficio reddendi sunt alieni, [a] vt sancitum est in capi. Relatum, de iure patronatus. Olim præterea, erat hoc per antiquos canones inhibitum, vt patet ex text. in capite per laicos. 16. quæst. 7. vbi Alexander secundus disposuit, quod per laicos nullo modo quilibet clericus vel presbyter obtineat Ecclesiam. Gregorius præterea septimus, & Paschalis Romani Pontifices hoc ipsum etiã damnauerunt disponentes, quod qui contrarium faceret, excommunicationi subiaceret, præterid, quod talis inuestitura irrita esset, vt Gregorius idem decreuit, & habetur in cap. quoniam, & in capit. si quis clericus, eadem causa, & quæst. Hodie vero in Con-
2 cilio Lateranensi sub Leone decimo celebrato in sessione. 10. in bulla, contra exemptos ædita in §. Et quia sæpius dispositum est, quod collationes beneficiorum factæ â domicellis, principibus, & nobilibus sub colore iuris patronatus, quod habere confingunt in beneficijs Ecclesiasticis nullo priuilegio Apostolico suffulti, sine ordinariorum collationibus, & literis, & absq; aliquo saltẽ colorato titulo, nullæ & irritæ esse decernuntur, & quod illis vtẽtes reddantur inhabiles, ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda, donec cũ eis super hoc per sedẽ Apostolicam fuerit dispensatum.

a *Vt alieni.* Adde Abb. in cap. præterea. in. 2. de iure patronat. quo loco scribit, quod si quis beneficium aliquod impetrauit, si in supplicatione non exprimit, se prius a laico habuisse, non tenet impetratio, quia si Summus Ecclesiæ Præsul hoc cõpertum haberet, non ita concessisset, cum propter crimen ab eo commissum, condignis pœnis essetplectendus, quod circa caput hoc summe notandum est.

Illud tamen singulariter notabis non esse locum pœnis hoc capite definitis quando clericus de manu laici patroni capelaniam non colatibam suscipit quia hoc non confertur vt beneficium sed vt seruitium manuale temporale vt quotidie fit: ita consuluit egregius Martin. Nauar. consi. 6. tit. de offi. ordi. num. 7.

In nullo beneficio residen t.

CAPVT. LII.

1 *Beneficia omnia personalem residẽtiam requirunt.*
2 *Cõsuetudo an valeat excusare quẽ à residentia.*
3 *Clericus in beneficio non residens, qua pœna puniatur.*
4 *Beneficium Clerici vagabundi alteri conferri potest.*

1 BEneficia omnia tam ratione naturali (quæ dictat homines illis obsequia præstare, â quibus ob id stipendia recipiunt) quam communis iuris dispositione re-

sidentiam requirunt, de his enim quę animarum curam exigunt, a planum est. De beneficijs vero
a simplicibus idem esse firmat Panormi. in capitulo, quia nonnulli. de cleri. non residentibus, per text. in capit. super inordinata de
2 præben. Consuetudo autem, quæ ferê semper bona opera minuit, & secordiam ac inertiam in hominibus alit (cûm â maiori parte eorum quæ non semper iustior est oriri, ac foueri soleat, iam inualuit, vt hæc simplicia beneficia residentiam non requirãt quam in his Doctores admittendam scribunt. b ab illaque excusari beneficiatos tradunt, cum
b per alios Ecclesijs debita præstentur obsequia. Generaliter autem vide quinque casus, in quibus nulla consuetudo excusat non residentem per Felin. in capit. Cum
3 omnes. column. 17. & 18. de consui numer. 54. Pœna autem clerici non residentis in beneficio (etiam modicæ æstimationis) est, quod illo priuetur, c vt in capit.
c Conquerente, de clericis non residentibus. Et ibbi Innocent. & Abba notant ex eo, quod procedit etiam in casu quo abesset clericus ex iusta causa, quia posset priuari, si monitus pro necessitatibus vel vtilitatibus Ecclesiæ suæ venire recusaret. Notat Inno. in capi. Ex tuſi de cleri. nõ resi. argumento tex. in cap. Sicut
4 autem. t in capite. Absit. 11. . q. 3. Quando vero deneficia non requirunt residentiam, si clerici vagantur, sufficit delictum vagationis ad priuationem, notat Inno. in d. ca. Ex tuæ. allegat tex in ca. Non oporlet. cum sequenti. 7. q. 1. Pro quo facit glossa. in capite. Non oportet. de conse. dist. vltima quam dicit singularem & alibi non repertam Corsi. in sing. in verbo vagabundus, ad hoc quod si beneficiatus est vagabundus & tandiu absit, & dubitetur an viuat, an mortuus sit, poterit beneficium eius conferri alteri, quod corroborat pluribus notandis conclusionibus, quæ procedunt in vagabũdis. Modum autem procedendi ad priuationem d in hoc casu breuitatis affectu hic tradere prætermisi, facile erit requirentibus inuenirç.

d

QVæ animarum curam exigunt. Vide de hac personali residentia multa lectu non indigna per Caieta. 2. 2. q 185. artic. 5. Ioan. a Driod de libe. Christi. pagi. 204. Bart. Carran. de Miranda, Archiepiscopum Toletanum in controuer. de necessar. residen. Episcop. aliorumque inferiorum pastorum, quam apud Tridentinum Concilium habuit Domi. Soto in calce eius operis, cui titulum fecit de natura & gratia, & latissime li. 10. de iusti. & iure: quæst. 3. artic. 1. cum multis sequentibus, qui magnis rationibus probat hanc personalem residentiam diuino iure institutam esse. Quod verissimum censeo, quia diuinis legibus Prelati nec non alij inferiores pastores tenentur pascere commissum sibi gregem: nam decimę ideo illis dantur, vt spiritualia ministrent, & sint in hac Domini vinea, operari dignimercede vt probatur Matthæ. & Lucæ capite. 10. quod eis minime conueniet, si per vicarios eas operas exhibuerint. Quod hodie A

die manifestissime probatum est in Sacro sancto Concilio Tridentino.sessi.23.capite.1.de reforma. & sess. 6. capite. 1. ita vt iam nullæ controuersiæ locus sit.

B *Admittendas scribunt.* Videtex. cum glos. in capi. cum omnes. de consti. glo. in cap. dudum in. 2. in verbo, *Retinere.* de electione. & in capit. gratia in verbo, *De iure* de rescrip. lib. 6. & in capit. conquerente. in verbo, *Seruat.* decleri. non residen. & in capit. vltim. in verbo: *Fructus.* de rescrip. li. 6. tradit Abb. in cap. extirpandæ. § quia vero. num. 15. & num. 31. de præbend. & consil. 96. nume. 2. vol. 2. Ioann. Imo in cap. quia non nulli. num. 6. de clerici. non residen. Rochus de Cur. in cap. vlti. num. 500. de consuet. Felin. in capit. dilectus. in. 2. colu. 1 de rescrip. Alex. consil. 1. numer. 2. lib. 7. Nicola. Mil. in reper. in verbo, beneficium. quæst. 33. Petr. Paul. Pariſ. consil. 32. lib. 4. Ioan. de Selua in tractat. de bene. 4. par. q. 2. numer. 1. qui amplissime materiam istam differunt, & examinãt.

Illo priuetur. Vide egregiam. l. C 16. & 17. tit. 6. par. 1. Hodie autem in Concilio Tridentino nouissimæ pœnæ contra non residẽtes statutæ sunt: nam sessio. 6. ca. 1. de reform. sancitum est, quod Patriarchæ Primates, Archiepiscopi, Episcopi, siue qui, quocumque titulo vel causa cathedrali bꝰ Ecclesijs fuerit præfecti, quacunque prefulgeant præeminentia, legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus, si sex cõtinuis mensibus extra suam diœcesim morando ab fuerint, quartæ partis fructum vnius anni, fabricæ Ecclesiæ pauperibusque loci per superiorem Ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso iure incurrunt. Si tamen per alios sex menses in absentia perseuerauerint, aliam quartam fructuum similiter applicandorum amittunt. Quod si vlteriùs pertinaci animo in eadem absentia perseuerauerint, vt seuerioribus pœnis coerceantur, & puniantur Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum vero absentem Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ ipso iure incurrenda, infratres menses per literas, seu nuntium, Romano Prœsuli Sanctissimo nũtiare tenetur.

Concil Triden. sess. 6. c. 1. de refor.

Illi vero qui beneficia inferiora, siue de iure vel consuetudine residentiam requirentia obtinuerint, siue in titulum: siue commendam, opportunis iuris remedijs, ab ordinarijs, vt resideant, sunt compellendi: neque eis priuilegium. vel indultum, perpetuum de non residendo, suffragari debet. Ita Conci. Trid. d. sess. 6. ca. 2. de refor. sub Paulo Tertio Pont. Max.

Conci. Triden. sessio. 23. c. 1. de reforma. enucleatur.

Sed cum summe saluti Dominici gregis, pastoris residentia cõueniat, dictum Sacrum Concilium, sub sanctissimo Pio Quinto celebrato, sess. 23. c. 1. de reforma. seueriori constitutione, grauiores pœnas aduersus nõ residẽtes infligit. Nã Sacrorum Canonum & Conciliorũ decretis inhærẽdo declarat, præfatos omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, etiã si Cardinalatus dignitate sint cõdecorati, obli

obligari ad personalem residentiam, in suis Ecclesijs, vel diœcesibus, vt iniucto sibi munere fungi teneantur: neque posse abesse nisi ex causis & modis ibi diffinitis. Si verò tam Sacrosanctam, tam salutarem constitutionē violauerint (quam nec transuerso quod aiunt vnge transgredi licet mortalem culpam contrahūt & pro rata tēporis, fructus suos non faciunt, nec tuta conscientia, etiam absque aliqua declaratione, eos sibi ipsis possunt detinere, quodsi indurato animo, eos retinnuerint, superior Ecclesiasticus debet Ecclesiarum fabricis aut pauperibus loci erogare, omni conuentione vel expositione prohibita. Quæ quidem pœnæ omnes, aduersus curatos inferiores quę pastores, beneficia Ecclesiasticam curam animarum obtinentia habentes, similiter dicto decreto statuuntur. Ita tamē, vt si quando ex iusta causa, ab ordinario cognita & probata, abesse contingeret, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbatum, cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedendi autē facultas, in scriptis gratisque cōcedenda sit, nec vltra bimestre tempus, nisi grauis & vrgentissima causa contigerit. Quod si absentes per edictum citati, minime comparuerint, liberum est & permissum ordinarijs (imo tenentur) seuere per Ecclesiasticas censuras, & sequestrationem fructuum, & illorum substractionē, alijsque iuris remedijs, vsque ad priuationem contra eos procedere. Ita vt minime â dicta residentia, & ab illius canonis excusione, priuilegio, licentia familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuscunque beneficij, pactione, statuto, etiam iuramento, vel alia authoritate confirmato, consuetudine etiā immemoriali excusantur. Quæ quiddem Concilij decreta, duabus nouissimis cōstitutionibus Apostolicis seruari præceptum est: altera sub data Romæ apud sanctū Petrū, anno incarnationis Dominicæ. 1564. septimo kal. Decembris. Altera vero impressa est vna cum Tridentino Concilio quę publicē circunfertur.

Illud vero circa dictum decretum notandū censeo, nempe parochū impune abesse posse, absque aliqua licentia duos menses ex causa quæ sibi iusta videatur, quia antiquo iure licebat, â quo non est recedendum, sine nouo iure expresso. l. præcipimus, in fine. capit. de oppella. Tum qui Episcopo, qui fortiori vinculo residere tenetur, permittitur, & cōcilio cautum est: vt in curatis & inferioribus eadem omnino seruentur quæ in Episcopis. Ita tenet insignis Mart. Nauat. in manuali confessor. cap. 25. num. 221 & ita non semel consului & obtinui, licet quidam imperitus iudex, ex capite quidem (prout illi de more erat) contrarium iudicauit. Is autem qui residere tenetur, viginti & quatuor casibus â residentia excusatur, quos plenissima manu congerit Ioann. a Selua, in tract. de benefi. 4. part. quæst. 6. qui fere omnes his com præhenduntur.

Primus, si quis sacratissimam Theologiam publice profiteatur, vel ei operam det, ad quinquennium. text. in cap. fin. de magist.

Parochus ex causa iusta abesse potest à beneficio absqe ordinarij licentia.

A residētia in beneficijs ecclesiasticis. 24. casibus quis excusabitur.

gist. Nec Episcopi licentia necessaria est, quia ius eam concedit. Ita scribit Petrus Rebuff. in practica benefi. titul. de dispensa. de non residen. num. 25. Mart. Nauar. in manu. confess. cap. 25. nu. 120. quibus suffragatur text. in cap. relatum de cler. non resid. vbi alternatiuê loquitur, de licẽtia suorum prælatorum, vel studio literarum. Nec vltra dictũ tempus, licentia potest concedi, nec aliquid operari, sic sancitum est ab Cardinalibus sacræ cõgregationis his verbis asseuerantes. *Licentia, vt quis abesse possit, causa studij, à seruitio suæ Ecclesiæ, vel sui canonicatus, non suffragatur, vltra quinquennium impetrata à die quo cœpit studere.* Idemque censendum est in prælectione vel professione sacrorum canonum: ita sing. tenet Archidi. in cap. 2. de priuileg. lib. 6. sequitur Abb. in d. capit. fin. si vero alias scientias profiteatur, Episcopi facultas necessaria est in locis vbi consuetudo non est in contrariũ: vt traditur a Doctoribus in dict. cap. tuæ.

Decretũ Car. sacræ congregationis.

Secundus casus, qui legitimũ absentiæ impedimẽtum præstat est, Episcopi obsequium, quo ad duos canonicos & etiam alios, si id intendãt quod in suæ cathedralis Ecclesiæ vtilitate conuertantur. capit. ad audientiam, vbi Abb. num. 8. de cleric. non resid. Excusabitur etiã is qui est in seruitio legati vel Archiepiscopi, vt in d. cap. ad audientiam. cap. cum dilectus. cap. de cætero. vbi Doctores de cler. non resi. Id tamẽ quod Archiepiscopo dicitur, intelligendum est, quo ad clericos suæ diœcesis, non autem suffraganeorum. arg. tex. in cap. pastoralis, de offi. ord. ca. vni. de foro comp. lib. 6.

Tertius casus, in quo â fortiori quis â residentia excusatur, si contingeret aliquem â Summo Pontifice euocari, tunc is optimo iure, per Vicarium poterit seruire. cap. cum dilectus, de cleric. non resid. Quod quidem verum est, quando principaliter absens est ad seruiendum, non vero ad beneficia consequenda: ita tenet Angel. in summa, in verbo clericus. 7. §. 2. minus tamẽ principalis intentio minime nocet, vt fatetur sing. Nauar. vbi suprâ. Ex quo sequitur quod scriptor bullarum, aut procurator in Romanæ curiæ summo prętorio residens, minime â residentia excusatur, cum ea absentia lucri sui causa contingat. tex. in. l. scribarios, vbi Alexander & Iaſ. C. de test. mi. Reipublicæ enim causa eos abesse solũ intelligimus, qui non sui commodi causa, sed coacti absunt. l. Reipublicæ. l. nõ vere. ff ex quibus caus. maior.

Quartus casus, quando absentia contingit generalis concilij gratia, nam qui cõcilio interfuerint omnes fructus suos faciunt, atque quotidianas distributiones quæ præsentibus dãtur, quia præsentes censentur, & pro residentibus iudicantur. Etiam si ecclesiarum statuta sint in contrarium. Ita decissum fuit in Conc. Constan. sess. 19. Idemque pari ratione defendi potest, si interfuerint Concilio prouinciali, vel Sinodali, Sinodo eadem quidem publica Ecclesiæ vtilitas versatur, necnon necessitas parendi, Sacrorum Canonum Decretis, maximi

maximi nouissimi Tridentini Concilij sessio. 24. capit. 2. de reformatione, non quidem qui interesse tenentur proprium munus debet eis esse damnosum. l. videlicet. ff. ex quibus caus. maiorib. l. si seruus communis §. idéque euidentius. ff. detur Quod nota. pro prælatis, alisque interesentibus in Concilio prouintial. quod celebratur Toleti decreto Reuerendissimi Gaspar, â Quiroga Cardinalis, & Toletani Archiepiscopi. Sunt quidem ad id congregati Episcopi omnes huius amplissimæ, prouinciæ hac die sanctissimæ Natiuitatis beatissimę Virginis Mariæ (quę octaua est mensis Septembris) ann. Domini. 1582 qua hæc scribimus opus hoc ad secundã æditionem parantes.

Conciliũ Prouinciale Toleta. sub Reuerendis. Gaspar Quirog. Car. Archiep. Toletan.

Quintus casus est, ob necessitatem maximam personæ, vt pote si valetudine afficiatur curatus, nam tũc per substitutum poterit deseruire cap. ad audientiã de cleri. non residen. capitul. 1. & per totum de clerico. ægro. capit. vni. illo tit. in. 6. facit. l. si cui. §. final. ff. ex quib. caus. maior. l. aut si valitudine. ff. de procura.

Sextus propter necessitatem Ecclesiæ, nam clericus, qui propter necessitatem Ecclesiæ absẽs est, poterit vicarium constituere: Etiam si residere iurauit. cap. ex parte. in. 2. de cleric. non residen.

Septimus si interuenit licentia legitima glos. not. in cap. inter quatuor, de cleric. non residenti. & legitima causa ea dicitur, quæ datur ab eo, ad quem de iure competit, ex causa, boni viri arbitrio. Ita scribit Nauar. vbi paulo ante allegaui. Alij autem casus iure constituũtur, sed quos supra scripsi sunt potissimi, & frequentius contingunt.

Octauus casus est, quãdo graues superueniunt inimicitiæ, ita vt sine vitæ discrimine, parochus non potest, in suo beneficio residere, habita Episcopi, licẽtia abesse poterit, pro eo tẽpore quo inimicitiæ permanserint, sed idoneus Vicarius interim Ecclesiæ prouidendus erit, sic decretum est, â Sacra congregatione Cardinalium his verbis. *Habens canonicatum, & parochialem in qua non potest sine discrimine vitæ propter inimicitias residere non est cogẽdus, donec subest causa inimicitiarum in ea residere, sed ei est permittendum, vt in canonicatu resideat.* Et alio decreto sic dicitur. *Habens graues inimicitias in sua parochia, durantibus his, potest de licentia Episcopi ab ea per annum abesse, & interim debet ordinarius constituere Vicarium mercede congruenti, ex eius fructibus ei assignata qui inseruiat dictæ parochialæ Ecclesiæ.*

Decretũ Cardin. Sacræ Congr.

Ad priuationem. Not. sing. quod ad procedendum contra clericũ ratione absentiæ â beneficio, nõ est necessaria solẽnis citatio, neque solennis priuatio sed sufficit requisitio & spoliatio de facto, tex. in c. ex parte in primo, vbi not. Abb. de cleri. non residen. sequitur Gregor. in. l. 16. tit. 16. in verbo, *Toller la eglesia*. par. 1. Et quæ forma debet seruari, circa hãc priuationẽ: vide tex. & Doctores in. d. c. ex tũc de cleri. nõ residen. & l. 17. tit. 16. part. 1. & Concil. Trident. supra alleg.

D

v. floris lib. 1. question. q. 13. n. 26.

Cum

Cum parochiales Ecclesias habeant intra annum non fuerunt promoti.

CAPVT. LIII.

1 *Habens Ecclesiam Parochialem intra annum promoueri tenetur, aliàs ipso iure ea priuatus erit.*

2 *Annus, de quo in præsenti agitur quando currere incipiat.*

3 *Clericus, qui legitima causa substinente, non potuit intra annũ promoueri, istius Capitis pœnam non patitur.*

4 *Episcopus monere potest promotum vt ordines intra annũ suscipiat.*

5 *Capellaniam obtinens intra annũ promoueri non tenetur.*

1 TALES sunt priuati a ipso a iure, nullam prę missa monitione, Ecclesia vel beneficio parochiali, vt in capit. licet canon. de elect. in. 6. quod adeò procedit, quod non potest mora purgari anno elapso: quia pœna infligitur ipso iure, vt not glos. antepen. ibi, quam dicit notabilem Ancharra. 1. col. & postea in col. fin. versi. quarto quæro, & voluit ante eum Ioann. Mo. ibi. versic. Sed nunquid, & idem tenet ibi 2 Philip. colum. 2. Annus præterea, de quo in prę senti incipit ab eo tempore quo ipsius Ecclesiæ regimen commissum exstitit, & b possessionem eius pacificã b habuit prouisus vel per eum stetit quo minus habuisset, probat text. in capit. Commissa, eodem tit. Si autem iusto impedimento non potuit clericus intra annum promoueri, non patitur istam pę nam, c vt ibi, per textu. & vide Ioann. Mona in dict capit. licet canon. versic. Sed quid, vbi notat esse legitima impedimẽta ad excusandam pœnam priuationis quôd Episcopus fuerit impeditus vel non fuerit qui ordinaret eum, vel si episcopus noluit eum ordinare. Credere tamen, quôd si episcopus proprius qui nõ potuit vel noluit ipsum ordinare dabat ei facultatẽ vt ordinaretur ab episcopo alieno, quôd esset in culpa si non promoueretur. Cõsulerem prætereâ clericis in casibus huiusmodi, quando impedimenta proueniunt ex persona episcopi quod protesturẽtur d se esse paratos ad ordines suscipiẽdos, vt euitemus doctrinas & opiniones doctorum in similibus traditas, de quibus per Felin. in capit. Ex trãsmissa. de præscrip. in colum. 1 & 3. Alexand. & Ias. in li. 2. §. quod diximus. ff. Si quis cautio. Et vide etiam notabiliter per Ioann. Mona. vbi suprâ qui distinguit quando quis incurrit irregularitatem, propter quã non potest promoueri, an debeat priuari, quia si hoc est sine culpa sua non priuatur, vt pote si amittat oculum vel manum Si autem culpa sua, debet beneficium amittere, allegat tex. in. c. 1. de æta. & quali.

Aduerte præterea quod Anch. 4 in dicto capit. licet canon. column. fina. versicu quinto, quæro notat post gl. antep. ibi, quôd etiã stante dispositione dicti tex. potest episcopus monere promotũ vt ordines susçipiat etiã intra annum:

annum: quia illa constitutio venit ac corrobationem iuris anti qui, non ad diminutionem: vnde si voluntate sola tenuit clericus ordinari nihil prætendens, nisi quia non vult, debet cõpelli appellationẽ remota per subtractionem beneficij & officij, secũdũm glos. ibi.

5 Nota tamen, quia si quis habeat cappellaniam requirentem ordinem sacerdotalem, non est priuatus illa, si non fuit monitus vt promoueretur, ita firmarunt Domini. de Rota in deci. antiquis. Dxx. incip. Nota quôd tenens capellaniam, ex ratione, quia dispositio illius capitu. Licet canó. tanquam pœnalis non debet extendi.

a *Decretũ Cardinalium qui Concilij Trident. præsunt, interpretationi.*

Priuati ipso iure. Erit sanê parochus â dicta pœna immunis in casu definito âCardinalibus sacræ congregationis, his verbis. *Pœna canonis præscripta eis, qui intra annum sacerdotium non susceperunt, non habet locum in rectore, qui intra annum à die adeptæ possessionis, pacificæ vel infra tempus comparauit, & se promoueri petijt offerens quantum in eo separatum ad susciendum sacerdotium sed ordinarius noluit, eum propter illiteraturã vel aliam causam promouere.* Et vide latissimê, Petrum Rebuffum, in excellentissima illa beneficiorum practi. tit. de non promotis intra annum pag. 443. vbi multis ampliationibus & limitationibus huius capitis materiam declarat. Et vltra illum notandum esse cẽseo, quod is qui parochialem ecclesiam, habet si intra annum non fuit promotus ad præsbyterium cum ipso iure, sit beneficio priuatus, tenetur in animæ iudicio vniuersos fructus restituere, quos elapso anno percepit, vt optimê censet Martin. Nauar. in manu. confess. cap. 25. nu. 117. idem in tracta. de oratione cap. 22. num. 49. Nec refragatur quod pœna temporalis ipso iure incursa in dicto foro nõ debeatur quia id nõ procedit cũ ex legislatoris mente contrariũ cõstat, vel cum non imponitur proprie vt pœna, sed vt quædam cõditio vel modus rei traditæ, & hoc casu ex Pontificis mente verificatur, & ex hoc sequitur graiter peccare, qui prædictum beneficium retinet, & illius fructus non restituit.

Deinde animaduerte, quod licet antiquis tẽporibus dicta priuationis pœna locum non obtinebat in episcopatibus, & abbatijs, quia in his non erat hoc statutum, quorum quidem expressa mẽtio erat necessaria. Ex glo. not. & singul. in capit 2. de præbend. in. 6. vnde colliges allucinatum fuisse R. P. Fratrem Dominicũ Soto lib. 10. de iustit. & iure quæst. 5. art. 6. col. 1. existimantem, decretum Bonifa. Octaui Pontifi. Maxim. in cap. commissa de electione lib. 6. quo ad fructum restitutionem, comprehendere episcopos, quod quidem ante eius tempora nemo dixit, nec dicere potuit cum *legẽ* illam pœnalem, repugnantibus omnibus iuribus extendat contra cap. pœnæ de pen. dist. 1. l. si de interpretatione. l. præsens. ff. de pœnis. Maxime quod ipsemet sibi aduersatur, cum approbet glos. dicti canonis, quæ censet

F. Domi. Soto opinio refutatur.

non

non esse locum eius pœnæ in Ecclesia collegiata. Nec sane mirãdum est, quod vir Theologus doctissimus, & in his quæ pertinẽt ad forum interius versatissimus, in illis autem quæ ad exterius, & ad iudiciarium ordinem cum mittat falcem in alienam messem sæpissimê labitur. Hodie vero Sacri Concilij Tridentini decreto Sessione.23.capit.2.de ref.dif finitum est, quod Episcopi nec non illorum superiores, etiam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui cathedralib⁹ seu superioribus Ecclesijs præfecti fuerint, si intra tres menses consecrationis munus non susceperint ad fructuum perceptorũ restitutionem tenentur, & si intra totidem menses postea id non fecerint, ipso iure suis Ecclesijs sunt priuati.

Prædicta vera priuationis pœna, quæ hoc capite infligitur, minimê incurritur, donec annus elapsus sit, & ea ratione si clericus in vltima anni die extremũ diem clauserit, beneficium vacauit per mortem. Ita tenuit eleganter Petrus Paul. Parisi. cons. 119 num.28.volum.4.poteritq; eadem vltimi anni die beneficiũ permutare, vel resignare, cũ adhuc ius in beneficio habeat, Vt scribit Petrus Rebuff. in practi. benefic.tit.de non promot.intra annum num.48.

B *Possessionem eius pacificam.* Vide Bella decis.153.& decis.83. quo loco scribit, probari deberi â nõ promotu litem habuisse, vel habere, aliter vero securum non esse, quod etiam fatetur Domi.cõsil.82.col.3. Et cũ annus hic minime cõputetur nisi â die pacifice possessionis & in regno Franciç, nõ dicitur quis eam habere ante annum, ob eam causam, in illo regno iustissime mea sententia post annum pacificæ possessionis promotus integrum annũ habebit. Cuius rei meminit Petrus Rebuff. vbi paulo ante allegaui, num.45.

C *Pœnam.* Sed vtrum sufficiat, quod impedimentũ in fine anni superueniat. Vide Bella. decis. 83. quo loco censet, tale impedimentum minime excusare quando intra tempus illud, non poterat promoueri sed contrariũ verius credo cum Petro Rebuff. vbi supra num.48.

D *Quod protestetur.* Not. quod licet protestatio vtilissima sit, nõ tamen est necessaria, quia iustitia excusandi, non in verbis protestantis, sed in causa impedimẽti consistit, quia verba non addunt nec minuunt rei veritatem .l.sicut.C ad leg. Corne. de fal. quam opinionem & iuribus & grauissimorum authorum testimonijs tanquam firmissimam regulam cõstitui superioribus annis, in annotationibus ad regulas & fallẽtias istius Domini Episcopi regul.615. incip. protestationem.

E *Extendi.* Vide Roma.cons.325 incip. quo ad primum. Hoc tamẽ mininime procedi si in capellaniæ institutione cõtrariũ ab instititutore fuerit dispositũ, quia iure potest instituere quod in tali capellania locũ habeat dispositio tex.in dict.c.licet canon. vt scribit Petrus Rebuff.in dict. tit de non promotis intra annũ nu.17. & quod ita disponatur sẽper mihi visum fuit optimũ consiliũ.

Cũ Alienigenæ sint, in his Castellæ & Legionis, Regnis, vel alijs, quibus legibus moribus, vel consuetudine, prohibitum est: dignitates Ecclesiasticas, beneficia, præstimonia, vel pensiones, impetrare sunt ausi.

CAPVT. LIIII. QVOD noue ęditum est.

1 *IN Hispaniarum Regnis Sixti Pontificis Maximi concessione, nullus exterus beneficium Ecclesiasticũ impetrare potest.*

2 *Franciæ regno nec non in multis orbis Prouintijs, idem receptũ est*

3 *Gratia illa, subreptitia est iudicanda, si beneficium ab alienigena fuerit impetratum, originis mẽtione minime facta.*

4 *Iuri communi consonum est, exterum: vel alienigenam non posse Ecclesiasticum beneficium obtinere.*

5 *Seditiones illæ grauissime (quas vulgo, Communidades, appellant) quæ regna ista ab anno Domini. 1446. sunt perturbatæ, inde processerunt, quia exteris beneficia conferebantur.*

6 *Glossa in regu. Cancel. Romanæ decima nona reprobatur.*

7 *Cõsuleretur nimis Christianæ Reipublicæ, si beneficia, præsertim curam animarum, habentia, patrimonialia efficerentur.*

8 *Regula Cancellariæ Romanæ decima nona, iuri communi consentanea est.*

9 *In beneficiorum impetratione, oriundus nonoriundo, præferendus est.*

10 *Diœcesani & non alienigenæ, sunt in beneficijs à patronis præsentandi.*

11 *Iustissime in diœcesibus Burgensi, Palentina, & Calagarritina filijs patrimonialibus, tantum beneficia Ecclesiastica conferuntur.*

12 *Præstimonia neque pensiones, ab exteris in his regnis possunt obtineri.*

13 *Literæ naturalitatis (quas appellant) Regijs constitutionibus sunt reuocatæ.*

14 *Is cui literæ naturalitatis conceduntur. licet possit regnorũ priuilegijs vti, non tamen obtinere poterit beneficium Ecclesiasticum, nisi specialiter, dictis literis contineatur.*

15 *Literis naturalitatis concessis, seruata forma regiarum constitutionum, exterus apud nos, Ecclesiasticum beneficium potest obtinere.*

16 *Extero si beneficium conferatur, an illud possit permultare.*

17 *Literæ quibus, extero beneficium confertur, minime executioni tradendæ sunt.*

18 *Pœna amissionis naturalitatis, & bonorum temporalium, cõtra clericos & Ecclesiasticas personas apud Hispanos legibus, & moribus recepta est.*

19 *Literæ legatorũ Apostolicæ Sedis ante illarum executionem, a sũmis Senatoribus Regis & domini nostri, examinantur.*

20 *Literæ Apostolicæ, in derogationem regij iuris patronatus, vel laycorum, exequendæ nõ sunt: quoúsque Pontifex Summus consulatur, seruata in hoc forma præscripta, in regijs constitutionibus.*

21 *Regias leges 26. tit. 3. li. 1. ord. noui. & lex. 5. tit. 6 eo lib. iustissimas esse ostenditur.*

22 *Non solum, Christianissimi Hispaniarum Reges, dicto iure regijs legibus diffinito vtuntur, sed alij Christiani orbis Principes: referunturq; verba singularia Ioann. Dried.*

23 *Regni exterus quis dicatur, & ibi de intellectu regiæ constitutionis. 19. tit. 3. li. 1. ord. noui.*

24 *Nati Regno Aragoniæ, vel Nauarræ, an dicantur exteri horum Regnorum.*

25 *Exterus an is iudicandus sit, qui nascitur ex matre alienigena, si pater fuit naturalis.*

26 *Latè interpretatur, quædam Hẽrici huius nominis tertij, Hispaniarum Regis constitutio.*

27 *Qui extra Regnũ in transitu nascitur, à parentibus horum Regnorum naturalibus, an sit naturalis iudicandus.*

28 *Natus alibi in transitu, natus cẽsetur in eo loco, vbi mater incolatum habet. & ideò non repellitur à collegijs, quorum statutis, naturales tantum in illis cooptandi sunt.*

29 *Declaratur constitutio septima constitutionum Academiæ Cõplutensis.*

30 *Interpretatur Regia. l. 25. tit. 7. lib. 1. ordi. noui.*

31 *Animalia alicuius parochiæ, si propter bellum, vel tempestatem, vel aliam causam, fugiant ad alienam parochiã, ibique pariant: decimæ soluendæ sunt in illa parochia à qua receſserunt.*

32 *Absens, qui ex legitima causa receſsit, cito reuersurus: quoad iuris effectus, nõ est absens iudicandus.*

33 *Per decennij habitationem, quis naturalis censetur.*

34 *Proxeneta, seu cambiorum inuentor, non potest esse horũ regnorum alienigena.*

35 *Quæ desiderantur, vt quis dicatur naturalis, quo ad obtinenda beneficia in his regnis, qui admissus est tanquam naturalis ad beneficium in ijs regnis, & posteà ad aliud regnum confugiat, ibique larem constituat, naturalitatis priuilegijs priuatur.*

36 *L. penult. ff. de senato. interpretatur.*

37 *Vt filius sit naturalis istorũ regnorum, an requiratur, quod natiuitatis tempore, pater domicilium contraxerit, & per decennium vixerit.*

EST quidẽ Romanorũ Pontificum decretis iustissimisq; Catholicorũ Principum constitutionibus, nec non immemoriali laudatissmæ cõsuetudini contrariũ alienigenas in his regnis Ecclesiastica beneficia impetrare, & cũ sępissimè in cõtroueſijs forẽsibus hoc contingat, huius practicæ argumento dignum iudicauimus ad istius rei cognitionem tantis per de hoc differere. 1

Et vt rẽ hanc â principio petamus præfari oportet, q̃ Sixtus Sũmus eccleſiæ Prẽsul potẽtissimis & Catholicissimis Hispaniarũ Regibus iustissimis causis ductus motu proprio, peculiarẽ gratiã indulsit, vt nullus exterus in dictis regnis absq; ipsius cõsensu, possit beneficiũ eccleſiasticũ obtinere, præsertim dignitates electiuas Pontificales & Cathedrales, qua cõstitutione cassãtur gratiæ, & expectatiuę impetratio

nes in contrarium obtentæ, vt testatur glo. in reg. Cancel. 19. refert Guil. Benedict. in repet. cap. Raymun. de testam. in verbo: Et vxorem nomine Adelasiam. nu. 482. de testam. cuius constitutionis meminit Regia lex. 16. titu. 3. lib. 1. ordin. noui. ibi, *Mandamos que acerca desto se guarde la Bulla del Papa Sixto concedida a los naturales destos Reynos.* Et sunt circa hoc multæ leges illo tit.

2 Idem in Regno Franciæ, & Sũmorum Pontificum diplomatis, & regijs legibus obtentum est, si credimus glos. Cosmæ in pragma. Sancti. §. nam Ecclesiarum in verbo: Exterorum, de quo stat Ludo. Duodecimi constitutio. Rub. *Des letres de naturalite.* Tradit Guillelm. Benedict. vbi suprâ allegaui. Petrus Rebuff. in tractat. de litera. natur. glos. secũda, numero secundo. Thom. 2: cons. Fran. & in practic. benefic. de rescriptis mixtis, glossa prima: & in tractat. de pacifi. posse. numero. 216. Nicol. Boeri. decis. 31. num. 18. Quod etiam stilo Parlaméti cautũ est sub rub. de præbend ordinat. 3. Et apũd Venêtos seruare affirmat Addi. ad Abb. in capit. si proponente. de rescrip. Et Bononiæ de hoc est peculiare statutum, vt refert Barb. consilio. 23. numer. primo, volum. 1. In Regno Aragoniæ, perpetuò foro hoc stabilitũ est, nempè quod alienigenæ, in dicto Regno beneficia minime possint obtinere, vt cautum est, lib. 1. foro Aragon. titulo de prælaturis, & alijs beneficijs ab alienigenis non possidendis. Et in Regno Nauarræ idem est diffinitum per Regias pragmatic. 2. & 3. libro. 1. ordinamen. illius Regni. Et in Britannia hoc idem cautum est his verbis *Sacerdos Gallicos, Sacerdotium in Britannia ne occupato*, vt refert Petrus Gregor. 2. parte Synta. iuris, libro. 27. capitulo sexto, numero. 42. Et in Hungaria, seu Pannonia seruatur, vt in capit. bonę. §. fin. de postula. pręla. Et Veronensi statuto decretum est, ficredimus Bald. consi 46. volum. 1. & multis alijs Prouincijs seruari audio.

Quod si exterus beneficium 3
impetrauit, nõ facta originis mẽtione gratia subreptitia est iudicanda, tenet glos. celeberrima in capit. si proponente. de rescrip. cuius meminit Corse. in sing. in verbo, subreptio. Felin. in capitulo, sicut tuis, colum. 2. de simon. Roman. in. l. si vero fallen. 14 ff. solut. matrimonial. Barba. consi. column. 5. volum. 1. & consil. 57 eo, volum. Selua. de benefici. 3 part. quęst. 26. D. Couar. in practic. quęstion. capit. 35. nume. 5. Petrus Rebuff. in dicto. tract. de pacifi. possess. dicto num. 216. dicens ita consuluisse in fauorem cuiusdam Scholastici.

Et quod exterus in aliena pa- 4
tria beneficium Ecclesiasticum minimè possit obtinere iuri cõmuni, consentaneum est, vt colligitur ex text in capitul bonè. in. 2. de post. pręlato. & in capitulo, neminem. 70. & in capitul. Aphros. 98. distinct. & in capit. vltim. de cleric. peregri. De iure Cęsarum. l. in Ecclesijs. C. de episcop. & cleric. l. vni. C. non licere habita. Metropoli. lib. 11. lex. 2. C. de annot. ciuita. eo. libro tradunt late Guil. & Rebuff. in lo-

cis

cis nouiſsimè allegatis Ludoui. Gome. in reg. cancel. de idiomate. quæſt. 1. Ioann. Daim. in proœmi. Pragma. Sancti. incipien. Frãciſcus, in verbo, vindicabãt. fol. 60. Selua. de benefi. 2. parte, quęſtion. vltim. & in. 3. parte, quæſtio. 26. Carol. de Graſſal. libr. 2. Regali Franc. iure. 8 Couar. dicto cap. 35. Vnde Sacri Canones iuſtiſsime decreuerunt, vt electio facienda non ſit, niſi de perſonis eiuſdem Eccleſiæ, dummodo digni ibi inueniantur, etiam ſi alibi foris dignores reperiantur, cap. nullus. 61. diſtinct. capit. Metropolitano. 73. diſtinctio. Quin vero gloſ. in capit. cûm inter canonicos de electione, aſſerit nõ valere poſtulationem ex aliena Eccleſia, niſi duabus partibus conſentientibus, & facienda eſt â Põtifice Maximo, vt late patet in toto titulo, de poſtula. pręlat.

Quibus ſuffragatur Deuteronom. capit. 18. *Prophetam* (inquit) *de gente tua & de fratribus tuis ſuſcitauit Dominus Deus tuus, ipſum audies.* Tum fulcitur, quia in Eccleſiarum fundatione exteri, nec ipſorum maiores nihil præſtiterint merito regnicolæ præferendi eis ſunt, argu. text. in capitu. cum in offic. de teſtamentis. Tũne exteri beneficijs apud nos fruentes Regni ſecreta, in maximam perniciem eius reuelent. Tum quia regnicolę qui tot, tãtiſque animi dotibus ingenuis diſciplinis ſplendeſcunt, maxima afficerentur iniuria, ſi exteri forte omnibus numeris inferiores ad hos Eccleſiaſticos honores admitterentur, virtus quidem & honeſtæ diſciplinæ ſine pręmio quandoque langueſcũt. Tum quia propter idiomatis diuerſitatem nequeunt (quod tamen maxime intereſt) commiſſum ſibi populum docere, vt in capitulo, quoniam, de officio ordinarii. Et inter Dei Optimi Maximi maledictiones illa non inferior eſt, hominem ex aliena natione habere, qui non intelligatur, vt habetur in Deuteronomio, capitulo. 28. ibi, *Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudinem Aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non poſsis.* & Hiere. capitulo quinto, idem ſcribitur. Nec voluit Deus ſeuerius punire ſuperbiam ędificantium turrim Babelis, quam per linguę cõfuſionem, vt quidvellent mutuo non intelligerent, vt habetur Geneſeos. 1. Tum quia hęc potiſſima erit cauſa, propter quam homines facilius inuitentur ad reſidendum, non enim paruo ęſtimandus eſt ingenitus amor quem quis ad natiuũ ſolũ habet. Eſt enim cuilibet dulciſsima patria. l. qui habebat, in principio. ff. de legatis, tertio, & hac ratione impius iudicãdus eſt, qui nulla cauſa cogente patriam ſuam relinquit gloſ. in. l. vnica. C. ſi curialis, relicta ciuitate, rus habitare maluerit, libro decimo, & ibi nota. Rebuff. & Petrus Rebuff. in concorda. titul. de colla. §. volumus. pagin. 457. aſſeuerans hanc eſſe potiſsimam rationem, vt beneficiũ in propria patria magis optetur, quam in aliena. Tum quia is diligentiſsime quę ad munus ſuũ ſpectant, præſtabit cum melius patriæ mores, quam exterus cognoſcat,

iudicat quidem quis facile de his quæ nouit, vt habetur primo Ethicorum, & plures alias rationes congesit Regia. l. 14. titulo tertio, lib. 1. ordinamen. noui.

5 Quæ inter alia dicit maximos tumultus excitatos fuisse in Hispania, ob eam causam, quod beneficia Ecclesiastica exteris conferebantur, ibi, *Especialmente del año de sesenta y quatro a esta parte que se començaron los mouimientos y turbaciones en nuestros reynos.* Circa quod legendus est Doctor Illescas Hispanus Historiographus diligentissimus & non vulgaris eruditionis in sua Historia Pontificali, *En el capitulo dela guerra final del Rey de Francia, para cobrar el ducado de Milan* §. 10. fol. 225. & libro sexto eiusdem Historiæ. capit. 27. §. 17. folio. 228. & folio. 338. vbi testatur Paulum Tertium Pontificem Maximum statuisse, vt beneficia & pensiones alienigenis non conferantur.

6 Quæ non temerè adduximus, sed vt conuincamus maximũ errorem, glos. in dicta reg. Cancel. asseuerantis in quadã causa Toletana in tertia instantia productam fuisse dictam Sixti Romani Præsidis constitutionem, quã dicit non nocere Episcopo Vintomilensi actori cum moribus recepta non fuerit, nec (vt ille inquit) Toleti regnum, cum â Castellæ & Legionis Regnis separatum sit eo priuilegio vti potest, & alia refert temeraria, & postquam animi sui votum expressit; tacere, oportere inquit, cùm lis pendeat, insani profectò hominis, manifestissimum testimonium. Fuit quidem Apostolica illa concessio cum maxima regiminis spiritualis Ecclesiastici vtilitate, ita vt ex contrario vsu plures contingerent incalamitates & innumerabilia mala, quæ veluti præ oculis habens summus Christi Vicarius pro illius amplissima dignitate, quam vt iummus Catholicæ Romanæ Ecclesiæ pastor & rector obtinebat sua integritate & iustitiæ amore incesus nec non diuini cultus zelo tantis & tot malis medelam adhibuit.

Ideoque censeo quod Christianæ Reipublicæ consultissimũ 7
foret quod summus Ecclesiæ Põtifex aut œcumenica synodus, vniuersali lege sanciret, vt omnia sacerdotia præsertim curam animarum habentia, patrimonialia efficerentur, ita vt ad ea minimẽ admitterentur, nisi ciues vel qui inde essent oriundi quod in sacro Concilio Tridentino summo omnium patruum consensu consultatum fuisse testatur, testis integerrimus Domi. Soto de iusti. & iur. lib. 3. artic. 2. fol. 237. versiculo. enascitur. Idem fieri summe desiderauat D. Dida. ab Alua de Esquiuel Abul. Epsi in tract. de Concil. 2. part. §. 36. fo. 92. Flami. Pari. de resig. benefici. libro. 4. quæstio. 7. numero. 3.

Ex quibus iustificatur nimis Regula Cancel. Apostolicæ. 19 qua cautum est, quod prouisio de parochiali Ecclesia facta alicui qui nesciat idoima loci vbi Ecclesia constituta est, nullius roboris & momenti iudicari debet, habet quidem Pontificia illa sanctio Symbolum, & affinitatem cum diuino, &

posi-

positiuo iure. Nam rector Eccle siæ prædicandi officium in ea habere dignoscitur cap. Eccle. 95. dist. cap. inter cætera, de offic. ordina. & est glos. not. in Clem. 2. de sepultur. & in cap. cum ex cũcto. de hære. & in cap. addicimus 16. q. 2. Debet sane confessiones audire & cætera Sacramenta ministrare cap. omnis vtriusque sexus, de pœn. & remissi. Item debet visitare & vultum gregis sui agnoscere, vt legitur Prouer. 27 & Eccles. 32. de quo est ægregia extrauagans constitutio Ioann. 22. constituta in tit de præben. incip. Sedes Apostolica. Sed ista omnia & alia quæ ad hoc munus expectant, præstare non potest rector alienigena, qui nõ intelligit, nec loquitur idioma. Quia vt Diuus Paul 1. ad Corin. capit. 14. inquit: *Data est nobis lingua ad interpretandum & distinguendum ea quæ loquimur. Nam si nescicro virtutem vocis ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus*, & vide latius Gom. & Mando. in d. Regula Cancel de idiomate Bellen. in tract. de chari. subsi q. 66. col. 5. Petrũ Paul. Pariſi. cons. 88. vol. 4. Hoied. de incomp. benefi. 1. parti. capit. vltim. numero. 43. vsque ad numero. 71.

9 Hinc etiam emanat alterius regulæ cancel. nempe. 15. ægregia constitutio, qua decretum est, quod in beneficiorum collationibus oriundus, non oriũdo præferatur: est certe supradictis iuribus & rationibus consentanea.

10 Nec ab hoc instituto alienum est quod elegantissimè multis addictis in medium probat Cæsar Lamb. in locupletissimo illo de iuris patronatus tractat. 1. part. 2. libro. quæstio. 7. articulo 24. asserens, quod diœcesani, & nõ alienigenæ sunt in beneficijs â patronis præsentandi.

11 Ex dicto etiam fonte emanat iustissimè Apostolicis concessionibus decretum esse, vt beneficia patrimonialia in diœcesibus Palentina Burgensi, ac Calagurritana, solum conferantur filijs patrimonialibus, secundum eorum mores doctrinam & eruditionem, de quibus constitutionibus meminit Regia. l. 21. tit. 3. li. 1. ordi. noui si verô Apostolicæ literæ in contrarium fuerint obtentæ eis nullo modo vti licet, sed ad Regis nostri summum iustitiæ Senatum mitti debent vt quid circa hoc faciendum sit, maturiori consilio cõsulatur: quod si forma illa lege præscripta fuerit prætermissa grauissimis pœnis ibi decretis transgressores plectendi sunt, idemque seruari debet in omnibus alijs prouincijs, in quibus beneficia Ecclesiastica patrimonialibus filijs cõferri consueuerunt, vt iustè diffiniuit lex. 23. illo titul. & libro. Quod vtinam vbique obseruaretur, vt sanctius ac diligentius diuinum munus illustraretur.

Idem obseruandum est quotiescunque Apostolicæ literæ impetrantur inderogationem illius iuris, quod ex concessione Romanæ Ecclesiæ obtinent, collegia & capitula Cathedralium Ecclesiarum ad promouendos, in canonicos in Theologia, vel iure Pontificio: vt decreuit Carolus huius nominis Quintus Summæ potentiæ & fœlicitatis imperator, & Primus Hispani. *Carol. Quintus.*

Rex Madritij Anno. 1543. de quo videnda est Regia lex 25 dicto titulo. 3. lib. 1. ordi. noui.

12 Et non solum exteri apud nos prohibentur habere dignitates Ecclesiasticas & beneficia, sed etiam præstimonia, vt in l. 14. tit. 3. dicto lib. 3. ordi. noui. atque etiam pensiones. l. 25. ibi. quod si regnicolæ consensum præstiterint pensionis constitutioni aut semel constitutam redemerint vel aliquod emolumẽtum præstiterint, vt ab exteris beneficia consequantur omnibus priuilegijs naturalitatis priuantur: nec non fructibus beneficiorum in quibus dicta pensio fuit constituta: qui quidem fructus expensis belli contra Christianæ religionis hostes initi applicantur, vt probat Regia l. 18. dicto titulo, & libro.

13 Habet quidem locum in tantum dicta prohibitio, vt exteri beneficia Ecclesiastica minimẽ obtineant: quod iustissime Regijs constitutionibus reuocatæ sunt literæ (quas naturalitatis appellant) quibus obtentis alienigenæ beneficia iuste impetrabãt Imo deinceps concedendæ non sunt nisi vrgente magna & legitima causa quæ publicam Regis nostri vel suorum regnorum vtilitatem concernant: quod si ob aliam causam impetrentur, minime sunt obseruandæ: vt in l. 14. 15. & 16. dicto tit. 3. lib. 1. ordina noui. de quibus sane literis meminit Bal. consi. 223. vol. 3. appellans eas ciuitatis literas: idem asseuerat And. Alcia. lib. 2. disput. cap. 22. Nicol. Boeri. decisi. 13. num. 20.

14 Circa quod illud consideratione dignissimũ esse censeo, quod licet is qui naturalitatis literas impetrauit horum Regnorũ priuilegijs immunitatibus fruatur, quibus ipsi ciues originarij, ita scribit Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. 3. prin. q. & in l. si maritus. §. Iuliæ. ff. de adult. & est bonus tex. in l. sed si accepto. ff. de iure fis. tradit Rom. cõs. 62. col. 2. vers. quod autem cessat. Cuma. consi. 178. col 3. vers. Quinto probatur. Deci. consilio 183. num. 10. Hypo. de Marsi. cõsilio. 127 num. 2. vol. 2. Ruy. cõs. 200. num. 19. & 20. lib. 2. Boer. de cis. 260. nu. 17. Iacob. Menoch. consi. 166. vol. 2. num. 15. Cateli. Cotta, in memor. iuris in memori. incip. Ciuium. Quia ex priuilegio potest quis consequi iusnaturalitatis regni, vt habetur in d. l. ciues. C. de incolis. lib. 10. vbi glos. & Ioan. de Platea. & Lucas de Penna. & tales sunt veri ciues vt in l. 1. ff. ad muni. not. Bal. in l. penult. §. quæ in filio. ff. de adop. & in l. in vrbe. ff. de sta. homi. Hinc deducitur, quod licet exteri, qui apud nos negotiandi causa versantur, non possint habere eos annuos redditus, quos vulgo, *iuros*, appellamus: obtinere tamen possunt, si habuerint Principis rescriptum, quod Hispani *Cartas de naturaleza*, nuncupamus. Ex hoc quoque emanat, quod cum Hispali non possint esse iudices forenses, sed tantum illius ciuitatis orginarij. Illud verò iudicandi munus habere poterit qui principis concessione factus est originarius ciuis. Nec ad hoc alienum est, quod si in literam Collegijs eorum statutis cautum sit, vt nullus exterus admittatur

mittatur, vt cautum est in Collegio celeberrimo D. Iaco. Zebedei Salmanticensis, qui dictum rescriptum habet excludi nō debet, sic tenet Ferd. Mench. de testa lib. 3. primæ part. §. 3. nu. 295. Ex simplici tamen concessione naturalitatis alienigena non poterit beneficium consequi, nisi ex presse hoc sibi fuerit indultum: ita scribit Gregor. Lup. in. l. 2. in in verbo, *Muger sea natural de otra* tit. 4. par. 4. Nam cum in hoc casu peculiari grauissima & publica causa desideratur & dictæ literæ nullius sunt momenti nisi forma Regijs legibus præscripta fuerit obseruata, quæ si non interuenerit obseruandæ literę nō sunt: non igitur debet generalis Principis concessio ad specialissimū casum extendi. Pro quo mire facit, quod elegantissimē de more scribit Bald. in d. l. in vrbe. ff. de statu homi. scribens ad Optiuum ciuem (nempe qui ex priuilegio receptus fuit) admittendum non esse ad honores, ad quos nō consueuere admitti, nisi ciues naturales. Quanuis hæc Bal. opinio difficultatę non careat ex his quæ prædixi.

15 Quibus quidem literis naturalitatis seruata forma Regiarum legum alienigenæ impetrare & obtinere possunt in ijs Regnis dignitates Escleſiasticas, & alia beneficia, hac lege, vt intra octo mensium tempus dictis beneficijs resideant alias literarum commodo ipso iure priuantur, neç eas dignitates aut beneficia obtinere possunt, vt disponit. l. 20. tit. 3. lib. 1 ordi.

16 Dubitaui tamen circa hoc non semel, si quando exterus cū Principis indulgentia dignitatem aliquam Ecclesiasticam vel beneficium fuit consequitur, an possit illud cum alio permutare: & verisimum credo ei non licere, quod aliquibus rationibus innixus probat Did. Perez in. l. 3. in verbo, *Saluo el Rey*. tit. 7. lib. 1. ordi.

Quod si exterus aduersus horum regnorum iura & leges beneficium etiam a Romano Pontifice impetrauerit, Apostolicæ literæ minime exsecutioni tradę de sunt, sed ad Summum Regis Senatum mitti debent, vt ab intergerrimis & prudentissimis eius Senatoribus pro illorum prudētia examinentur: & quid faciendum sit ipsi decernat. Habet quidem Summus Senatus formam & modum præscriptum, quo vti debet in his negotijs examinandis & expediendis. Quod si iudices Ecclesiastici eas literas Regio Senatu in consulto & legis forma prætermissa exsecutioni tradiderint, eo ipso omnibus priuilegijs naturalitatis horum regnorum priuantur, vt tanquam alienigenę nullum beneficium possint obtinere: imo ab istis regnis expellendi sunt. Laici vero istius criminis rei, si tanquam tabelliones, vel notarij, aut procuratores auxilium & opem prestiterint in impetratione, vel exsecutione, vel alioquocūnque modo pœna capitis cum bonorum omnium amissione plectuntur. Alij vero confiscationis pœnam bonorum suorum fisco applicandam incurrunt, vt in. l. 26. titu. 3. lib. 1. Regij noui ordinamen. circa quam aliqua notatu digna à nobis erunt annotanda. 17

Primo quidem, quod in his
18 Hiſpaniarum Regnis vſitatiſsima eſt conminatio dictæ pœne aduerſus clericos & Eccleſiaſticos iudices, quæ fit ad amiſsionem rerum temporalium, quas in his regnis obtinent: deinde quod tanquam extranei habeãtur, de qua dicta Regia conſtitutio loquitur cuius meminet Guillel. Benedi. in cap. Raynuntius de teſtamen. in verbo. Et vxorem nomine Adelaſiam. 2. deciſsi. num. 460. Caro. de Graſſa lib. 2. Regali. Fran. iure. 7. col. penul. D. Dida. Couar. in practi. quæſtion. capi. 35. num. 3.

19 Secundo, quod non ſolum in caſu dicta lege Regia expreſſo ſed in alijs multis Apoſtolicæ literæ ad ſummum ſenatum deferuntur, ſic apud Hiſpanos poteſtas ſeu facultas legatorum a ſummis ſenatoribus ante earum vſũ pro negocij magnitudine examinantur, vt Pontifex ſummus conſulatur, quibus facultatibus in his regnis vti conueniat quæ autem ſint relegandæ cum etiam Nuntij ipſi exteri ſint, oportet vt intelligant quæ ab illis ſint præcauenda, ne falſis aut importunis precibus decipiantur vt teſtatur D. Couar. in pract. quæſt. ca. 35. num. 4. quod in Gallia, & Flandria frequentiſsimum eſſe refert Carol. Moli. in regul. Cançel. de infirmis reſig. num. 139.

Tertio, idem ad vnguem ob-
20 ſeruandum eſt ſub eiſdem pœnis & comminationibus quotieſcunque Apoſtolicę literę impetrantur in derogationem Regij iuris patronatus vel cæterorum Laycorum horum Regnorum vt dicta Regia lex diffiniuit, & lex. 5. tit. 6. lib. primo noui regij ordina. circa quas Regias conſtitutiones multa lectu non indigna pro eius ſingulari eruditione congerit. D. Couar. in pract. quæſtion. cap. 36. Eſt ſane remedium hoc vtiliſsimum, ne dicam neceſſarium, vt regia auctoritate ſummi ſenatores literas Apoſtolicas quibus iuri patronatus Laycorum derogatur diligenter examinent earum executionem ſuſpẽdentes quouſque Pontifex ſummus conſulatur, certiorque fiat quam graue ſcandalum ex his derogationibus oriatur quantaque mala inde ſequantur: quorum illum potiſsimũ videtur quod Laycra pietatis operibus, nempe donatione, conſtructione & dotatione Eccleſiarum cum maximo Reipublicæ Chriſtianę damno abſtinebunt. Sunt quidem apud nos quam plurima ſacerdotia ſiue beneficia ad ius patronatus expectantia, quorum veſtigia apud antiquos idolis ſeruientes fuerunt, dicta gentilitia, ideſt generis ſeu familię certę: quæ reditus annuos ſacrificulis ſuis prębebant. De quibus meminit, Circo de Aruſpicum reſponſis Sic Micheas vir in monte Ephrain, idolum ſibi fecit, & ei exſtruxit edi culam conſtituitque ibi Sacerdotem, cum certis reditibus percipiendis vt habetur lib. Iudicum Iſraelis. cap. 17. & 18.

Apud Etnicos veſtigio fuerunt ſacerdotij ad ius patronatus expectãtis.

Quarto mittendæ ſunt ad Regium ſummum Senatum Apoſtolicę, literę alijs caſibus dictis Regijs legibus expreſsis quos ſupra num. 18. & 19 tradimus.

Quinto, nec a nobis erit omit-
21 tendum iuſtiſsimas eſſe ſępę iam allegatas Regias conſtitutiones

non

non sane eis aliquid continetur quod summi Præsulis maiestatem lędat vel puríssimas eius aures offendat, hoc alienum est â catholicis Regibus nostris qui Pontificum decreta, Sacro sanctas que eorum sanctiones pro ipsorum pietate, & in Deum religione colunt & venerantur, sed ideo literarum exsecutio suspenditur vt Pontifex tummuscertior factus intelligat, quot quantisque incalamitatibus & erumnis ista Hispaniarum regna afficiantur quando falsis precibus & suggestionibus gratiæ Apostolicę impetrantur, quas Sanctissimus Antistes minime concederet, si ea damna & incommoda quæ maxime aduersantur, spirituali Ecclesiastico & temporali regimini præ oculis haberet iuri igitur consona est suspensio exsecutionis dictarum literarum, vt in capi. si quando. de rescrip. vbi Alexander tertius. *Patienter* (inquit) *sustinebimus si nõ feceris quod praue nobis suggestione fuerat insinuatum.* Et conducit text. in l. si v ndicare. C. de pænis & in capi. cum apud Thessalonicam. 11: p. 3. cap. sunt quidam 25. quæst. 1. & in c. 1. 40. distin. & in c. manet 24. q. 1. & in cap. si quis non recto. 24. quęst. 3. glo. in auth. de menda. prin. §. de inde competẽs in verbo, nuncians, & in auth. vt determinatus sit numerus clericorum. §. vlti. in verbo Contradicere colla. 1. tradit latissime Felin. in cap. nihil de præscrip. & faciunt quæ scribit Thom. 2. 2. quęstio. 69. artic. 4. versicu. Secundo respondeo & Caietan. 2. 2 quæst. 39. art 2. versi. in responsione ad secundum, idem Caieta. in tracta de auctoritate Papæ & concilij, cap 27. versic. ad secundam rationem, Turr. Crem lib. 2. de Ecclesia, cap. 106. Cardi Iacob. in tractat de Concilijs lib. 8 art 3. versi quintũ remedium. 22

Sexto vt quę precedenti versiculo dicta sunt magis elucescant sciri oportet, quod non solum Hispanię Reges dicto iure vtuntur, sed alij Christiani orbis Principes, vt testatur Ioan. Drie don vir pijssimus pariterquedoctissimus in lib. primo de libertate Christiana pagi. 183 Ipse que elegantissimis verbis hoc corroborat, quæ in lectorum gratiam hic referẽ constitui. *Hic sciendum est quod aliud est potestatem sæcularem absolute mandare aut constituere, nequisquam pareat vllis literis Apostolicis iustitiam aut gratiam concernentibus aut ne exsecutioni mandet easdem. Aliud vero est potestatem secularem mandare aut constituere, vt sine suo beneplacito, & examine nemo pareat huiusmodi literis neque exsecutioni mandet easdem. Nam primum cum sit rediecte contra potestatem, seu libertatem Ecclesiasticam, est eam prorsus tollere & extinguere neque potest fieri absque contẽptu Ecclesiasticæ potestatis, Neque potest ex ipsius Pontificis priuilegio conueniri Regi aut sæculari potestati. Secundũ autẽ videtur posse fieri absque contemptu potestatis Ecclesiastica, & absque iniuria, aut odio, aut grauamine seu præiudicio Ecclesiasticæ libertatis, & sanctæ sedis Apostolicæ, vel literarum eiusdem. Potest enim contingere, quod Princeps quispiam eut ex priuilegio seu commissione Papæ, hoc faciat: sicuti Carolus Imperator habuit ex priuilegio synodi, ne sine suo consensu inuestiretur, vel consecrare.* *Ioann. Dried.*

craretur Episcopus, aut ex causa rationabili secundum congruentiam loci & temporis, ad sic statuendum atque mandandum moueantur propter abusus tollendos ne præficiantur, aut inidonei, qui vel per nimiam importunitatem, falsasque suggestiones literas Apostolicas impetrarunt, vel impetratis abuti volunt: ad oppressiones pauperum qui alioqui sub prætextu literarum Apostolicarum longis litibus grauibusque sumptibus vexari possent, non quod potestas sæcularis velit sibi aut iudicium ecclesiasticarum rerum vsurpare, aut viros idoneos authoritate Apostolica institutos impedire, aut super illorum idoneitate iudicium sumere, sed quod velit ad ædificationem reipublicæ, statum ecclesiasticum promouere. Vnde quotidie cernimus Prelatos, & alios disputare de mandatis de rescriptis, ac literis Papæ, quæ tangunt ecclesiastica negotia, collationes, beneficiorũ præbendarum & dignitatũ. De omnibus literis, & mandatis Papæ præsumendum quidem est, quod eis oporteat, obedire, modo constet, aut constare debeat tales re vera esse literas à Sede Apostolica emanatas, substentibas etiam rationibus, & causis, quibuo ipse Papa verisimiliter motus inductus est ad præcipiendum. Et ideo non debet ista præsumptio tam violenta esse vt non liceat huiusmidi mandata etiam verissime emanata à Sede Apostolica examinare, & inuestigare solicitè an eis oporteat obedire tametsi hoc maximè pertineat ad iudices ecclesiasticos quibus huiusmodi literæ mandatum Apostolicorum diriguntur. Hæc Driedonius.

23 Superest tamen pro huius materiæ, exacta cognitione inquirere quis exterus, quisue regnorũ naturalis, dicatur, quod apud suos Gallos declarat Petrus Rebuff. in tract. de literis naturali. ad finem num. 20. 2. Thom. consti. Fran. apud nos vero est Regia constitutio. 19. tit. 3. lib. 1. ordin. noui, quæ hoc ægregie his verbis diffiniuit. *Ordenamos y mãdamos, que aquel se diga natural, que fuere nascido en estos Reynos, y hijo de padres, que ambos a dos, o alomenos el padre nascido y natural en estos Reynos: O aya contraydo domicilio en ellos, y demas desto aya viuido por tiempo de diez años con que si los padres siendo ambos, o alomenos el padre nascido y natural en estos Reynos estando fuera de ellos en seruicio nuestro, o por nuestro mandado, o de passo, y sin contraher domicilio fuera de estos Reynos, ouieren algun hijo fuera de ellos, este tal sea auido por natural de estos Reynos. Y esto se entienda en los hijos legitimos y naturales o en los naturales solamente: pero en los spurios disponemos y mandamos, que las qualidades que conforme a lo susodicho dispuesto, se requieren en los padres ayan de concurrer y concurran en las madres.*

Singulariter interpretatur regia constitutio 19. tit. 3. lib. 1. noui ordina.

Circa quam Regiam sanctionem aliqua â nobis erunt annotanda, in actionibus forensibus frequentissima.

Primô, quatenus ea lex dicit. 24 *Que aquel se diga natural, que fuere nascido en estos Reynos*: Loquitur quidem de his Regnis Castellæ, & Legionis. Ex quo sequitur quod nati in Regno Aragoniæ, & Nauarræ, exteri sunt neque apud nos possunt beneficia Ecclesiastica obtinere, ita in proprijs terminis scribit Doctor Didacus Perez in l. 18. tit. 3. libr. 1. ordina. veteris in glos. incip. *Que ningun estrangero*, Asseuerans sic

Nati in Regnis Aragoniæ, vel Nauarræ an exteri horũ regnorũ quo ad beneficia obtinenda iudicentur.

ætate

ætate noſtra fuiſſe iudicatum. Nã cum quidam Martinus Vicétius Sacræ Theologiæ, & artium magiſter, poſtquam fuit electus Canonicus Zamorenſis, poſteâvero eo fuit priuatus quia Tarraconenſis erat. Et potiſsima ratio eſt quia licet dicta regna fuerunt adiuncta regiæ coronæ, non tamẽ hoc inmodum ſubmiſsionis factum eſt. Sed priſtino robore remanſerunt: qua ratione, regna ipſa ſuis proprijs legibus, & moribus regenda ſunt argum. l. ſi quã do. C. de appell. tradit Bart. & nouiſsimi in. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignor. acti. idem Bart. in tract. de alluui. ſub. rub. de inſula. colum. 3. doctores in capit. tranſlato de conſtit. Iaſ. in. §. in perſonam, col. 3. Inſti. de acti. tradit Matthæus de Afflict. in conſtit. Neapoli. libro 3. Rub. 23: numer. 3. Aymon Craueta. de antiquitat tempor 4. p. nu. 27. Ioan. Fran. de Ripa in l. 1 ff. de legibus nu. 19. & libro. 1. reſpon. de legi. & conſ. 21. Ioan. Go in l. omnes populi. col. 3. ff de iuſt & iure. Brun. in tractat de augumen. fol. 8. Barthol. Caſſa. in conſuetudi. Burg. titu. de ſucceſsion. *Deſbaſter.* rub. 8. nume. 41. Burg de Paz in l. 1. Tauri. numer. 451. Quo loco teſtatur quod iam peculiari conceſsione indultum eſt, originarijs Regni Nauarræ, vt quo ad beneficia reputentur naturales horum Regnorum vt regia ſanctione decretum fuit: 28. menſis Aprilis, anno 1553, condita in loco vulgariter noncupato, *El pardo*, De qua etiam meminit Ioan. Olan. in antonomi iuris cõmun. & Regij in præfa. num. 20. Sic aliquando fuiſſe pronuntiatumre fert Burgos, in præcitato loco. Et ea ratione vidimus iam in his regnis plures originarios Regni Nauarræ viros doctiſsimos quibus regnum illud floret beneficijs Eccleſiaſticis, & dignitatibus frui.

Secundo, ex dicta Regia conſtitutione iam diffinitũ eſt, quod olim apud Hiſpanos fuit nimis controuerſum, vtrum ſufficeret, vt quis horum regnorum naturalis cenſeretur natum eſſe ex matre alienigena, ſi pater fuerit naturalis, probat quidem ea lex hoc ſufficere, ibi. *O alomenos el padre ſea aſsi miſmo naſcido en eſtos Reynos.* Quod iuri communi conſonum eſt, cum filius paternam originem, non vero maternam ſequatur. l. aſſumptio §. filius. ff ad municip. l. filios. C. de municip. & origi. lib. 10. tradit Feli in cap. Redulphus de reſcrip. nu. 4. & latiſsime Boeri. deciſsio. 13. & in conſuetudi. Bitur §. vltim. tit. de teſtamen. colum fina Bart Caſſa. in conſuetud. Burg. titu. de cõ fiſc. §. 1. numer. 37. Guil. Bene. in rep. capit. Raynuntius de teſtamen. in verbo. Et vxorem nomine Adelaſiam. nume. 10. 42. cum ſequen. 25

In contrarium tamẽn erat Regia, lex Henrici Regis huius nominis tertij condita. anno. 1396. his verbis inter alia. *Ordeno, y eſtablezco duradero por ſiempre, que perſona, o perſonas del mundo, aunque ſean Cardenales, ni ayan Arçobiſpados, ni otras dignidades, ni calongias ni preſtamos, ni otros beneficios algunos, en todos mis Reynos y ſeñorios en lugar, o parte alguna dellos Saluo aquel, o aquellos que fueren verdaderos naturales de padre y madre, y naci-* 26 *Late inter prætatur Regia Hiſpanorum lex cõdita ab Hẽrico Rega, huius nominis tertio anno. 1365.*

y nacidos enellos.

Fuerunt tamen multi non pænitendæ auctoritatis viri, qui asseuerarunt illam Henrici Regis lãctionem non habuisse legis generalis authoritatem quia nec publicata, nec recepta fuit, quod quidem in causa fuit, vt cum casus iste quondam accidisset in Regio Senatu, nempe quod quidam expatre naturali genitus, & ex matre alienigena beneficium ecclesiasticum possideret, controuersum fuit, an hoc ei liceret tandem Cæsare consulto is possessor, vsque admortem beneficium retinuit. Et cum postea similis casus contigisset eodem Cæsare Maximo consulto bis in eo dissenserunt Regij Senatores, & causa, vt anceps & ambigua alijs iudicibus, terminanda remissa fuit, ita auditu percepisse á quodam aduocato testatur Doctor Burgensis. in l. 3. Tauri prima par num 377 ad finem Sed iam hodie placatæ sunt hæc controuersiæ ex dictæ legis decimę nonæ decisione ideoque Doctoris Burgensis opinio, qui contrarium lasseuerabat, ex dicta lege Henrici amplectenda non est.

27 Tertio, Regia illa constitutione decisa est grandis illa quęstio, in qua fluctuauit insignis Grego. Lup in l. 2. in verbo, *Maguer*, titul. 24 partit. 4. nec ausus est, eam decidere, sed posteris decidendam relinquit, videlicet an is qui ex parentibus naturalibus horum regnorum, natus fuit extra, regnum in transitu, videlicet quandô parentes non habebant, animum constituendi, ibi domicilium dicatur naturalis, difinit lex illa cum naturalem, esse idem iure communi probari videtur in. l filios. C. de muni. ex orig. libr. 10. Cuius verba sunt. *Filios apud originem patris, non materna ciuitate, & si ibi nati sunt, si modo non domicilys retineantur ad honores, seu munera posset compelli, explorati iuris est.* Et ibi ad hoc notat Ioann. de Platea. ad idem etiam conducit tex. in l. ciues, in fine. C. de incol. ibi, *Vnde cum profectus est, peregrinari videtur.* Ex quo enim quis habet animum se transferendi in alium locum, fingitur non esse in eo loco, vbi habitat de præsenti. l. quæsitum. in fine ff delega. 3. facit lex hæres absens ff. de iudi. capi. Romana. de foro comp. lib 6. l. si quispost hac. C. de ędifi. priua. & opinionem istam amplectitur Bart. in dict. l. filios Abb. in c. Redulphus de rescrip. vbi Felin. & Barba. nume. 97. & consi. 52. volum. 2. Bal. Ange. Alberi. & Paul. de Castro in lectura Bononiensi post Cyn. Petrum & Nicol. de Neapo in l. huiusmodi §. legatum. ff. de lega. 1. vbi Ang. scribit hoc audiuisse, a quodam magno doctore Alberi. per illum text. in l. Titius. ff. de actionibus emp. Deci. in dict. l hæres absens § proinde. columna. 2. Iacob. de Sancto Georgio. in §. si quis tutelam num. 35. eiusdem legis Ias. consi. 117. volumi. 3. quam esse veriorem sententiam, & secundum eam vidisse in regio consilio, pronuntiatum testatur Gregori in dict. l. 2. Matthæ. de Afflict decisi. 384. num. 3. eandem communem appellat. Nicolaus. Boeri. decisi. 13. nume. 52.

In contrariam tamen sententiam itum est, a plerisque, qui arbitrantur,

bitrantur, quod quomodocunq; quis naſcatur effici ciuem originarium loci, in quo naſcitur, licet naſcatur, in tranſitu, ita tenet Paul. de Caſtro ſecum palam in eadem lege deſidens, nẽpe in lectura Patauina, dicto. §. legatum, quem ibi ſequitur Iann. de Imo. Rapha. & Alexan. qui dicit hoc ſibi in puncto iuris placere Angel. illius text. authoritate innixus. §. ſi quis igitur, inauth. quib. mod. natur. effici ſui Hier. Cag. in rub. de orig. iur. colum. vltim. Lud. Bologni. de priuileg. Scholar. in verbo, nec ſuos ciues. Qui leuiſsimis fundamentis mouetur, ſed tenenda eſt cõmunis ſentẽtia quæ in terminis iuris ſcripti veriſsima eſt, & ideo ſeruanda, etiam ſi non haberemus Regiam legem ei conſonam, quam vltra ſupra allegatos dicit communem, Ripa in tracta. de peſt. titulo de priuileg. cõtracta. num. 82.

Quæ communis opinio procedit, etiamſi pater, vltra decenniũ extra regnum exſtiterit, ad hunc ſi filium ibi procreet & legitimũ vel naturalem modo animum redeundi, ad hæc regna habuerit talis filius naturalis huius regni iudicandus eſt, quod ea neruoſa, & eficaci ratione comprobatur, quia quã quis receſsit ab aliquo loco animo redeundi nõ dicitur ciuis illius loci, adquê ire deſtinauit, etiam ſi vltra decennium abſens fuerit, vt ſuprâ dictum eſt, & ſuffragatur text. in. l. ex facto in 2. verſi. *Rerum autem.* Cum ſequenti. ff. de hęredi inſti. etiam ſi per mille annos ibidẽ ſteterit, vt inquit Bar. in. d. l. 2. C. de incolis lib. 10. quam opinionem, poſt hæc ſcripta legi tenere D. Azeuedo in l. 9. ti. 3. lib. 1. ordi. noui. Qui animus redeundi, proteſtatione tẽpore abſentiæ facta & alijs coniecturis probari poteſt, ſi licet, quia in hoc regno domũ, vel immobilia bona ſemper habuit, & in exteris regnis nulla immobilia emit, & alijs prouabilibus coniecturis pro iudicis arbitrio.

Ex quo eleganter ſcribit Paul. 28
de Caſtro in dict. §. legatum, nu. 3. quodſi ſtatuto caueatur, prout Bononiæ, quod nullus doctor poſsit eſſe, de collegio iuriſconſultorũ vel medicorũ. niſi ſit originarius ciuis, quod ſi mater caſualiter abeſt, & ibi parit, certè, fingitur filius natus in ciuitate in qua mater incolatum habet, & aſſeuerat Paul. ſe hoc vidiſſe in facti contingẽtia in filius quorundâ doctorũ ſuæ ciuitatis natis alibi, vbi parentes conducti erant ad legendũ qui filij paternã origenem retinerunt. Quæ ſententia cõprobari poteſt ex his quę eleganter ſcribit Marti. Nauar conſi. 41. tit de præbend.

Hinc etiã obiter declarari po- 29
teſt, conſtitutio. 7. noſtræ Complutenſis Academiæ lib. ſuarum conſtitutionum qua ſancticũ eſt, vt nullus ex domiciliarijs ſeu incollis huius populi Complutenſis poſsit eligi in collegialẽ, vel capellaniam inſignis & maximi collegij toto terrarum orbe celebratiſsimi Diui Illifonſi, certè ſi mulier aliqua ciuis Complutẽſis alibi in tranſitu pareret, filius ſic natus minimê in dicto collegio eligi poteſt. quod ſcio aliquã do fuiſſe diſputatum.

Ex quo ſequitur ægregia inter 30
pretatio

prætatio ad.l. 5.tit.7.lib. 1. noui ordi. qua ſtabilitum eſt, non licere horum regnorum naturalibus, extra regna iſta in alienis Academijs Regia lege prohibitis, literis incumbere ſub pœnis ibi diffinitis. Non quidem eius ſanctio nec pœnarum conſtitutio, locum obtinebit, quando aliquis naturalis iſtorum regnorũ in extra Academiam, ad aliquẽ gradum in alia Academia, promouetur in tranſitu tamen, tum quia hoc caſu conſtituto, ceſſat ratio illius conſtitutionis, quæ continetur in prohęmio. Tum quia expreſſè loquitur aduerſus eos, qui in dictis Academijs reſident ſtudiorum gratia ibi. *Que en tales Vniuerſidades, eſtudiando, y reſidiendo en ellas.*

31 Nec ab hoc eſt alienum quod tradiderunt Bald. Alberic. & Paul. in dict. §. legatum, quod ſi propter bellum vel ob aliã cauſam animalia ciuium alicuius parochiæ fugiant ad aliam, & ibi pariant quod decima ſoluẽda eſt parochiæ â qua receſſerunt, ſequitur Boeri. dict. deciſ. 15. nu. 54. qui eſt videndus. Stat tamẽ apud nos, circa hoc ægregia conſtitutio, in l. 9. tit 20. par. 1. qua cautum eſt, non deberi decimæ animalium Eccleſiæ in cuius parochia in tranſitu parturiunt niſi per integrum menſem ibi permanſiſſent.

32 Quibus finitum eſt, quod ſcribit Roma. conſ. 263. & ſeq. quod abſens ille iudicandus non eſt, qui ex legitima cauſa receſsit cito reuerſurus, quod multis iuribus & rationibus corroborat, quib⁹ innixus ipſe cõſulit, quod ille qui iurauit continuè ſtetiſſe in ciuitate Lucana, non eſt periurij reus licet probetur quod aliquo tempore abſens fuerit peſtis cauſa.

Quartô, ex etiã dicta lege colligendum eſt, quod quanuis is, qui in aliquo populo decem annis habitauerit habendus ſit pro naturali, & priuilegio naturaliũ gaudere debet, ad quod eſt optima lex p. 2. tit. 24. p. 4 ibi. *La dezena por morança de diez años, que fagan en la tierra, maguer, ſea natural de otra.* Et probatur in. d. l. 2. C. de incol. & eſt videda lex. 32. tit. 2. par. 3. 33

Et ideo licet Regijs conſtitutionibus ſit decretum neminem niſi ex his regnis naturalem proxonetam ſeu cambiorum interuentorem creari poſſe, tamen alienigenæ, qui per decẽnium in hiſce regnis, ſunt commorati ad prædicta officia poſſunt admitti vt â ſummis conſiliarijs iudicatũ fuiſſe teſtatur. Doc. Bur. de Paz in. l. 1. Tau. 3. conc num. 373. 34

Sed quo ad obtinenda beneficia ſpeciali iure ſtabilitum eſt, quod pater illius qui vult in his regnis beneficium obtinere contrahat in eis domicilium, & per decennium habitet ita illa lex diſinit, ibi. *O aya contraydo domicilio en ellos y demas de eſto, aya Viuido por tiempo diez años.* Itaque minimẽ ſufficeret habitatio decennalis, niſi alias domicilium contraxerit, quod contingere poteſt, quando quis, ſe ſuamque familiã alendo, negotiando, animo perpetuo permanendi larem ſibi cõſtituit. l. Labeo iuncta gloſ. 1. ff. ad Municip. facit lex poſt liminij. §. fi. ibi. *Siue animus.* ff. de cap. & poſt lim. reuerſis, & eſt tex. in 35

d. l.

d.l.ciues iuncta gloss. in verbo. *Larem.* C. de in colum. vel quando transtulit maiorem partem fortunarum suarum, vt in.d.l.ciues, & in l.2. C. vbi senato. vel clar. tradũt hos casus, & alios Iacob. Rebuff. in. d l. ciues. Beltran. consi.75. col.2.vol.2. Mar. Soc. Iuni.cons.7.numer. 6.volum.2. Item necessarium est, quod dicta habitatio non fiat animo redeundi ad patriam, nam quando quis ad tempus determinatũ est in aliquo loco de eo discessurus, non dicitur incola etiam vltra decennium.l.ex facto.ff. de hæred.inst.not.Bar. & Ange. in.d: l 2.C.de incol. Ange.in.l.hæres absens.§.1.ff.de iudi. Gregor. in dict l.par.

36 Quintô, quod is qui secundũ decisionem dictæ legis, sit iudicandus naturalis historum regnorum, vt admitti possit ad beneficia ecclesiastica, si tamẽ regna ista reliquerit, & se in aliã prouinciã nõ trãsfert subditã Regi & domino nostro, vbi domicilium constituit iuribus naturalitatis priuatur, vt voluit glos. secundum vnam expositionem in l in adoptionem. C. de adopti tenet Bald. in authent. sed omnino. C. nevxor pro marito. Et hac ratione si naturalis regni huius se confert in regnum Franciæ animo perpetuo ibi, permanendi non poterit apud nos beneficiũ, vel Ecclesiasticam dignitatẽ possidere, ita tenet insignis Greg. in.l.5.tit.24. part.4. dicens hoc esse notandum.

37 Nec refragatur huic sententię tex.in.l.penul.ff.de sena quo disposition est, quod licèt senatores in vrbe domicilium habere videãtur, tamẽ & ibi, vnde oriũ di sunt domicilium habere intel liguntur, quia domicilium quod veni ex accidenti minimẽ mutat causam originis, quod etiam probatur, in.l.fin. de muni. & origi. lib 10. Vbi translatio domicilij de loco originis in alium locum, vbi quis vult facere incolatum non facit locum originis perdere, imo in vtroque loco subit munera cuius legis authoritate Bartho assumptio. § 1. ff. ad Municip. reprobat glos. ibi asserentem quod in loco originis, post translationem domicilij non subeat, quis munera vel honores. Nec refragatur. l. filios. C. demunicip. origi. lib. 10. qua dicta glos. fundamentum suscepit, quia loquitur respectu originis filij eius qui mutauit domicilium originis, non verô loquitur de loco originalis ipsius patris, qui mutauit domicilium. Et dictæ legi penult ff. de senatori potest respõderit, vt procedat quando locus domicilij, & locus originis sunt sub eodem Rege vel Regno, secus si locus domicilij, in alio regno constituatur, quia is videtur renuntiare priuilegijs, & fauoribus concessis naturalibus regni transferendo domicilium extra regnũ, ita Greg. in.l.5.ti.24.p.4.

Sextô, perpedi etiam circa di- 38
ctam constitutionem, potest, vtrum tempore natiuitatis filij desideretur, quod pater in his Regnis domicilium contraxerit, & per decennium vixerit, vel sufficiat, quod medio tempore filius nascatur, & postea quod deficit ad vnguẽ adimpleatur, itaque quod tampore beneficij cõferendi nihil desideretur, ex his

quæ Regia lex desiderat, & nisi me mea non fallit opinio, censeo id sufficere, cum satis sit illius dispositio hoc modo seruari, quod eius menti consonum est, sic etiã eam declarat D. Azeuedo, vbi paulò ante allegaui. num. 9.

Officium insuper diuinum vt tenẽtur nõ recitarunt.

CAPVT. LIIII.

Clericus officium diuinum non recitans qua hodie pœna puniatur.

1 EX dispositione Lateranensis Conc. tempore Leonis. 10. celebrati, in sessione nona, a in c. de reformationibus curię & aliorũ, delictum hoc tali pœna punitur: videlicet quilibet habens beneficium cũ curà vel sine cura, si post sex menses ab obtẽto beneficio diuinũ officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorũ fructus suos non faciat, pro rata omissionis recitationis officij & temporis, sed eos tanquã iniustè præceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si verò vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione precedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quo ad hoc beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit, Deo tamẽ vltra præmissa de dicta omissione reddituri rationem. Quæ pęna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties sit, quoties contra facere conuincatur. Hæc sunt verba Concilij. An autem ante eius declarationem clericus non recitans officium diuinum teneretur ad restitutionem fructuum, b vide Docto. in c. 1. de decebr. missa. Dom. & Phili. in c. fin. de resc. lib. 6. Sylvest. in verbo clericus. lo. 4. in. 23. q. Phil. in cap. postulasti. col. 9. num. 33. De rescrip. b

Sessione nona. Adde quod huius celeberrimi concilij meminit Martin. Nauar. in c. qñ de consecratione dist. 1. not. 7. num. 31. & nouissimè in tract. de orat. c. 21. num 58. & in manuali confesso. c. 25. num. 21. Do. Soto. li. 10. de iusti. & iure. q 5. art. 6. & doctissimus Greg. in. l. 34. tit. 6. in verbo, *Laygleſia*, par. 1. Et dicti cõcilij constitutionem credendum est spiritu diuino fuisse promulgatam, vt asseuerat doctissimus Iacob. Menoc. de arbi. iud. q. li. 2. cent. 5. casu. 429. nu. 11. quem post huius practicæ secundã ędi tionem legi. Quanuis Car. Mol. in cons. par. tit. 1. §. 30. num. 49. secundum nouissimam editionẽ asseueret, non constare, nec apparere ita in concilio Lateranensi statutum, nec moribus gẽtium receptum fuisse, Imo nequaquã reipublicæ Christianæ, quod ita statuatur cõuenire nec laqueus multitudini injęciatur quod in legibus cõdẽdis, & maxime periculũ animæ cõcernẽtibus, summopere A

mopere vitandum est, cap de viduis, in 2.27. quæst. 1. & latè per Ioan. Gerſ. in tract. de reg. mor. col 4. non tamen negat Mol. ibi quod clericus qui horarias preces omiserit iudicis arbitrio puniendus non sit. Imo & beneficio ecclesiastico vltra fructuum perceptorum restitionē. Vt cōmunem esse nostrorum sententiā fatetur Bello. conſ. 56. num. 3. Iul. Cla. in pract. crim. §. fin. q. 73. verſ. Item clericus, qui non dicit. Sed quo ad Lateran. Concil. attinet ægregius Nauar d. c. 25. num. 124. constanter asseuerat, illius constitutionem diuino iuri consonam esse, & ea ratione seruandam, prout ipse eā in practica receptam vidisse testatur. Sed Domin Soto. d. art 6. etiam si meminerit Latera. Concil. admonet tamen non omnino receptum esse huiusmodi decretum, atque ideo cautè, & secluso omni rigori esse interpretādum, vt ad omissionem quanlibet horarum nempe vnius aut duorum dierū, fieri non debeat restitutio. Vide tamen multa quæ circa constitutionem d. Concilij scribit Mart. Nauar. in d tract. de oratione c. 21. Quod quidem concilium, in hoc Archiepiscopatu Toletano obseruari debet. Vt sinod. consti. sancitū est, ti de celebr. miss. cap. 14. quod capit. arbitrariam penam imponit clericis qui beneficium Ecclesiasticum non habent, & horarias præces omiserint recitare. Est tamen de hoc nouissima Sanctio Pij Quinti Pont. Maxi quæ vulgo circunfertur.

Quā quidē egregiā cōstitutionē multis declarationibus egregiè de more ornat insignis Mar. Nauar in man. conf. c. 25. num. & in tract. de oratione. c. 7. nu. 33 qui in d. c. 25. num. 10. & in d. tract. de oratione. c. 21. num. 11. cum seq. plures casus recenset, in quibus quis excusatur â recitatione horarū cononicarū & Dom Soto lib. 10. de iust & iure, quæst 5 art. 3.

An restitutionē fructuum.

Vide De. in c. cum omnes in. 2. lectura col. 2. de cōst. Adr in 4. sent. in tract. de rest. in quæstione An clericus teneatur restituere quid quid vltra victuū de redditibus beneficij consumpserit veri. pro respōsione Ias. in. l. Scriniarios, num 6. C. de testa mili. Rip. in l. vl. q 66. C. de reuo. donat. quam opinionē censet esse communē gl. in prag. sanct. tit. qualiter horæ canonicæ sint dicendæ col. 2. Ang. de Clauasio in sūma in verbo horę cano. §. 5. qui omnes cō muni cōsensu affirmant, clericū horarias preces omittētē ad fructuū restitutionem teneri. Licet opinionē cōtrari probare conatur, Ab. & Card. in c 1. de celeb. missa. Præp. in sum 44. dist. Fe. in c. postulasti. num. 7. de rescri. quam opinionē cōmunē esse fatetur D. Episcopus Couar. lib. 3. vari. resol c. 13. nu 10. sed hodie iam dictis nouissimi Pontificis constitutionibus standum est.

Hæc sanè quæ de horis canonicis scripsimus, locū obtinet etiā in clericis, qui sunt Gimnasijs studiorū gratia. Nā & ij horas canonicas dicere tenētur: ita scribunt multi quos diligēter refert Hor. Luti. Calli de priuilegijs Schola. pri. 100. vbi alios qui ab hac opi

nione recedũt cõmemorat. & opinionẽ ſupradictam ſequitur Menoch. vbi ſup nu. 12. 27. Sunt vero nonnulli caſus, in quibus clericus à reſtitutione horarum canonicarum excuſatur, quos poſt alios refert inſignis Nauar. in locis nouiſsimè allegatis.

☞ Excuſatur quidem clericus ab huius capitis pœnis quanuis horarias preces dixerit exſiſtẽs extra caritatem ita vt Eccleſiæ præcepto ſatisfaciat, ita vt minime teneatur iterum eas ſoluere, nec ad fructum reſtitutionem de qua loquitur prædictum Concil. Lateranen. tenet Abbas in capit. quod quidam, de pœni. & remiſsi. Mart. Nauar. in c. interverba. 11. q. 3. n. 188. Choſm. in pragmat. ſanctione. tit. qualiter horæ canonicæ ſint dicendæ in verbo debent D. Couar. in c. Alma mater. 1. par. relecti. §. 5. numer. 2. de ſent. excom. lib. 6. Eſt ſanè opinio hæc iuri & æquitati conſentanea ad multorum ſcrupulos ſedandos. Quanuis non me latet contrariam opinionem in clerico publicè concubinario tenuiſſe Abulen in tract. cõcubi cõcl. 9. & in omnibus exſiſtẽtibus extra caritatem idẽ inſinuat Adria. ſummus Eccleſiæ Præſul in. 4. tract. de reſti c. proclariori, ver. pro reſponſione Ioann. Briart. Quolib. 2 2. propo. 1. & ſequen. poſt Adria. Quodlib. Illud tamẽ apud omnes commune & receptum eſt plus valoris & meriti eſſe illius orationem qui eſt in gratia, quam eius, qui in mortali peccato conſtitutus exſiſtit. ☞

(.·.)

Negociatores, ac alienæ rei conductores.

CAPVT. LV.

1 *Clericus, qui aliquod iſtorum criminum commiſerit, qua pœna animaduertatur.*

2 *Quæſita per clericum ex illicita negociatione in vſus pauperum ſunt eroganda.*

NEGOTIARI Lucri cauſa prohibitũ eſt clericis, vt in cap. ſecundum, ne cleric. vel mona. Vnde in Conc. Carthag. 6. cap. 17. ſancitum eſt, quod clericus aliquid excogitans turpis lucri gratia, abijciatur à clero, ac communione alienis ſit. Eiſdem præterea prohibitũ fuit inter alia Concil. Calced. in Can. 3 conducere poſſeſsiones. Qui verò hoc fuiſſet tranſgreſſus correctioni Eccleſiaſticæ ſubiacere decreuit. Poſteà etiã in Cõc. Carthag. 3. in Can. 15. clericis fuit prohibitum, vt non eſſent conductores, nec turpi vllo lucro vel inhoneſto negotio victum quærant: nulla etiam alia inflicta pœna. Tandem in Concil. Arelatenſi. 2. in capit. 14. diſpoſitum eſt, quod ſi clericus conductor alienæ rei voluerit eſſe, aut turpis lucri gratia aliquod genus negociationis exerceat, depoſitus à clero à cõmunione alienus habeatur. Facit etiam in propoſito materię huius cap. Conc. Tarrac. Can. 2. Cuius verba ſunt:

1 a

b

Cano-

Canonum ſtatutis firmatum eſt vt quicunque in clero eſſevolue rit, emendi vilius vel vendendi carius ſtudio non vtatur. Certe ſi voluerit exercere cohibeatur a clero, cuius Concilij diſpoſitio a Gratiano refertur in ca. cano. 14. quæſt. 4. vbi etiam vide bonum tex. Iulij Papæ, in c. quicun que in hoc propoſito Aduerten dum eſt præterea, quod quęſita per clericum ex illicita negocia tione danda ſunt pauperibus, vt notat Matthęus, quem ibi refert Card in clem. 1 in fi de vi. & honeſt. cleric. Et notat Zenze. & Rai ibi, quos refert Imo ibi, in 2. col. Si tamen totum non reddi deris, non ſunt in ſtatu damnatio nis, vt notat Card. vbi ſupra, referendo fratrem Aluarum, & Zenze. & tenet etiam Imo ibi, referendo ſolum Zenze. Et vide Archid Floren. in ſua ſumma, in 3. part. tit. 13. cap 2. ſ fi. vbi ſcripſit quod in foro pęnali debet clericis iniungi, vel ſaltem conſuli quod ea, quæ taliter lucrati ſunt ſtudeãt pauperibus erogare, qui ſolum allegat ad hoc tex. incap. Qui habetis. 14. q. 5. Ex quo videtur velle, quod non tenentur c clerici ad reſtitutionem c taliter acquiſitorum.

Negocia tio cleri cis inter dicta e- ius quæ rationes conſtitu untur.

A Prohibitumeſt clericis. Ad de Regiam. l. 56. ti 6. p. i. vbi Gre. Lop. & a clerico negociatore, tanquã a peſte cauendũ eſſe admonet tex in c. negociatoré. 88 diſtin. cuius prohitionis tres potiſſimæ rationes cõſiderari poſſunt. Prima quia finis eius lucrũ eſt tẽporale, q̃ clerici contemnere debent & habentes alimenta & quibus tegãturcontenti eſſe debẽt, ait Pau. 1. ad Thim. c. 6. Secunda quia rariſsimẽ hæc prophanæ & ſæculares negociationes abſque peccati labe exercentur vnde periculoſæ ſunt valde. Ait enim ſapiens Eccleſ. 27. duę ſpec esdif ficiles & periculoſæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur negotians a negligentia, & non iuſtifi cabitur caupo a peccatis labiorum. Qua propterноſtræ religio nis ſcriptores, mercatores improbant, aſpernantur, vituperant veluti a virtute, & a bonis moribus alienos, Dauid equidem Pſal 70. aut ex aliorum cõputatione 71. *Quoniam* (inquit) *non cognoui negociationem introibo in potentias Domini.* Ita enim locum illũ D. Augu. interpretatur, vt patet in eius commentarijs in eum locũ, vbi multa congerit circa mendacia, periuria, & innumera alia crimina huiuſmodi negociatorum. Et D. Chriſoſt in. 2. parte Homeliarum in Matthęum in arrans illud ipſius Matthæi. c. 12. *Eiiciebat Vendentes & ementes de templo.* Signi ficauit (inquit) quia homo mercator vix aut nunquam poteſt placere Deo, & multa contra mercatores congeſsit Lucas de Pen. in l. nec ipſi. Circa medium C de incolis, lib. 10 & in Rub. C. de eroga. mil. lib. 12. And. Tira. in tract. de nobilit. c. 33. Tertia ratio eſt quia huiuſmodi negotia homines retrahunt ab ſpiritualibus, quibus incumbere peculiare eſt clericorum munus, iuxta diuini Pauli ſententiã. *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus.* Ad Corin. 2. in prin.

Et ex pœna ſuſpenſionis, & excommunicationis, pęnis quæ cle-

ricis prohibitas negociationes exercentibus imponitur, facilè intelliges, eos mortalem culpã contrahere. c. nemo. c. nullus 11. q. 3. quod verum est, si in sacris fuerint cõstituti, si autẽ in minoribus & beneficia ecclesiastica non obtinerint, non prohibentur eas negociationes exercere, quas possunt sæculares quia in his iura begninius sunt interpretanda, ita not. Abb. in cap. secundum instituta, & in cap. sed nec. ne clerici vel monachi, not. Alber. Trotius lib. 2. de vero & perfecto clerico. c. 52. num. 6. Ioan. â Medina in codi. de rebus resti. q. 31. versi. not. tamẽ, fo. 91. col. 3.

Clerici an possint, per alios negociationes exercere.

Sed vtrum illas negociationes quas clerici per se ipsos facere non possunt, possint per alios exercere. Quod sanè eis permissum videtur, ex text. in Clemen. 1. de vita & honest. cler. Vbi clericis interdictũ est officiũ tabernari, aut macelarij personaliter exercere, nec enim absque causa dicitur personaliter, nisi vt intelligamus id clericis per alios facere non prohiberi. Deinde vrget text. in Clementi. 1. §. porro. de statu. monach. Vbi statutum est, quod monachi, quibus per se ipsos venari prohibitum est, possunt tamen opera aliorum facere. Vnde dixit not. Alberi. in. l. humilem. C. de incest. nup. clericum per alium tabernam exercẽtem, non amittere priuilegiũ clericale. Et ita quidem vt audio multa sunt monasteria, quæ ea quæ supersunt ex prouentibus suorum reddituum, mercatoribus tradunt, vt iustam aliquã negociationem exerceant. Quod sanè mihi nunquam placuit, cum maximam temporalium bonorũ cupiditatem præseferat.

Clericis necessitatis causa minime prohibita est iusta negociatio

Necessitatis tamen causa, minime clericis prohibitum est, victum & necessaria quærere ex aliquo honesto munere cap. vlt. de vita & honest. cleric. hac lege vt illis diuinis muneribus, quibus incumbere debent impedimento non sit, vt habetur. 91. distinct. per totũ maxime in capit. clericus victum, & cap. nunquã de consecrati distinct. 5. Qua ratione possunt locare animalia, vt oues, & boues, & similia, ad certum fructum dummodo per contractum alias permissum. Illis etiam permittitur rem emere, vt melioritatam cariori pretio vendant, vel aliquam rudem materiam, & ex ea aliquid fabricare, vt inde commodum & vtilitatem reportẽt, vt tenet glos. not. in summa. 14. quæst. 3. in fine nõ quidem lucrũ acquiritur ex negociatione, sed ex artificio, & eã sequitur Alberic. Trotius d. c. 52. num. 5.

Clericus negotiator qualis cẽsendus sit.

Et vt huius capitis pœnis locus sit, notandum est, eum clericum negociatorem non dici per vnius rei emptionem vel venditionẽ, nam negotiator is dicitur, qui plures negociationes exercet. l. 1. §. licet, & ibi glo. in verbo, omne. ff. de tribu. & in proœmi. Insti. §. cumq; hoc Deo. l. sẽper. §. Diuus Adrian. cum legesequent. ff. de iure immu. Bar. in proœmi. ff. n. 10. idẽ & Bal. in. l. legatis seruis ff. de legat. 3. idem Bart. in. l. maritum. §. qui quæstum. ff. de adult. Felin. in proœmi. Gregor. columna vltim ver sicul. Quarto limita. Par. de Puteo in tract. Sindi. in par. officiales.

ciales.fo.87.Aquiles in capit.prętor.capit.2.in verbo, *De mercaduria*.Petrus Rebuff.in tractat.de mercat minu arti.1.glo i.nume. 10 Tom 2 constit Franc. Gregor.Lupe in.l.1.ti.7.par 5,inverbo,*Mercaderes*. Dicitur etiam is mercator,vel negotiator,qui rẽ emit,& non mutata forma illam vendit,vt aliquid inde lucretur, tex in capit eijciens,& in capite quid est aliud.88 distin not. Archi in capite.quanquam de censib lib 6.Rom.in l.ij publicanus § 1 ff de publi.Bertran.cõsi.24. colum 2.volum. nouę ædict. Et negociator vel mercator appellatur, qui negociationem quæstuariam exercet de quo est optima lex.1.titu. 7. part.5.& tenet Sanct.Thom.2.2. quæstio. 77. arti.4.

clericus negotiator indicandus nõ est qui ex propri js,fundis vel beneficij fructus vendit.

Exquibus sequitur,non dicicle ricum negotiatorem:qui vendit vinum,granum,autoleum,expro prijs fundis.Ita sing.tenet Abb. consil.6.dubio.2.volum.1.Deci. in capit Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.colum.penultim.Aymon Craue.consi. 163. column. 1.nu.3.Andr.Tiraquel.de nobilitate capit 28.num.10.doctissimus & magni nominis aduocatus Doctor Petrus Auen.de exequen.mand.Reg.c.19.nu.34.Rolan.Valle consi.71.nu.10.vol.4 Imo non obstante prohibitione de non vendendo vinum(vt nostri dicunt)ad grossum,vel minutum,possunt clerici pro sua voluntate quę dicta sunt vendere, absque gabellæ solutione.Ita tenet Bertachi.in tracta.de gabb. in 7.p.prin.quæst.7.col.4.dicẽs ita fuisse iudicatum,per insignem doctorem Hieron. Zanetinum Bononiensem.Nec dicetur clericus negociator,vel mercator,licet id quod super est,de eo quod vilius ad suam vel suorum substentationem emit, iusto pretio tunc currenti, carius vendat, quam emit.ita ægregie tenet insignis Marti Nauar.in manu. cõfesso.cap.25.num.110.vnde nec puniri potest,nec ex eavenditione gabellam soluere tenetur, quod in practica est notatu dignum,licet id male audiant gabellari rigidissimi exactores,a quibus interrogatus sepissime ita respondi.

Clericus si in negotiatione delinquit a iudice Ecclesiastico puniri debet contra Cassa. Mexi,et alios.

Si tamen clericus in hoc delinquit(puta)quia falsa mensura triticum,vinum, vel oleum vendiderit condignis pœnis ab Ecclesiastico iudice puniri debet non vero a iudice laico,nec pęnis Regiarum constitutionum,quanuis contrarium in facti contingentia interrogatus consuluit perperam Bartho. Cassan. in consue. Burg.Rub.1.§.5.inglo *Si nam gra* ca nu.90.quem sequitur vir doctus & deligens Licen.Mexia in pragmat.taxæ pan.concl. 5.nu. 29.Sed opinio hæc omni iure & ratione destituta est,nullibi sane locus aliquis Sacrorum Canon ũ reperitur, quo cautum sit clericos in hoc dilinquentes priuilegiũ fori ammittere vnde receptisimis iuris regulis est standum.

Pœna a seculari lege cõtra arma prohibita ge stãtes clericos minime comprehẽdit.

Pro quo etiam mire facit.Ioan. de Platea opinio in,§,ite lege Iulia,col,4.inst.de publi.iudi.quo loco existimat,pęnam lege sæcu lari statutam contra vtẽtes armis vetitis,minime peti posse contra clericum,coram sęculari iudice, etiam si ea pecuniaria sit: quem sequitur magnus vir apud His-

panos Ioan. Lup. in repeti. capit. per vestras, de dona. inter vir. & vxor. 2. not. §. 1. num. 13. D. Couar in practi quæstio. capit. 33. num. 7.

Confutatur opinio quædam doctissimi D. Ioan. Re.

Quanuis ab hac opinione nouissime recedat D. Doctor Ioan. Redin quondam meritissimus Regius consiliarius, nunc præsul integerrimus in libro quem de maiestate Principis inscripsit in verbo, *Non armis solum decoratam.* 2 par. num. 166. qui in ea est sententia vt existimet, vtranque pœnam nempe & pecuniariam & armorum priuationem, coram sęculari iudice contra clericum peti posse, & ante eum tenuerunt Ioan. Fab. in. l. addictos, ex text. ibi in verbo, *Vltro procedat.* C. de Episc. audi. Auffer. in rep. Clem. 1 de offic. ordin. fol. 31. num. 21. ver. 13. fallit in ver. portu armorum in reg. 1. fallen. de potestate sęcul. super ecclesias perso. Bened in rep. cap. Raynun. in verbo, & vxorem nomine Adelasiã fol 87. num. 436 Mouetur quidem doctissimus Redin ea ratione, nã si sæculari iudici licet clericum prohibitis armis spoliare, pari etiã ratione, & pecunia multare licebit, nihil inter vtranque pœnam interest. Certê si solum rem ipsam attendimus non videtur á veritate opinio hæc alienà. Cum pecuniæ verbum generale sit omnia compræhendens, sed si modum exsequendi attente considéremus, in quo huius rei vis consistit, magnam differentiam inueniemus. Nam ad aliud est, armatum clericũ facto ipso, armis spoliare, aliud iuris ordine seruato pecuniam exigere, non quod inter arma & pęcuniam aliquid interssit, quia & pecuniam cum extra pecuniam exportaret, lege prohibente, posset sęcularis iudex, vel eius exsecutor, propria authoritate clericum spoliare, sicut & armis, si ipso facto exportantem inuenisset, non tamẽ liceret iuris ordine seruato, in armis, nec in pecunia eum cõdemnare, & huius rei discrimen clarissme constat, quia alterum facti est, quod nudum factum respicit, alterum vero iurisdictionis est, quod est maius: vnde iure permissum est creditori, fugientem debitorem apprehẽdere, vt in. l. ait prætor §. si debitorem. ff. quæ in fradem credi. tradit latissime Suar. in. l. 2. titul. *De los emplazamientos.* Versi fin. libr. 2. for. li quam esse communem fatetur Ripa in capit. 1. num. 88. de iudi. & multis iuris locis facti exsecutio permittitur, vt per Iaf. in prin. inst. de act. num. 6. & ibi Gomezi. Non tamen creditori citare eum liceret, absque iudicis præcepto, quia hoc iuris exsecutionem, illud autẽ factum continet. Vt probatur in. l. neminẽ. Quę in criminalibus loquitur, & in ciuilibus vt in. l. ad perentorium, cum lege seq. ff. de iud. Parique ratione, maritus adulterũ in fraganti crimine inuentum impune occidere potest. l. 1. l. marito quoque. ff de adult Regia. l. 13. tit 17. par. 7. non verõ posset in adulterum ius dicere, iurisdictionem exercendo, & in terminis hanc opinionem contra præfatos authores tenet doctissimus D Franc. Sarmiento selecta interpretata. libro. 7. capitulo. 8. numero. 2. quæ apud nos seruatur.

Sic

☞ Sic apud Hiſpanos frequentiſſimus vſus obtinuit, vt clerici cũ armis deprehenſi, ab exſecutoribus, & miniſtris ſæcularis iuriſdictionis, armis ſpolentur vt teſtatur inſignis D. Couar. lib. 2. variarum reſolu. c. fin. ad finem Petrus Plaça lib. 1. epito. delicto. & 8. num. 26. Quod reipublicæ trãquilitati, conſentaneum eſſe exiſtimo, ve clerici armis abutentes innumera crimina committant. Minime tamen ex ſuperiori traditione, ab ipſis ſæcularibus iudicibus poſſent puniri, ſcribit tamen hug. Mar. Nauar. conſ. 44. tit. de ſent. excom. miniſtros, vel apparitores ſeculares, grauiter coram Deo peccare, capiendo clericos ea mẽte, vt captis armis eos dimittant, cum ſine iuſto titulo capiant, cum minime deducant eos ad ſuos iudices ob quã cauſam, facultatẽ ea arma capiẽdi, obtinuerunt. Minime tamen in animæ iudicio, autem condẽnationem ad reſtitutionem tenẽtur, quia ob turpem, & illicitam cauſam, data & acepta fuerunt, nempe ne ad iudices competentes deducerentur, quo caſu ceſſat reſtitutionis obligatio. Nauar. in Manuali. c. 17. num. 30. ſcribit etenim ægregie Nauarr. dicto conſilio num. fin. ſeculare iudicem competentem eſſe, ad reſtitutionem armorum clerius faciendam, non vero Epiſcopus: ſi vero clericus armis ſpolietur diuerſum exiſtimandum cenſeo ſacrilegij ratione cap. cum ſit, de foro comp.

ricos arma prohibita deferentes puniunt.

☞ *Apud Gallos Regij iudices clericos armis vetita deferentes puniunt.*

Apud Gallos tamen ſeculares iudices puniunt cleridos, arma vetita deferentes, ſiue quod Regij iudices vſurparunt, vt inquit Petrus Rebuff. in l. armorũ verſi. Primo armorum. ff. de verbo. ſigni. ſiue Romanorum Pontificum priuilegio, vt teſtantur Bened. Fab. Caſſa. & Auſer. in locis nouiſsimẽ allega. & Caro de Graſ. li. lib. 2. Regal. Fran. iur. 17. Quo priuilegio vti poſſunt, donec per vniuerſale concilium fuerit reuocatum ſecundũ Guil. Benedi. ibi. Quod reuocatum iã videtur, vt patet in caſu. 15. Bull. cęnæ, vbi Cancellarij, Vicecancellarij, vel exſecutores omnes excommunicantur, ſi in cauſis criminalibus cõtra clericos proceſſerint, etiam prætextu coruncũque priuilegiorũ, â ſede Apoſtolica cõceſſorum quibuſcunque Regibus, quæ ibi reuocãtur. Aegregius tamen Mart. Nauar. in manuali confeſſor. cap. 27. nu. 70. aſſeuerat difficile Gallos â dicto priuilegio abſtenſuros, ſiue quod intendant ea priuilegia eſſe remuneratoria, ſiue immemorialia ſuper leuibus criminibus cõceſſa argum. eorum quæ not. ab Innocen. Abb. & Felin. in capit. nouit. de iud. Sed hoc Summi Præſulis arbitrio relinquendum cenſeo, prout prudenter cẽſet Nauar. in. d. num. 70.

Itaque veriſsima opinio cẽſenda eſt, clericum propter armorũ vſum â ſuo, Eccleſiaſtico iudice eſſe puniendum, non tamen pœnas ſæcularibus legibus impoſitas aduerſus eum exſequi tenetur, ſed poterit iuris canonicis pœnis, & pecuniaria multa eius arbitrio punire, ita cenſet D. Couar. in pract. quæſtio. c. 33. num. 7. cuius opinio mihi ſummẽ placet. Licet opinionem contrariã ſciliçet iudicem eccleſiaſticum te-

neri, eandem pœnam pecuniariã imponere, quæ sęculari lege statuta est, teneat Iul. Clar. in pract. crimi §. fin. quæst. 36. versi. vlterius, sed eius opinio tenenda nó est, licet aliquando eam seruatã fuisse in Mediolanensi dominio assecueret Bartho. Cassa. in consue. Burg. fol. 52. num. 79 dicẽs, quod dum esset vicarius iustitię Mediolani, captum fuisse quendam clericum de nocte cum armis, qui fuit punitus pœna pecuniaria, & euasit corporalem.

☞ Circa quam opinionem misere labitur Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæst. lib. 2. centu. 4 casu. 394. num. 33. qui statuta Brixiæ Papiæ nec non vincentiæ de armis vetitis loquentia pœnis quibusdam impositis contra clericos exsequenda esse arbitratur.

☞ *Clerici seruare tenẽtur Regiã legem. 19. tit. 11. li. 5. noui ordi.*

Ex quibus nonnulla ad hãc criminalem practicam summê necessaria colligã (nec extra chorum saltabo.) Primò sequitur, quod sæpissimê vidi controuersum, & huic capiti est accommodatissimum. Vtrũ clericus, qui negociationis causa triticum, ordeũ, vel granú aliud emit, deindeque reuendit, contra Regiam sanctionem latam Madritij, ann. 1530. quæ hodie est. l. 19. tit. 11. lib. 5. noui Regij ord. possit puniri pœnis, ibi. Statutis, tãquam legis iustæ transgressor. Qua in re illud prius consideratione dignum est, clericos teneri ad obseruantiam dictæ Regiæ constitutionis, ex Bart. sententia in, l. cũctos populos, num. 29. C de summa Trini. Et fide cath. quo loco scribit. statuta generalia laicorum, in quibus clericorũ aut ecclesiarum nulla fit mentio, sed tamen tendunt aduersus ea quæ illis competunt, non tanquã prę uilegiatis, sed vt cuilibet de populo illos ligare, dummodo honesta sint. idem Bart. in l. de quibus, colum. fin ff. de legib. & app. alleg. 81. colum. 1. Barb. in rub. de reb. Eccles. non alien. Quæ quidem statuta ob pron iscuam, & totius reipublicê vtilitatẽ iure defendi possunt, vt tradit D. Epis. Couar. in regula possessio. 2. par. §. 4. num. 8. de regul. iur. lib 6. Hiero. Grat. cons. 162 tex. optimus in capit. 1. de iureiur. lib. 6.

Deinde huic opinioni suffragatur, quia lex ciuilis sancita â non recognoscente superiorem, si non tractat de materia spirituali, nec sacris canonibus aduersatur, seruari debet, in foro Ecclesiastico contra clericos, glos. in cap. cum ad verum, in verbo tẽporalium. 96. distin. gloss. in ca. cæterũ, de donationi. & in cap. 1. vbi Abbas. & docto. de noui oper. nupti tradunt docto. in. l. priuilegia C. de Sacra Eccles.

Rursus non vulgariter conducit, quia cum dicta pragmatica circa temporalia bona disponat quæ quidẽ sunt de Principis sæcularis territorio secundum illius Regias constitutiones, sunt circa hoc iudicanda, Bald. in capit. cum venissent. column. 2. de de eo qui mitt. in possessi. Barb. in rubr. de reb ecclesiæ non alienand num. 112. Bartho Cassa. in consuet Burg. Rub. *Des iustices* §. 4. glos. *Le droict de indire*. In fine Petr. Bellug. in specul. Princ. rub de admoritisa. § nunc videndum: in fine tradit Petrus Rebuff. in. 1. Tho. const. Fran. in proæm.

proæm. gloss. 1. numero 17.

Præterea rem hanc cóprobat, nam cum Regia illa constitutio præiudicium clericis non inferat, ab illis seruari debet. Vt multis comprobat Felin in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num. 88. &. 90. de constitu. maximè quia ob vtilitatem publicam condita fuit, quæ publica vtilitas bono Ecclesiarum æquiparatur: l. fin. C. de Sacro Eccles. not. Calderi. consi. 21. de consti.

Ad idem facit ratio minimè, vi li pendenda, si enim clericis liceret triticum, vel aliud frumenti genus reuendere, inde maximũ absurdũ sequeretur, nẽpe, quod ea negotiatio, quæ laycis est interdicta, clericis licita foret, â qua eos Sacra canonica decreta longe repellunt.

Vlterius idem fulcit, nam ad prohibendam hanc reuenditionem, non minorem vim habere debet publica authoritas & institutio, quam communis & recepta populi consuetudo, sed clerici adstricti sunt ad obseruandas laudabiles populi cõsuetudines, vt omnium recepta est sententia in dict. cad. Ecclesia Sanctæ Mariæ & in auth. Cassa & irrita. C. de sacro Ecclesi. tradit late Bartho. Cassan. in consuetudi Burg. ru. 9 §. 10. in prin. num. 53. quam esse communem sententiam fatetur Bar. in rub. de rebus Ecclesi. non alien. colum. 25. ergo similiter iustam Principis legem obseruare tenentur.

Non tamen intelligas clericos seu alias ecclesiasticas personas, decissionem dictæ pragmaticæ teneri obseruare, ratione ciuilis legis, & quatenus lata est per sæcularem potestatẽ, sed ex vi naturalis rationis, super qua fundatur argum. cap. pastoralis, de fide instrum. & tradit Matth. de Afflict. in prælud. cõsti. Neapo. q. 7 num. 2. Ex quibus circa dictam pragmaticam tria sunt colligenda, vt proposita diluatur quæstio.

Primò clericos qui illam transgressi fuerint mortalem culpam contrahere ita not. Ferdin Menech. lib. 1. de success. creati. §. 10. num. 648. quem sequitur Mexia num. 41 vbi supra.

Secundô, clericos qui eã violẽdo deliquerint, per suos Ecclesiasticos iudices cõpetentes esse animaduertẽdos. Nã licet illa prohibitio reuenditionis frumẽti, â Principe sæcularis facta sit, nõ inde sequitur clericos illius trãsgressores, per sæcularẽ potestate puniendos esse, ita censet Mench. vbi supra.

Tertiò, minimê teneri iudicem ecclesiasticũ, eadẽ pœna dictæ regiæ cõstitutionis clericos mulctare, nã cũ illa ex vi tantũ naturalis rationis, vt dixi adstricti sint, quæ quidẽ naturalis ratio nõ magis vnã, quã alterã pęnã trãsgressoribus infligit. Pęna vero quæ ibi imponitur, procedit ex ciuili potestate & iurisdictione, â qua clerici immunes sunt Et ideo arbitraria pęna puniri debẽt, cũ iure Pontificiõ statuta nõ sit. Non tamen diffiteor, pro modo culpę ecclesiasticũ iudicẽ posse, aliquo modo pœnam ibi statutã immitari. Et ita sæpissimê vidi iudicatũ â iudicib' integerrimis maximê â D. Didaco de la Calçada episcopo Salonẽsi, huius Cõplutẽsis curię Vicario generali, viro omnibus

D. Didacus Calçada

episcopus Salonensis.

bus muneris absolutissimo, & nunquam satis pro meritis laudato, qui sua incredibili prudentia & animi candore, dictam curiã antiquo nitori restituit, & ita tenendum est, quidquid in contrarium voluerit Licenc Mexia. d. concl. 5. num. 41.

Clerici obseruare tenentur Regiam l. 1 tit. 24 li. 5. noui or.

Secundò, deducitur quo ad principale â nobis propositũ argumẽtum, teneri clericos obseruare Regiam legem. 1 tit 24. lib. 5. ordina. noui. quæ iustissimum pretium statuit, quo triticũ vel aliud genus frumenti vendi possit, ita Frater Dom. Soto in libr. 1. de iusti. & iure. quæst. 6 Mart. Nauar in manu. confess. cap. 23 num. 84. Præcipit tamen illa lex quod si clerici illam fuerint trãsgressi, pœna statuta ibi mulcten tur. Nec ad nos pertinet disputare, an Regia illa constitutio fieri ita potuit prudentibus iudicandum relinquo, est sanè instar Sacrilegij, de Principis potestate disputare. l. Sacrilegij C. de diuer. rescrip. ita animaduertit doctissimus & diligẽtissimus Ioan. Marti. in. d. l. 1. glos. 1. num. 4. Illud autem certissimum est, quod eo casu quo dicta pęna esset imponenda id fieri debet â iudice Ecclesiastico.

Statuta prohibentia, ne extra locum vel territorium vinum deferatur an clericos comprehendat.

Tertiò, his finitimum est, an ea statuta quãlia multa sunt in quã plurimis Hispaniæ oppidis prohibentia, ne in vrbem, extra territorium, vel forte loca confinia vinum asportetur, Ecclesias vel ecclesiasticas personas comprehendat. Est sanè in hoc Complutensi populô de hoc peculiare statutum supremi Regij senatus authoritate con probatum, quo quidem non vulgare pœnę trãsgressoribus imponuntur, secundum quod eius rigorem moliẽs, sæpissim ê iudicaui cũ anno Domini. 1564. essem dicti populi moderator. Et in ciuitate de *Guadalajara* (quæ mea patria est) antiquissimus & inuiolabile de hoc statutũ est. Qua pro posita quęstione Thom. Gramma. (nõ vulgaris authoritatis vir) præsentẽ disputationem diligenter examinat, decis. 100. incip. in causa vniuersitatis, & multis hinc inde adductis contendit, iustissime in Regio Napolitano prętorio definitum fuisse, orta controuersia inter Salerni ciuitatem & Abbatem sancti Benedicti statutum illius ciuitatis quo prohibitũ est, in eam vrbem adduci vinum extra ipsius fines, & territorium, minime compræhendere vina, quę ex ecclesiarum vineis colliguntur. Quem refert & sequitur D. Præsul Couar. in regul. possessor. 2. part. § 4. num. 8. idemque Gramma. dict. decis. num. 15. cẽsset esse obseruandũ in vino percepto ex clericorum vineis allegans Ripam quem vide.

Ciuitas Guadalajara vulgariter dicta

Ex eodem fonte profluit, quod scribit Thom. Gramma. decissio. Neapolit. 100. asseuerans illum statutum quod disponit triticum molendum deferendũ esse ad molendinum Principis sæcularis personas ecclesiasticas minime comprehendere, Boer. decis. 125. Ripa. lib. 3. responsorum cap. 15. D. Couar. dict. §. 4. quam opinionem communem esse fatetur Fran. Bursatus con 93. num. 26 vol. 1.

Sed vt libere dicam, quod sentio, opinio hęc mihi nullo modo placet, & merito consuetudo in his

his Hiſpaniarum regnis frequentiſsima, nunquam eam recepit. Nam cum dictum ſtatutum propter bonum publicum conſtitutũ ſit, licet re vera habeat ſequo ad commodum, & incommodũ, fauorabile dicitur: & a clericis ſeruari debet. Vt in ſimili caſu conſuluit Federi. de Sen. conſi. 35. in cip. ſtatuto ciuitatis. Cardin. conſi. 144. incip. ſuper thema. tradit Felin. in capi. Eccleſia Sanctæ Mariæ nume. 81. de conſtit Aymon Crauet. de antiquit. tempo. 4. par. verſi. Circa præmiſſa. num. 4. Ioan Crot. in l filius familias. §. D. & ibi Ferdi. numer. 424. ff. de leg. 1. Fol eri. in cõſtit. Regni de magni offi. verſ. ſtatuimus vt magnæ. nu. 67. Pedemontana deciſsio. 17. in fine Burſa dict. conſili. 93. qui multa congerit. Clericus quidem in hoc tanquã ciuis & populi pars iudicatur, nam Prelati & clerici de temporali diſtrictu dicuntur cap fin. de offici. de lega. lib. 6. & ea ratione priuilegijs libertatibuſq; patriæ gaudent ex Ioan. Andr. ſententia ibi in nouellis & ciuium appellatione conprehenduntur, vt ſcribit Bald. in l 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iure quem ſequitur Marcus deciſsi. Delphin. 1. part. deciſ. 456. num. 9. Et cum tanquam ciues priuilegijs gaudeant, commodumque inde reportent, vt damnum pariter ſentiant, ęquum eſt. l. ſecundum naturam. ff. de regu. iur. regu. qui ſentit. de regu iuris libro 6. Maxime quia vt in plurimum ſtatuta hæc, immemoriali conſuetudine ſunt approbata, in qua cõſuetudine promicuſus conſenſus clericorum, & laycorum ſaltim tacitus interuenit, quod maximi momenti eſt, vt aduertit D. Couarr. dict. §. 4. numero 8. ea namque ſtatuta ſiue conſuetudines, quæ mixtę ſunt laycorum, & clericorum adſtricti ſunt clerici ad illorum obſeruantiam. Vt communis eſt omnium ſententia teſte Barba. in rub. de rebus Eccleſ. non alienam. tradit Bart. Caſſa. in conſuetũ Burg. rub. 9. §. 10. nume. 53. & opinionem iſtam, quod ſtatuta iſta, vel conſuetuſtines Eccleſias clericoſq; compræhendant tenent Ferdinand. Mench. lib 1. controuer. vſu frequen capite 4. nume. 18. Mexia. dict. conclu. 5. nume. 17.

Nec refragatur illa Neapolytana deciſsio, (cuius celeberrimi Senatus auctoritas apud doctos eſt maxima) nam vt ibi ex Gramm conſtat nume. 26 non fuit articulatum, nec probatum ſtatutum illud, propter publicam vtilitatem emanaſſe. Deinde quod prędcedente titulo priuilegiorum Principis ſancitum eſſe allegabatur, quæ quidem priuilegia nunquam exhibita fuerunt, quibus & alijs quæ ibi interuenerunt, potuit in illo caſu aliquo modo ſententia illa iuſtificari.

Neapolitani ſenatus maxima eſt auctoritas.

Quarto, nec ab hoc alienum eſt, quod eadem publica inſpecta vtilitate, cuius ratione reſpublica liberam ſtatuendi facultatem habet. l. 1. l. ambitioſa ff de decretis ab ordine facien. tradunt Bar. & omnes in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. ſi vermes, vel locuſtæ aut alia animalia nociua in clericorum prædis naſcantur, per ſtatutum municipale compelli poſſunt, vt ſuis expenſis capiãt aut occidant, ne alijs nociuaſint,

Statuto ſæculari ſanctiri poteſt, quod vermes locuſtæ aut alia animalia noci ua a prædijs clericorũ eijciatur.

Argum.

Argum. eorum quæ de infectione, doctores notat in l. nullus C. de ſumma. Trini. & fide catho & in l. ędiles. §. Pedius ff. de edili. edict & multa congerit Ripa in tract. de peſte vltim. par. in remed. ad curan peſt. fol. 30. in magnis quem vide.

clerici compelli poſſũt viã publicã propriis expenſis mundare.

Quinto, hinc emanat, clericos cęteraſque Eccleſiaſticas perſonas cogi poſſe, pro bono publico viam ante domum reparare, eamque ſuis expenſis mundare, non tamen per ea quæ iam dicta ſunt, per poteſtatem ſæcularem ad id cogi, nec puniri poſſunt. Licet in hoc vltimo contrarium teneat Barth. Cæpola in tracta. de ſerui. ruſti. prædi. quem ſequitur Licen. Mexia dict. concl. 5. numero 70. quæ opinio nullo iure fulcitur, ſatis enim eſt clericos his decretis & ciuitatis conſtitutionibus, pro eius ornatu & mundi tia latis ligari, vt per ſuos eccleſiaſticos iudices ad id compelli poſsint.

Statuto laycorũ puniẽtia damna illata ab animalibus ancõ prehendant clericorum animalia.

Sexto his conſentaneum eſt quod ſtatuta, ſiue conſuetudines circa montium nemorum prædiorum cuſtodiam, clericos religioſosque ligare, propter communem vtilitatem, Quod tradũt doctores in capite quod clericis de foro, comp. & plures ſequentes allegat Barth Caſſa. in conſuetu. Burg. rub. 13. §. 5. fol. 331, quam communem eſſe ſententiã fatetur Petrus Auenda, de exequen, mand. 1. part. capite 13. numero 7.

Septimo, his etiam finitimum eſt, ſtatuta punientia damna illata ab animalibus, in agris alienis clericorum animalia cõprehendere, & quia hoc latiſsime patet vide Ioannem. Andr Abb. Felin. & doct in d. cap. Eccleſia Sanctæ Marię Gregorius Lopez, in l 24 titul. 15. part, 7, qui poteſt alios ſcribit, clericos per ſuos iudices eſſe condemnandos adſoluenda huiuſmodi damna, quia mala paſtorum electio in culpa fuit, Sequitur. D Caſtillo in l. 70. Tauri numero 18. Franc. Auiles in capite prætorum capite 17. glo. 1. numer. 12 fol. 159. Quod verum eſt & procedit quando damnum illatum ab animalibus petendum eſt, ab ipſo clerico, quia cumlis & controuerſia interuenire debeat, ea agitanda eſt, in Eccleſiaſtico tribunali. Secus vero ſi pœna exigenda eſſet, de plano, abſque aliqua iudiciali controuerſia ſecundum loci conſuetudinem, quæ frequentiſsima eſt, quod illato damno & facta denuntiatione â cuſtodibus ſcribi ſolet, in libro ad hoc deſtinato & ſtatim exigitur. Vel ſi forte aliquid ſoluendum eſſet a clerico, pro ſuorum animalium paſtura quod diſtributum eſt, per homines ad hoc electos, tunc quidem iudex ſæcularis præcipere poteſt, vt prædicta ex bonis clerici aut de fructibus ipſorum ſoluantur, etiam ſi oportuerit pignora capiendo, quod pro cautela tutiſsima tradit Bald. in auth. ſed periculum. C. ſine cenſu vel reliqui quem refert ad hoc Auenda. de mandatis Regum. 2. par c. 14. nume. 13. & vide Gregori. in l. 51. titu. 6. in verbo. Porrazõ p. i. Vbi ſcribit quod nulla hoc caſu excommunicatio incurritur, quia authoritate iuris fit, & opinionem iſtam nouiſsime amplectitur D. Azeuedo in l. 12. titu. 3. libro primo ordin. no

ui,

ui.num.2.dicens se in facti contingentia ita vidisse declaratum â Regijs senatoribus Granatensis prætorij. Et secundum hanc dist. supradicta ânobis sunt interpretanda.

Securius tamen est, quod pastores conueniantur, qui ad solutionem damni propter malam administrationem tenẽtur, vt ægregiè scribunt Ioan. And. Cardin. & Ancarran in cap. grauem, de sent excommu. Petrus Auenda. in cap. prætorum. 1. parte, cap. 4. num. 30 versi. Item in proposito & ita pluriesfieri consului.

Publici mõtium vel prædiorũ custodes dãna illata denũtiãtes contra clericos fidẽ faciunt.

Ex quo sub infertur, idque notatu dignum est, quod scribit Gãdi. in tract. malefici, tit. quo modo de crimine per viam denuntia. cognosca. quod custodes, â ciuitatibus populisque constituti ad custodiam montiũ, prædiorum, bonorum quæ publicorum non solum fidem faciunt contra laycos, sed contra clericos. Sequitur Petrus Auendanus in loco nouissimè allegato.

Quod plurimum notari debet ad intellectum & ampliationem Regiæ pragmaticæ Madri. latè 19. die mensis Nouembris anno. 1566. super conseruatione herbarum huius regni, vt etiam in Ecclesijs clericis religiosis procedat.

Imõ eadem perpensa ratione tenentur clerici pro rata eam collectam soluere, quæ imponitur pro custodiendis vineis, pratis, vel agris, vt scribit idem Petrus Auenda. in dicto capit. 14. prætor. num. 31. in prima parte, & Mexia in pragma. tassæ panis concluſi 5. nu. 43. Et quod plus est iudex sæcularis potest præcipere, vt collecta ista, ex fructibus bonorum clericorum soluatur, Bald in. l. de his. C. de Episcop. & cleric. & in dict. auth sed periculum. Gregor. in. l. 5. titul. 16. par. 1. Decisio. Pedamontanæ 68. num. 16. & 30. Erit tamen saluberrimum consilium, vt iudex ecclesiasticus, prius circa hoc cõsulatur, quod si negligens fuerit, sæcularis iudex propria authoritate faciat circa quod vide nouiss. sim ê D. Azeuedo in. l. 11. tit. 3. li. 1 ord. noui. num. 5.

Clericus si in prohibitane gociatione delinquit à iudice Ecclesiastico plectẽdus.

Notabis etiam vtiliter circa caput hoc, quod clericus qui negociationẽ vel prohibitũ aliquod comercium, vel munus exercuerit, si circa hoc deliquerit, iudicari, & puniri debet ab eo iudice, cui ratione muneris subijcitur. Vt tenet singu Bald. in addi. ad specul. tit. de reo ver. Quid si Scolaris. Greg in. l 49. in verbo. *Las franquezas* tit. 6. p 1. Io. Gall. in suis quæsti. per Arresta. quæst. 168. & in tract. arrestrorũ cap. 159 Steph Aufe. in rep. Clement. 1. de offi. ordi. in magna additi. 1. regu. fallen. 17 qui vltima testantur, in Gallia sæcularem curiam consueuisse punire clericos ciuiliter, si in officio deliquerint, & ita seruari vidisse in clerico negotiatore, vel artifice qui si in officio delinquit, qui punitur per collegium vel primatis illius. Per text. in l. fin. ff. de iuris omni iudi. cap. sacerdotib⁹ ne clerici vel monach. cuius tex. authoritate fatetur, laicum iudicem, clericum ita delinquentem punire posse. Idem sequitur Bartho Cassa in cõsuetud. Burg rubric. 1. §. 5. glos. *Silnagraca* num. 89 quo loco per arrestum Parisiensis

siensis Parlameti iudicatū fuisse asseuerat, quod clericus delinquens in officio Chirugiæ coram sæculari, iudice possit conueniri idem voluit Petrus Rebuff. in tracta. de mercatori. minu. vend. glos. 13 in thomo. 2. consti. Frāc. qui scribit ita senatum consuluisse contra quendam Ioannē Dauuergne clericum laniorem, qui animalia emerat, & ad illorum pretium conueniebatur, anno. 1431. die 5. Aprilis. Quodverum existimo, vt iuste fieri possit, quando trina prēcessit monitio non vero alias iuxta text. in capit. fin. de vita & honest. cleri. l. 49. titu. 9. par. 1.

Clericus negotiatisnem exercen, gabellam soluere tenetur.

Præterea nec illud ommittendum duxi, quod adeo iura clericum negociatorem abhorrent, vt statuerint eum, qui immiscuerit se sęcularibus negotijs, aut commertijs, gabellarum solutioni esse astrictum, a qua cæteri clerici sunt immunes capite quanquam de censibus libro 6. clementin. prēsenti eo titul. Regia lex. 3. in quat. gabella. quæ hodie est l. 6. & 7. titul. 18. lib 9. ordinoui. tradunt late Felin. numer. 104. Deci. nume. 57. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. Bertachi. in tract. de gabell. 7ª par. num 10. Petrus de Antibol. in tract. de muneribus 6. quæst. num. 21. Cardi. in clementi. 1. de vita & honestate cleri. num. 16.

Elegāter interprætatur. l. 5. titu. 5. par. 5.

Sic quidem intelligenda est, Regia Par. l. 5. titu. 7. part. 5. quę diffiniuit octauam partem mertium quę ad regum istud deferuntur a clericis Regi soluendam esse procedit sane constitutio illa quando dicte merces negociationis causa afferuntur, non vero alias vt ægregie animaduertit ibi, Grego. Lopez. in verbo, *Clerigo*. Et hoc casu iuramento clerici standum est, anportet, vel ne eas merces negociationis causa nisi aliud probaretur glo. not in clementin. prēsenti. de censib. in verbo, non negotiandi. Illud tamen obiter notandum censeo, quod iam hodie non octaua, sed decima pars æstimationis rei soluenda est, l 18. titu. 9. lib. 6. ordi. In aliquibus tamen locis tributa ista minora sunt, vt Hispali, & in alijs prouincijs, in quibus tributum hoc vocatur. *Almoxarifadgo* De quo meminit. l. 25. titu. 9. par. 2. & l. 13. titu. 18. p 3. l. 7. titu. 14. p. 7. l. 13. tit. 10. lib. 6. ordin. Et in solutione horum tributorum consuetudo seruanda est. l. si publicanus. 5. fina vbi gloss. ff. de pub. & vecti. Bal. in l. 3. C. de priuil. fisci.

Trinamonitio, an necessaria sit vt clericine gotiatores gabellā soluāt

Sed an hoc casu necessaria sit, illa trina monitio, quam tex. en dict. cap. fina. de vita & honest. cleric. & dicta lex Partitæ exigunt, vt clericus qui negociationem exercet gabellam soluere teneatur quidem videtur necessariam esse ex Abba. senten. in d. capi. fina. nota. vltim. Vbi clarius Anton. qui expresse asseuerat clericum non teneri gebellam ex commercijs soluere, nisi ter monitus non desistat, sed cū magna sit restrictio hæc ad dictam Regiam l. 7. cum dicit. *Lo contenido en la ley antes desta: mandamos que no aya lugar en lo que los clerigos, e yglesias vendieren, por via de mercaderia, trato, y negociacion. Ca de lo tal mandamos que paguen alcauala, como si fuessen legos.* Si quidem trina monitio necessaria fortet, minime

nime dictalex debitum effectum sequeretur, qua ratione clericum negotiatorem, absque aliquamonitione gabellam soluere teneri affirmat Gregor. Lopez in verbo, *Las franquezas*. Sed opinio hęc nullo modo placet namcum priuilegium hoc, diuinis saltim canonicis constitutionibus clericis concessum sit, adRomanum Pontificem eorum spectat interpretatio, vt in cap. nouit. de iudi vbi late interpretes. Non quidem exemptio hæc adimi nec limitari potest, nisi quatenus expræssum sit eodem canonico inre, cui in hoc standum est. Nec aliquid ratio Gregorij vrget, nam hæc non est iudicanda restrictio ad dictam Regiam constitutionē sed vera interpretatio, ex dictis iuribus de prompta. Nec minus dici potest, quod ex hoc illusoria, & absque effectu reddeatur dicta Regia lex, cum minimo negotio monitio trina fieri à Prælatis potest, & crescente contumacia clerici nolentis ab inceptis negocijs desistere statim possint ad gabellæ solutionem condemnari, & post hæc scripta legi opinionem istam tenere Ioann. Yañez Parla. in lib. rerum quotidianō. capit. 3. fo. 89. & licet opinio ista in puncto iuris vera videatur contraria tamen forte in practica seruabitur, propter maximam Gregorij authoritatem.

Gabella a clerici petenda est, corā iudice Ecclesiastico.

Erit tamen hęc gabella petenda à publicanis contra clericos, coram iudice ecclesiastico, teste Cardi. in dict clementin. præsenti. 6. quæsti per illum text. ibi in principio: *Locorum Diocessani*, iuncto fine ibi, *Postquam de his constiterit* Sequitur idem Bald. in l. de his. C. de Epis. & cleri. Abb. cap. qualiter in fine de iudi. Petrus Iacob. in titulo de duello. columna 5. ver. quidam tamen dixerunt Vbi late disputat. Mari Socin. in cap. sane colum. 6. declara. 6. de foro compet. Grego. in dict. 1 par. Bertachi. in tract. gabella 7. par. quęstio. 7. column 5. versi. nec prætereo. Iuli. Ferret, eo. tracta. numer. 433. & eruditissimus Roland. Valle consil. 71. numer. 25, volum. 4.

Quanuis opinionem contrariā tenuerit Guil. Cunn. dict. l. de his, & in authent. iubemus. eo titulo quæ opinio Franciæ consuetudine seruari testatur, Andre, Tiraquel. in lib. 1, de retr & ca 32. gloss i. numer. 81 Auf. qui nūcupatim loquitur de vestigalibus scribit in Parisiensi senatu ita fuisse iudicatum in Clementin. 1. de offici. ordina. 4. fallen. 2. reg. Guiller. Benedict. in repe. capite Rainuntius, in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam, numero 322. de testa. & opinionem istam sequi videtur Grego. in l. 5. titu. 7. parti. 5. in verbo, *Clerigo*, Sed a prima opinione, quæ verior est, non est recedendum, nec in Hispania, vllo tempore contraria recepta fuit. Quanuis eam nouissime sequatur, ita dictam regiam l. intelligens Mexia in d. conclusione num. 23.

Si tamē publicani, extra casū supra constitutum gabellam indebitam a clericis aliisque ecclesiasticis personis exegerint, sunt excommunicati, & ad restitutionem tenentur, & ad competentem satisfactionem, propter trāsgressionem, vt in dict. cap quanquam. & in dict. Clement. præsenti,

Publicani inde. bitas gabellas a clericis extorquē tes quibus pœnis affi-

senti. in fine tradit Cardi. consil. 12. & hoc propter iniuriam illatam Deo & homini, vt in capit. si res. 14. quæst. 6. Quæ satisfactio arbitraria est, secundum eundem Cardi. in dict. Clemen præsenti not. 12. Qua ratione multum cauerê debent publicani, ne gabellas indebitas, â clericis exigant, ne incidant in capitalẽ excommunicationis pœnam, & ciuitates in interdicti sententiam, vt cocet Card. dict consil. 12 in fine quem sequitur Roland. Valle consi. supra allega. 71. in fine dicens, se extimare gabellarios dictis pœnis, vt in plurimum innodatos esse. Sed nonnulli ex ipsis, parum de his censuris curant, quia ad malum sunt audaciſsimi, vt de ipsis loquens inquit Vlpianus in. l. quantæ. ff. de publica. & vecti. cuius hæc sũt verba. *Quantæ audaciæ quantæque temeritatis sunt publicanorum factiones nemo est, qui nesciat.* Sùnt Deo & hominibus odiosi, vt scribit Lucas de Penna. in tracta. de priuileg. fisci, quæst. vlt. Et opponũtur charitati, quæ nõ quærit, quæ sua sunt: vidi tamen multos, quæ sua & aliena quærunt, olim quidem dum puras manus habebãt, in honore erant constituti, vt Cicero testatur in oratione pro Cn. Planco. tradit Rebuff. in. l. eum qui. de ver sig.

Contra publicanos.

B *Conducere possessiones.* Vide text. in auth. de sanctiſsimis Episcopis. §. illud, & Regiã. l. 45 tit 6. par. 1. Quod autẽ fallit, quãdo propria prædia ad clericorũ sustẽtationẽ non sufficerẽt, quia tũc aliena, iure optimo possunt cõducere, tex, iuncta glo. in cap. dilecti. de decim vbi Abb. num. 3. multum not. fructuum.

A *Dreſtitutionem.* Vide Greg. Lop. in. l. 46 tit. 6 part. 1. in verbo, *Con voluntad.* Didac. Perez in. l 5. tit. 1. in verbo. *Mandamiento.* lib. 1. ordina. C

Proxenetæ illicitorũ contractuum.

CAPVT, LVI.

1 *Clericus proxeneta illicitorum contractuum, qua sit pœna puniendus.*

2 *Mediator criminis dicitur eiusdem criminis perpetrator.*

CLericus proxeneta illicitorum contractuũ â propriogradu debet deponi: hæc est sententia Rom. in singu. Dcccxxij. incipit Proxeneta, allegat text in. c. Si quis Episcopus. 1. q. 1. Sed ex illo tex. iudicio meo non potest elici tam generalis propositio, quia solum disponit in mediatore ordinum pretio susceptorum quo casu præcipit tex. ille, quod clericus mediator à proprio gradu decidat, & sic deponatur, secundum doctores ibi. Vnde ego non auderem pœnam inflictam clerico mediatori in crimine simoniæ per illud Concilium Calcedonense extendere ad proxenetam, seu mediatorem illicitorum contractuum, nulla facta distinctione: sed crederem pœnam illius text. in suo casu practicandam, & clericorum alterius contractus illiciti mediatorem pœna arbitraria a puniendum, a 1

attenta

attenta contractus initi prauitate, & participatione lucri per clericum facta, & exemplo vel
2 scandalo inde suborto. Posset tamen corroborari opinio Roma. de qua supra per text. in capitul. 1. de testibus, in. 6. vbi probatur, quod etiam mediator criminis dicitur ipsum delictum committere, ex quo ibi hoc notant Ancha. & Philip. & inferunt ad statuta imponentia pęnam committentibus delictum, quod videtur includere etiam mediatores, facit glos. notabilis in. l. Si scienter .ff. de parri. quæ probat, quod proxeneta in contractibus vsurarijs potest dici vsurarius, dum dicit, quod proxenetę in talibus contractibus tenentur reddere
b vsuras, b ac si ipsi accepissent, quam allegat Philip. in dict. capit. 1.

A *Poena arbitraria.* Adde quod idem etiam tenet additionator Rom sing. 730.

B *Reddere vsuras.* Adde Roman. sing. 276. qui opinionem istam sequutus dictam gloss. sing. esse fatetur & vide aliam glos. in l. in ordine. §. vlt. in verbo, minister. .ff. ad municipat. Bar. in. l. 1. §. incidit. ff. ad Turp. Lap. allega. 93. num. 4. Alexand. in. l. si quis iniquum. §. si procurator. col. 3. ff. quod quisque iur. Ang. Aretin. in tract maleficior. in verbo Sępronium mandatorem. Sali. in. l. non ideo minus. col. ante pen. C de accusationib. Hypp. in l. si sciętę. ff. ad leg. Pomp: de parri. & sing. 181. Ioann. Arn. problem. 2.

(..)

Ministri laicorum, ac in rebus eorum procuratores existentes.

CAPVT. LVII.

1 *Clerici qui aliquod istorum crimi num perpetrauerint ab Ecclesia subueniendi non sunt.*

2 *Clerici non possunt esse generales procuratores laicorum, secus in vna causa tantum.*

3 *Quomodo olim prohibitum fuit clericis sæcularis officijs vacare, ex Carthaginiensi Concilio ostenditur.*

CLericis, qui talia agunt 1
& occasione huiusce-
modi administrationis,
propter pecuniariā cau
sam deprehenduntur in fraude non subuenitur ab Ecclesia, vt disponit tex. in cap. Sacerdotibus, ne cleri. vel mona. quod intellige de clericis constitutis in sacris, vel beneficiatis, secundū Abb. ibi, per ea, quæ ipse notat in cap. 1. eod tit. vbi in fin. verbis cōcludit quōd clericis in minoribus non beneficiatis nō prohibentur negotia sæcularia aliās licita. Et nota secundum eundē 2
Abb. post Inno. quōd ille tex. in cap. Sacerdotibus dū prohibet clericos esse procuratores rerū laicorū, intelligitur in procuratore generali: nā procurare vel administrare vnum negotiū laicorum, non est clericis prohibitum, a quod dicit menti tenen- a
dum, & idem tenet Abb. post Inno. & Ioan. And in c. Sed nec in col. 1. eod. tit idē tenet Inno.

in cap. 1. de obli ad ratio. quem sequuntur plures doct relati per Philip. in cap. cum. l. &. A. col. 6. num. 17. [de re iudi. quod tamẽ .l. mita, nisi illud vnicum negotium ita multum esset arduum & diffusum, quod haberet distrahere clericum, sicut multa negotia secundum Phili. in c. 2. de iudi. colum. 2. num. 4. Item limita. vt infra in cap. 55. Itẽ aduerte quôd in quantum dicitur in dict. capi. Sacerdotibus, quôd talibus clericis non subuenitur ab ecclesia, intelligunt Docto. communiter secundum Abb. ibi, quod non per hoc datur authoritas iudici laico capiendi eos. Sed dicit, quôd clerici non debẽt eis subuenire, dando illis pecuniam ad satisfaciendum de fraude, vel dãdo fauorem eis vel auxiliũ, quo minus debeant respondere in loco, in quo gesserunt administra-
3 tionem. Quomodo autem fuerit olim clericis prohibitum simi-
b libus vacare, b vide in Concilio Carthaginiensi primo, Can. 6. Cuius verba sunt: Nicasius Episcopus Calustitanus dixit, Credo placere suggestionẽ meam sanctitati vestræ: & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo & annexi sunt clero, non accedẽt ad actiones, seu administrationẽ vel procurationem domorum. Gratianus Episcopus dixit. Et Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt: Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus proinde aut clerici sint sine actionib⁹ domorum, aut actores sine officio cleric̃orũ. V niuersi dixerũt, Ho obseruemus: cuius canonis verba referũtur in c. credo. 21. q. 3. licet ei⁹ suprascriptio corrupta sit.

Robibitum. Adde Arch. A in cap. peruenit. 86 distinct. Federi. cõsi. 270. Abb. & doctores in cacum. l. & A. de reiudica. & in c. nostra de procura. Imo in capit. accedens, de præbend. Feli. in c. cum esset, de simoni Deci. in c. constitutus, de appella. & in cap. decernimus colu. 7. in prin. vbi Ripa col 14. de iudi. Ang. Aretin. in. § præterea. colum. 3. inst. de excep. Capell. Tholosa quæstio pro qua quidem opinio, allego text optimum in cap per venerabilem qui filij sint legiti. Et an finita illa causa possit clericus aliam assumere, tradunt Deci in dict. cap. cum I. & A. & sic habes notabilem causam, in quo clericus impune potest procuratoris munus exercere. Secũdus casus est in causa Ecclesiæ. Tertius in causa sui Prælati. Quartus in causa Principis vel Regis quos congessit Regia lex. 5. titu. 5. par. 1. Quintus in foro Ecclesiastico, vt probari videtur in c. 1. de postul. & tradit latè Card. in cap fin. in prin. in. 2. quæst. de postu. not. Greg. in dict. l. 5. in verbo *Otro si el clerigo.* Quod Romana curia obseruat, vt fatetur Cepol. consi. 21. num. 7. in ciuilibus. Sextus pro miserabilibus personis cap. 1. & cap. fin. de postul. Septimus pro cõiũctis, vt in dict. c. fi. vbi doctor. Octauo pro omnibus personis numeratis in l. 1. §. vlt. cũ quinque leg. sequen. ff. de postul. ita tenet Inno. in c. 1. in fine de post. Card. in d. capit. fin. q. 5. Nonus quando vellet esse procurator necessitatis vel caritatis causa tradit Cepol. dict. cõsi. 21. nu. 4. vbi declarat quo-

modo

modo hoc intelligendum sit. Decimus pro amico, quia hoc casu monachis permissum est, pro amicis monasterij procuratores esse, ita Innocen. in dict. cap. cũ I. & A. Roma. sing. 278. incip. monachus non potest, quam opinionem communem esse fatetur eam sequutus Martin. Nauar. in capit. non dicatis numer. 99. 11. quæst. 1.

B *Similibus vacere.* Vide hodie nouissimam decisionem, quæ habetur in conci. Prouin. Tolet. celebrato ann. 1565. capit. 18. cuius verba hic referã cum capiti nostro mirê conueniant. *Qui in sortem domini vocati sunt, & diuinarũ rerum ministerio, ac spirituali additi militiæ: meminerint iuxta D. Paulum se Deo, cuius signis militare decreuerunt placere non posse, si quid propter sui ducis militiam agant, & sæcularibus negotijs vacauerint, quæ à diuinis ac spiritualibus distrahere frequentissimè solent, prohibet igitur Sancta synodus clericos in sacris, & eos qui beneficium ecclesiasti cum obtinet laicorum esse æconomos ac sæcularium rerum dispensatores, necnon foro ciuili procuratores: exceptis his negotijs, quibus iuxta canonicas sanctiones, pietatis causa vacare iustè possint: alioqui ab ordinario pœna suspensionis ab officio & beneficio ad sex menses puniantur.*

Tabellionatus officiũ exercentes.

CAPVT. LVIII.

1 *Clericus in sacris constitutis Tabellionatus officium per beneficiorum suorum substractionem, est interdicendum.*

2 *Clerici etiam in minoribus constituti, habentes ecclesiastica beneficia, non possunt vti tabellionatus officio.*

3 *Clerici, licet non possint nouas rogationes tanquam tabelliones recipere, veteres tamen poterũt complere.*

4 *Clerici per superuenientiam tabellionatus, clericatum vel beneficium non admittunt.*

5 *Clericus tabellio si per Episcopum pœna falsi fuerit condemnatus, & postea per eundem restituatur, & conficiat instrumenta, an valeant.*

CLerici in sacris ordinibus cõstituti tabellionatus officium exercere non debent, [a] & si aliter fecerint, prælati debent hoc illis, interdicere per beneficiorum substractionem. Ita disponit text. in cap Sicut. ne clerici, vel monachi. Assignat Abb. ibi duas rationes, scilicet quòd officiũ est vile, [b] & sæculare. In causis vero spiritualibus & Ecclesiasticis, clericos indigentes ad id officium admittendos esse arbitratur [c] Abb. ibi, colum. 3 Et aduerte quôd hoc etiam habet locum in clericis minoribus beneficiatis, [d] secundum Ant. ibi cui assentitur Abb. dict. col 3. post Hostien. Clerici vero in sacris, non beneficiati possent vti isto officio, voluit Hostiens. ibi, quẽ sequitur Abb. de quo vide latê per Ias. vbi hoc limitat nouẽ modis, in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure, num. 8. Vnum est præterea aduertendum in hac materia quôd licet clerici non possint recipere nouas rogationes

1 a

b

c

d

3

tanquam tabelliones, veteres tamen non poterunt complere, e probatur ex glos. in cap. Vt officium, in verbo, præmissa. de hæreti. in. 6. quæ hoc determinauit in monacho, quam ibi dicit singularem & menti tenendam Philip. qui dicit, quod ratio huius est, quia complere veteres rogationes, non est originale officiũ sed executio rogationis iam factæ, & trahitur retro ac si à principio fuissent extensæ: dicit tamen vlterius vnum, quod est notandum, quôd non debent hoc facere sine licentia superioris, secundum Ioan. de Ligano, & Domi. Item nota quôd clericatum vel beneficium non perdunt clerici per superuenientiam tabellionatus, ita concludit Abb. ibi, colum. 2. licet Vincen voluerit, quôd clericus in minoribus, suscipiendo tabellionatũ cedit clericatui & beneficio: quod ibi intelligit Ioã. And. & placet Abb. quando tale officium reciperetur à principe, & deputaret eum ad publica & criminalia officia. Quod ego adhuc sub intelligerem, quando talis cœpisset vti officio in criminalibus, ante vero non. Quæri præterea potest non ab re in materia huius capituli Si clericus tabellio fuit cõdemnatus de falso per Episcopũ suum, & postea per eundem restitutus in integrum, & cõficiat instrumenta tanquam publicus notarius, an valeant? quam quæstionem mouet Bald. in. 1. vol. cons. 350. proponitur quôd quidam, f & cõcludit quôd non f quia: episcopus non potest restituere infamem, cum hoc sit reseruatum g Principi, g vt per Innocen. & alios in capit. Cûm titulo, de re iudi.

NOn *debent.* Vide Regiã A l. 15 tit. 18 libro 2. ordina. & l 40 capit. 36. in pragmat. antiquis huius regni. *Y que no sean clerigos*, & in. l. 12 tit. 3. lib. 1. ordin. AEgid. de Bellame. consil. 42. Barto. in l. vniuersos. C. de Decuri. libro, 10. & in. l. seruus, vbi Doctores. ff. de testamen. Deci. consil. 20. colum. 1. Petrum Rebuff. in tractat. de literis obligat. articul. 2. gloss. 1. numer. 42. Ludo. Gome. in capitul. si annum §. si vero, numero. 15. de iudi. lib 6. Barthol. Cassa. in consuetu. Burg. rubr 1. §. 6. in gloss. Meſſiers & Sergens numero. 42. & latissime Franc. Mart decisio. 194. in. 2 partit. per totam D. Ioann. Bernar. in regul. & fallen. reg. 657.

Officium est vile. Vide late And. B Tiraquel. in tract. de nobilitate capit. 30.

Arbitratur. Adde quod ante C Abb idem tradiderunt Hosti. & Anton. ibi. tenet etiam Florent. in. 3 part. titul. 13. capit. 2 §. pen. text. optimum in capit. 2. de postulan. & hanc dicit communem & receptam sententiam Dominus Præsul Couarru. in practic. quæstionib. capit 19. numero 8. quam intelligit, vt locum habeat in clericis nondum in sacris ordinibus insignitis, nam vt ipse arbitratur, clericus in sacris ordinibus constitutus, nullo modo poterit extra Romanam curiam, in eccleſiasticis publicis tribunalibus Tabellionis officium exercere, etiam si beneficium Ecclesiasticum non habeat. Vt colligitur

gitur ex Cardi. in capit. ſicut ne clerici vel monach. Alber. Troti. de vero & perfecto cleric. lib. 2. capit. 54. numer. 9. quod latius Dominus Præſul dict. loco explicat.

D *Beneficiatis.* Vide Florentin. in 3. par. tit. 13. cap. 2 §. 2. authorem noſtrum dict. regul. 657. Didac. Perez in l. 12. tit. 3. lib. 1. ordina. quam opinionem communẽ eſſe teſtatur D. Couarru. dict. capit. 19.

E *Poſſunt complere.* Vide Abb. & Felin. in cap. fraternitatis, de hæretic. Bald. in l. 2 column. vltim. C. de ſentent. inter. omni. iudi. Flor. in l. repetita. ff. de fide inſtr. Iaſ. in l. 1. §. huius ſtudij, numero. 8. ff de iuſti. & iure. Deci. in capit. 2. numer. 8. de iudi. Gregor. Lopez in l. 45. in verbo, *Tirandole el beneficio.* tit. 6. par. 1.

F *Quod non.* Adde quòd idem tenet Bermon. Cho. in tract. de publi. concubi. ſpagina 230. numero. 5.

G *Reſeruatum Principi.* Vide Domi. conſil. 77. colum fin. D. Couarr. lib. 3. vari. reſolu. capit. 3. num. 3.

Ac legis & Phyſicam audientes.

CAPVT. LIX.

1 *Archidiaconi Plebani, præpoſiti, Cantores, & alij clerici perſonatus habentes, necnon Præsbiteri, audientes, ſeu ſtudentes addiſcẽdo leges, ſiue medicinã, poſt duos menſes computandos, à die quo audire ceperunt, quatuor pœnis illaqueantur.*

ARchidiaconi, plebani, 1 præpoſiti, cantores, & alij clerici perſonatus habentes, necnon præſbyteri audientes ſeu ſtudentes, addiſcendo leges vel phyſicam poſt duos menſes à tẽpore quo audire incœperit computandos quatuor pœnis ſequentibus ſub iacent: videlicet quod ſunt ipſo facto excommunicati, ac in nulla cauſa ſi patrocinium præſtare voluerint audiantur. Et reuerſi in choro, menſa & capitulo, & cæteris vltimi fratrum habeantur, & totius promotionis ad ordines vel beneficia ſpẽ amittant niſi ex miſericordia Apoſtolicæ ſedis. Ita colligitur ex text. & quæ ibi notant Doctor. maximẽ Abb. in capit. Non magnopere. & cap. fin. ne cleri vel mona. Similibus etiam pœnis puniuntur obtinẽtes parochiales eccleſias, quæ ſunt plebaniæ, habentes ſub ſe capellas, in quibus inſtituuntur clerici perpetui, nequeuntes ab ipſis abſque cauſa rationabili amoueri, ſi leges vel phyſicã audiũt, vt habetur in c. 1. eo. tit. li. 6

EXcommunicati. Vide la- A tẽ doctores in cap. ſuper ſpecul. ne cleri. vel monach. Alber. Troti. de vero & perfe. cler. lib. 2. c 35. quo loco diſerit, quibus ſtudijs clericis cæteriſq; religioſis vacare licet. Epiſcopus quidem benẽ poteſt, huius criminis reos, ante lapſum duorum menſium excommunicare, vt ſcribit Rebuff. in tract. nom q. 5. num. 32.

Solus tamen Romanus Põtifex clericis, religioſiſue diſpenſationẽ poterit indulgere, vt iura Cę-

sarum audiant, vt scribit Archid. in capi. non dicatis. 12. q. 1. Perusin. in ca. 2 ne cleri. vel monach. quæ opinio communis est & stilus Romanæ Curiæ eam recepit teste Petro. Rebuff. in dict. tract. num. dict. quæ. 5. num. 33.

Prædicta tamen pœna, quæ hoc capite inflingitur, solum illaquantur Archidiaconi, plebani, & alij qui hic numerantur, non vero cæteri vt scribunt doctores in dict. ca. super specul. & Trotius in d. cap. 35.

Nec ea Archidiaconi, Presbyteri, nec cæteri afficiuntur, si priuatim iuri Cæsareo operam dant vt melius canonica decreta intelligant, vt scribit Abb. in dict. capite super specul. & Albe. Troti dict. lib. 2. capit 36. vbi dicit hoc mirum in modum esse notandum ad defendendum prælatos & religiosos qui studium, libris legalibus refertum habent. ☞ Vnde sing scribit Abb. in capite non magno col. 3. ne clerici vel monachi quod licet monachis interdictum sit legibus operam dare illud procedit sit principaliter id faciunt secus autem si prius adiscũt ius canonicum ad cuius cognitionem iuri ciuili incumbunt quia ex eo quod hoc prouenit secundario & per occasionem prohibitio non extenditur sequitur Gome. in Regu. chan. regu. de non tollendo iure quæsi. quæstio. 3. in fine sin. Maiori. de irregulari. libro. 2. capite. 1. ☞ numero. 13. Sunt quidem Canones magna ex parte iuri ciuili coniuncti capite. 2. de priuilegi. libro. 6. vnde dicebat Barba. in capite conquæstus columna, 3. de foro comp. quod ius Pontificium sine legibus non potest intelligi, cum sit medula legum. Et dicit Bal. d. in capite. cum causam column de probation. quod nisi quis sciat Canones cum legibus, non potest practicam iudiciorum cognoscere. Vnde facere Roman. singul 654. inquit *Legista senza capitoli val poco, ma Canonista senza legi val niente* Quod quidem optime Ciceronis authoritate comprobatur. 3. de Oratore dum conqueritur, ea ętate neminem ediscere ius Pontificium, cum iuri ciuili coniunctum sit: Ciceronis verba hæc sunt ibi. *Aut iuris scientiam (nec eius quidem vniuersinam Pontificium quod est coniunctum neno discit) aut eloquentiam quam in clamore, & in verborum cursu positam putant.* Hactenus Cicero.

Ius canonicum iuri ciuili coniunctum est.

Illud vero circa huius capitis materiam notandum cẽseo, quod is qui ante clericatum iuri ciuili operam dedit, post clericatum ad doctoratus gradum eodem iure promoueri potest Eaque ratione presbyteri beneficiatus addoctoratus gradum in iure ciuili potest promoueri absque alicuius pœnæ metu Nauarr. consi. 2. ne clerici vel monachi, & quod magis est monachis hoc per missum est. Ita not. scribit Calde. consilio 2. de magist. quem refert & sequitur Martin. Nauarrus in capite non dicatis. 12. quæstio. 1. numero. 33. Vnde merito reprehendendus est Petrus Rebuff. in excellentissima illa benefi. practi. titu. de dispensa. cum irregular. nume. 27. quo loco scribit titulum doctoratus in Theologia, aut iure canonico nõ deberi nec tribui de stilo curiæ religiosis

☞ *Qui ante clericatum Ciuili operam dedit, eo insignitus ad gradum doctoratus potest promoueri.*

quia

quia contrarium verius est, nempe quia magister Sacri Palatij semper est dominicanus, doctoratu, vel magisterio insignitus. Vnde â tota curia magister appellatur, vt testatur Mar. Nauar. dict. loco.

☞ Nec pro huius capit. coronide pretermittendum est hoc capite tantum legum auditio clerico prohiberi non tamen ipsarum prælectio vt ægregiè post Inno. scribit Nauarr. in manual. capit. 22. num. 14. Non quidem clericus qui publicè ius ciuile profitetur timere debet irregularitatem propter prælectionem legũ etiam criminalium vel propter cõmentaria vel tractatus ab ipso compositos sed tantum propter homicidium, vel mutilationem membri eius consilio factam, vt nouissime respondit ipse Nauar. consil. 1. ne clerici vel monachi, ☞ num. 2.

Villarum procuratores suscipientes.

CAPVT, LX.

1 *Clerici licet non possint esse generales procuratores laicorum sub depositionis pœna, secus autem in vna causa tantum.*

1 SAcrosancta illa Calcedonensis Synodus, in Canon. 3. Clericos miseri sæcularibus procurationibus prohibuit, nisi fortè qui legibus ad minorum tutelas, siue curationes in excusabiles attrahuntur, aut quibus ipsius ciuitatis Episcopus ecclesiastica-rum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, aut viduarum, quæ indefessa sunt, aut earum personarum, quæ maximè ecclesiastico indigent adminiculo. Transgressori autem nullam aliam pœnam irrogat, nisi quod correptioni ecclesiasticæ subiaceat. Concilium præterea Carthaginiense tertium eos esse procuratores, simpliciter prohibuit Canon. 15. Postea vero Alexan. III. in Concilio Laterañ. inhibuit clericis procurationes villarum exercere, pœna contra faciẽte posita, quôd ab ecclesiastico ministerio fiat alienus. Vnde colligitur, quod clericus generalis procurator deponendus est, vt in cap. Sed nec. ne cle. vel mona. Et licet ille tex. simpliciter prohibeat clericis procurationes: Innoc. tamen, quem ibi sequitur Abb. intelligit de procuratione generali, quasi sentiat, quòd possit clericus vnum negotium procurare [a] etiam laici: quod latius [a] sequitur idẽ Abb. in cap. 2. eod. titu. dummodo clericus non suscipiat illud negotium ex cupiditate: quia tunc nec vnum negotium licet clerico procurare, secũdum eum. Et sic intelligit sententiam Collectarij in locis per eum relatis, quæ aduersabatur doctrinæ Inno. Intellige etiam dummodo illud vnum negotiũ non ita multum sit arduum ac diffusum, quod haberet distrahere clericum sicut multa negotia, vt tenet Philip. in capit. 2. de iudi. colum. 2. num. 4. & dixi suprâ in capitulo tertio, quantum vero ad pœnam depositionis, de qua hic vide quod dicam in capit. sequent.

A PRrocurare. Vide autorem, & quæ ipse ibi scripsi supra capitul. incip. ministri laicorum.

Ac principum & secularium virorum iustitiari.

CAPVT. LXI.

1 *Clerici, qui hæc sæcularia officiami nistrati fuerint qua sint pœna puniendi.*

2 *Clericus licet non possit esse vice rex, vel vice comes principis sæcularis, potest tamen in eius summo prætorio senatoris munere fungi.*

3 *Clerici sine metu irregularitatis possunt incondenda lege interueniri, per quam pœna mortis imponitur: quando non imminet casus propter quem efficitur. l. & si postea casus occurrat, ab irregularitatis labe immunes erũt.*

4 *Papa potest pœnam mortis imponenere statuendo, non tamen exequendo.*

1 a HVius excessus est eadem pęna a, de qua in casu præcedenti, & per eundem text. Aduerte tamen, quod Abb. in ca. Sed nec vers. Sed quæritur. dicit quod sibi videtur valde graue quod clericus deponatur propter exercitium istorum officiorum. scilicet procuratoris, de quo in c. prędcedenti, & Iustitiari. de quo hic, maxime hodie: cum non ita acerbe debeant puniri delicta, vt in capitul. fraternitatis. 34. distinctio. Vnde plus sibi placet quod tales clerici debeant excõmunicari, & non deponi, nisi essent incorrigibiles: quia textu solum dicit quod delinquens in hoc ab ecclesiastico fiat ministerio alienus, & per excommunicationem satis fit alienus, licet Ioan. And. intelligat de pœna depositionis. Pro cuius opinione videtur facere decretum concilij Toletani. 4. cuius verba sunt. Sępe Principes contra quoslibet maiestati obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt. Et quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri Iudices, vbi iure iurando supplicij indulgentia promittitur, non vbi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune cõsultum discussor in alienis periculis exsiterit. sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum est. Can. 30. dicti Concilij. & haberetur. 23. quæstio. 8. cap. sæpe principes. An autem clericis in isto casu sit prohibitum quodlibet officium iustitiæ exercendę: Abb. in dict. cap. Sed nec. credit quod sit, quia verba tex. sunt generalissima, qui nemo militans Deo &c. Vnde dicit per illum 2
text. ꝙ clericus non posset esse Vicerex, vel Vice comes. vel locum tenens alicuius Principis sæcularis, nec habere sub sua cura aliquam ciuitatem seu locum temporalem, pro quo allegat textu. magis specificum in capit. clericis. §. 1. eo titulo. Videtur tamen sibi quod clerici possunt esse consiliarij principis: b quod di b
cit etiam sentire Ioann. Andr. in dict. capitu. clericis, quod notat etiam Baldus. ex tex. ibi in auth.

Habita,

Habita. in princip. C. Ne filius propatre. Et vide Abb. in dicto capit. clericis. vbi notat quod prælatus potest esse consiliarius principis sęcularis, licet non debeat esse officialis iustitiæ exercendę. Debent tamen cauere secundum eum, ne consulant incriminali causa etiam reum absoluendum, quando ex hoc immineret actori pœna mortis, vel mutilationis membri in pœnam talionis. Possunt præterea clerici
3 sine metu irregularitatis interuenire in lege condenda, per quam pœna mortis imponitur, quando non imminet casus, propter quē eficitur lex, sed sit generaliter, licet postea casus occurrat, vtquis quis interficiatur: quia tunc clericus consulens non animaduertit in certam personam, sed prouidet, vt homines se abstineant â delicto: vt notat Dom. in capit. fina. 3. distinct. Vbi dicit hanc esse conclusione Archi. in cap. officia. 23. quæsti. 5. licet re vera Archi. ibi nihil scripserit de clerico sed solum asserit quod princeps, qui legem condidit, cuius autoritate homines sunt traditi morti, non est factus irregularis: & non infertur princeps ad cuius officium spectat tales leges condere, non eficitur irregularis ergo, nec clericus qui consuluit ei vt illas condat: poterat tamen melius allegare Bal. vbi supra expresse tenentem quod clerici possunt dare consilium in legibus condendis: & licet ex hoc sequatur per accidens mors alicuius, nō sunt irregulares, quę refert
4 Ioā de Ana. in c. Ad audientiā in 3. col. versi. Tertiō quęritur. de hami Pro quo etiā facit ꝙ not. Bald in cap. 2. in fi de maio. & obed. post Innocen. quod Papa potest imponere pœnam mortis statuendo, sed non exsequēdo, quia si proprijs manibus occideret aliquem, fieret statim irregularis.

Eadem pœna. Clericus igitur, qui delictum de quo in hoc capite commiserit, incidit in excō municationis pœnam, de qua in ca. clericis, ne clerici vel monach. Quam quidem pœnam minime incurrit clericus minorum ordinum, iuxta Abb sententiam in dict. cap. clericis Licet reclamet Sylvest. in summa in verbo. Excōmunicatio. 9. cas. 7 Nec eā incurrit Prælatus, qui huiusmodi munus annexum habet suæ dignitati, aut patrimonio. Hæc est communis sententia, vt fatetur Martin. Nauarr. in manuali cōfesso. ca. 27 num. 117.

Consiliarij Principis. Vide Abb. in capit. non est. numer. 4. de voto, vbi doctores, & in capite in Archiepiscopato. de raptori. Deci. in capit. 2. de iudi numer. 7. gloss. in pragma. Sancti. Galli. ti tul de colla. ecclesiæ. Galliæ. §. præmissis, versi. concilio, Nicola Boeri. decis. 17. in prin. Gregor. Lopez, in l. 46. titu 6. in verbo, *El Rey*. parti. 1. Alberi. Troti. lib. 2. de vero & perfe cleri. cap. 54. numer. 2. quod apud Hyspanos moribus & consuetudine receptum est. B *Clerici Consiliarij Principis sęcularis esse possūt*

Clerici Consiliarij Principis inofficio delinquētes, a quo debeant puniri.

Si tamen clericus in officio deliquerit, an possit ab ipso Principe puniri videtur quod nullo modo, possit, etiam si in minoribus ordinibus, tantum constitutus sit. Et hanc esse communem

nem sententiam fatetur Aufrer in Clementin. 1. de offici. ordina. num 25. quem refert D. Episcopus Couarr. in practi. quæstio. c. 33. num. 6. Iuli. Clar. li 5. resceps. sent. §. fin. quęst. 26. versi. Quæro pone. vbi dicit minimè id cõsuetudine seruari, quia quotidie Principes sæculares tales clericos in sacris constitutos officijs priuant, necnon pecuniarijs pęnis mulctant, licet malè de iure secundum illum sustineri possit. Nec in Gallia communis opinio seruatur vt fatetur Aufer vbi suprà, idem profitetur Guillel Benedict in cap Rainuntius, in verbo, & vxorem 2. decis. num 155. de testamen. fol. 95. & vide Barthol. Cassa. in cõsuetud. Burgun. rubric. 1. §. 5 in glos. *Silnagrace* n. 71. vbi testatur, se vidisse quendam clericum Regis consiliariũ, punitũ fuisse â iudice sæculari, priuatione officij, necnon pecuniaria pœna, quia in officio delinquerat.

Possunt etiam clerici absq; alicuius pœnæ mętu, causas ex cõpromissaria â partibus tributa potestate iudicare. l. non distinguemus. §. Sacerdotali. ff. de arbit. l. si qui ex consensu. cum lege sequen. C. de Episcop. audi. l. 48 tit. 6. par. 1. Est quidem pium & sacerdotale munus ancipites controuersias componere, vt inquit Ioan. And. in addi. ad Specu. titul. de arb. §. potest, in fine quẽ refert Greg. Lup. in dict. l. 48. in verbo, *Por su aluedrio.*

(.·.)

Corã sæcularibus Magistratibus clericos inuitos conuenire sunt ausi.

CAPVT. LXII.

1 *Clerici, à seculari iurisdictione exempti sunt.*

2 *Clerici post sententiam, in eius executione opponere exceptionẽ fori declinatoriam, minimè prohibentur.*

3 *Consensus clerici: nullum in hoc impedimentum præstat.*

4 *Clericus qui coram sæculari magistratu, laicum esse fingit, ab Episcopo potest vendicari.*

5 *Reprobatur quoddam arrestum Regni Franciæ.*

6 *Clericus qui exceptionem fori declinatoriam opponere distulit, expensis mulctari debet.*

7 *Pœna pecuniaria quantuncunque leuissima, à iudice sæculari cõtra clericum absentem illatam soluenda non est, contra Fran. Auiles.*

8 *Prælatus qui negligens est, in reuindicando clericum, à sæculari potestate, grauissimè punitur.*

9 *Clericus prima tonsura initiatus immunitate fori Ecclesiastici frui potest.*

10 *Clericus qui pensionem ecclesiasticam obtinet, vtrum dicatur habere beneficium.*

11 *Quid iudicandum sit, præstimonium obtinuerit.*

12 *Quid vero iudicandum est de capellania.*

13 *Clerici coniugati, vtrum fruantur foro ecclesiastico.*

14 *Controuersia quæ circa clericatum*

tum emerserit, per ecclesiasticum iudicem & non sæculare dirimenda est.

15 *Iudex Ecclesiasticus, absque præuia causæ cognitione circa clericatum, sæcularem inhibere non debet.*

16 *Clericatus scriptura probari debet.*

17 *Prima tonsura, vnius testimonio non probatur, contra Petrũ Rebuff. & Matth. de Afflict.*

18 *Clericatus an probetur ex sola possessione habitus & tonsuræ.*

19 *Lite pendente, circa clericatum reus in publicis Ecclesiasticis carceribus detinendus est.*

20 *Interpretatur Regia lex. 7. tit. 4. lib. 1. ordin. noui contra insignem D. Couarr. & doctum D. Paz.*

21 *Iudex Ecclesiasticus, inhibere potest sæcularem, lite pendente, ne contra clericum procedat.*

22 *Clericus qui alium inuitum corã sæculari iudice conuenit, quibus pœnis plectendus sit.*

23 *Pœna amissionis causæ, quæ ad dicti criminis punitionem statuta est, non inflingitur ipso iure:*

24 *Prædictæ pœnæ non est locus, quando clericus voluntarius ad iudicium sæcularem accessit.*

25 *Nec quando ante litis contestationem clericus à lite recessit.*

26 *Nec quando clericus citatus, nõ comparuit.*

27 *Laycus qui coram sæculari iudice clericum conuenit, causam perdit, & iudex officio est deponendus.*

Caput hoc nouè æditum est.

ARgumentum quidẽ huius criminalis practicæ vehementer exposcit, vt de clericorum exceptione, quo ad forum sæculare, tantisper diseramus: ideo nõ grauabor, huius capitis sumpta occasione, breuẽ & dilucidam de illa disputationem subire. Et vt rem aggrediamur, præfari oportet hanc exemptionem & immunitatem clericorum, multis in locis probari: sed potissimẽ in cap. at si clerici. & in cap. clerici & in cap. qualiter, de iudi. cap. 2. cap. si diligenti, de foro compet. cap. continua, cum multis illius causæ quæstio. 11. quæstio. 1. l. vltim. tit. 2. lib. 16. Cod. Theodosiani, & plerisque illius tituli constitutionibus ante Iustinianum latis. l. 57. tit. 6. part. 1. l. 6. tit. 3. lib. 1. ordina. antiqui. l. 5. tit. 3. lib. 1. ordin. noui de qua re longẽ latẽq; tractauerunt Iuris Pontificij interpretes in dictis locis, & præter eos Auferi. in relectione Clemẽtin. 1. de officio ordin. Guil. Benedict. in cap. Rainuntius, de testamentis in verbo, *Et vxorem*, 2. num. 322. Nicola. Boeri. decis. 96. Rupellanus libr. 1. forensium institu. cap. 34. Barthol Cassa. in consuet. Burgund. Rub. 1. §. 15. Char. de Grassal. li. 2. Reg. Franc. 17. D. Couar. ib. pract. quæsti. cap. 31. 1

Et cum exemptio hæc, in fauorem totius ordinis sacerdotalis concessa sit, poterit iure optimo clericus conuentus â sæculeri iudice, & ab eo condemnatus, 2

post

post illius sententiam exceptionem fori declinatoriam proponere, non quidem ei licet sæculari iurisdictioni consentiri, saltim in criminalibus causis, quibus agitur de coertione, & punitione personali. c. si diligenti. capit significasti de foro compet. cap. at si clerici in prin. de iudi. & in hac specie notat Cassa. in di Rub. 1 §. 5 versi. *Archidiacono*. nume. 45. Ioann. Rupella. dicto. lib. 4 torensium instit. cap. 6. Nicol. Boer. in consuetudi Bitur. titul. de iurisdict. § 21. in fine D. Couar. practi. quæsti. capit. 33. numer. 3. & ita iudicatum fuisse fatetur Deci. consi. 241. Et potissima ratio est, quia exceptio declinatoria fori, quæ redit iudicium nullum ab initio, quod iudicium, nec prorogari potest nec prorogatum esse censetur, quandocunque etiam potest sententiam, ad eius executionem impendiendam opponi potest, & opposita eius executionem impedit, Ita tradiderunt Anton. Abb. Imo. & Felin. num. 28. in capite exceptionem de exception. & est texegregrius secundum vnam interpretationem in capi. ad petitionem. de accusati.

3 Idemque pari ratione iudicandum est, si sententia a iudice sæculari contra clericum lata fuerit, cui ipse consensum præstitit, adicto fori priuilegio minime excluditur: vt in facti contingentia interrogatus consuluit doctissimus Socinus consi. 12. colum. 7. lib. 1. quem sequitur Petrus Auend de exequend. mand. lib. 1: capitu. 22. num. 2.

4 Imo quod summe notandũ est, si clericus ab inceptis desistere noluerit sed temere & impie coram sæculari iudice litigare, coram quo vt ab ipso puniri possit, se laicum esse sponte fuerit confessus, veritate comperta, iudex ecclesiasticus adquem causę cognitio expectat, potest illum a sæculari magistratu vindicare, ne detur locus, vt his dolis & fallacijs, ecclesiastica iurisdictio: & in clericos potestas defraudetur. Sic visum fuit Bal. in l. si qua per calumniam. colum. 2. C de Episcop. & cleri. Domi. & Franc. in capite si iudex laicus, de senten excommu. libro 6. quæ opinio verissima est, & probatur perpẽ sa ratione tex. in dict, capit. si diligenti.

Vnde iuri consentaneum mini 5
me fuit Arrestum illud, cuius meminit Petrus Rebuff. super regias leges Galliæ prima parte in tract. de senten. executen. arti 3. gloss. 2. vbi fatetur. a senatu diffinitum fuisse, quod clericus a sæculari iudice condemnatus adhonorabilem emendam (sic ille loquitur) non poterit sententiæ executioni, opponere exceptionem primę tonsuræ, quod merito reprobat insignis Couarr. d. cap, 33.

Id tamen ab omnibus receptũ 6
est, illum clericum qui vsq; ad sententiam, vel executionẽ omisit, vt exceptione fori declinatoria, iustissime in expẽsis esse multandum. Vt tenuerunt Deci, Boeri. & Rupella in locis nouissime allegatis Felin. col. 1. post alios in dict. c. exceptionẽ Ausc. in dict. Clem. 1. de officio ordinar. regu. 2. nu. 33. Bellamera. decisi. 226. Quæ expensarũ condẽnatio, per sęcularẽ iudicem facienda est, vt

censet

censet Boeri.dict.§.21. & opinio hæc apud Gallos moribus & cõ suetudine recepta est, si credimus Rupella.legum & consuedinum Gallicarum scientissimo dicto capit.6 qui cõtrarium de iure verius esse agnoscit nec non Deci.dicto cons.241.D. Couar. dict.cap.33. Atque ideo iudex tantum ecclesiasticus,hanc expẽsarum condemnationem facere debet,nõ secularis,qui sicutquo ad principalem causæ cognitionem,nullam iurisdictionem obtinet, sic neque quo ad multã nec quo ad expensas vt constat ex Bald. traditione in l.2.C de epis cop.rudi.& in l si ex aliena colum.1.ff.de iud.Abb.in cap. si diligenti. de foro comp col. pen.

Rupellanus Gallus.

7 Pœna vero pecunjaria quantuncunque leuissima sit,qua clericus â sæculari iudice suæ iurisdictioni acquiescens, vel absens fuerit condemnatus, à Ecclesiastico exsequenda non est,tanquam nulla ob notorium iurisdictionis defectum, quod ita in comperto est,vt nulla indigeat probatione.Circa quod tamen grauissima censura dignus est Francis. Auiles (vir alioqui doctus) in cap.prætorum,cap.15.in verbo,*Homezillos*, num. 33. asseuerans quod cum iudicandi munere fungeretur, quendam clericũ in absentia condemnauit pœnis Regijs constitutionibus diffinitis, (quas vulgo.*Del desprez y homezillo*, Hispani appellamus) de quibus loquitur Regia lex.3. titul.10 lib. 4. noui ordina. quas pœnas â clerico exegisse fatetur, præcepto iudicis Ecclesiastici, postquam coram ipso post longam absentiã comparuit, sed nõ iustè mea sententia,cum dicta pecuniaria multa, pœna sit contumatiæ,quæ ab expensis longe distat,& ideo expensarum nomine minimè comprehenditur, quod dicta lex clarè insinuat cum dicit.*Y pague el desprez y homezillo y costas.* In expensis quidẽ quibus ob clerici absentiã aduersa pars fæsa fuit,iustũ est clericũ condẽnari nõ vero illis pœnis, quæ merum lucrum fisci vel iudicis sæcularis sapiunt.Et ideo in nequissimè & contra Sacras Iuris Pontificij constitutiones iudicatum fuisse cẽseo ab illo iudice ecclesiastico, de quo ibi meminit Auiles. Quod si vero casus hic aliquando contigerit iudices ecclesiastici ab huiusmodi errore caueant.

Confutatur opinio D. Auil.

Tenẽtur quidẽ Episcopi,& cæ 8
teri ordinarij,hoc veluti Sacrosanctũ clericorũ priuilegiũ intactũ & incolume seruare, Deo Optim. Maxi. alias strictissimã rationẽ daturi,&ideo statim sine mora, postquã compertum habuerint,clericum subditum â sæculari iudice carceribus detineri,illum pœnis adhibitis,censurisque prolatis repetere tenentur, quod si pro debito munere nõ fecerint,tanquã negligẽtes ab administratione deponi, & fortè criminaliter puniri (si qualitas causæ exegerit)debẽt, vt multis rationibus innixus cõsuluit Cassaneus cõs.38.quẽ sequitur Iuli. Clar.in practi.crimi §.fin.quæst. 36.vers.debet autem.

Nec tantum hoc fruuntur pri- 9
uilegio Præsbyteri, & clerici alij in sacris & maioribus ordinibus constituti, sed clerici prima tonsura innitiati capit. cum

non

non ab homine, cap. clerici, de iudi. cap. 2 de foro compe. glos. celebris in verbo, clericus, in cap. vni. de cleri. coniuga. libr. 6. sed hæc fori exemptio limitata est nouissima Tridenti Concil. Sanctione sess. 23. cap. 6. de reform. qua decretum & diffinitum fuit, clericos hos non coniungatos, nec in ciuilibus nec criminalib⁹ causis, immunitate fori gaudere, nisi ecclesiasticum beneficiū obtinuerint, aut clericales vestescū tonsura deferentes, alicui Ecclesiæ Episcopi iussu inseruiant, vel in schola literaria ipsius Episcopi præcepto, ad maiores ordines anhellantes versentur, quam cōstitutionem seruari apud Hispanos præcepit Regia lex prima. tit. 4. lib. 1. noui ordinam. & iustissimē quidem, fuit quidem maturissimo cōsilio, & summa prudentia ædita: indecentissimum quippe erat in Dei Ecclesia meros cerdones, pelliones, corriarios, fullones, aut ignauos nebulones, nudæ tonsuræ prætextu, immunitatibus frui, quæ in cleri corum fauorem, diuino muneri ministrantium, concessæ fuerāt. ☞ Si tamen clericus prima tonsura initiatus beneficium Ecclesiasticum obtinuerit, quanuis non deferat vestes clericales gaudere debet priuilegio fori Ecclesiastici vt constat ex dicto decreto Tridentini Concilij, ibi, *Is etiam fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat aut clericalem habitum & tonsuram.* Nec huic interpretatione refragatur supraallegata Regia constitutio cum dicit, *Y juntamente con qualquiera de estas qualidades traxere habito, y tonsura clerical.* Quia interpretanda est vt procedat iuxta formam statutam in concilio scilicet quando clericus Ecclesiæ inseruiret, vel quando cum facultate Episcopi in aliqua vniuersitate daret operam literis istæ duæ qualitates proximiores sunt ad quas lex referi debet nō vero ad aliam remotionem scilicet ad beneficia Ecclesiastica obtinentes, & ita non semel consului & post huius operis secundā æditionem tenentē legi D. Ioan. Gutierrez lib. 1 practi. quæstionum quæst. 7.

Est tamen oportunè, circa superiora inuestigandum, vtrum clericus prima tonsura & minorib⁹ ordinibus innitiatus qui pēsionē Ecclesiasticam obtinet fori immunitate gaudeat, & rem dubiā & ancipientem facit, quia pensio non dicitur beneficium cap. quanuis, in primo de prę. in. 6. & ibi doctores tradiderunt, & in c. ad audiētiam, in 2. de rescrip. disserunt latissimē Gome. in tract. de expecta. num. 92. & regul. de infirm. resigna. quæst 16 & in regula de annali possesso quæstio. 21. Ioann. Selua de beneficijs. 1. part. quæst. 1. num. 7. & quæstio. 3 num. 11. Anto. Capi. deciss. Neapoli. 220. quæ opinio commmunis est, & probari videtur in Sacro Concilio Tridentin Sessio. 21. cap. 2. de reforma. in illis verbis. *Patrimonium vel pensionem obtinentes, ordinari potest hac nō possunt.* Et sic apertissimum ibi est testimonium quod ad ordinum promotionem, qui pensionē habet, non dicitur Ecclesiasticum obtinere. Procedit tamen superior communis sententia, quādo stricto modo, naturam, & proprietatem 10

tem beneficij Ecclesiastici metimur, secus autem si amplo, & fauorabili nomine beneficium capiatur, quia tunc eius appellatione beneficium comprehenditur, vt optimê animaduertit Gomez, in Reg. Cancel. Reg. de trienna. possess. quæst. 50. litera. C. Nec superior recepta opinio firmitatem obtinet, quando pensio in titulum confertur, vt frequentissime iam concedi solet, teste Petro Rebuf. in tract de pacifi. possessore. 18. ãpli. & in tract. nomina. quæst 9. n. 39. Cap. Tolosa. q. 472. Maxime hodie stante motu proprio Sanctissimi Quinti Pontificis Maximi quem supra retuli c. incip. officium, &c. vbi pensionario iniungitur, onus singulis diebus recitandi, officium beatæ Mariæ, & sic pensio onus spirituale annexum habet, quod non parui momenti est, vt beneficium possit optimo iure appellari Qua ratione iuris esse certissimi censeo clericum primatonsuravel minoribus ordinibus initiatum pensionem in titulum cõcessam obtinentem, frui debere priuilegio fori ecclesiastici. Etcũ casus iste in hac Complutensi Academia contigisset, anno Domini 1584. ita consului, & sic postea in supremo consilio Regis, & Domini nostri fuit iudicatum. ☞ Scio tamen illustrissimo Cardinalis sacræ congregationi die. 19. mensis Iunnij Anno. 1587. contrariũ iudicasse existimantes dictum cap 6. sess. 23. Concilij Triden. non comprehendere quoad fori immunitatem eum cui fuit reseruata pensio in fructibus alicuius beneficij prout testatur Flami. Pari ne resig. bene li. 2. q. 15. nu. 15. superior tamen opinio æquior est & iuribus apud nos recepta. ☞

Idemq; pari ratione, de præstimonio existimo iudicandum, nã licet non dicatur beneficiũ, nec eius comprehendatur appellatione, vt scribit Ioann. Andr. in ca. vni. de rerum permuta. li. 6. Domi. consi. 89. & ideo laico cõferri potest vt scribit Petrus Rebuf. in tract. de pacifi. possess. nu. 150. & 151. si vero in titulum ecclesiasticũ confertur, beneficium iudicandũ est. Vt tradit Rebuf. in eo. tract. 17. ampli. nu. 105. Capella. Tholosa. 472. Ioann. Staphi. in tract. de literis gratiæ & iusti. ti. de qualita. & sta. benefi. nu. 2. Calderi. consi. 6. tit. de præbẽ. Iacob. Menochi. de arbi. iudi. q. li. 2. centuria. 3. casu 201. nume. 58. sed hæc distinctio, saltim in Hispania necessaria non erat, cum semper in ea præstimonia in titulum dentur, & spirituale honus annexum obtineãt teste doctissimo Quin. Manda. regula Cançe. 34. q. 12. & ideo qui præstimoniumhabet, beneficium ecclesiasticum obtinere censetur.

Quid vero de clerico primę tõ 12
suræ vel minorum ordinum, si capellaniam obtinet sit iudicandum, an is dicatur beneficium ecclesiasticum habere, vt fori ecclesiastici immunitate frui possit. Et asseuerandum censeo, quod si capellania sit collatiua, & in perpetuum titulum conferatur, ecclesiasticum beneficium debet iudicari glossa celebris quę communi Doctorum suffragio recepta est in Clementina final. in glossa. 1. de decim & in extrauagan. Execrabilis, in verbo, quæ

alias. de præben. inter communes, sequitur Deci. consi. 210. nume. 4. Gomez. regul. de infirmo. resig. quæst. 23. Guid. Papæ decisio 187. & alij sequuntur, quos retuli supra cap. 18. nume. 9. Quod verum est, quando capellania per summum Pontificem, vel Episcopum confertur, secus autem si per Episcopi inferiorem glo. in di. extrauagan. execraui. tradit Ioan. de Imo in ca. in nostra. col 3 ver si. quo modo de rescrip.

13 Sunt similiter, fori priuilegio muniti clerici coniugati. primæ tonsuræ hac lege, vt cum vnica & virgine matrimonium contraxerint, & clericales vestes & tonsuram detulerint tex. ægregius in capit. vni. de clericis coniuga. li. 6. quem late interpretantur D. Couarr. in practi. quæsti cpa. 31. Petrus Auend. de manda. Regũ. 1. p. cap 22. de quo meminit Sacro sanctum Tridenti. cõcil. Sess. 23. capit. 6. de reforma. quod vltra ea quæ in dicto capite vni. continentur requirit, quod dicti clerici coniugati ab Episcopo alicuius ecclesiæ ministerio deputati sint, & quod actualiter seruiant. Forma autem quæ in his cõtrouersijs seruari debeat, præscripta est indict. l. 1. ordina. noui.

14 Non tamen circa superiora, silentio prætermittendum est quod quotiescunque controuertitur, vtrum reus per iudicem sæcularem captus, clericus si primæ tonsuræ, & minorum ordinum, & illas qualitates obtineat quæ iuris communis sanctionibus, & Concilij Tridentini decreto, desiderantur: controuersia hæc per iudicem ecclesiasticum & non sæcularem dirimenda est. De quo est elegans constitutio in capite. si iudex laicus. de senten. excommun. libro 6. cuius authoritate opinionem istam communem esse profitetur Ripa. in capi decernimus. numer. 4. de iudi. D. Couarru. in practi. quęstio capite. 33. numer. 1. asseuerans in Hispania sic seruari. Eadem communem esse profitetur Iuli. Clarus in practica crimin. § fina. quæstion. 33. versicu. regulariter autem. quanuis teste tur in dominio Mediolanensi aliter seruari, & apud Gallos, huius controuersiæ cognitio ad iudicem sęcularem pertinet, cum apud eos minime recepta sit Boni facij Octaui. decisio in d. capi. si iudex laicus: prout refert Gui. Papæ. quęsti. 138. Ioann. Gall. quęst. 38. sed Galliæ forensis vsus iuri contrarius est, vt egregie probat D. Couarr. dicto cap. 33. numero. 1. Nec in Lusitanorum regno Pontificia illa constitutio seruatur, vt in illius regni legibus continetur, libro enim sęcundo titul. 1. Ante tamen quod Ecclesiasticus iudex aduersus iudicem laicum, clericum in carceribus detinentem inhibitoris literis vtatur, pręuia causę cognitione ei liqueredebet, clericũ illum esse, & eas omnes qualitates obtinere, quæ a iure desiderãtur, & apud Hispanos forma certa statuta est in l 7. ti 4. li. 1. ordi. noui & in fine illius tituli. 15

In qua forma obseruanda, attendere debet iudex, quod clericatus regulariter per scripturam probari debet. Quod colligi videtur ex lege si qua per calumniam. C. de Episcop. & clericis. vbi Iacob. Butri. c. legum. 2. quæstio. 16

quæstio.1.tradit egregie Petrus Rebuff.in practi.benefi. titu.de formaliterar tonsurę num.22.Felin.in ca.post cessionem numer. 3.de proba.Thom. Gram.decisio.81.Literę enim Episcopi ostendendę sunt,quibusse ordines contuliſſe testetur,ita quod minime sufficeret,quod Summus ecclesiæ Præsul in literis collationis beneficij,nominet ipsum assertum clericum simpliciterhac nominatione,clericatus nonprobatur.TenetAncharra.in dict.c. si iudex laicus.& ibiPhilip.Fran. §.non sic.Ioan.Andr.iuMercur. in regul.non licei.de regul.iur. lib.6.Bald.in dict.l.si qua per calumniam.Alexandr.in l.si prius. nume.38.ff.de noui.oper.quam opinionemcommunem esse testatur Thom.Gramma.dicta decisio.81.num.4.

Nec per indicia,aut coniecturas,clericatus probari potest,vt in capi.inter quatuor,& ibi glo. in verbo,argumenta.de cleri.peregrina.Nicolao.Boer.decisio. 117.num 25.

Sunt tamen qui censeant,'clericatum partis confessione posse probari.Rot.decisi.433.in antiqui Francus in capit.1 columna 4.de eo qui mit.inpossess.lib.6. & ibi Aymon colum.2.idem in consi.93.nu.4.Sed opinio hæc, defendi potest in beneficialibus causis,quando possessorio agitur cum leuiores probationes sufficiant,secus si petitorio ageretur,quo quis peteret,quod sibi beneficium ad iudicaretur,ita Rot.deci.408 incip.fuit dubitatum in nobis Bella.decissio.183. Capell.Tholosana questi.423. Crauet.in locis iam alleg.Felin. in cap.olim.num.10.de rescrip. si vero ea scriptura clericatus deperdita sit,testibus potest probari capit.2 cap.3 de cleri.peregr. l.si solennibus.C.de fide instr.l. testium C.de testib.gloss. not.in d.c si iudex,in verbo,fecerit,Alexand.consi.107.num 7.volum. 7.Matth.de Afflict.in const.Neapo.lib 1 rub.3.num.12.not.Gui. Pap.quæstio.474.& communiter receptam esse fatetur D.Couarru.in practi.q.ca.33.nu 3.

17 Notandum tamen est,quod Bald.in capit.licet vniuersis.de testib.in ea opinione est,vt censeat,primam tonsuram probari posse vnius testis testimonio, quando de alterius præiudicio non tractatur,quem Feli.ibi sequitur,& Gerar.sing.49.Ias in l.admonendi.num.198 ff.de iure iur.Hyppo.in l.1.§.idem Cornelio.in fine.ff.de quæstio.Barth.Cassa.in consuetud Burgun. Rub.1.§.6.versi Ponderanda.nume.11.Ex quo fit vt ea opinio nó possit adaptari ad casum,quo tractatur de declinanda sæculari iurisdictione,cum res sit grauissimi prędiudicij.Ideoque clericus secundum iuris communis sanctiones plene clericatum probare debet aliter a causa cadet,vt prudenter D.Couarru superiori cap.scribit,licet male contrarium tenuerit Petrus Rebuff in dict.titulo.de forma literarum tonsuræ numer.24 & Matth.de Afflictis in consti.Neapoli.ritulo.3.numero.12.existimantes Baldi doctrinam hoc casu posse procedere,sed longe ab errarunt.

Probaretur tamen clericatus 18 sufficienter ex sola possessione

habitus & clericatis tonsurę, sic nouissimè tenet Ioseph. Mascardus vir sanè doctissimus in libro variæ, & indefessæ lectionis nouissimè edito de probat, volum. 1 conclus. 302. nume. 14. dicens ita multoties in praxi ab eo obseruatum. Ex huiusmodi quidē actibus clericatus probatur donec contrarium probetur, scribit Petrus de Ancharra. & Francus colum. 3. in c. si iudex laicus de senten. excommun. lib. 6. Inno. in cap. super his nume. 10. de acusati. & in cap innotuit, de eo qui furtiuè ordin. suscep. Ioann. And. Bald. in cap. dudum 1 num. 5. de electi. Thom. Gramma. de cisio. 81. Boeri. decis. 171. num. 13. Sed opinionem istam dubiā esse censeo, ne dicam falsam. Nā cum graue ex hoc præiudicium Regiæ & sæculari iurisdictioni generetur minimè quasi possessio clericatus ad illam elidendā sufficeret, sed verus titulus est probandus. Qui enim clericum esse dicit, ad iurisdictionem sæcularem declinandam, licet habitum, & tonsuram gerat, titulum docere debet, vt decissum est in dict. capit si iudex laicus, vbi gloss. in verbo, clericali, de sent. excomm. lib. 6. tradit Ang. quem sequitur ibi Alexand. in l. si prius ff. de noui. oper. nunti. num. 38. Alcia. in tracta. de præsum. præsu. 4. reg. regul. 2. gloss. in capit. præsbyteri 68. distinct. Nicola. Boer decisio. 171. num. 12. Andr. de præscrip. §. 1. glos. 4. versi. 17. huc pertinet, & ita interpretandum esse censeo decretum Sacri Concilij Tridentin. Sessio. 23. capi. 6. de reformati. licet Mascardus in præcitato loco secundum superiorem doctrinam fuit intepretatus dicens in praxi obseruari. Quidquid verò sit de iure communi apud Hispanos, nostra opinio controuersia caret, quia secundum formā Regiæ constitutionis in his rebus seruādæ exemplum ipsius tituli scribendum est, in ipsis literis inhibitorijs sæculari iudici ab Ecclesiastico mittendis, nec aliter sunt obtemperandæ, vt statutum est in fine titul. 4. lib. 1. ordin. ibi, *En las cartas, o censuras que dieren los juezes ecclesiasticos, para inhibir los seglares, de las causas de los de primera corona y ordenes han de yr authenticadamente los titulos, licencias, y informaciō.*

Ioseph. Masc.

Interim tamen, quod causa circa clericatum pendet, reus detinendus est à iudice ecclesiastico in publicis carceribus, non vero in Ecclesia aut monasterio nec sub fideiussoribus est relaxādus vt tenet D. Episc. Ioann. Bernar. infra cap. incip. incarcerari quod Regia lege decretū stat lege inquā. 7. tit. 4. lib. 1. ordi. de qua meminit Couar. in pract. q. c. 33. n. 4. doctus & diligens D. Paz in pract. 2. tom. prælud. 2. n. 14. 19

Circa quam Regiam constitutionem obseruandum est, quod eius decisio tunc locum obtinet, quando lis tantum versatur circa clericatum, non verò, post quam lata sententia, constat incarceratum clericum esse, quia tunc iudex Ecclesiasticus, si qualitas causæ, & illius innotentia locum dederit, poterit à carceribus remittere quod manifestè præcitata lex probat, cum dicit. *Y mandamos a los dichos juezes ecclesiasticos, que enel entretāto que lo suso-* 20

lo susodicho a cerca del clericato se determina, los tengan presos, como dicho es en la carcel. Et Paulo inferius. *Que los prendan, y tengan presos en la carcel, seglar, hasta que la dicha causa, de el clericato se determine.* Nihil clarius mea sententia dici potuit, quod ea non vulgari ratione fulcitur, quia cũ relaxandi potestas ad certum & prefenitum tempus sit limitata, illo lapso transgredi non debet .l. pater filium. §. fundum. quem Bart not. in summario. ff. de legat. 3. glos. & Bar. in l peto. §. fratre ff. de lega 2 l in hoc iudicio §. si conueniat ff comm. diui. l. Impetrator. ff. de postul. tradit post alios elegãter Petrus Paul. Pari. consi 14. num 13. & cons. 31. num. 36. vol. 2. Deinde regia lege sanctiri hoc potuit â principe sæculari ante clericatus probationem, quia hac qualitate excluſa, contra illum iurisdictionẽ obtinet, & in dubio circa hoc pro Principe præsumitur, cum quilibet laicus præsumatur, nisi se clericum esse probet Ioann. Andr. in regul. scient. colum. penult. de regul. iur. in mercuriali. Sequitur Lucas de Pęna in. l. quicunque in. 62. præsumpti. C. de apoch. pub. lib. 10. Bald. in capit. fina. num. 4. de præsump. Aufreri. in Clement. 1. de officio ordi. num. 5. ad quod confert text. in capit. legum. 2. quæst 1. Quia clericum esse â natura nó inest. Natura enim non creat artem sed ad eam disponit, vt colligitur ex responso iurisconsulti in. l. Stich. ff. de leg. 3. & ex cap. ex studijs. de præsum. & hoc expresse diffinitũ est, in instructione quæ continetur in fine tituli. 4. lib 1. ordinam. noui, ibi. *Y no se guardando la dicha orden, su Mageſtad, pues esta fundada su intencion, y de la su jurisdiction Real, no constando legitimamente de lo susoditho.* &c. At si il le clericum esse probet, cum immunis sit â sæculari iurisdictione, sæcularibus legibus comprimi minime potest, capitu. quę in Ecclesiarum. de constitu. auth. Cassan. & irrita. C. de Sacrosanct. Eccle. Fulcitur que opinio hæc, quia sicut clerici iam qualificati, clericatus probatione, ab iudicibus ecclesiasticis puniri debent, vt iuris communis Sanctionibus, est consentaneum: & prefata lex probat ibi. *Y si hallaren, que deuen gozar del dicho priuilegio clerical, conforme a lo susodicho, les den pena condigna.* Pari ratione incarceratio, aut relaxatio suo arbitrio est discernenda. Maxime quia hoc ad augendam, vel minuendam pœnã non vulgaris considerationis esse solet, & ita non semel in controuersijs forẽsibus receptum vidi, & verisimam hanc opinionẽ censeo, quã uis contrariam sequatur D. Couar. & Doctor Paz vbi suprâ allegaui.

Si vero clericus sęcularibus carceribus est mãcipatus, prędicta iuris, & legũ Regiarum forma seruata, âb ecclesiastico iudice, ad sęcularem magistratum inhibẽdum procedendum est. Interim verô, quod causa clericatus diffinitur, sęcularis iudex censuris, & iuris Põtificij remedijs, cõpelli potest: ne vlterius in causa procedat, quousque in Ecclesiastico tribunali fuerit diffinita, ita apud Hispanos moribus receptũ est, & expresse colligitur, ex tex. 21

in d.c.si iudex laicus, ibi. *Contra eum tamen interim, quuis processus iudicis pœnitus conquiescat*. Et sic non solum non potest causam iudicare, sed nec in ea procedere, vt notat glo. vlti. ibi quam Doctores communiter sequuntur.

22 Quibus sane perpensis iustissimè quidem sacrorum conciliorũ & canonum constitutionibus diffinitum est clericum qui alĩ coram sæculari iudice pertraxerit, seueris pœnis plectendũ esse, vt Mileui. & Cart. cõcilijs decretum fuit cap. placuit. cap. inolita 11. q. 1. pœna quidẽ est quod causam perdat, & â communione sit alienus de qua etiam meminit, Inn. Tertius Summus Ecclesiæ Præsul. in ca. si diligenti de foro comp. illa autem pœna quæ communionis priuationẽ concernit, intelligi potest, vel â sacris, quæ ad certum tempus inflingitur, vt in c. catholicus 2. q. 6. vel â communione officij, & beneficij, vt ab ipsis deponatur. Vel a cõmunione hominum per excommunicationem, quo vsque clerico in iudicium vocato, & Ecclesiæ cui iniuria illata est, plena sit facta satisfactio cap. 2. de foro cõp. quæ iura ita interpretatur Car. á Turrec. in d. c. inolita nu. 1. & hanc posteriorẽ interpretationẽ tenet glo. d. c. si diligenti, quem ibi Hosti. Ioan. And. Abb. sunt sequuti.

23 Quod verô attinet, ad causę amissionem, procedit quanuis iustissimam causam habeat, quæ nõ attenditur, sed solum crimen, ad cuius punitionẽ prędicta pœna imponitur. Et non ipso iure, sed per sententiam, vt censet glo. in d. c. si diligenti. iuribus & rationibus ab ipsa allegatis quã ibi sequitur Abb. Antic. col. 2. ver. per dat & eam esse communem testatur Collecta ibi. n. 8. & Benedictus de Capra. col. 7. cuius doctissima commentaria super Decreta. manu scripta habemus eandẽ recepta profitetur Mar. Soci. n. 26 & ferè doctores omnes ibi & in l. in criminali. C. de iurisd. omni. iudi.

Non tamen locus erit prędictæ pœnæ, quando clericus nõ inuitus ad iudicum sæculare accessit, quod colligitur ex verbo illo. *Pertrahant*: quo vtitur Mileui. conc. & ex verbis *Voluntarij*. quibus vtitur Cartha conci vt perpendit gl. dict. c. si diligenti. communiter á doctoribus sequuta, quanuis alias a suo iudice ordinario puniendus sit c. non liceat 3. q. 6. quem ad hoc allegat Cardi. á Turrecre. d. ca. inolita, n. 1. Similiter clericus â dicta pœna est immunis, quando ante litiscõtestationem ab incepta causa recessit, post contestationem verô factam, recedere ab ipsa non licet in prę iudiciũ partis cui iam ius quęsitũ est. Quæ opinio mihi verior & cõmunior videtur, sed quia in ea iurius vtriusq; doct. fluctuant post glo. in d. c. si diligenti & in d. l. in criminali videnda sunt quæ peculiari cõmentario breuiter ædẽdo scripsimus super tex. in d. c. si diligenti. quem hoc anno 1587. in nostra primaria iuris Pontificij Cathedra sumus hac florentissima Academia, Complutensi in numeris auditoribus interprætati multa quę ibi ad capi. istud expectantia tradidimus.

Nec præfâcta pœna imponẽda 25
est, quando clericus citatus ad
iudiciũ

iudicium sæculare, non comparuit. arg. legis quanuis. ff. de in ius vocand. & in l. 1. ff. nequis eum tenet glos. & doctores in d. l in criminali.

Et vtrum clerici rei, qui conueniuntur coram sæcularibus magistratibus prædictis pœnis sint coercendi, egregiè disputat & resoluit post alios Mari Soci in dicto cap. si diligenti num. 35. cũ sequentibus.

26 Habet quidem locum prædicta pœna amissionis causæ, quãdo laicus conuenit clericum coram iudice sæculari, vt in auth. statuimus. C. de Episcop & cler. Iudex vero ipse proprio officio priuandus est, vt ibi diffinitur, & ab Ecclesiæ communione arcètur. cap. 2. & ibi glos. de foro cõpet. quod si causa fuerit criminalis incidit in excommunicationem cænę, vt in. 18. casu Bullæ.

Contra Ecclesias à quibus beneficia obtinet aduocati, vel procuratores exsisterunt.

CAPVT. LXIII.

1 *Clericus, qui crimen hoc commisserit proprio beneficio est priuãdus.*

2 *Clericus qui non potest contra Ecclesiam, in qua beneficium habet aduocare, an prohibeantur contra eam consulere.*

1 POena huius criminis est, quod tanquam ingratus, potest eiusdem Ecclesiæ beneficio spoliari: vt in cap. final. de postu. in fin. Notat hoc etiam glo. in cap. Nulli. 3. quæst. 1. Tradit etiã Lucas de Pęnna in. l. milites, in fin. de re mili. libro 12. Quod adeô procedit, quod si quis est beneficiatis in duabus Ecclesijs, nõ potest præstare patrociniũ vni cõtra aliam, not. glos. in cap. Si qui sunt præsbyteri. 1. quæs. 7. quod limitat eadem glos. nisi habeat administrationem vtriusque altera earum. Si vero necessitas officij quo fungitur cogat illum ad aduocandum Ecclesiam, vt quia tutor est, vel prælatus, excusatur secundum Innocen ibi. Vel si hoc agat prostrictè coniũctis, vel miserabilibus personis, secundum Abb. ibi post Hosti. An autẽ clericus in isto casu qui prohibetur aduocare contra Ecclesiã. Si in camera consulit contra eam, incurrat pœnam, de qua suprâ. Videtur dicendum quod non, si sequimur doctrinam Bar. in. l. §. postulare. ff. de postula. vbi tenet quód Doct. promittẽtes nõ aduocare, possunt in camera consulere: quod ibi sequitur Alexand. in addit. & quod not. idem Bart. in. l. Paulus. §. 1. ff. delegat. videlicet quôd Doct. qui non possunt esse aduocati, non dicuntur aduocare si mittunt vnam cedulam iudici, vel si ei locuntur: quod refert & sequitur Præpo. in capit. Solicitudinem, de appell. column. 10. qui etiam allegat Ang. in dict. §. postulare, tenentem quôd prohibitus postulare, non prohibetur allegare in camera, vel in scriptis, not. etiam Ias. in. l prima. in prin. in. 3. columna ff. de verbo. oblig. referendo Bart. vbi supra.

pra. Et Dec. in l. fœminæ. numer. 11 ff. de re. in. Sed prædictis doctrinis non refragantibus (saluo meliori iudicio) contrarium crederē b in casu nostro, imò quod clericus consulendo in camera, vel faciendo in scriptis allegationes iuris contra Ecclesiam incurrat pœnā: quia tex. in dict. c. eam impotēs fundatur ingratitudine, quæ resultat ex eo quòd clericus sit aduocatus vel procurator contra Ecclesiā in qua habet beneficiū: quæ quidē ingratitudo ita cō sistit in consulendo in camera, vt scribendo in iure cōtrā eam, sicut si esset aduocatus: quia pari modo possunt nocere Ecclesiæ consilia clerici in camera, vel allegationes iuris ab eo scriptæ: sicut si cōtra illam aduocatus existeret; quæ paritas rationis nō sic procedit in doctrinis Doctorum suprà relatis.

ANNOTATIO.

A NOta quod non solū in casu huius capitis prohibitum est clericis aduocati munus exercere, sed regulariter aduocationis officium illis interdictum est, c. 1. de postulan. capit. 1. vbi Abb. not. 5. ne clerici vel monach. l. 48. tit. 6. part. 1. hoc tamen limita nonnullis modis.

Primò, vt minimè procedat pro viduis & orphanis, text. in dict. c. 1. & in cap. fin. de postul.

Secundò, pro Ecclesia text. in dict. capitulo. 1. Imo quòd plus est hoc religiosis licet. Pro alijs tamen minimè liceret regulari postulare pro stipendio, etiā cū sui Abbatis, vel prælati facultate, ita Ioan. And. in cap. argumē- tum. de regu. in lib. 6. quo loco scribit, non posse monachum etiam doctum postulare, qui ante ingressum fuit aduocatus ægregius, etiam cum licentia Abbatis etiam ad soluendum debita monasterij magno aere alieno grauati, nec secūdū illū refragatur, tex. in cap monachi. in. 2. 16 q. 1. Qui disponit posse monachū, pro sui monasterij vtilitate (præstita â suo Abbate facultate) postulare, quia Ioan And. in præcitato loco interpretatur illud esse verum de vtilitate immediata, vt si postularet pro monasterio, in litibus quas aduersus aliquos habet, nō vero de vtilitate, quæ mediatè prouenit monasterio, quale est honorariū aduocati. Quæ quidem interpretatio recipienda non est. Tum quia iuribus suprà adductis manifestè repugnat Tum quia si monasterij vtilitas est in causa, vt monachis postulare liceat, frequentèr maior vtilitas contingere potest, ex patrocinio alicuius viri in iure consumatissimi, quā ex patrocinio alicuius causæ modicæ ipsius monasterij. Sic Lap. Abb. relatus â Car. & Abb. in d. c. 2. monachos suos ex suæ aduocationis lucro aleuat. De inde Ioan. And. opinioni aduersatur communis & recepta omnium sententia in c. cum I. & A. de iudi. vbi inter nostros receptum est, monachoscū abbatis sui licentia posse patrono, vel amico monasteri aduocati, vel procuratoris munus exercere, quo casu vtilitas non tāgit immediatè monasterio. Vnde verius videtur permissum esse monacho, in causis ciuilibus pro alio, coram sæculari postula-

re,

re,dummodo Prælati sui facultas interueniat,quę tunc concedenda est. cum magna monasterij necessitas,vel grandis eiuscō moditas,vel miseria alicuius,vel gratitudo ei debita,vel alia iusti ssima causa,arbitrio Prælati iudicanda interueniat,non verocū auaritia,vel ambitio id suasserit, vt tenet nouissime insignis Mar. Nau.in d.c.non dicatis nu.99.

Tertio, licet clericis postulare,quando non lucri cupiditate, sed ex charitate,& zelo defēdendæ iustitiæ id fecerint,vt probatur a contrario sensu in cap.peruenit. 86. distinct. not.Abb. in dict.ca.2.ne clerici vel monach. & hoc casu fieri debet,absque stipendio,vt est Host.sententia ibi quam Abb.amplectitur.

Quarto prohibitum est clericis postulare, quando generaliter, & absque delectu facerent, vnam vero,vel alteram causam defendere,minime prohibentur ita Inno.in ca vni.de obligat.ad ratio.sequitur Abb in dict.ca.2. ne cleri. vel monach.Alc. resp. 91.num.4.Alb.Trot.lib.2.devero & perfe:cleri.cap.54. nu.3.

Quinto,limita in foro canonico saltim in causisEcclesiasticis, vt in cap.2.de post.& in capi.in nostra.de procur.

Sexto,limita nam licet non possint postulare,possunt tamē domi allegationes iuris conficere, & consilium petentibus dare, quia hoc opus meritorium est: quod maxime clericis conuenit vt in cap.1.39. dist.tradit Ripa. in cap.decernimus.de iudi.ver. tertio.& faciuntquæ auctor hoc cap.nu.2.scribit.

Septimo, quod quanuis clericus dictum munus exercere nō debeat,si tamen faciat actus tenet:licet a parte exceptionisope possit repelli.tex.in dict.cap.2. de postu.& in ca.dilecti de arbi, & not.Abb.in dict.cap.2.& probatur in cap.non magno opere. eo ti.ver.*Et in nulla causa*.vbi iure speciali in religiosis dispositum est, quod iudex ex officio eos non audiat,sed quod expellere teneatur.

Octauo, limita in clerico qui non habet beneficium,nec sacrū ordinem, quia is perinde est ac laicus,& postulare potest in causis ciuilibus glosa.in summa.15. quæ 2.& in capi.1.de post. tradit Mar. Nauarr. in manu. confess. capi.25. num.100.idemque censendum existimo,in causis criminalibus, quia si recte perpendatur eadem versatur ratio. Nec obstat irregularitatispericulum. quia sicut non tenetur ad ordinem sacrum vel beneficium suscipiendum,ita videtur nec teneri adse abstinendum ab illo periculo.Alioqui sane dicere oporteret,nullos iudices, aduocatos procuratores,criminales causas tractantes, qui prima sunt innitiati tonsura(qui sunt innumeri) absolui posse,in sacramentalibus confessionibus,nisi ab huiusmodi muneribus abstinuerit,ita ægregie tenet idem Nauarr.in d. cap.non dicatis.num.99.vbi dolet hoc non addisse insuo manuali,censet tamen eos grauiter peccare si dicta munera exercuerint deferendo publice tonsuram clericalem.

Nono,limita in Romana curia in qua consudine receptum est, vt non solum suo nomine quisq;

clericus litiget, sed alieno, quinimo procuratoris & aduocati munus clerici exercét, adomnes lites quantumlibet prophanas, pretio ad id conducti ita testatur Simó Maiol. de irregu. lib. 5. c. 19 numer. 4.

☞ Decimo limita siue declara superiorem regulam vt non procedat quo ad irregularitatem contrahendam non licet clericus in sacris vel beneficium obtinens non possit patrocinari nisi incasibus a iure expressis si tamen patrocinetur etiam in criminalibus causis quanuis mortale crimen contrahat & puniendus sit non tamen irregularitatis labe contrariatur nisi ex illo patrocinio pœna mortis vel membri inutilatio sequitur tenet nouissime Nauarr. consi. 5 sit ne clerici vel monachi.

☞ Illud vero notatu dignum est, quod si clericus in officio aduocationis coram sæculari iudice delinquerit, nec incarcerari nec ab eo puniri potest, quia cum id directe ex consensu eius fieri nó possit nec indirecte delinquendo. l cum quid vna via. de regu. iur in 6. ita tenet interminis D. Perez in l. 1. titu. 6. libr. 8. ordin. folio. 189. varijs & extra ordin: cogni Abb. in rub. de posthum. numero. 2. & hanc opinioné magis communem esse fatetur And. Alcia. consi. 91. num. 4.

A *Cantrariũ crederem.* Adde quod iste dominus Præsul, solus non fuit in hac opinióne, quia autem eum idem tenuerunt Ange. in l. 1 §. postulare. ff. de postul. Ioan de Anani in Rubri de magistris & Felin. in rub. de fide instrum. quos vide.

Instituti hæredes, rogati de restituendo hæreditatem, in capaci tacitam fidem dederunt.

CAPVT. LXIIII.

1 *Clericus, qui fidem tacitam præstiterit de restituendo hæreditatem in capaci, omni hæreditatis cõmodo est priuandus. Hæreditasque fisco applicatur.*

2 *Clericus hæres quo modo dicatur accommodare testatori tacitam fidem de restituendo hæreditatem in capaci, & quibus casibus videatur inductum tacitum fidei commissum,*

3 *An aliquis teneatur positioni respondere, an rogatus fuerit de restituendo in capaci.*

4 *Heres scriptus in animæ iudicio, an teneatur data tacita fide restituendis bonis in capaci, illa bona eidem restituere vel ad fiscum deferre.*

5 *Heres, qui hanc fidem dedit testatori iuramento præstito de non reuelando, an teneatur vocatus a iudice, ei rem ipsam exprimere.*

CLericus, qui in hoc delinquerit perdit hereditatem, quæ aufertur ab eo tãquam ab indigno & applicatur Ecclesiæ: a notat Bald. in l. Si quis presbyter. C. de episc. & cle quod confirmari potest ex his, quæ not. Fel. post Abb. in cap. Ecclesia Sanctę Mariæ. d. consti. col. 23. ver. Sequuntur etiam, vbi dicit quod in 1

casibus,

casibus, in quibus quis priuatur vt indignus hæreditate priuabitur & clericus: & quod si clericus hæres non adimplet voluntatem defuncti, priuabitur hæreditate iuxta auth. Hoc amplius C. de fidei com. & quod si non petit tutorē pupillo, priuabitur successione per l. Sciāt. C. delegi. hær. Quæ etiam refert Barba in con. 28 in c. Scripsit bellissime in. 1. vol in col. pen. referendo Anch. in cap. 1. de const in. 6. char. ver. Primo principaliter quæritur, facit etiam quod tradit Ioan. Baptist. in repet. l. Cunctos populos C. de summa trin & fide catho in colu. antep nu. 175 dum ex conclusionibus per eum premissis dicit inferri, quod clerici priuantur vt indigni, iuxta tit. ff. & C. de his, qui. vt in dig. Auferuntur præterea a tali clerico qui tacitam. fidem dedit, fructus, quos percepit ante litem motam, vt in l. Eum qui tacitum ff. de his quib. vt indig. Dicitur autem tacitam fidem accommodasse, siue chirographum eo nomine dederit, siue nuda repromiserit pollicitatione. vt in l In fraudem in princip. ff. de his quib. vt indi. Idem etiam est si fiat instrumentum coram notario & testibus, in quorum fide ponitur vt hoc habeant in secreto. ita Barth. ibi & in l Non intelligitur. §. tacita. ff de iure fis. Et vide glos. in dict. §. tacita, in verbo probationibus quæ vult, quod per confessionem rogati probatur tacitum fidei commissum, quam ibi sequitur Bar. ex qua notat vnū quod est in hac materia singulare, quod tenetur quis respondere positioni, an fuerit rogatus de restituendo in capaci: quod scripsit etiam Bart. altius in l. fina. colu. 3. ff de his quib. vt indig Et in ista materia taciti fidei commissi: vltra ea, quæ tradunt Docto. in locis communibus, vide bonum consilium Barb. 46 incip. Præclare scribitur, in 1. volum. Posset etiam dici in hoc proposito quod cum Bart. in dict. 3. colum. dict. l. fina. tradiderit quod taliter rogatus debet secundum conscientiam fisco dare talem hereditatem, & non potest dare in capaci nec sibi retinere, quem refert & sequitur Rosella in verbo filius in 4. colu. versi. quæro quod debet, & Segura in repet. §. cum filiæ. l Cohæredi. ff. de vulg. & pup. 45. colum. versi. Tertium est notandum. Sic & eodem modo clericus teneatur restituere ecclesiæ bona illa: quod est nō parui momenti. Et an iuramentum præstitum a rogato & testibus de nunquam id reuelando valeat, vide consi. elegans Car 38. qui concludit quod non, & eum refert & sequitur Felin in capit intimauit. num. 5 de testi.

1 2 3 4 5 b c

Clesiæ. Vide Paulus de Castro in l. si quis presbiter. C. de Episco. & cleri Ioan. Lup. in rep. rubri. de dona. inter vir. & vxo. §. 39. num. 9. Dida. de Segura. in l. 3. §. final. numero. 545. ff de li. & posth. Antonius Gomez. in l. 9. Tauri. nume. 29: D. Antoni. de Padilla in rubrica. C. de fidei commisso. numero 18. Bartho. Cassa. in consue Burg rub. 8. §. 5. nume. 8. D. Couarru. lib. 4. Decret. 2. p c. 8. §. 5. nu. 10. Dic. Perez in l. 21. versicu, quęritur, vlteriu;

terius.tit.13.lib.1.ordi.Bermon Co.de pub. coccubinar. in verbo qui etiam filios ex tali concubinatu.num.25. pag.321. Greg. Lup in.l.37.tit.7.par.7. in glos. pen.quem vide.Ioann.Roxasin Epitom.succesio.cap. 20. num. 161.quæ opinio communis est& verisima. Licet contrariũ quod huiusmodi bona ad fiscum Principis sæcularis pertineãt, tenuit Velluga in speculoPrincip.rub. 14.§.nec videamus.numer.24.ã quo cauendum est.

B *Fisco dare.* Adde quod hãc opinionem sequutus est magnus apud Hispanos Greg.Lopez.in.l. 13.tit.7 par.6.Dom.Soto lib. 4 de iusti.& iure.quæst.2.art 1. ad quartum arg.col.2. & nouissime Roxas vbi suprâ cui opinioni manifestissima ratio suffragatur, nam nemini licet absqueveri domini voluntate alienum retinere.l.nunquam nuda l. seruus ff. de acqui.rerum domi.l si quis vi § differentia.ff.de acqui.possess. Sed in casu supra constituto nõ solum non interuenit domini cõsẽsus, ex quo causatur dominiũ, sed potius expressa interfuit voluntas,quod rogatus bona mini mẽ retineat sed potius spurio restituat, & ea ratione cum omni dominio sit destitutus, inde sequitur,vt in animæ iudicio restitutioni sit obnoxius.

Contrariam tamen opinionem tenet insignis Couar.in.4.decretali.2.par.cap.8.§.5.num.9.quo loco affirmat, quod hæres scriptus qui testatore promiserat hæreditatem spurio filio restituere minime tenetur in consc ientiæ foro ad restitutionem,prius quã à iudice fuerit condemnatus,cũ sequitur diligentissimus D. Perez in.l. 2.circa finem tit.3.lib. 1.ordina.& nouissime idem in.l. 2.tit.15.lib.8 ordin fol.307.versicul.ex prædictis Ioan Mar.in .l.6.glos.8.tit 8.lib 5.ordinamẽti noui vbi dicit, opinionem istã & veriorem & humaniorem receptioremq; esse. Qui ea ratione mouentur, quia is qui testanti promiserat incapaci hæreditatem restituere, verus est hæres, & in pœnam leges hæreditatem fisco deferunt,pœna autem ante sententiam in animæ iudicio nõ debetur, iuxta glos.sententiam in cap.fraternitatis.12.q.2.quam Doctores commendant in cap. 1.de const.maxime Abb.& Fel. idem in cap.cum causam.& in c. audiuimus,de simoni.vbi Fel.& in cap.cum causam,de test.& in cap.Reinal.col.6.de testament. & in cap dilect.col.3.de arbi.& & in cap.si egressus de iniur.Antoni.de Butri.in cap.1. col.2. de dolo & cõtu.Petrus de Anchar. in reg possessor colum.13.de regul.iur.lib.6 Bald.in.l. qui duabus.§.dominus ff.de condi.& demonstrationib & in.l.iubemus. §.sane.C.de Sacro. Eccles. & in .l.id quod pauperibus.col.4.C. de Episc.& in cleri. Ioan.Imo.in l.stipulatio ista.§.alteri ff.de verbo.oblig.Corne consi.119.lib.2. Fortun. de vltimo fine illa. 18. Sanct.Thom.& Caietan.2.2.q. 62 art.3.Gab.in.4 senten. dist. 15.q.4.Ioan.Driedor.lib.1.de liber.Christ.cap.2 artic.3. Iacob. septim.in illis eruditissimis Cath. institut.cap.9.num.31. & in glo: illam dicit sing.Corset.in sing.in verbo pœna.Anton. Gomezi.in signis præceptor noster lib.3.va

riarum

riarum resolu. capi. 2 num. 5. Dida. Segura in l filius dum in ciuitate. num. 15. ff. de verbo. obliga Marti. Nauar. in capit. sacerdos. numer. 148. de penit. distinct. 6. quam esse communem omnium doctorum suffragio receptã sententiam fatetur Couar. in epito. lib. 4. decretali. 2. part. capi. 6. §. 8. numer. 10. Ioan. á Medina. in codi. de rebus restitu. rubri. de rerum diuisi. quæstion. 1. fol. 4. col. 4. Dida. Perez in l 2. titulo. 9. libro. 2. ord.

Et licet in prima huius operis æditione, prædictã domini Episcopi Couarru. opinionem contra authorẽ nostrum secutus fuerim, nunc tamen maturiori consilio contrariam cũ nostro D. Prę sule Ioann. Bernar. amplector: innixus, ratione, quam supra aduxi & alijs quas consulto prætermitto, nec dehoc mirandum est. Nã vt præclare Tullius in Philippicis scribit, posteriores cogitationes solent esse sapientiores. Nec refragatur dict. glos. quam communis sententia iam pridem recepit, quia procedit in legibus illis pœnalibus, quæ iudicis exsecutionem requirunt, non vero quando nullum iudicis actum exigunt, sed quem piam in habilẽ & incapacem reddunt, quo sane casu cum talis inhabilis & incapax sit, absque aliqua iudicis sententia, abstinere debet ab illo actu, vt in casu nostro contingit. Vel aliter & secundo responderi potest, quod prædictæ leges non solum pęnales sunt, sed impeditiuæ translationem domini, vt si simoniachus, vel vsurarius aliquid cũ simonia vel vsurarius aliquid cum simonia velvsura susciperet. capit. dilectus. capitu. sicut. de simoni. capit. cum tu. cap. consuluit. cap. quia frustra de vsur. qui quidem simoniaci, & vsurarij in foro animæ, absque iudicis declaratione, res per Simoniacam, vel vsurariam prauitatẽ acquisitas restituere tenentur.

Et non solum talis rogatus, casu supra constituto, teneturhæreditaria bona restituere, sed etiã fructus perceptos & percipiendos l. eum, qui tacitam. ff. de his quib. vt indig ibi. *Fructus quos ante litem motum percepterit restituere.* l. prędonis. ff. de peti. heredi ibi. *Prædonis loco habetur qui fidem suã interposuit, vt restitueret hæreditatem incapaci.* Prædo vero tenetur restitũere fructus perceptos, & percipiendos. l. sed & si lege. §. quod autem ait. ff. de pęti. hæredi. l. si de possessione. C. vnde vi cap. grauis. de resti. spoli. l. 39. ti. 28. p. 3. Et sic ea ratione, illi qui prędonis loco habetur, sicuti ad rei restitutionem tenetur, eodẽ modo ad fructus, qui sunt pars rei. l. 4. ff. de vsu fruct.

Illud vero circa hoc summe notandum censeo, quod si absque aliqua lege, nulla conditione interposita, bona sua testator alicui amico reliquisset, eo animo ductus, vt filio spurio restitueret aliasnihil ei relicturus, is iure potest ea bona retinere, ita tenet ęgregius Domi. Soto vbi paulo ante allegaui, sequitur D. Perez in l. 2. tit. 15. li. 8. ordina. fo. 306. Rojas in d. cap. 20. num. 154. Et ratio est, quia voluntas illa in animo retẽta nec verbis, nec alio modo expressa, nihil operatur l. si repetend. C. de condi. ob cau. l. si mater. C. de dona. ante nup. l.

dedit

dedit tibi §. si quis quasi. ff. de cõ di. caus. data non læcu. Tum etiã quia in tali institutione, solum in teruenit quædam præsumptio, quod ob id bona amico relicta fuerint, vt spurio filio restitueret, quæ præsumptio in animæ iudicio non oblig. cap. tua de spõ.
C Innoc. in cap. quia plerique, in prin. de imm. Eccles. Bald. in l. cũ quis nu. 14. C. de iur. & facti igno. & in l. ea quæ, n. 2. C. de cõd. in deui. Abb. in cap. is qui fidem de spon sa. Dec. in cap. 1. num. 18 in prima lecti. & in. 2. num. 10 de const. & in cap. nouit. num. 10. de iudi. & in Rubri. ff. de hæredi. instit. num. 25. Forus equidem conscientiæ est forus boni, & æqui coniuncti, tribunal veritatis & non fictionis, vt scribit Bal. in l. vni. num. 6. C. de confess. & in c. mulieri. de iur. iuran. vbi scribit quod conscientia est quędã consonantia animæ ad Deum, ex cõcordia spiritus & voluntatis. Et plures alias conscientiæ diffinitiones tradit Iass in rub. ff. de acqui. possess. nume. 20. & in §. sed iste quidem num 101. instit. de actionibus.

Horum quidem bonorum restitutiotam in animę iudicio, quam in foro conscientiæ ita faciendа est, nam si bona publicê contra legis prohibitionem, testator alicui relinquit, vt incapaci restituat, hoc casu venientibus ab intestato restitutio facienda est. Si vero clam & occultê, fisco restituitbona debent l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de iure fisci l. in tacitis l. Lucius. §. in testamẽto. ff. de lega. 1. l. si quis in fraudẽ ff de his quib. vt indig. l. etiam C. ad leg. Falc. tradit Bar in l. fina. num 8. de his qui ib. vt in dig. & in l. 1. C. de natu. lib. glo. Bart. & docto. in l. si pater C. de hæredi. instit. tradit Decius consil. 311. num. 5 Card. Paleot in tract. de nothis cap. 43. Fran. Mar. decisio. 256.

Quod non. Adde quod hanc Car. opinionem refert, & sequitur Mar in Nauarr in cap. inter verba. 11. quæst. 3. parte fin. cor. 65. Quæ procedit quando quis â iudice interrogatur, vel testimonium eius exigitur, præcedente infamia contra ipsum tacite fidei, alioqui si crimen occultũ sit, & de pœna tantum soluenda tractaretur, non vero de damni illati restitutione, non cogitur quis dicere testimonium, nulla præcedente infamia, quod si responderit casu quo minimè testimonium dicere teneatur oportet respondere, vt verum dixisse cõstet: sic opinionem istam interpretatur insignis Couarr. lib. 4. Decretali 2. par. cap. 8. § 5. nu. 10 sequitur Ioann. Mati. vbi supra qui vtilissimas quæstiones circa huius cap. argumentum diligẽter scribit.

Calumniatores.

CAPVT. LXV.

1 *Calumniator dicitur, qui falsa crimina obijcit.*
2 *Subcumbens in causa, punitur eadem pœna, qua puniendus erat accusatus.*
3 *Clericus calumniator qua pœna puniendus sit.*
4 *Causæ iustæ excusantes aliquem à calumnia, quæ sint.*

Corpo

§ *Corporalis pœna, non solum infligitur de iure canonico, propter veram calumniam, sed etiam propter præsumptam.*

1 a PRæmisso prius quod ille dicitur calumniator qui falsa crimina [a] proponit, vt in cap. si quem §. notandum. 3. quæst. 3. & per Ant. in rub eiusdem tit Et quod
2 b regulariter si succumbit in causa punitur eadem pœna, [b] qua veniebat puniendus accusatus, vt in c. 2. eadem causa & quæstio. & in cap 2. 5. quæ. 6. Et per Anto. &
3 Abb. in di. rubri. Clericus calumnioſus accusator priuatur officio & verberatus publice in exiliũ mittitur. vt in c. 1. de calum. facit etiam tex. in cap. quia iuxta. 5. q. 6. Aduerte tamen quod hæc non est ordinaria pœna clerici calumniatoris, sed illa eadem qua puniendus erat accusatus, & ideo in d. capite 1. fuit imposita illa verberum & exsilij, quia non erat proportionabilis accusatori pœna qua erat puniendus accusatus, secundum Antoni. & Abb. ibi. ideo caueat iudex ne erret, credens hanc esse ordinariam pœnam calumniatoris. Sed sequendo doctrinam Antoni. ibi, in. 4. nota. quatenus pœna accusati congruit accusatori, eatenus est imponenda, & quatenus ei non proportionatur, alia corporalis loco eius subrogatur. Clericus tamen denunciator criminis, & in probatione deficiens ab officio & beneficio suspenditur, donec innocentiam suam purget, vt in capite. fin. eo titul. Et hoc ex ratione quia denunciator dicitur improprie calumniator, qui alias similitudine suppli cij puniretur secundum glos. & Anton. ibi, per quos etiam vide qualiter tunc innocentia denunciatoris purgari debeat. Et procedit dicta pœna suspensionis, etiã si denuncians intenderet pœnitentiam tantum, & non pœnam imponendam esse, vt per Abb. ibi, in fi. Dicitur præterea & alio tertio modo clericus calumniator, quando in personam electi vel postulati aliqua obijcit. & deficit in probatione, vt probat tex. in capit 1. de elect. in 6. ex quo notat ibi glos. in verbo calumniæ, quod in excipiendo, accusando & denũciando dicitur quis calumniari: pœnam vero, eius, qui calumniatur, hoc modo descripsit text. ibi, videlicet quod a beneficijs ecclesiasticis triennio se nouerit esse suspensum, ad quæ si intra illud tempus propria temeritate se ingesserit, eis ipso iure perpetuo sit priuatus, nisi manifestissimis constiterit documentis quod ipsum a calumniæ vitio causa probabilis & sufficiens excusaret. Aduertendum autem est, quod cum ille tex. imponat pœnam calumniatori obijcienti in personam electi, non videretur extendenda ad quencumque clericum calumniam committentem in excipiendo contra alium in alia materia, sed tunc arbitrare puniendum existimo, eo præcipue, quia crimina in modum exceptionis proba non sic nocent criminoso, iuxta no. in capite: 1. de exceptio. Qua autem pœna punierint antiqui Canones falsa crimina obijcientes, videconcilium Arelatense secundum in Cano-

ne. 24.

ne.24.vbi disponitur eos, qui falsa fratribus obiecisse cõuicti fuerint, placuit vsque ad exitum nõ communicare, sicut magna Synodus ante constituit, nisi indigna satisfactione pœnituerint.

4 c Quæ sint vero causæ iustæ excusantes aliquem a calumnia, vide glo. in dict. cap. 1. de elect. in 6. in verbo sufficiens, quæ ponit duo exempla. Et vide Bartho. in l. Cum quidam. §. quod dicitur, ff. de acquirend. hæred. vbi per illum text. dicit, quod quando est d fama publica, excusatur d qui fuit credulus, & accusauit vel denunciauit aliquem de mâleficio de quo erat publica fama, & non potest puniri pœna, quę imponitur proponenti falsas accusationes, & dicit se prius fuisse de facto obtentum. Idem voluit Bal. in l. fina. C si seruus aut liber. lib 10. quos refert Iaſſ. in prædictis & alijs locis, in l. in prin. ff. de eo per quẽ factũ erit. An autẽ præsẽtatio vnius testis releuet a pœna calũnię vide Anan. in 2. de cal. in 4. col. ex quo colliges q releuat, nisi a lias esset cõsuetus calũnari & in alio casu, quando reus nihil probat, pro quo allegat Anto. ibi, & Bald. in l. final. C. de probat. Et nota quod eadem sententia est condemnandus calumniaç tor, qua reus absoluendus, c vt notat idem Anto. in dict. cap in 3. nota. & Abba. in 2. nota. qui etiam addit, quod si calumniator non est puniendus tempore suo, & reus fuit absolutus, potest postea puniri ex nobili officio iudicis: quod not. ex tex. ibi, regulariter autem præsumitur calumniari, qui nullas probationes producitin si in casibus not. per Anto. in d ca 1 quos transcripsit Panormita. ibi. Vnum præterea 51 quod est notabile aduertat iudex in hac materia, quod non solum propter veram calumniam commissam in causa criminali potest imponi pœna corporalis de iure canonico, sed etiam propter præsumptam calumniam in causa ciuili. Probat hoc singulariter tex. iuncta glossa final. in cap. fin de dol. & contumacia, qui non est alibi, secundum Inno. vt refert Ioann. de Ana. in capitu. 1. de calumnia, in column. 3. Crederem tamen quod quanuis hoc verum sit, mitiori tamen pœna licet corporali puniendus est calumniator in ciuili, quam in criminali causa.

Falsa crimina proponit. Adde. l i. §. 1. ff. ad sen. A consul. Turpi sic M. Cicero contra Sallustium inquit. *Sed est quædam calumnia quã vnusquisque nostrum testante animo suo fert de eo qui falsum crimen bonis obiectat.* Laurentius Valla. 6. lib. elegan. capit. 50. *Calumniari.* (inquit) *Nihil aliud esse quam cauilari,* Cuius opinionem falsam esse censet Andr. Alciat. lib 4. de verbo. signif. Sed hæc tractent Grammatici, apud nos vero illud sciri oportet, quod accusator eo ipso quo propositam accusationem non probauit, præsumitur calumniari. glo. in cap. 2. in verbo, calumniandi. de calumnia, quam esse communem sententiã fatentur scribentes ibi maxime Abb. nu. 5. Mari. num. 7. Anani. num. 19. Felin. num. 6. Aretin. in cap. super his. nu. 27. infine de accusa. apost. ad Angel. in tract. malefi.

lesi. in verbo. Et ad querelã. numero. 7. Villal. in sua collect. com. opini. litera. cap. nume. 2. Bosi. in tit. de accusationi. nume. 19. Iul. Clar. li. 5. recep. sent. § fin. quæstio. 62. versi. dixi supra & eruditissimus Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæst. lib. 2. centu. 4. casu. 321. num. 4. multaquæ congerit Mascard. de proba. volum. 1. conclusi. 25. Et calumniator dicitur qui semel tantum calumniose accusauit. ex Ripæ sententia. ca. 1. numero. 96. de iudi.

Nec ab hac præsumpta calumnia quis excusabitur, etiam si tempore propositæ accusationis iurauit de calumnia. Ita' communiter tenetur, vt fatetur Abb. in cap. calumniam. num. 4. de calumniat. eandemque opinionem communem esse fatetur Alexand. in l. properandum. §. fin autem vtraque. nume. 21. C. de iudi. Cardin. Alexan. in capit. in primis. §. de Episcop. colum. 3. 2. quæstion. 1. & communis practica eam obseruat, vt fatetur Salicet. in l. qui crimen. nume. 14. C. qui accusat. non poss.

B *Eadem pœna.* Adde quod cum tallionis pœna antiquata sit hodie calumniator extra ordinem iudicis arbitrio punitur. Bald. in l. Athletas. §. calumniator. numer. 6. ff. de his qui not. infam. Abb. in capit. 1. in fine vbi Feli. num. 1. de calumnia. Hyppol. in l. quæstionis modum. nume. 52. ff. de quæstio. Bosi. in tract. delictor. tit. de accusationi. nume. 17. & titu. de calumniato. nume. 8. D. Præsul Couarr. lib. 2. vari. resolu. ca. 9. nu. 1. Andr. Alcia. li. 9. parerg. iur. capit. 8. sic hodie concilio prouinciali Tole. celebrato anno Domini 1565. act. 2. cap. 12. diffinitum est, quod si fiscalis apud iudicem ecclesiasti cum temerè aliquem accusasse constiterit, non solum expensarum solutione, sed alia pœna iudicis arbitrio propter accusationis temerariæ calumniam puniendus est. Et de varijs calumniantium pœnis lege Iacob. Menoch. dicto lib. de arbi. iud quæstioni. quæst. 2. centu. 4. casu. 322. & Regiam. l. 5. titu 1. par. 7. & ibi Gregor. in verbo. *Tal malicia.* & l. 27. & l. fin tit. 17. part. 3. & ibi eundem Gregor.

Not. de varijs calumni. pœnis.

Illud autem non est prætermittendum, quod scribit Domin. Soto. lib. 5. de iusti & iur. quæstio. 5 artic. 4. hanc tallionis pœnam contra calumniatores diuino iure probari, Exod. 1. & Deuter. 20. quod eleganter ipse de more explicat. Aristo. vero lib. 6. Polit cap. 5. asseuerat. in benè instituta repub. grauiter calumniatores puniendos esse, quoniam non populares in iudicium vocare consueuerunt, sed nobiles. Vnde Demostenes in oratione contra Astrolog. calumniatores crudeles appellat, ipsos quoque veluti Viperinam habentes naturam puniendos esse, & vsque ad radices esse pœnitus extirpandum ex republica hoc genus hominum calumniatorũ veluti hostium naturę, prudenter admonet. Erat quidem olim Lex Memmia contra calũniatores inuenta, vt ait Cicero, pro sexto Roscio, ne liceret in iudicio legibus aut Maiestate populari abuti ad quęstum & libidinẽ & ita accusare, vel id obijcere q planum facere, non mo-

do non posis verum ne coneris, sunt quidem calumniatores seueriſsimis pœnis plectendi. Et ideo non immerito Angesilaus seuerius calumniantes quam fures prosequebatur, quod adnotauit doctiſsimus Nicol. Anto. Grau. in anno. ad practi. Octauiani Vestr. lib. 6. cap. vltim. num. 22. Apud Romanos vero aliquã do calumniatores ab vrbe eijciebantur, vt autor est Cornelius Tacitus libr. 5. annali Et lex antiqua Vuisigotorum aduersus calumniatores tallionis pœnam statuit, vt qui accusauit innocentem pœnam susciplat, quam pateretur accusatus, si de crimine fuisset conuictus, vt in l. 5. ti. de iudi. furti lib. 7. C. Vuisigothorum, Ex lege vero Charundæ in calumniam de præhensi mirtho coronati per vrbem circumferebantur erat sane apudeos ignominiosa pœna mirtho coronari, vt refert Diodorus Siculus lib. 12. Biblio. Cum Iulius Cæsar puniret seditionem iuxta Placentiam ab exercitu suo commiſsam & cum inter seditiosus quidam quinihil peccasset ductus ad eum fuisset Cæsar ductorem quod illum accusasset eius loco interfici mandauit, vt refert Appi. Alexand. libro. 2. de bello. ciui. Et in huius tanti criminis detestationem, non vulgariter conducit quod legitur. Esthær. capi. 8. Amam calumniatorem laqueo fuisse suspensum, ob eam causam quia Mardochaum innocentem suspendi calumnio se totis viribus intenderat.

C *Causæ iustæ.* Vide decẽ causas propter quas acusator excusatur â calumnia, quas diligentiſsimè de more scribit Iacob. Menochi. de arbitrar. iudi. quæstioni. libr. 2. centuari 4. Circa quod prætermittendum non est, quod licet calumniator ob dictas causas excusetur, vt non teneatur similitudine suplicij, vel aliapœna quæ in locum illius sit subrogata, non tamen excusatur, quin in iuriarum actione possit conueniri, ita multis probat Soci. Senen. consi. 118. column. vltim. lib. 1. Menoch. qui alios allegat dict. num. 33. sicut nec excusatur, ab expensarum condemnatione, vt scribit Abb. consi. 78. in fine lib. 1. Bosi. in tract. caus. crimi. titu. de accusa. n. 28. qui hoc declarat, nisi magna & plus quam iusta esset causa.

Excusatur. Adde Guid. Pap. decisio. 446. num. 1. Matheu. de Afflict. in prima par. consti. rub. 23. num. 11. quam opinionem communem esse fatentur eam sequuture. Abb. dicto. consi. 78. num. 1. Practic. Conradi fo. 231. num. 17. Iul. Clar. lib. 5. recepta senten. §. fina. quęstion. 62. versi. sed pone. D

A pœna calumniæ. Adde Specul. tit. de calumni. in fine Felin. in capit. 2. not. 3. de calum. Iacob. Menoch vbi paulo ante allegaui, quem vide.

Qua reus absoluendus. Nota tamen vtiliter, ne in practica erres ꝙ licet calumniator possit eadem sententia condemnari, qua reus absolui, in ordine tamen procedendi, sententia absolutoria præcedere debet, & posteasuccessiuê non diuertẽdo ad alia, ac cusator de calumnia condẽnandus est, ita communiter receptũ est, F

est, vt fatetur Sali. in l. 1. nume. 3. C. de calumni. Et receptissima practica est, quod iudex prius quam accusatori terminum statuat, vt se defendat, alleget, & probet causas, propter quas nõ debeat de calumnia condemnari, quando vero nihil allegauerit & probauerit, eadem sententia debet condemnari ita Bart. in l. Athletas. §. calumniator. nume. 6. ff de his qui not. infam. si vero iudex non statuto dicto termino, accusatorem condemnauerit, in sindicatu tenetur, & condignis pœnis est plectendus, vt scribit Ang. in tract. malefi. in verbo. Et ad querellam num. 7. quem refert & sequitur Iuli. Clarus multis nominibus clarissimus dict. quæstion. 62. versi. sed quęro.

Maledici.

CAPVT. LXVI.

1 *Clericus Maledicus veniam postulare cogitur.*

2 *Clericus, qui in Romanum Pontificem lingua laxauerit, iudicis arbitrio est puniendus.*

3 *Pœna tex. in capit. fœlicis, de pœnis, lib. 6. nu locum habeat contra illum, qui contumelioſa verba contra Cardinalẽ protulerit*

4 *Religiosi, qui sermonibus suis prælatis ecclesiarum detrahunt, qua pœna sint puniendi.*

5 *Clericus murmurans qua pœna sit puniendus.*

6 *Contra Clericum, qui aliquam diffamauit iniuriarum actione, agitur: qui si cõdemnatus fuit, infamis efficitur.*

7 *Clericus iniurius an palinodiam recantare teneatur.*

1 CLericus maledicus maxime in sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam, & si noluerit, de gradetur. nec vnquam absque satisfactione ad officium reuocetur. Ita placuit patribus Carthag. Concilij. 4 vt habetur in ca. clericus maledicus 46. di.

2 Si autem clericus verba aliqua in de pressione officij & beneficij Romani Pontificis protulerit, tunc text. in capi. 1. de maledi. præcipit illum â temeritate tali compescendum per iudicem nulla pœna declarata, ex quo videtur illum reliquisse arbitrio suo: cum enim verba, quæ maledici dicere possent in detrimentum Romani Pontificis & sedis Apostolicæ essent varia & non æqualis grauitatis & culpæ, merito non poterit certa pœna declarari. Iudex ergo consideratis qualitatibus personæ, verborũ, & loci, & alijs quę in arbitrarijs consideranda veniunt, clericum in hoc delinquentem punire debet, dum tamen aduertat, quod si verba clerici contra Romanã sedem prolata habent in se speciem hęresis, puta si dixerit Papam non posse concedere canones, tunc punire debet illum tanquam hęreticum, vt notat Ioann. de Annan. ibi in colum. 2. in prin. allegando glos. nota in cap. generali. in versi. Inhibemus. de elect. li. 6. quæ licet hoc in terminis non dicat, tamen optime facit in argumentum Pro quo faciunt notata per Felin. in capi. 1. de consti. colu. 3. Et quanuis idem Ioan. de Annan. vbi supra in 3. column. audeat affirmare quod pœna text. in capit. fælicis,

licis, de pœnis, libr. 6. habeat locum contra illum, qui contra Cardinalem verba iniuriosa protulit,[a] motus principaliter quia dictus tex. punit percutientem Cardinalem: & verbum percussio cõprehendit verbalem percussionem, secundum Bart. in loco per eum allegato. Et motus etiam ex eo quod dispositio dicti text est inducta principaliter fauore Ecclesiæ Romanę, & pro ipsius quiete, & ideo potest extendi, licet sit facta in odium delinquentium. Hoc tamen non videtur mihi, salua eius authoritate, posse iure sustineri: nam licet verum sit quod verbum percutere comprehendat verbalem iniuriam: quis audebit ex hoc inferre, quod pœna grauis imposita percutienti comprehendat verbis iniuriam inferentem? Quanto minus credendum est Romanum Pontificem, qui tot & tam graues pœnas inflixerit in sequentibus hostiliter, vel percutientibus Cardinalem, voluisse eas omnes pati illum qui solum verbis quantunuis contumeliosis Cardinalem offenderit: cum verbalis iniuria quantunuis grauis Cardinalibus illata, mitioribus pœnis & satis condignis possit sufficienter emendari. Religiosi autem qui in sermonibus suis prælatis ecclesiarum detrahunt, per duos menses subiacere debent illis pœnis, quæ secundum eorum regulam vel statuta pro grauibus criminibus seu culpis, eis cõsueuerũt imponi: super quibus absque manifesta necessitate cum eis non valet dispensari, vt statutum est in Concilio Viennensi, de quo in Clement. 1. in §. Quibus, de priuileg: Clericus vero, qui murmurat, alienus sit â fratrum vnitate, & opus eius abijciatur. itaque iuxtamen suram operis in hoc peccans sacerdotis iudicio pęniteat. ita cautum est in. 8. synodo, Gratiano referente in capit Alienus 90. di. 6 ſtinct. Si tamen clericus aliquen iniuriosis verbis diffamauit, poterit ille contra ipsum clericum agere actione iniuriarum, & si fuerit condemnatus, efficitur infamis, vt probat text & ibi notat Abb. in capit. Cum titu. de re iudic. qui dicit illum text. procedere etiam in clerico, secundum vnum intellectum: quod procedit siue agatur contra eum criminaliter, siue ciuiliter: quia vtroque modo damnatus actione iniuriarum incurrit infamiam, vt concludit Abb. ibi. in. 1. colum. post gloss. ibi, licet glosa contrarium senserit in cap. At si clerici. de iudi. Et siuê verum dixerit, siuè falsum, quando id facit animo iniuriandi & sine causa nihilominus tenetur actione iniuriarum,[b] concludit Abb. in dict. capit. Cum tit. in fin. column post plures per eum relatas opiniones, & ponit etiam addi Bart. quæ plures doctores refert in l. 3. in princip. ff. de lib. & post hum. in addi. incip. Pro statuto. Crederem præterea in his regnis Castellæ & Legionis posse clericum condemnari ad petitionem iniuriati, ad hoc vt in præsentia iudicis & bonorum hominum dicat se metitum [c] fuisse, cum ita cautum sit, & seruari soleat in laicis, per l. 2. titu. 3. li. 4. fol. 50. quæ lex & si posset dici clericos non cõprehendere:

a
4
5
6
7
b
c

dere tamen ex æquitate quadã videtur quod Iudex ecclesiasticus possit imitari illam, cuius arbitrio pœna in hoc casu relicta est, præcipue attenta doctrina Doctoris de Pala. Ruui. in Repe. rub de donat. in tit. vir & vxor, in column. 5. vbi post Didacum de Viladiego Doctorem etiam Hispanum in loco per eum relato tradidit, quod deficiente iure canonico recurrendum est ad iura & consuetudines regni, non autem ad iura Imperatorum, vel Iurisconsultorum. Et licet Præpos. in capi. Consuetudo. 1. dist. in 3. colum. & Petrus de Reuenna in Alphabeto aureo, in allegationibus in materia consuetudinum, in prin. in 5. column. ad final. teneant contrarium, & sic quod in Hispania iudex ecclesiasticus potius debeat iudicare secundum leges Imperiales, quam secundum leges Regni: tamen hanc meam conclusionem corroborat opinio Præpos. ibi, dum tenet, quod deficientibus iure canonico & ciuili recurrendum est ad ius municipale, vel, ad particularem loci consuetudinem, vt accidit in casu nostro, in quo leges ciuiles deficiunt, nihil prouidentes in hoc casu, pro vt est specialiter prouisum per legem regni. pro qua etiam opinione mea, facit doctrina Abb. in. capite Ecclesia sanctæ Marię. de consti colum. 5. videlicet, quod vbi lex. esset fundata super ratione naturali, potest Iudex ecclesiasticus illam seruare non ratione legis, sed ratione naturali. Sed quis dubitat quod iustum sit, & rationi naturali congruum quod clericus, qui falsum crimẽ alicui imposuit, ex quo læsa est fama illius, dicatse mentitum esse vt per hoc fama illi restituatur, maxime cum ad hoc teneatur tanquam Christianus, & ad id â confessore, etiam non petente iniuriato, cogendus sit. Quodtamen procedere posset, quando conuitium esset falsum, quia tũc verum esse conuiciantem mentitum fuisse: & tali casu illa est prior satisfactio, quæ præstari potest iniuriato, neque ex eo refutanda est: quia videtur illam satisfactionem facientem infamẽ, efici, cum iam ex ipsa condemnatione, etiam si non damnetur ad verborum retractationem, infamis remaneat. Neque enim Iudex vt pius sit iniurianti, crudelis debet esse iniuriato, qui tali modo honori suo satis fieri petit: cum alias si in sola pecuniarum pæna, vel alia condemnaretur, semper crederent aut saltem suspicarentur illi, qui verba iniuriosa audierunt, illum dixisse verum, nisi eum se retractantem, & palinodiam decantantem audierint.

Rotulerit. Adde Felin. qui hanc Annaniæ opinionem approbat. in cap. non dubium. de sẽten. excom. eam tamen reprehendit, authorem nostrum sequutus. Insignis D. Didacus Coruarru. libro 1. variar resolu. cap. 11. num. 5. vbi scribit quod cum anno Domini. 1543. Salmanticæ interpretaretur. text in capite nuper. de senten. excommu. Annaniæ opinionem publicæ impugnauit prout ibi falsam esse demonstrat, & Petrus Plaça lib. 1. Epit. delictor. cap. 2. nu 28. Et

contra Annaniæ opinionem adſtipulatur quod ſcribit Aymon. conſil. 6 colum. 2. minime eſſe crimen læſe maieſtatis in Principem verba iniurioſa, dicere diuerſa quidem hæc ſunt, cumâ Iuſtiniano Imperatore diuerſis titulis explicentur. C. ad leg. Iuli. maieſta. & C. ſi qui Imper. maledixe. quo quidem argumento doctores ſæpe, vti ſolent Oldral. conſi. 210. colu. 1. Abb. conſi. 57. colum. 3. lib 1. Hyeroni Gig. in tract de crimi. læſe maieſt. pagi. 28. quæſtio. 4. Didac. Perez in l. 3. titu. 8. lib. 8. ordin in verbo, *Tales coſas.*

C *Efficitur infamis.* Adde quod hãc opinionem communem eſſe fatentur eam ſecuti Felin. in capi. cum te. num. 9. de re iudi. Corſet. in tracta. de minimis. 2. parte verſi. 26. Pract. Conrradi. folio. 408. nu. 21. Iul. Clar. li. 5. reſcep. ſenten. §. iniuriam. verſi. Itẽ condemnatus. nouiſsime Ioan. Martinez de Olano (vir admodum diligens) in concordi. antinomi iuris comm. & Regij in litera l. nu. 9. qui omnes fatentur inter ductores receptum eſſe, iniuriarum, actione de iure communi condemnatum infamiæ nota aſſici etiam ſi iniuria ſit lęuis qua in re lapſi ſunt Villalo. Hiſpanus in li. commu. opinio in parte iniuriarum actione. & Perus Auenda. in dictiona. ll regni in verbo, *Atroces*, & dictæ communi ſententiæ ſuffragatur Regia. l. 5. titulo. 6. parti. 7. l. 1. titulo. 9. ead. part.

B *Tenetur actione iniuriarum.* Adde quod opinionem iſtam communem eſſe fatetur Curti. Innio. in l. fin. nu. 30. ff. quod quiſque iur. Tum vero dic, quod ſi delictum quod detegitur Rei publicæ expedit quod detegatur tunc nullæ pœne locus eſt, ſi vero non expediat rei publicê, tunc qui crimen reuelat, vel defectum obijcet, pro modo culpæ eſt animaduertendus, ita Bart in l. cum qui nocentem in princ. ff. de iniuri. quam opinionem communem eſſe fatetur Alexan. in l. 3. in prin. num. 6. ff. de lib. & poſth. Villalo in collect. comm. opini. litera A. num. 29. Plaça in Epito. delictor. ca. 1. nume. 3. Iuli. Clar. lib. 5. reſcepit. Sent §. iniuriam. verſi. Item quæro. Regia tamen. l. 1. tit 9. part. 7. nullo modo admittere videtur ſupradictam diſtinctionem, nam expreſſe diffiniuit, quod ſi quis veram iniuriã alteri intulerit, licet non interſit Reipublicæ notam fieri, & licet nocendi & iniuriandi animo obijcerit, actione iniuriarum non tenetur. Sic quidem ex lege illa colligitur cum dicit. *Pero ſi aquel que deshonrraſſe à otro por tales palabras o por otras ſemejantes de aquellas ſe otorgaſſe, y quiſieſſe demoſtrar que es verdad aquel mal que le dixo del, no cae en pena ninguna ſi lo probaſſe.* Idemque melius ex illius legis ratione deducitur cũ diçit, *eſto es por dos razones la primera es porque dixo verdad, la ſegunda es porq̃ los fazedores del mal ſe recelen de lo fazer por el afrenta y por el eſcarnio q̃ reſcibirã del.* Sic legem illã interpretatur noſter Grego. integritate vitę, & bonis omnibus commendandus. ibi in glo incip. *Que es verdad*, verum D. Pręſul Couarr. libr. 1. vari. reſolu. cap. 11. num. 6. exiſtimat ab iniuriarum actione illum liberum

Interpretatur Regia lex prima. titul. 9. part. 7.

rum non esse qui in iudicio, vel extra iudicium, propriæ vindictæ causa, conuitium aliquod alicui dixerit, non vt ei vel Reipublicæ consulat, licet verũ crimen obijciat, & Reipublicę manifestum fieri intersit. Idem sequitur Petrus Plaça vbi paulo ante allegaui numer. 7. Dida. Perez qui expresse reprehendit Greg. in rub. tit. 9. li. 8. ordi. versi aut delictum. & hæc opinio in contrauersis forensibus recepta est, & merito vt ansa obijciendi crimina, iniquo animo omnino tollatur. Licet Regia d. lex plurimũ reffragetur.

Illud quidem expeditissimum est iure Pontifice, ó supra dictam communem distinctionem non esse admmittendam, cum eo iure minime excusetur qui iniurioſa verba in alium protulerit, licet vera sint: cum prius charitatiua monitio præcederedebeat. Ita Doctores communi consensu receptum fatentur, Alexan. de Nouo consi. 82. num. 5. in fine Iul. Clarus in lib. 5. recep. sẽt. § iniuriam. versi. Item quæro. in fine quæ doctrina celebris est & in tribunalibus Ecclesiasticis nõ vulgariter notanda. vide etiam aliqualectu non indigna quæ circa dictã Bar. distinctionem scripsi in meis annotationibus ad istum dominum Episcopum in regu. & fallen. reg. 784. incip. veritas conuitij.

C

Clericus, antenea- tur pali- nodiam. recãtare

Sententium. Adde quod opinionem contrariam tenuit Boeri consi. 4. numer. 40. Dida. Perez in l. 1. ti. 3. lib. 1. ordina. idem in l. 3. versic. de maledico. titul. 8. lib. 8. ordina. Petrus Plaça in epito. delict. lib. 1. cap. 1. nu. 24. D. Anto de Padilla in l. quanuis num. 9. C. de iuris & facti ignor. qui omnes authorem nostrum reprehendunt & merito mea sẽtentia, quia clericus ob tale crimen habet a iure canonico pœnam statutam, vt veniam ab aduersario petere cogatur, vt in capi. clericus maledicus. 46. dist. igitur illa pœna clerici â suis prælatis puniri debet non quidem oportet vt ex alienis tribunalis, extraordinarias & crudeles nimis pœnas reportent. Quam etiam sententiam non mediocriter adiubat quia sicut nobilis nõ tenetur palinodiam recantare, pari ratione, nec sacris ordinibus insignitus, quia priuilegium militis sæcularis ad militem cælestis militiæ extenditur iuxta glo. sententiam in l. miles. ff. de re iudi. & quanuis Oldrald. & Albe. illius opinioni contradicant nec seruari eam Paul. de Castro affirmet. eam tamen sequitur ibi Bar. numer. 3 & communem esse testantur eam sequuti Alexã. nume. 3. Ripa. nume. 5. idemquoque voluit glos. in cap. studeat. 50. distinctio & harum glossarum opinionem præter ordinarios interprætes, communem esse testantur Ioann. Lup. in rep. rubri. de dona. inter vir. & vxor §. 37. numero. 16. Guil. Mainer. in l. in omnibus causis id obseruatur. nu. 13. ff. de reg. iuris. Gomez in prin. instit. de actioni. numero. 65. Bello. in Rubri. Insti. de testam. numero. 4. Couarru. libro. 2. varia. resolu. capite. 1. num. 9. atque iuxta eorum opinionẽ iudicauit olim Capel. Tholosa. decisi. 245. esset sane satis iniquũ, quod miles secularis

militię, hoc priuilegio frueretur non vero miles cæleſtis militiæ, cum non ſolum huius dignitas illius dignitatem ſuperet, verum Regalem quoque peruincat. ca. duo ſunt quippe 96. diſtinct. & quanta differentia eſt inter Solé & Lunam, tanta eſt aut certe maior, inter Imperium & Sacerdotium capite ſolite. de maiori. & obe. idque latiſsime probaui in mea adoleſcentia in illius tex. relectione, quam de huius Complutenſis Achademiæ more publice feci, pro obtinendo gradu licentię in ſacro iure Canonico anno Domini. 1559 & ætatis noſtræ vigeſsimo primo quo ſacratiſsimorum decretorum cathedram obtinui, die vero vndecima menſis Februarij. Quanuis non deſunt multi viri noſtræ claſſis, & non infimi nominis, qui conſtanter aſſerant quod nobilis, quem vulgo *Hijo dalgo*, appellamus, teneatur etiam iure Regio recantare palinodiam, inter quos non infimum locum obtinet ægregius Aduocatus Petrus Nun. de Auendan. de manda. Reg. Hiſpan. 1. part. c. 20. num. 6. & Otalora in tract. de nobilita 5. part. capit. vltim. Tamet ſi in his Regnis longe aliter receptum ſit, cum nobilis minime teneatur obiectum conuiciũ retractare, ſed ſoluendo quingẽtos ſolidos liberatur, vt Teſtatur Otalora vbi ſupra, quæ praxis ea ratione fulcitur, quia pœna. l. 2. titul. 3. lib. 4. for. & l. 2. titul. 9. lib. 8. ordin. & l. 70. in curijs Segouiæ cælebratis anno 1532. quod qui intulit iniuriam teneatur palinodiam recantare, ignominioſa pœna eſt: qua quidem nobiles puniendi nõ ſunt ſecundum Fuigon. conſilio. 167. quem refert & ſequitur Couar. libro 2. viar. reſolut. capit. 9. numero 4. Thom. Gramma. deciſsion 32. numer. 1. & lege de hoc latiſsime Andre. Tiraquel. in tract. de nobilitat. capitul. 20. & in tractat. de pœnis cauſ. 31: Hodie vero ceſſat omnis diſputatio, cũ Regia conſtitutione hoc ſit diffinitum nempe. l. 2. titul. 10. lib. 8. ordina noui. ibi. *Y ſi fuere hijo dalgo, no ſea condenado a que ſe deſdiga por ello, y pague quinientos ſueldos y por ellos dos mil marauedis, la mitad para nueſtra camara. y la otra mitad para el querelloſo, y demas deſto el juez le ponga la mas pena que le pareciere ſegun la qualidad de las perſonas y de las palabras.*

Nobilis non recãtat palinodiam.

Ex quibus manifeſte conſtat, authorem noſtrum fuiſſe allucinatum, cum tenuerit: clericum pœna dict. l. Fori. & ordin. puniẽdum eſſe, ſequor equidem illorũ autorum ſententiam, quos in huius annotationis principio allegaui, quam ſemper in controuerſijs forenſibns receptam vidi eãque primus omnium Salmanticæ publice olim legendo ſequutus fuit inſignis & magni nominis præceptor meus Doctor Gutierrez Diaz de Sandoual & Nogerol, Sacrorum canonum profeſſor primarius cuius anima iamad ſuperos euolauit.

D. Sandoual laudatur.

Venatores.

CAPVT. LXVII.

1 *Presbyter vel diaconus, qui venationem ſæpius exercerint, qua pœna puniantur.*

2 *Subdia-*

2 *Subdiaconus autem, hoc delictum perpetrans, qua pœna dignus sit.*

3 *Quid autem si alij clerici in minoribus constituti in hoc deliquerint.*

4 *Monitio an requiratur ad incurrendam pœnam, in hoc crimine iure Pontificio statutam.*

5 *Clericis adeo venatio prohibita est, quod huic prohibitioni per contrariam consuetudinem nõ potest præscribi.*

6 *Clerici, sanitatis, vel recreationis causa, venationibus vti nõ prohibetur.*

1 PRESBYTER involuntate venandi sępius detentus suspenditur duobus mensibus, Diaconus vero ab omni officio suspenditur: a vt in capit. 1. de cleri. vena. quæ pœna habuit originẽ â Concilio Aurelianen. de quo in capit. Episcopum. 34. distinctio. Qui tamen text. est in Concilio Agathen. Canone. 55. qui incipit. Episcopis, & non inuenitur in Concilio Aurelianensi. Et aduerte quod dicta suspensio presbyteri debet esse ab omni officio, sicut & suspensio diaconi, secundum Abb. in dict. capi. 1. in fin. post Ioann. Andr. licet text. hoc ita clare non dicat. Et nota magnam differẽtiam inter pœnam præsbyteri & diaconi, de qua hic: nam cum presbytero (cum sit præfinitum tempus suspensioni) non dispensabitur, cum diacono autem intraduos dies, vel tres, vel quando placuerit, poterit episcopus dispensare, secundum Henric. in dict. capit. 1. circa fin. & Ioann. de Ana. in 4. colum. ad fin. post Hostien. in summa, eo titu. §. fi. Subdiaconus prętere â hoc delictum perpetrans eadem pœna, qua & diaconus, puniendus est, secundum gloss. in dict. capit. 1. quod etiam tenent Hostien & Henri. vbi supra. Quid autem si alij clerici in minoribus constituti in hoc delinquerent? Ioann. And. post Hostien in dict. capit. 1. dicit quod puniuntur arbitrarie, b ex quo pœna non est statuta per text. in capit. de causis, de officio. delega. quod sequitur Henric. ibi, & voluit Hostien. in summa eiusdem titul. in § fin. quorũ opinionem videtur magis sequi Ana. in dict. capit. 1. in fin. verbis, dum dicit. considerandum quod venatio est prohibita clericis in minoribus, per cap. 2. eo tit. Anto. tamen in dict. ca. 1. credit, quod hoc non sit clericis in minoribus prohibitũ per quod videtur tenere quod propter hoc non sunt puniendi. vnde Abb. ibi, pro concordia dicit, quod aut omiserunt tonsuram, & tenẽtur, aliâs secus. Et allegat Cle. 2. de vit. & hon. cle. in verbo. Et si tonsuram. Sed ego credo quod opinio Host. Ioan. And. & Henr. sit verior, & quod concordia. Abb. quam subditis breuibus verbis tradit, non procedat: nam videtur velle, quod si dicti clerici in minoribus tonsuram omiserunt, & in hoc venationis delicto deliquerunt, ꝙ tunc puniendi sunt: alias, hoc est si non dimissa tonsura sũt, quod tunc non tenentur aliqua pœna. In hoc secundo membro videtur assentiri opinioni Anton. Sed salua eius authoritate hæc

concordia non videtur bona: quia si actus venationis clericis in minoribus est licitus, omissio tonsuræ non debet eum facere illicitum: & tunc magis puniendus est talis clericus propter omissam tonsuram, quam propter venandi delictum: & tex. in Clemen. 2. per eum adductus non suffragatur eius opinioni, quin potius videtur contra illam vrgere: quia ibi clerici in minoribus puniuntur si simul cum tonsura deferant vestes virgatas vel partitas, quasi magis delinquat clericus, qui tonsuram deferens, rem facit indecentem clericali ordini, quam si illam facit tonsura neglecta. Vnde si in casu nostro de tonsura esset habenda ratio, magis puniendus esset, argumento dictæ Clement. clericus tonsuram deferens, & venationi vacans, quam si illa deposita hoc ageret: cuius forteratio posset esse, quia clericus tonsuram deferens, & prohibitis vestibus vtens, vel venationi intendens magis offendit clericalem ordinem, quam si vt laicus incedens hoc amittat. Quippe cum clericus, qui cunctis apparet clericus, magis populum scandalizat, si rem illicitam faciat, quam aliàs: quia tunc qui illum nō cognoscunt, eum laicum & non clericum reputant, & sic non iudicant illum facere rem prohibitā
4 nec in honestā. Præterea in hoc proposito notant vnum quod esse magni effectus, si verum Host. tien. in dict § fina. & Henric. & Ana. in dict cap. 1. quod in omnibus supra dictis monitio trina debet præcedere vindictam, per text. in cap. Indigne 12. quæst. 2. qui tamen text. iudicio meo hoc non probat, quia nihil de trina monitione dicit: & licet in casu, quo loquitur, disponat quod debet esse tanta prouisio, quod vindictam ad monitio præcedat non sequitur quod debet monitio præcedere in casu nostro & trina. Præterea, eorum opinioni in hoc aduersatur aurea illa doctrina Innoc. in capit. Extirpandæ. ante fin. de prębē. quam celebrant Docto. plures â me relati in regula mea. 258 inci Monitio, in qua tradidi, quod quando lex loquitur affirmatiue, non requiritur monitio ad incurrendam pœnam. Cum ergo text. in dict. cap. 1. loquatur affirmatiue, & statuat presbyterum vel diaconum sæpius detentum in voluntate venandi suspendendum ergo non requiritur monitio (salua dictorum patrum authoritate) eo maxime, quia si hoc scirēt clerici attendentes nisi monitione præmissa non esse puniēdos) non desisterent à venationibus, illam expectantes. Fateor tamē quod in isto proposito multum operaretur monitio nam si clericus monitus cessare noluerit â venatione, poterit deponi, non propter venationem, sed propter inobedientiam, vt expræsse firmat Arch. per tex. ibi. in cap. Quorundam. 34. dist. quem refert & sequitur Ana. in d. cap. 1.
5 Et notat etiam Præp. sequendo Archi. in d. c. Quorundam. Præterea in hoc aduertendum est, quod adeo clericis est prohibita venatio, quod huic prohibitioni non potest præscribi per contrariam consuetudinem, vt per Hostien. quem alij sequuntur, in

cap.2.de cle vena vt refert & sequitur Ana.ibi in.2.colu & vide Abb.in dict.cap.1.& præpo. in dict.cap.Episcopum, qui ponderant illa verba, *Sæpius delectus*: & dicunt quod si rarissime causa sanitatis, recreationis, vel recuperãdi appetitum, venationibus vteretur clericus, non esset prohibitum & nec quando necessitatis hoc fecisset, putà pro carnibus vel pellibus habéndis, quas de facili habere non posset, vel quando fructus sui consisterent in venationibus, pro vt dicitur esse in Gallia. Aliqua etiam ex prædictis tenet Ana.in dict.cap. 1.colum.3.de cleric.vena Et vide Archid.in summa.34.d.& melius in cap.Qui venatoribus.86. distinct.vbi recreationis & necessitatis causa licitam dicit cle
6 ricis venationem, quod etiam tenet Sylvest.in sua summa, in verbo Venatio. De causa vero necessitatis potest poni optimum exẽplum quod ponunt Hostiens. & Ana in dict.cap.1.videlicet, si apri, vrsi, vel aliæ feræ veniunt vastare segetes vel vineas clericorum. Et vide Card in Cleme. Ne in agro §. porro. 2.de stat. monac.vbi referendo Innoc.in cadudum el.2.de elect *Idem* dicit
c de causa recreationis, qui prius asserit, quod ponere laqueos, & retia sine strepitu, & clamore, & canibus licet clericis, allegat textus in cap Nunquam, de consecrat.distinct.5.& idem tenet Anan in Rubric.cleric.vena.in.1. colum.referendo Paul.in dict.§. Porro, quod etiam notat Præp. in cap.1.34.distinct.& Platea in l.Venatoribus.C.de excusa.mune.lib.10. Nota tamen quod venationem in dubio debemus interpretari, recreationis causa, d vt per Alexan.in consilio. 72. volum.final.colum.2 quod etiam notat Anan.in dict capit.1.2.colum.ad fin. Et Lucas de Penna in dict.l.Venatoribus.

Vspenditur Vide Regiã A. l.47.titu.6.partita.1. quæ eandem pœnam imponit. Nec clericos â prædicta pœna prætextu consuetudinis excusarentur, esset enim nutritiua peccati, argum. textus in capit.Esau.86.distinct. & est Ecclesiæ præiudicialis capit.fina.cum ibi not.de consuet. tenet Host in cap.2.de cleri. venato. sequitur Albert. Troti de vero & perfecto cleric.libro. 2. cap.50.num.4. Didac. Perez in l.1.tit.22.lib.2 ordinam.versicu. habemus iam & circa huius capitis materiam vide latissime Iacob Menochi.de arbi.iudi.quæstio libr.2.centu. 5. casu.413.& vide Concilij Tridenti Sessio. 24.capite.12 de reforma. Vbi seuere clericis præcipitur, vt ab illicitis venationibus, & aucupijs se abstineant, atque ea morum integritate polleant, vt Ecclesiæ senatus merito dici possint.

Sed an Episcopis prohibita sit venatio, qua in re Host.in summ. tit de cleri.venator, in distincte censet eis prohibitã esse ex tex. in c.1 de cleri.vena.& cap 1.34 dist. idemque sequitur Ioann de Ana in dict.cap 1.in quoglos.& Doctores potissimum fundamẽtum fecerunt. Archi. verô in dicto capitulo qui venatoribus.86. distinctio in ea est sententia, vt

cẽseat

censeat recreationis causa Episcopis venationem esse permissam. Regia tamen Parti. lex: 57. titul. 5. partit. 1. tunc eis interdicit venationem, cum propris manibus venantur, secus vero si alij ipsis præsentibus venentur, vt amænitati, vel eorum saluti consulatur, & sic secundum hãc distinctionem dicta canonica decreta sunt interpretanda, in casu vero text. in dict. cap. 1. 24. distin. Episcopus non huius venationis causa, sed quia alijs erat irretitus criminibus merito fuit condemnatus, ita eum interpretatur Albertus Trotius dict. lib. 2. c. 55 num 5.

Piscatio vero clericis permissa est. Tum quia cessant rationes omnes propter quas eis venatio prohibita est. Tum etiã quia piscatio exempla habet Apostolorum, quos piscatores Deus Optim. Maxim. ad se vocauit, & retia tendi iussit. Lucæ. capi. 10. & cap. vltim. ita tenet Menoch. vbi paulo ante allegaui nu. fin.

Clerici obseruare tenentur Regias leges, circa venationem vel piscationem, loquentes.

Sed quid si clerici venati fuerint, vel piscationum exercuerint, illis temporibus quibus Regijs constitutionibus venatio vel piscatio est interdicta, vel si vsi fuerint comodioris venationis vel piscationis causa, retijs, alijsque instrumentis vetitis, an possint â suis ecclesiasticus iudicibus puniri. Nec enim de hoc debito, quin iustissime fieri possit, & fieri debeat: cum dictæ seculare leges publicam vtilitatẽ respiciant, quia venationem & piscationem illis temporibus interdicant, quãdo animalia, aues, & pisces pariunt, aut oua ponũt aut nutriunt, vt fętus ædantur, & educentur, ideo â clericis ad vnguem seruari debent, vt multis rationibus probaui supra ca. 55. Deinde quia absurdum esset maximum quod ea venatio & piscatio quæ laicis (prohibita est) esset clericis permissa. Tum quia dictarum legum decisio prorsus esset inanis. Quid enim prodesset aues & animalia intacta seruari iuueri, si â clericis minimo negotio venarentur. Tum quia animalia & volucres cœli, non solum mortalium necessitatibus deseruiunt, sed sunt ornamento decori reipublicæ, vnde dictorum animalium, vel auium venatio, iustissime â sęculari Principe potest interdici, vt ęgregię probat (vir multis nominibus venerandus) Dom. Soto. lib. 4. de iusti. & iure. quæst. 6. articu. 4. pag. 353. Cardi. â Turre. Crem. in cap. qui venatoribus. 86. distinct. Caiet. in tract. 17 q. 12. & tradunt ex nostris Thom. Gramm. decisi. 67 nu. 9 Andr Tira. de nobili. cap. 37. nu. 140. Mar. Nauar. in manu. confesso. cap. 17. num. 120. D. Couar. in regu peccatum 2. par. c. 8. nume 1. de regu. iur. lib 6. Prętera vrget quia cum dictæ Regię sãctiones, condictæ sint â Principe nõ recognoscente superiorem in temporalibus, cum non tractent de materia spirituali, nec sacris canonibus aduersentur, in foro ecclesiastico contra clericos obseruari debent. gloss. in ca. cum ad verum. in verbo temporaliũ. 96. distinct. & in capit. cæterum de donationi. & in c. 1. vbi Abb. & doctores de noui. oper. nuntia, late doctores in l. priuilegia. C. de sacrosa. Eccle.

Non

Non tamen poterit clericus mulctari, pœnis dictis legibus sæcularibus aduersus laicos statutis, sed pro modo culpæ iuris canonis, pœnis, & pœcunia multa, pro arbitrio sui ecclesiastici iudicis imponenda, puniri debet. Nam cum pœnæ illę, sacris canonicis constitutionibus aprobatæ non sint, iudex ecclesiasticus eas inflingere non tenetur, ita in simili lege probat Gregori. Lup. in l. 57. in verbo. *Por tres años.* tit. 5. par. 1. & suffragantur quæ scripsi suprâ capi. incip. negotiatores anno. prima.

Clerici operã dantes prohibitæ piscationi, vel venationi à iudice seculari & eius ministris a uibus canibus & alijs prohibitis instrumentis priuari possũt

Illud autem noue, sed vere affirmare audeo, quod licet clericus dictarum legum pœnis non possit mulctari, si tamẽ exercuerit prohibitam venationem, vel piscationẽ, & repertus fuerit a iudice sęcularivel â ministris laicę iurisdictionis: priuari potest auibus, canibus, alijsque instrumentis prohibitis, sunt quidem hæc omnia reipublicæ nociua. & ideo per secularem potestatẽ auferri possunt. Sicuti de armis vetitis quæ â clericis portantur scribit D. Couar. in practi. quæstio. capit. 33. num. fin. dixi supra dict. cap. 55.

Non tamen circa huius capitis materiam est prætermittendum, quod si clericus aliquid ex illicita venatione, vel piscatione acquisiuerit, in animæ iudicio non tenetur ad restitutionem ita Couar. in regul. peccatum. in. 2. parte relection. §. 8. nu. 3. de regul. iur. lib. 6. Marti. Nauarr. in manu confesso c. 17 num. 124. qui allegans alios testatur, id procedere non ante iudicis condemnationem, non vero post.

Puniũtur arbitrarie. Adde quod opinio hæc approbari videtur l. 47. tit. 6. p. 1. cum dicit. *Venadores ni caçadores, no deuen ser los clerigos de qualquier orden quier que sean.* Vnde cum illis prohibita sit venatione, nec iure pœna statute sit iudicis arbitrio puniri debent sed hoc intelligendum est in clericis minoribus constitutis ordinibus qui beneficia ecclesiastica obtinuerint, non vero aliâs ita ex dicta lege Parti. colligitur cum dicit. *Ca de gisada cosa es despender en esto, lo que son tenudos de dar a los pobres.* Et sic loquitur de clerico beneficiato ita adconciliandas doctorum controuersias eam not. Greg. ibi in verbo, *Venadores.* B

Recreationis. Adde quod monachis nec recreationis causa venatio licet etiam si proprios reddit us in venatione habeant, vt est cõmunis opinio teste D. Didaco Perez in l. 1. tit. 22 lib. 2. ordina. qui in materia venationis plura lecta nõ indigna congerit. C

Recreationis causa. Adde veram rationem esse, quia in dubio delictum non præsumitur. l. merito. ff. pro socio cum alijs. D

Ioculatores, Goliardi, seu Buffones.

CAPVT. LXVIII.

1 *Horum nominum Germana significatio ostenditur.*
2 *Clerici histriones qua pœna sunt puniendi.*
3 *Ioan Monachi opinio quædam explodituꝛ.*

Iocula

1  Oculatores dicunturlatores loci in publicum facientes ſpectaculum proprij corporis, vtper Ioan. Mona. in c. 1. de vit. & honeſt. cleri. in 6. per text. in capi. cum decorem, eodem titu. & per l. 2. ff. de his qui not. infa. & gloſ. in dict. cap 1. Hoc vero vacabulum Goliardos, vulgare eſt Gallorum: & Buffones, vulgare eſt Tuſcorum, ſecundum Ioan. Mona & gloſ. ibi: hos tamen alibi appellat canon hiſtriones. 4. q. 1. cap. 1. de conſecra. diſtinctio. 2. capit. Pro dilectione, ſecundum Ioann. And. & Domi. ibi, tamen in illis capitulis nonſit mentio de aliqua ex tribus dictionibus prædictis, ſed ſolum de hiſtrione Ex quo videntur dictidoctores intelligere, quod idem ſignificat hęc dictiohiſtrio, quod tres dictiones prædictæ. Et clerici, qui tales ſe faciunt, ſi per annum illam artem ignominioſam exercuerint, ipſo iure carẽt omni priuilegio clericali. Si autem breuiori tempore, tunc ſi tertio moniti non reſipuerint, carent etiam omni priuilegio clericali. Ita diſponit text. in dict. capit. 1. & facit in propoſito decretum Concilij Carthagi in 4. â Gratiano tranſcriptum, in c. Clericum. 46. diſti. vbi diſponitur, Clericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio eſſe retrahendum. Annus autem, de quo ſupra, continuus debet eſſe, a vt pœnam prædictam quis incurrat, vt not. Ioã. Mona. ibi, & Archidian. Ioan. Andr. & Domini. vnde ſi in diuerſis menſibus diuerſorum annorum, qui ſi mul iuncti vnum facerent integrum annum, quis vteretur prædicta arte, non haberet locum iſta pœna, ſecundum Ancharra. & Domini, ibi. Aduerte præterea quod licet. Ioan. Mo. in dict. capi. 1. teneat quod clerici in ſacris non amittant priuilegium in iſto caſu, contrarium tamen tenent Arch. Ioan And. Anch. Domin. & Philip. ibi, poſſunt tamen recuperare ipſum priuilegium per diſpenſationem epiſcopi, quando in hoc delinquens eſt pœnitens & vere contritus, ſecundum Ioan. An. & Anch. ibi. & Domi. Et vide Bartho de Caſſaneo in cõſuetudinibus Burgnndiæ, fol. 1 in 5. Septimo fallitur vbi limitando regulã quod clerici non poſſunt de crimine coram ſęculari Iudice conueniri, dicit quod hoc fallit in clerico Goliardo, Buffone vel ioculatore, qui tertio monitus non deſiſtit, quia talis eſt ipſo iure priuatus omni priuilegio clericali. Ex quo videturvelle, quod propter hoc criminem clericus eficitur de foro iudicis ſecularis. Pro quo etiam vide Stepha. Aufre. in Clemen. 1. de offic. ordin. Et licet, vt ſupra dictum eſt, Doctores tenent contra Ioan. Mon. & ſic, quod hæc pœna procedat in clericis etiã in ſacris, dicit Bart. Caſſ. vbi ſupra, quod tutius eſt tenere opinionem Ioan. Man. Conrra Arch. & ſequaces propter actualem de gradationẽ, quæ in hoc caſu ſecundum eum videtur neceſſaria: cuius opinionem videtur ſequi Phili. Probus in addi. ad Ioan Mona. Ego tamẽ credo quod opinio. Archi. & aliorum contra Ioan. Mona. ſit vera. Neç obſtat illud de degradatione,

a ſe

3

tione, quod Barthol. de Cassaneo vbi supra dicit, quia non sequitur, est necessario degradatio in casu isto, ergo benedicit Ioan. Mona. dum asserit, quod pęna ista non procedit in clericis in sacris, quia Doctores contrarium tenentes non negant de gradationem esse necessariam, licet de ea non faciant mentionem: & si necessaria est in casu nostro, etiam facienda esset in clerico in minoribus, quia ille etiam capax est degradationis, vt videbis infra super verbo degradari, neque constat ex verbis Ioan. Mō. quod ideo dicat quod clerici in minoribus amittunt priuilegiū, iuxta formam tex. in dict. cap. 1. quia in eis non est necessaria degradatio.

A DEbet esse. Adde quod in dubio tempus â lege præfixum continuum esse debet glo. sing. in rub. ff. de diuers. & tempor præscrip. quam reputat sing. & vnicam Ioan. de Imo. in Clemen. 1. colum. 4. de in integ. restitu. idem tenet glo. in cap. 2. in verbo, per annum de tempor. ordin. lib 6. vbi doctores tradiderunt Ang. in l si idem cum eodē, vbi Deç. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iudi. Ang. in l. vltim. §. quoties. ff. de publi. & vectig. & in l. quoties in stipulationibus. ff. de ver. obl. quæ opinio ab omnibus approbata est.

Carnificum Seu macellariorum aut tabernarium officiū publicè, & per sona liter exercētes.

CAPVT LXIX.

1 *Clerici aliquod istorum officiorum peblice exercentes si tertie nominatim moniti non desisterint aut resipuerint, si coniugati sunt, perdunt omne priuilegium clericale, si vero non coniugati & omnino, vt laici incidant, quandiu præmissis insterint, eo ipso perdunt priuilegium clericale.*

2 *Clerici an debeant moneri nominatim, vel in genere, vt desistant à vilibus exercitijs, & an sufficiat monitio peremptoria.*

3 *Episcopi in his monitionibus terminum liberè possunt statuere.*

4 *Clericus si infra terminum monitionis, dimisit turpem vitam, & demum reassumpsit, & vltimatè infra eundem terminum dimisit, an tunc locus sit pœnæ.*

5 *Clerici si alijs sordidissimis officijs, in huius capitis fronte non expressis vtantur, an pœna Clemen. 1. de vita & honestat. cleri. puniantur.*

CLerici nominatim & tertio moniti, vt ab huiusmodi officijs desistant, si non fecerint, aut officia illa resumpserint, coniugati omnino, non coniugati vero in rebus, & si omnino incedunt, vt laici in personis, priuilegium clericale quandiu præmissis insiterint, eo ipso amittant. Ita dispositum est per Concilium Viennense. vt in 1

in Clement. 1. de vi & honeſt. cleric. Et aduerte quod pœnam hanc incurrunt etiam clericiprę dicta officia exercentes pro vtilitate dominorum quibus ſeruiunt, quia in hoc non habetur reſpectus ad eum cuius intereſt, ſed ſolum ad eum qui talia officia exercet per ſe & publice,
a 1 ſecundum Bonifacium ibi, prope finem, poſt Paul. & Guiliel. Quem etiam vbi vide prius tenentem poſt Paul. quod clerici puniuntur prædicta pœna, quãuis non exerceant continue dicta officia, ſed per dilucida interualla, dum tam eo tempore quo non exercent deſiſtant propter aliam cauſam, & non cauſa, honeſtatis ordinis clericalis. Vt
2 autem pœnam hanc incurrant clerici debẽt nominari proprio
b nomine & expreſſo in monitione illis facienda, per glo. ibi, b in verbo nominatim. quæ quidem monitio debet fieri publice in Eccleſijs per presbyterum vel præconem in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, vel in locis alijs publicis ſecundum Guliel. de Monte Lau. ibi, quod tamen videtur intelligere Bonifacius ibi prope fi. quando non poſſunt clerici apprehendi, nam ſi poſſent, monitio debet fieri in perſonis monitorum, quem etiam vide dicentẽ ꝙ forſan ſufficeret ſi fieret monitio in loco habitationis, & vide Cardi ibi in. 7. quæſtio. concludentem, quôd quando monitio fieret per circunlocutiones omnino ſpecificas: tunc æque fit certificatio, ſicut per nomen proprium: & in caſu noſtro talis monitio ſufficeret, dum clare conſtet de quibus fiat mentio & idẽ tenet Zenze. & Petrus de Anchar & Bonifac. & Imo. ibi: quos ſequitur etiam Ioan. de Vãchel. in ſuo breuiario ſuper dict. clemen. licet Paul. & Ioan. de Ligni teneat contrarium, ſecundum eum. Debet etiam eſſe monitio trina, adeo quod non ſufficeret vnum peremptorium pro omnibus, vt no. etiam gloſſ. ibi in verbo Tertio. Et tenet Guliel. & Bonifacius ibi. Card. autem in 8. quæſti. concludit vnam monitionem cum tribus interuallis ęqui parari in iſto caſu tribus monitionibus, & ſic intelligit opinionem Zenze. ne contradicat Ste
3 phano: & ſic videtur, quod poſſit intelligi opinio Ancharra & Ioan. de Imo. ibi, qui videntur ſimpliciter tenere opi. gloſa. & Iorn. de Ligna. & Zenze. In arbitrio præterea eſt epiſcopi in his monitionibus ſtatuere terminum quem voluerit, ſed poſtquã ſtatuerit, non licebit immutare prius quam lapſus fuerit: ſed cũ durat, pro rogare poterit ex cauſa. ita Cardi. ibi poſt Lau. in. 9. quæſtio. in fi. Et aduerte quod in
4 quantum ſupra dictum eſt, quod reaſſumẽs officium prohibitum ex prædictis poſtquãm dimiſit, incurrit pœnam. limitandum eſt niſi reaſſumens dimittat illud durante termino monitionum, vt declarat glo. ibi, in verbo reſumpſerint, quam ſequitur Cardin. ibi poſt Laud. & Paul. in 10. quæſtion. Et idem ſequitur Imo ibi ſuper eadem gloſ. Quod tamen optimẽ ſublimitat & declarat Bonif. ibi. in colum. 4. verſic. Sed iſtud. Vbi dicit quod prędictam limitationem putat veram quando primo dimiſſio fuit facta ſimplici-

simpliciter, nam tunc quia constat de causa dimissionis, & sumus in materia pœnali, intelligendum est provt placet ipsi monito, secus autem vbi constat de dimissione propter monitionē præcedentem: tunc enim monitio fuit sortita suum effectum, & sic amplius non potest dici quod durat terminus monitionis: & ideo reassumptio per eum facta nocebit ei: tanquam facta, expirata iam monitione, licet postea ductus pœnitētia quia reassumpsit, dimittat intra terminum sibi datum in monitione Item nota quod si clericus vtatur alijs vilibus officijs, vt puta aptare pelles, si sint lenones, vel balneorū publici custodes, non incurrunt prædictam pœnam, licet videatur in talibus esse identitas rationis, & in aliquibus eorum maior ratio, vt colligitur ex glos. 4. in dict. Clement. & ex his quæ no. ibi. Cardi. quanuis contrarium teneat Zenz. ibi, quem videtur sequi Bonifa. ibi in colum. 2. vel Conclude, qui etiamaddit. quod si clericus exerceret officium mundandi cloacas, forsan haberet locum pœna dict. Clementi. quod ego non opinor verū, sequendo dictam opinionem Car. post gloss. quia si lenones nō cōprehenduntur sub ea, quia non sunt expressi multo minus mundantes Cloacas. Crederē tamen quod & si tales non comprehenduntur, quia ille tex. videtur specialiter prohibere ille officia ibi expressa, ex eo forte, ꝙ in illa ętate frequētius peccabatur in illis, secundū Car. ibi. Si clericus vteretur aliquo ex prædictis officijs, vel similibus vilibus, vel in honestis, si monitus non desisteret, puniendus esset superioris sui arbitrio, attenta officij, & personæ qualitate, & temporis diuturnitate, & alijs quæ infra in arbitrarijs considerandatradimus.

Perse & publice. Adde Aglo. not. hoc tenentē in verbo publice & personaliter. in Clemen. 1. de vita & honest. cleric. quam ibi sequitur Petrus de Anchar. not. 3. Card. Flo. not 5. Ioā de Imo colum. 3. Vnde dixit ægregie Archi. in cap. nulli. 44. dist quod clericus qui non perse sed per alium tabernam exerceret, non dicitur tauernarius, idem sequitur Domi. in capi. 1. colum. 2. versi nota istam glos. de vita & honest. cleri in 6. & ad hoc allegat tex. in cap significante. de appella vbi canonici quidam ius habebant vendendi carnes, & scribit Domi. se aliquādo defendisse clericum, qui domibus Ecclesiæ tabernam tenuerat, vendendo vinum, quod ex suis vineis colligerat, non tamen propria persona administraverat sed per alium, & sequitur ibi Philip. Frā colum. 2. & vide Abb. cōsi. 6. inci. casus super quo lib. i qui loquitur, de clericovendente vinum, & cæteros fructus ex suis predijs sunt etiam videnda quæ scripsi supra c. incip. negociatores. annota. prima. Quibus suffragatur text. in c. vltim. ne cleri. vel mona. in 6. vbi clerici criminalem iurisdictionem possunt exercere per alios, licet per se ipsos facere non sit eis permissum tex. in Clementina. in agro. §. porro. in fine in verbo.

Personalem desta monach.

Et conducit tex. â sensu contrario in l. in honorib. §. 1. ff de vacati. mu. vbi scriptum est non alios fisci vectigalium redemptores, a muneribus excusari, quam eos qui præsentes negotium exercent: quasi silicet illi exercere non censeantur, nisi ipsi præsentes exerçeant. Et similis est propemodum text. in l. vltim ff. de excusation. tutor. vbi qui in collegio pistorum sunt, a tutela excusantur, si modo personetipsos munus illud exerceant, ex quo not. Bald quod doctor non debet habere salarium, nisi per se legat, non vero per substitutum quem etiam ad hoc not. Roma. in rep. l. si vero. §. de viro fala. 24 ff. solu. matrimo & in sing. 64.

Sed his reffragari videtur tex. in l. 2. §. 1. ff. de admini. rerum ad vsum ciui. perti. vbi quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam facere debet, ideo si Decurio subiectis aliorum nominibus prædia publica colat. quæ decurionibus conducere non licet, secundum legem vsurpata reuocantur, & ibi not glo. quod illud quod non possum per me nec per alium possum, vbi glos. multos tex. concordantes allegat. Sed quanuis hoc verum sit minime procedit, quando lex vel statutum considerat actum ipsius personæ exercẽtis, vt inviliss imis & sordidis officijs, hoc ca. expressis, in quibus vilitas in eorum vsu perpenditur, ita sing. Andr. Alciat. in tract. præsu. regul. 1. præs. 48. nume. 10. Sed & si verum est clericũ, qui dicta sordida munera interposita persona exercet, puniendum foro non quidem pœna ordinaria, dict. Clement. 1. de vita & honest. cleric. cum non tamen a culpa vacet, etiam si per alium exercet, vt tenet glo. præcitata quam doctores ibi sequuntur ideo arbitraria pœna puniri debet, pro modo culpæ.

Poterit etiam Iudex Ecclesiasticus contra laicos merces vendentes procedere, si in his aliquid turpe, vel illicitum commiserint, veluti si merces mixtas cum alia specie ignorante emptore vendiderint, quod natu dignum est, ita scribit Abb. in cap. 1. de empt & vendi. quem sequitur Anton. Burgen. ibi. Roman. sing. 526. & ante hos opinionẽ istam tenet Abb. Antiquus in dict. cap. 1. de emp. & vend. quem originaliter legimus scribit etenim ibi magistrum suum illius tex. autoritate consuluisse, iudicem Ecclesiasticum debitis pœnis punire posse laicos aromatarios immiscentes fauarum farinam incera venali quem ibi Andr. Siculus secutus fuit & Auferi. in rep. Clemen. 1. de offic. ordina. post regul. 4. de potestate Ecclesiæ super laicos & rebus eorsi. Tertio. Nec ista puniendi facultas tolli potest a iudicibus Ecclesiasticis per sæcularẽ potestatem ex transcursu cuiuscunque temporis quia contraria cõsuetudo esset nutritiua peccati & in rei publicæ pernitiem ita Hosti. Ioann Andr. Abb. Cardi. Barba in dict. capi. 1. quam opinionem communem esse profitetur Nicol. Boeri. decisio 69. num. 21. & insignis D. Couarru. libro. 3. vari. resolu. capite. 14. num.

Iudex Ecclesiasticus contra laicos merces de praua tas vendẽtes procedit de iure, non vero in Hispania.

num.5.scribit tamen Boeri dicta decisi.quod in regno Franciæ contrarium seruatur ex generali consuetudine qua potestas hæc tantum tributa est,sæcularibus magistratibus abrogata ab Episcoporum clericorú quæ iudicium iurisdictione, quod etiam apud Hispanos antiquissima consuetudine receptum est teste.D.Couar in d.ca.14 quam cõsuetudinem validam esse scribit glo.in d.c.1.

B *Gloss.ibi,* Adde Abb. qui hanc sententiam sequutus dictam gl. sing.esse fatetur in capi.ex tuæ. num. 4. de cleri.non residen.& vide.Abb.& docto.in capit.vltim.de vita & honest.cleri.Alexan.in l.contumatia.ff.de re iudi.Deci.in capi.consuluit num. 11.de offici.deleg.Bartho. Cass. in consuetud. Burgun. Rub.4.§. 23,in glos.*Sera seuffisumment.*nu. 18.Verum tamen est,quod si Episcopus publice denunciet in Sinodo,seu Sinodalem constitutionem faciat, qua præcipiat, ne clerici dicta sordida munera exerceant,tale præceptum,vim habet trinæ monitionis.ita Hosti.in sũma ne cleri.vel monach. §.quæ sunt permissa.in fine ver. ego intelligo.quẽ sequitur Gregorius Lup.in l.49.tit.6.in verbo,*Amonestar tres vezes*,par.1.

C *Prædictam pœnam.* Adde Barthol.Cassa. idem tenem in consuetud.Burgund.Rub.1.in glosa.*Silnagrace.*nu. 62.

Aleatores.

CAPVT. LXX.

1 *Ludere ad taxillos,clericis prohibitum est.*

2 *Clericus publicus aleator qua pœna puniẽdus sit,serioſe traditur*

3 *Seculares iudices, licet non possint ex huius regni legibus inquirere cõtra lusores post duos menses, neque contra eos qui duos tantum argenteos luserint iudices tamen ecclesiastici non debent, etiam in his casibus, clericos impunitos relinquere.*

4 *Clericus compelli potest parte petente ad restitutionem eorum, quæ lucratus est in ludo: licet terminus, de iure regio præfixus,fuerit lapsus.*

5 *Clerici lusores non solum puniendi sunt,sed etiã ludi participes.*

ALea quidem(si Calepino credimus)ludus tabulæ est & omnis ludus in varietate fortunæ consistens. Vnde aleator dicitur qui sæpe alealudit. ludere autem ad aleas & taxillos clericis prohibitum est,a vt in c Clerici.de vita & honesta.cle.quod ideo prohibitum videtur, propter plura crimina quæ in talibus ludis perpetrari solent,b quorũ 16.refert Hosti.in sua summa,in tit.de excessi Præl. in §. Clericus,& vide Florent in 2.p.tit.1. capi 23.§.6.colum.1. & duabus sequent. vbi dicit quod quot sunt puncta in taxillis, tot sunt scelera in ludo & ponit.21. peccata quæ in illo interueniunt, quæ omnia ad literam transcripsit Petrus de Rauen. in suo Alphe. aureo, in verbo ludus. Pœna autem clerici publici aleatoris est vt repellatur ab obtinẽ dobeneficio,c etiam si nunquam fuerit monitus vt desistat â lu- c

1 a b

do, probatur in c inter dilectos de excef. præla. iucta. glo. in d. capit. Cleric. in verbo ad aleas, vn de dicit Abb. in d. capit. Inter dilectos, quod collactio facta ta li, eſt nulla ſi de hoc conſtabat, tanquam facta vili & indigno: d & ſi non conſtabat, quia erat oc cultus, debet irritari, quę vltima verba. Abb. diſplicent. Nam ſi hæc eſt pœna aleatoris publici quomodo occultus aleator illa punientur? beneficio autem obtento, non priuatur propter ludum, ſecundum eum, ſed mitiori pœna plecti debet, exquo videtur quod eſt pœna arbitraria. Si autem monitus non ſe correxerit, tunc poteſt beneficio priuari ſecũdum eum, qui allegat tex. in capi. 1. 56. diſtin. quæ alias eſt. 35. qui tex. hoc expreſſe non dicit, ſed quod clericus deſeruiens aleæ, aut deſinat, aut damnetur, & non aperit quæ ſit pœna. Vnde magis mirandum eſt quod Domini, & Præpo. ibi ſummando text. eundem, videntur tenere, quod per illum textum imponitur pœna depoſitionis, quod etiam videtur tenere Siluef. in ſumma, in verbo ludus, in verſi. Quarto quæritur, dum dicit quod patet eſſe peccatum mortale ludere in clericis, ex pœna quæ eſt excommunicatio, vel depoſitio, vt diſt. 35. Epiſcopus qui eſt idem text. de quo ſupra, qui omnes Doctores ſolum ad hoc moueri poſſũt propter illud verbũ. *Dănetur*. Et prædictã tamen opinionẽ Abb. ſequitur ſimpliciter Ioan. Bap. Caccialupi in tracta de ludo in 12. quæſt. licet nõ referat Abb. ſed allegat ſolũ Doctores in dict. ca. inter dilectos & idem fere ad literam facit Paris de Puteo in tract. de ludo, in colum. 11. nume. 44. licet de Dominico & prępo. nullus eorum meminerit Ego vero in pœna huius delicti nõ facile opinor quod poſſet deſcribi certa doctrina, quippe peccatum variati debeat ex circunſtantijs occurrentibus quæ ad aggrauandam vel minuẽdam eam animum iudicis inclinabunt, ideoque arbitrari eũ oportebit quanta ſit conſuetudo ludentis, & quę quantitas pretij, & qualitas perſonarum, qualiſuê exempli pernicies, & an in hoc delinquentes occaſione ludi diuina deſeruerint officia, quibus intereſſe tenebantur, aut ſi ſacramenta deſierint miniſtrare. Et pro vt hæc omnia accidiſſe compererit: ſic delinquentes in hoc punire debebit. Vnum præterea ſemper aduertat Iudex, quod cum in his præcipue Regnis longe grauius puniant eorum leges ludentes ad taxillos, quos idioma Hiſpanum *Dados* appellat, & hoc genus ludi in oculis omniũ deteſtabilius ſit, ſic debet ipſe arctiori pœna clericos qui in hoc deliq̃rint coercere. Si vero clericus proprio ludo id adiũxerit, q̃ alijs luderevolentibus menſã paratam habet, in qua alios ad ludẽdum prouocat ac recipit, tũc qui dẽ grauiori pœna quã in prædictis caſibus plectẽduseſt. Admonitos pręterea velim in hoc arti. omnes. Iudices, horũ præcipue Regnorum, q̃ licet ex eorum legibus ſancitum ſit, quod poſt duos menſes non poſsint iudices inquirere cõtra luſores, e nec cõtra eos qui duos tantũ argẽteos luſerint procedere f ipſi tamen

2

3

e

f

contra

contra clericos & post dictum terminum & infra prædictam quantitatem potuerunt & debebunt procedere, ex ratione, quia cum longe inhonestius, & magis prohibitum sit clericis quam laicis vacare ludis, non videtur decens esse dictarum legum sanctiones in clericorum ludentiũ
4 patrocinium admittere. Atque ex ea crederem ratione posse firmari, quod licet ædem leges patriæ breuem terminum præfixerint ad repetitionem amissorum in ludo, etiam eo lapso damnari poterit clericus ad restitutionem eorum quæ lucratus est, eo qui amiserit repetente. Et quod in hoc attendẽdum sit tempus â iure communi prefinitum ad repetitionem prædictorum, de quo in dict. auct. Alearum vsus. Et per Abb. in dict. capite.
5 Clerici de vi. & honest. cleri. Nõ solum autem Iudices ecclesiastici in puniendis clericis lusoribus debent esse peruigiles, sed&
g inspicientes, & participes g tantum etiam punire debent pœna, quę ipsis condigna videbitur, Imperatoriarum legum zelum imitantes, qui clericos ad tabulas ludentes, vel participes ludentium, aut inspectores tribus annis â ministerio prohiberi iubent, & in monasterio redigi, vt in auct. Interdicimus. C. de episcop. & cleric. & in §. Interdicimus. in auct. de sanctiss. episcop. colum. 9.

A *Clerici & religiosi à quibuslu*

Prohibitam est. Adde Cõcilium Triden. Sess. 22. ca. 1. de reforma. & Sess. 24. cap. 12. & Regiam. l. 57. ti. 5. par. 1. cum dicit.

Otro si no deuen jugar dados, nin tablas, nin pelota, nin rejuelo, nin otros juegos semejantes destos: porque ayan de salir del assossegamiento, nin pararse à verlos, nin à tenerse con los que juegan Et ea ratione vere iudicio meo scribit Domi. Soto de iust. & iure lib. 4. q. 5. arti. 2. quod sacerdotibus vix citra mortale peccatum vti licet ludis vetitis, ac præsertim religiosis, & Præsulibus, quia ludus illis non qua ratione sæcularibus, sed quia contra eorum est, honestatem prohibitus est, quod autem autor noster hic nume. 2. sequitur. Possunt sane clerici vel monachi sine vla culpa etiam venia li, chartis lusorijs ludere ob honestam causam (puta) ad excitandum vel recreandum socium eare indigentem, dum modo non frangant legem vlam: ad mortale peccatum obligantem, ita Nauarr. in manual. cap 19. nu. 3.

dis repel luntur.

Sed an clerico ad Schacos ludere liceat, vide Ioan. Andr. in cap clerici. de vita & honest. cleric. qui tenet quod sic idem tenet glo. in §. interdicimus. in auth. de sanctiss. Episc. coll. 9. & in auth. interdicimus. C. de Episcop. & cleri. vbi Odofr. & Alber. idem sequũtur Archi. & Præpos. in cap. Episcopus. 35. distinct. Innoc. in ca. lator. de homi. quam opinionem communem esse fatetur Abb. n. 4. in di. cap. clerici. Bertachi. in tract. de Epis. 1. caus. fi. par. q. 7. Aug. ad Ange. in tract. malefi. in prrte. *Matidore de malidati.* nume. 3. Iuli. Clar. libr. 5. recep. senten. §. ludus. versi. quæro num quid. Grego in dict. l. par. in glo. incip. *Tejuelo.* Quæ communis, & recep-

ta ſententia limitari debet, niſi clericus luderet ad Schacos auaritiæ cauſa, ita Archi. in dict. ca. Epiſcopus & Imo. in dict. clerici. colum. 9. & alij ex prælegatis.

B *Perpetrari ſolent.* Quibuſdam vulgatis carminibus, quæ carmina refert Hoſti. in ſumma tit de exceſsio. præla. §. clericus. Plato quidem recte, videtur annotaſſe aleam & reliquas pernitioſas artes â Demone quem nominat Theuth. inuentas eſſe, ita Plato in Phædro. & aliquas rationes luculentas prohibitionis aleæ ſcribit Ioann. Sales Betienſis libr. 1. Polycrati. cap. 5.

Et qui plura alia de taxillorum & alearum pernitie, & deteſtatione videre deſiderat, legat Paridem: de Puteo Ioann. Baptiſt. Calcialup. Steph. Conſt. in ſuis tracta. de ludo editis Troilum Malueri. in ſuo vtili tracta. de Sordi. Iodo. in practi. crimi. ca. 126. Tho. Gramma. deciſsio. 11. nume. 7. & nouiſsime Fra. Fran. Alcoçer in tracta. de ludo & ægregiam additionem ad Doctor Didac. Perez in l. 37. tit. 19. lib. 8. ordi. cuius autorem ideo non nomino, quia mihi incertus eſt, quis is fuerit, cum in toto illo opere non appareat.

C *Ab obtinendo beneficio.* Vide no uiſsime Iacob. Menoch. libro. 2. de arbitra. iudi. quæſtion. centur. 4. caſu. 399. numero: 3. Iure vero ciuili ea pæna ſtatuta erat, quod ſi clericus poſt monitionem Prælati aleæ indulgeret, per triennium proprio munere ſuſpendendus erat textu. in dict. authenti. interdicimus. & in dict. l. 57. Quæ quidem pœna cum iure canonico approbata non reperiatur, eccleſiaſtici iudices eam clericis inflingere non debent, ſed eas pœnas quæ ſacris canonibus ſunt approbatæ, vel aliam arbitrariam pro modo culpæ, & conſuetudine ludentis, ita declarat Gregor. in dict. l. parti in gloſſ. cip. *Por tres años.* Qui noſtri autoris hoc capite meminit.

Clericus qui ludo indulget qua pœna plectëtur ſit.

Hoc de clericis, ſed cum crimen hoc ſit mixti fori, vt adnotarunt Ange. Areti in tracta ma lefi. in verbo, *Mentitore de falſida*. num. 12 Pari. de Puteo in tract. de ludo. num. 43. Petrus Auenda. neminem tamen allegans de executend. manda. Reg. 2. par. ca. 9. num. fi. Ideoque laicus luſor punitur in primis, pęna priuationis communionis, vt ſancitum fuit in ſacroſancta Elibertina ſynodo. cap. 79. & refert Eſpec. in tract. de modo generalis concilij ſub rub. 62. Deinde pęna arbitrio Epiſcopi iniungitur, ita Amodeus de Caſtello in tract. Sindicatus numero. 93. Iacob. Menoch. vbi paulo ante allegaui, ſed in forenſibus actionibus, apud Hyſpanos hoc receptum non eſt, nec vidi vnquam iudices eccleſiaſticos huius criminis ratione, contra laicos procedere.

Iudex eccleſiaſticus, ă laicos luſores, poſſit debitis pœnis punire.

In hoc tamen ampliſsimo Archiepiſcopatu Toletano, nouiſsimis Tolemæ pęnæ contra clericos huius criminis reos ſunt ſtatutę in li. 3. conſti. de vita & honeſt. cleri. c. 7. in hæc verba. *Eſtatuymos y mandamos, à todos los clerigos conſtituydos in ſacris, o beneficiados de qualquiera dignidad, ò preheminencia que ſean, en eſte Arçobiſpado, no jueguen en publico, ni en ſecreto, à juegos prohi-*

Sinodalis Toletana, conſtitutio interpretatur.

prohibidos de derecho, especialmente à las tablas, dados, ò naypes, dineros ni joyas, ni preseas, ni presten dineros à otro para jugar. Ni assistan para atenerse à olgunos que juegan, ni consientan que otros jueguẽ en sus casas. Y si lo contrario hizieren restituyan lo que ansi ganaron, è incurra cada vuo en pena de dos ducados la primera vez, para la fabrica de la yglesia donde fueren parrochianos, denunciador, y pobres, por yguales partes. Y por la segunda vez la pena doblada. Y por la tercera demas, y aliende de las dichas penas, que de la pugnacion à el aluedrio de los juezes que de ello conocieren, segun la calidad del excesso, y los clerigos que consintieren que se juegue en sus casas, sean obligados à pagar todo el interesse que se perdiere, y se lo puedan pedir, y los juezes condenar en ello. Y si dentro de nueue dias, no vuiere quien lo pida, que el nuestro fiscal, ò alguazil lo pueda pedir. Y sea la mitad para el, y la otra mitad para los pobres, que el juez por bien tuuiere de lo aplicar. Hactenus Synodalis Toletana constitutio, circa quam illud notandum existimo, quod ad hoc, vt clericus condemnari possit, grauioribus pœnis quæ ibi imponuntur. Si secundo vel tertio luserint, oportet quod primo sit condemnatus, vt possit pœna secundi criminis multari, & secundo vt tertia pœna imponi possit ita ex dicta constitutione colligitur. & sic similes Regias constitutiones interprætatur doctissimus Auenda. de manda. Reg. 2. part. cap. 9. num. 9.

Possunt tamen in hoc Archiepiscopatu clerici impune ludere, ita vt ludus sex argenteos non excedat, & sic causa alicuius prandij, & hoc raro & non publice, ne inde scandalum generetur laicis, vt in capite. 8. dictarum constitutionum lib. 3. ti. de vita & honest. cleri.

Vili & indigno. Adde quod ego D quidem opinior non omnino verum esse, quod collatio beneficij facta infami, sit nulla, nam eam validam fore ante sententiam tenuerunt Federi. consil. 50. Cardin. & Felin. in capi. querellam. de iure iurand. text. vbi Inno. in cap. interdilectos. de excessi. prela. & præmittit Calderi. consil. 20. tit. de præbend. Felin. in cap. 2. col. 3. de rescrip. Ni si ea collatio facta sit infami notorio, infamia quidem iuris, tũc enim collatio est nulla ipso iure quemadmodum explicat Abb. in ca. interdilectos. num. 6. & in capi super eo. de electione. Felin. in dict. ca. 2. numero 4. Selua. in tracta. de benefi. 3. part. quæstio. 3. colum. 5. Hæc de infamia iuris, nam de infamia facti tradit Calderi. dict. consi. 20. & Marti. Nauarr. in capi. si quando colum. 52. de reseri.

Ad taxillos. Qua hodie pœ- E na ludentes ad taxillos in hoc regno puniantur, vide l 2 titulo 10. libro. 8. ordina. & pragmaticam regni conditam à Ioanna Regina Caroli Cæsaris matre Burgis anno. 1528. quæ nouissime collocata est libro. 8. ordina. noui. titu. 7. l. 7. & vide nouissimas alias pœnas contra lusores constitutas in l. 5. tit. 26. lib. 8. de noui. ordi.

Contra lusores. Vide. l. 116. in Ma- F dritijs conuentionibus celebratis ann. 1528. quæ hodie est l. 10.

titu.7.li.8:ordina.noui. Et not. quod licet iure Regio limitatú sit tempus scilicet octo dierum, ad repetendum amissum in ludo & ad procedendum per inquisitionem sint duo menses statuti, in clericis, (vt autor noster hoc cap.scribit(dicta Regia constitutio seruanda non est,eodem modo donec in scholaribus quibus lapso illo termino amissorum in ludo fit restitutio, & hoc casu incorrepta est.l.vltim.C.de relig. & sumptibus funer.ità in celeberrima illa,toto quæ orbe celebratissima Salmanticensi Achademia seruari testatur Addi. ad Dida. Perez. in l.37. titu.19. libro.8.ordi.l tiustissimum est, ꝙ nostra Complutensis Achademia idem obseruet.

G *Procedere.* Vide l.63.in Madritijs conuentionibus celebratis ann.1534.quæ est hodie. 11.tit. 7.lib 8.ordina.noui.

H *Participes.* Adde Cin. & Bald. in auth.interdicimus.C de Episcop.& cleric.qui eleganter scribunt, quod si statuta pęna ludenti imponatur,eadem ludi particeps multandus est,quam opinionem sequutus fuit Ange. & ibi Aug. Arim. vbi supra numer.7. quod pro multis legibus huius Regni est notandum. Vnde scribit Fulg.in dict.authen interdicimus, quod si quis iurauit se nõ ludere, & det alteri pecuniam, vt suo nomine ludat â periurio minimê excusatur, cuius opinioni assentitur Aug. Arimi.in dict. loco nu.1.ꝙ multũ notandũ est.

Bona Ecclesiæ dilapidantes.

CAPVT.LXXI.

1 *Dilapidator bonorum Ecclesiæ à dignitate est remouendus.*

2 *Clericus patronus, qui res Ecclesiæ alienat, vel in illis damnum infert, qua pœna sit coercendus.*

3 *In hoc delicto dilapidationis bonorum Ecclesiæ, tria specialia reperiuntur.*

4 *Elegans traditur forma procedendi in hoc dilapidationis crimine.*

5 *Exploditur quædam Anto. opinio, & postea in quodam casu recipitur.*

6 *Potestas alienandi, licet pendente lite, à iure interdicta sit: super suspitione tamen dilapidationis factum iudicis requiritur.*

SI quis dilapidator est bonorum Ecclesiæ, hęc 1
est manifesta & rationabilis causa quare potest â dignitate remoueri, probat text in cap.2.de stat. mona. circa fi. & vide text.in capit Si quis presbyter. l. dist. quem sic summat Præpo. Presbyter vel diaconus vendens sacra vasa Ecclesiæ deponendus est,poterit tamen episcopus cum eo dispensare, qui text. etiam probat quod clericus in hoc committit sacrilegium. Patronus vero clericus, qui res Ecclesię alienat,vel illis 2
damnum infert,si requisitus non restituit, suspenditur ab officio & beneficio donec emendet,& si adhuc noluerit emendare debet deponi. ità etiam disponit tex.in l.3.titu.15.par.1. Et nota 3
quod in isto casu dilapidationis tria specialiter reperiuntur secundum Anto.post Hostien. in

cap.

cap. Licet Heli. de simon. pen. col. Primum, quod absens & contumax condemnatur, etiam lite non contesta. Secundum, quod propter solam suspitionem suspenditur ab administratione is, contra quem fit inquisitio. Tertium, quod quilibet auditur accusans: quæ etiam tria specialia refert & sequitur Anna. ibi in colum. 6 Prius tamen admittendi sunt quorum interest. 16. quæsti. 7. capit. Filijs. & 2. quæstio. 7.

4 Qua propter. Forma vero procedendi contra dilapidantē est, quod formentur duo processus, primus de suspitione dilapidationis, in qua summariê procedi debet: quia timetur ne is, contra quem est inquirendum de veritate, officiales corrumpat, & inquisitionem veritatis impediat, in qua procedi potest summatim & sine scriptura ad effectum, vt probata suspitione detur sibi coadiutor, & interdicatur vtrique omne genus alienandi, & tunc probata suspitione licet lui & per coniecturas debet suspendi ab administratione, quæ suspensio operatur effectum, quod solum perdet potestatem administrandi in temporalibus, non vero in ispiritualibus. Secundus processus de veritate dilapidationis, in quo proceditur plenariê, & inuenta veritate deponitur ab administratione in perpetuum, taliter quod quo ad actum, & quo ad ius remoueatur ab administratione spiritualium & temporalium, licet non degradetur ab ordine, & sic ejicietur dilapidator ab Ecclesia, & alis præficietur, & eiectus remanebit in ordine, sed non habet ordinis executionem, cum sit effectus infamis per sententiam. Quæ omnia colliguntur ex Archi. in cap. Vobis. & in c. Vulteranæ. 12 quæstio. 2. & ex Anto. in ca. Venerabili. de offic. delega. & in cap. Licet Heli. de simo. & ex Ioan. de Anna. ibi, col. 5. & ex Abb. in dict. ca. Venerabili complectendo substantiam dictorum suorum: Abb. tamen vbi supra, in hoc secundo processu quando de veritate agitur quo ad pœnam imponēdam conuicto de dilapidatione distinguit, quod aut fuit actum criminaliter, & debet deponi, allegat tex. in c. Apostolicos, &c. Monemus 11. quæsti. 2. cuius opinionē sequitur in hoc Præpos. in dict. ca. Vobis, propê fi. Aut fuit actū ciuiliter, & debet solum remoueri â beneficio, & alius est ad illud promouendus, allegat text. in d. cap. Licet Heli. quam distinctionem habuit ab Anton. ibi, licet eum non referat, qui etiam plus dicit, quod debet deponi etiam ab ordine, & vide eundem ibi, & in d. cap. Licet Heli tenentem quod si prælatus nō potest conuinci de dilapidatione, & est infamatus, debet se purgare. Et aduerte quod Abb. in d. ca. Venerabili. dicit quod hic processus de quo supra habet locum, quando procedit per viam inquisitionis, seu denuntiationis: sed si accusatur quis de dilapidatione, non est necesse vt prius inquiratur an sit suspectus sed potest procedi super veritate. Cum autem totus hic noster libellus in denuntiatione fiscalis, & non in accusatione fundetur, per hoc constat quod debebit in no

ſtro propoſito formari duplex proceſſus. Crederem preterea quod licet verum ſit quod Abb. dicit, quod accuſationem nô eſt neceſſe præcedere inquiſitionẽ de ſuſpitione. Si tamen accuſator peteret pendente accuſatione accuſatum ſuſpendi ab adminiſtratione, tũc neceſſe eſſet ſal tẽ ſummarie de tali ſuſpitione cognoſci, & illa probata poſſe procedi ad ſuſpenſionem, vt ſupra quia ſola pendentia accuſationis de dilapidatione non ſufficeret ad ſuſpendendum reum ab adminiſtratione, vt notat. Anto. in dict. c. Licet Heli. colum. penul. & Præpoſ. in dict. capit. Vobis. 12. quæſtio. 2. Sed in materia huius noſtri. ca. vide Abb. in dicto. capit. Licet Heli. penul. col. vbi dicit quod in veritate ſuper modo procedendi contra dilapidatores iura loquuntur vario modo: quia principaliter habemus tex in iſta materia ibi, in dicto capitu. Licet Heli. in d. cap. Venerabili. & in c. Vobis. & in c. Vulteranæ. 12. q. 2. cum alijs & videtur quod non poſsint recte reduci ad concordiam, niſi vnum ſuppleatur per aliud. Vnde putat ipſe propter hanc iurium varietatem eſſe commitendum iudicis arbitrio, quam viã debeat accipere & ideo conſiderata qualitate denunciantium & denunciati, & fama ſi qua habetur, quandoque iudex â principio interdicit a poteſtate alienandi, prout factum fuit in dicto. capi. final. de accuſation. quandoque interdictione non facta procedit ſuper ſuſpitione, vt ibi: & probata ſuſpitione poterit ſecundum eius qualitatem & quantitatem in partem vel in totum ſuſpendere, vt ibi, vel dare ſibi coadiutorem, vt in dicto. capit. Venerabili. & quod ſic poſſunt reduci ad concordiam iura & opiniones plures quæ verſantur in hoc. Cuius opinionem videtur quodanmodo ſequi Fel. in d. ca. Venerab dum in noſtro propoſito, & in materia dilapidationis videtur ſe remittere ad doctores, ibi, maxime ad Im. ibi & ad Abb. in d. cap. Licet Hel. Et nota quod dicit Anto. in dict. capi. Licet Heli. in penult. colu. quod dicitur probari ſuſpitio dilapidationis ſi eccleſia habeat magnos redditus: & nihilominus prælatus eſt magnis debitis obligatus & quod non poterit ſe excuſare obtentu nobilitatis, quia quantumcumque ſit nobilis, debet ſe reſtringere, & temperare, ſecundum eccleſię facultatem. Quod non videtur ſimpliciter tenendum, quia ſi prælatus dilapidat redditus annuos eccleſię ad ſuã tantum menſam pertinentes, nõ dicetur tunc dilapidare bona eccleſiæ, ſed redditus ſuos. Propter quod non videtur eſſe procedendum contra eum tanquam contra dilapidantem bona eccleſiæ, niſi intelligat Anton quando debita, quibus erat obligatus prælatus, eſſent contracta ratione eccleſiæ. nam cum ad illa etiam teneatur ſucceſſor iuxta text. in capit. 1. de ſolu. dicetur tunc dilapidare bona dignitatis, quum per ſuperfluitatem ſuorum ſumptuum obligat ſucceſſorem ſuum in ea. Inſuper Barba. in dicto. capite. Venerabili. in 6. & 7. columna ſimpliciter refert plures & varias opiniones

nionis in ista materia,& postea-
rum relationem dicit q̃ magna
molestia est sibi in inferendis tot
opinionibus,& quod veritas nõ
habetur ex illis,& quod esset ne
cessaria Papalis decisio,vt tot iu
ra varia & diuersa reducerentur ad concordiam,& postea in
colum.seq.refert opinionem Le
gistarum in proposito, & dicit
quod etiam ex dictis eorum nõ
apparet veritas, sicut neque ex
dictis Canonistarum, & quod
absoluat Apollo. Et tandem ip-
se pro veritate dilucidanda in is-
sto passu suscipit duos casus exa
minandos. Primum an pendente
lite si per suspitione dilapidatio-
nis sit interdicta ipso iure potes
tas alienandi, an sit interdicen-
da â iudice. Secundum an sit in-
terdicenda administratio,an de-
beat dari coadiutor, quos duos
casus prosequitur per duas co-
lum.sequentes,& tandem ex eis
6 elicit tres conclusiones. Quarum prima est, quod licet â iure
sit potestas alienandi interdicta,
pendente lite super suspitione
dilapidationis, tamen requiritur factum iudicis,quam dicit es
se contra Hostien. & sequaces
de quo articulo vide Aretin.in
dicto.capit. fina.de accusa.reli-
quas duas referre noncuro,quia
primam earum dicit esse contra
glossas Decreti, & Decretaliũ,
& contra omnes Docto. vsque
ad suos dies. Secundam dicit
esse contra scribentes, propter
quod satis videntur parui pen-
dendæ â doctoribus, qui ma-
gis veritatem,quam superfluam
subtilitatem quærunt & alij
referre studeant. In tanta igi-
tur doctorum varietate, nimi-
rum si nos quid verum sit non
facile possimus eligere. Vnde
videtur posse teneri forma du-
plicis processus, de qua supra
cum temperamento opinionis
Abb in dict. capite Licet Heli.
in qua multum credit in hac ma-
teria committendum arbitrio
iudicis.

ANNOTATIO.

ADde quod huius capitis argumentum vehementer exposcit, vt hoc loco scribãtur potissimæ pœnæ, quibus bonorum Ecclesiæ monasteriorum,& alio rum piorum locorum,alienatores vsurpatoresque puniantur. Hoc sanê canonicæ nostræ practicæ accommodatissimum est, nec alibi opportunius tractari potest.

PRIMA igitur pęna est,quod qui bona Ecclesiæ alienat depo ni debet.capit.diaconi 12.quęst. 2.capi.si quis de reb.eccles.non alienand. Regia.l.11.titul.14 p. 1.Si tamen clericus ad rem alienatam cõuenitur,statim restitue rit, vel damnum Ecclesiæ resarcit, á dicta pęna est immunis, ita scribit Hostiensis. in summa titulo de aliena. rerum Ecclesiæ. §. & quæ sit pęna, idem tenuit glossa.in capite.1. 17.quæstio.4. idemque sequuti fuerunt venerandæ antiquitatis viri nempe Tancre. Vicen. & Gofredo. in capite. sicut.de electio. Contrariam tamen sententiam tenet glossa. in dict. quod sicut. in versiculo final illius text. autoritate innixa,quæ videtur probare,

quod

quod sit necessarium, quod gratiose ad pœnam euitandam cum alienatore dispensetur. glo. in c. Apostolicos. 12. quæstio. 2. & hanc probat Hostien. Ioan. Andr. Abb. in dict. cap. sicut. & in c. si quis. de reb. & eccles. non alien. & negari non potest opinionem istam communem esse, & forte veriorem, licet prima maxima innitatur æquitate, eamque approbat dicta egregia Parti. lex. & ibi not Gregor. in ver. *Estas penas.*

Secunda pœna est excommunicatio. text. in dict. capi. si quis presbyterorum & in cap. omnes Ecclesiæ. 17. quæst 4. Reg. lex supradicta.

Tertia pœna est sacrilegij. tex. in dict. c. omnes Ecclesiæ. quem ad hoc perpendit Petrus Rebuf. in comp. alienа bono. Ecclesiæ. num. 108.

Quarta pœna est periurij, eo quod beneficiati omnes se ipsos iuramenti vinculo astringunt, non alienaturos bona ecclesiarum promittuntque ea non diminuere. text in cap. prohibemus. de censib. text. in dict. capi. si quis presbyterorum.

Quinta pœna est quod qui vendit, vel indebite alienat bona Ecclesiarum simoniæ crimine illaqueatur, ità Archidiac. in capit. Saluator. in fine. 1. quæstio. 3. qui hoc tenet per text. illum in versi. quisquis & in capit. si forte. 17. quæstio. 4. quæ pœna tunc locum obtineret, quando res sacra venderetur, ita intelligit Rebuff. in d. compendio. nu. 113.

Sexta pœna est quod talis alienatio est nulla. text. in cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. & hoc ipso iure idque verba illius. cap. insinuant. cum dicit. *Irrita enim Episcoporum venditio.* De quo est text. iuncta gloss. in auth. ex causa. C de li. præteri. cum alijs que breuitati consulens omitto. Et hæc venditionis annullatio pœna est glo. in cap cognoscentes. de consti. vbi docto. Ex quo sequitur quod emptor rei ecclesiæ, vel alius qui ex contractu nullo rem possidet, eam cum fructibus restituere tenetur. tex. in d. cap. si quis presbyterorum. & in cap. grauis. de resti. Spoli.

Septima pœna est, quod res alienata ad Ecclesiam restituitur nullo dato pretio. tex. in. capi. 1. de Schisma. vbi Ancharra Emptor vero recursum habet contra venditorem ad pretium, non vero poterit vti retentione rei ecclesiæ, vt not. in dict. ca. fin. Rebuff. in dict. comp. nume. 115. sed vtrum emptor male fidei possit repetere pretium ab alienante glo. in authē. quires C. de sacros. Eccles. tenet quod sic quam ibi sequitur Cin. & Bald. glo. in ca. hoc ius 10. q. 2. Ant. de Butri in cap. ad audientiā de reb. ecclesiæ non ali Hostien. in dict. §. & quæ sit pœna. Quanuis contrariam opinionem, imo quod nec pretium repeti possit â prælato male alienante, tenet glo. in l. iubemus. C. de sacros. Eccle. & in l. quem admodum. C. de agricoli & censi. lib. 11. & in auth de nō alien. & emphyt. §. si quis igitur coll. 2. & in d. ca. ad audientiam. Bar. in dict. auth. qui res. Abb. in dict. capi. si quis presbyterorum in fine Imo. in dict. capit. ad audientiam. colu. 3. & 4. vbi hanc opinionem communem esse fatetur,

tetur,& dicit quod saltim in fo
5 ro ecclesiastico difficile foret in practica contra eam obtinere. Prima tamen opinio approbata est dict. Regia.l.Parti in verbo, *Mas contra*. Et eam intelligit ibi, Gregorius respectu pretij quod emptor dedit non vero alterius interesse.

Interpretatur Extra constitutio. Paul. Secũdiquæ primaesti. de reb Eccl.non ali.inter communes.

Octaua pœna est,quæ cum alijs colligitur ex Extrauagan. constit Pauli secundi Pontificis Maximi quæ est prima titul.de reb. eccles.nonalienand.inter extra uag. com. vbi contra eos qui alienant,vel locant,vltra triennium bona immobilia,vel mobilia pretiosa ecclesiarum, extra casus â iure permissos, excommunicationis pœna inflinguntur & si Episcopi vel Abbates fuerint, Ecclesię ingressus illis interdicitur quod si lapsis sex mensibus,indurato animo perseuerauerint,â regimine suarum ecclesiarum,& administratione monasteriorum,quibus præsunt,in spiritualibus & temporalibus eo ipso sunt priuati. Inferiores vero prælati,seu Priores,vel quicunque alij habentes beneficia curata,vel simplicia,seu dignitates,& administrationes,vel officia ecclesiastica regularia,vel secularia,sũt priuati:eo ipso,quod alienant,suis beneficijs,quorum res vel bona alienarunt,vel dignitatibus,illaque vacare censentur,absque aliqua declaratione, quæ quidem beneficia possunt conferri,libere per ordinarios, ad quos de iurecollatio spectat.

Circa quam constitutionem illud notandum censeo,controuersum esse inter Doctores an ea sit vsu recepta. Si quidẽ Bertachi.in tracta.de Episco.in 36. quæstion.secundo volumin. tracta.diuersor.doctor vbique seruari affirmat.& Anton. de Prato.in tractat.deiurisdict.Episco. ca.5.eodem.2 volumin.eam vsu receptam esse fatetur D. Petrus Auenda.in lib.1.de exequẽ.manda.Regul.cap.4 nume.5.vbi dicit quod quotidie emanant literæ Apostolicæ ad eius obseruationem, & inuehitur in eos qui eam vel non esse receptam, vel contra eam validam esse consuetudinem scripserunt dicens in aduertenter fuisse locutos. Caiet.autem in summa in verbo,excommunicatio casu.75. in aliquibus locis quo ad nihil,in aliquibus quo ad aliquid receptam esse attestatur & D. Pręsul. Couarru.lib.2.variar.resolutio.ca. 16 numer.6.scribit apud Hispanos,sæpe in forensibus controuersijs vidisse eam adduci , & quandoque admissam fuisse, & quandoque neglectam,proinde iudicis examinationi rem hanc dimittit, & de eius vsu,dubitat etiam Summa Armil.in parte locatio,eam tamen in supremo celeberrimoque Lusitano senatu receptam fuisse testatur celeberrimus & doctissimus illius consiliarius Anton. â Gama. decis. sion.Lusitani.156. numer.2.ægregius vero Martin. Nauarr.in manuali confess.cap1.27.num.150. hanc controuersiam ita diffinit nempe, vt existimet nulibi receptam esse quo ad pœnas illas extrinsecas, priuationis beneficiorum & alias. Secus vero quo ad pœnam intrinsecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures quam in tres annos:

Anto. à Go.Lusi. laudatur

annos, itaque testatur Salmanticæ sententiam tulisse, qua irritam & nullam quandam bonorum Ecclesiæ locationem vltra triennium iudicauit, non tamen clericum celebrantem qui eam fecit, & illius decreti censuris irregu aremesse existimauit, quod verisimum & mirum in modum notandum esse censeo, & ita quidem supra dictæ opiniones conciliantur.

Aduersus vero illos qui bona Ecclesiarum vel piorum locorum occupauerint, tam clericos quam laicos, nouissimæ pœnæ statutæ sunt in sacro Concilio Trident. Sessione. 22. cap. 11. de reformati. Et duodecim pœnas statutas contra perperam alienãtes bona Ecclesiarum scripsit Guil. Rodoan. in tracta de rebus Ecclesiæ non alienan. quæstio. 21. fo. 447.

Publicis spectaculis.

CAPVT. LXXII.

1 *Clerici in publicis spectaculis interesse non debent.*

2 *Clerici huius criminis perpetratores, de iure Cæsarum tribus annis ab altaris ministerio suspensi, in monasterio rediguntur de iure vero Pontificio, condigna pœna, iudicis arbitrio sunt puniendi.*

3 *Clerici interesse non debent ludis, ostentationibus, executionibus damnatorum ad mortem, tauricidijs, seu alijs voluptuosis humanis delectationibus.*

SI enim hominibus cunctis ob esse plurimum, moresque corrumpere spectacula Lactantius ostendit, ob idque fugienda consuluit in lib. 6. diuinarum institu. cap. 20. in fi. maxime sub his verbis. Vitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid vitiorum pectoribus insideat, quæ sedata & pacifica esse debent, sed ne cuius nos voluptatis consuetudo deliniat, & â Deo atque â bonis operibus auertat. Quis inquam anbigere potest, quam indecens sit ecclesiarum obsequijs mancipatos viros illis delectari? Vnde merito ministris altaris, 1
ac quibuslibet clericis prohibitum fuit in Concilio Laodicen. in Canone. 54. de quo in ca. Nõ oportet, lo. 2. de consec. distinct. 5. spectaculis aliquibus quæ in nuptijs, aut in scenis exhibentur interesse, & sancitum fuit eos debere fugere, & abire de conuiuio ante quam themelici ingrediantur, vt ibi. Quodque non debeant spectaculis interesse scripsit Isidorus, vt in cap. His igitur 23. distinctio. & quę etiam turpia spectacula illis inhibeantur, habetur in capite. Presbyteri. 34. distinct. quod est Concilium Agathensi. in Can. 39 & in super in antiqua illa & felici Ecclesiæ ętate, non solum Pontifices maximi & cæteri Prælati eorum coadiutores, sed etiam Imperatores ipsi quantumuis vniuersi fere orbis regimine præpediti, clericorum honestati ac suorum morum reformationi vacauit, nonignari quidem quantum officiat â sacerdotibus & clericis in reliquum vul

gus

gus exempli mali virus efflatum adeoque huiusce honestatis erant soliciti, vt pluraclericis omnibus interdicerent, quę infelici hac tempestate nostra, leuissima fore videntur. Cuius rei exẽplum est quod Iustinianus Imperator non solum Episcopis, sed etiam presbyteris, diaconibus, sub diaconibus, & lectoribus, ac omnibus alijs cuiuslibet venerandi collegij ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire prohibuit.

2

In hoc vero delinquentes, vt tribus annis a venerabili ministerio prohiberentur, & in monasterio redigerentur statuit, vt in auth. de sanct. Episcop. §. interdicimus. colla. 9. quæ quidem pœna, & si vti ab Imperatore clericis inflicta, videatur non imponenda: monere tamen debet prçlatos omnes, vt similia clericis prohibeant, ac contemptores, pœna digna castigent. Et vide Cardina. in Clement. Ne agros. §. Porro. colum. 2. de stat. monach. referentem Lau. quiper tex. ibi, & in dict. §. Inter dicimus, & per text in capit. Sententiam sanguinis. ne cleric. vel monachi, dicit quod clerici non debent interesse ludis, ostentationibus, duellis, executionibus dãnatorum ad mortem, clandestinis matrimonijs, & alijs voluptuosis, seu alijs inhumanis actibus laicorum, ex quibus probabilis videtur asserentium opinio, scilicet non licere clericis, maxime sacerdotibus tauricidijs interesse.

3

a

a Quippe cum inficiari nemo valeat quod ille actus inhumanus sit, & antiquam redolens barbariem, & in quo plures ex inde hominum sequantur interitus, tantoque soleant iucundiora reputari similia spectacula, quanto sæuior in homines fuerit taurorum ferocitas iaculis lacessita. Vt autem ad hoc abstinerent clerici in sactis saltem constituti, honestum & æquum ducerem, vt hoc synodali decreto per omnes diœceses prohiberetur, pœna condigna cõtrafacientibus imposita.

Tauricidijs interesse. Ad de ægregiam l. 58. titu. 5. par. 1. & miror non esse allegatam a nostro autore, inquit enim lex illa. *Cuerdamente deuen los Perlados traer sus faciendas, como homes de quien los otros toman exemplo, assi como de suso es dicho, è por ende no deuen yr a ver los juegos, assi tomo à lançar, ò bohordar, ò lidiar los toros: ò otras bestias brauas nin yr à ver los que lidiã. Otrosi nõ deuẽ jugar dados, nin tablas, nin pelota, nin tejuelos, nin otros juegos semejãtes de estos.* Idem decretum est in conci. Bracharẽ. 4. acti. 5. capit. 8. in vltima parte & in Concilio Cæsar augustano anno. 1566. capit. 1. & in Synodo Valenti. actione. 1. & Conci. Prouintia. Toletan. anno. 1565. acti 3. capite. 26. in dicta tamen partita lege in verbo, *Lidiar los otros*, Gregorius. Examinat an taurorum agitatio permissa sit: quam licitam esse iudicauit Ioannem. a Medina in codice de reb. restituend. quæstion. 21. versiculo corollarie sequitur, quo loco scribit eos qui rem publicam moderantur â peccato immunes esse, si adhibita

A

Tauros agitarean absque peccatoli ceat.

hibita diligentia necessaria ne mors aut damnum sequatur tauros agitari permisserint. Illi vero qui in plateis tauros agitant, si id temere non fecerint, sed locum propinquum, vel receptaculum habuerint, ad quod possint confugere, vt incolumes redantur, pari ratione excusantur alioqui peccarent temere, & improbide tauros agitantes, suis viribus & industriæ confidentes. Quod vero attinet ad illos qui dictis ludis assistunt, dummodo non de peccato, aut negligentia si qua in rectoribus fuit, nec de currentium temeritate, nec de damno alicui ex taurorum agitatione euenienti letentur à peccato excusantur. doctissimus tamen Gregor. in dict. glos. dictæ legis Partitæ taurorum ludum maxime noxium arbitratur in quo nulla diligentia (vt ille inquit) sufficiens est ad præcauendas mortes percussiones, damna quæ frequentissimæ ibi contingunt? Et ea ratione Martin. Nauarr. in manu. confessor. Latino. capite 15. numero. 18. quibusdam rationibus adductis ibi testatur olim tenuisse hanc taurorum agitationem, absque mortali peccato fieri non posse, postea tamen mutato consilio affirmare hoc non audet, dummodo fiat cum moderamine, & adhibita cautela, sed quia id raro continget iustissimam fore legem qua taurorum agitatio prohiberetur, quam sanctissimus Pius Quintus Pontifex Maximus sanciuit, quæ vulgo circunfertur.

Sed dictæ constitutionis pœnæ & censuræ in his Hispaniarum regnis, quo ad laicos nec non milites quaruncunque militiarum, reuocatæ sunt iam â sanctissimo domino nostro Gregorio Decimo tertio Pontifice Maximo: qui nunc feliciter catholicæ Ecclesiæ est. Cuius decretum in studiorum gratiâ quia vulgo non patet hoc loco scribere decreui.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex catholicus quod felicis recordationis Pius Papa prædecessor noster, periculis fidelium occurrere volens, per suam constitutionem, omnibus Principibus Christianis, cæterisque personis in ea expressis, sub excommunicationis, & anathematis, & alijs censuris, & pœnis, prohibuerit, ne in eorum locis, spectacula, vbi taurorum aliarumque ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permitterent: aut illis quomodolibet interesse, prout in eadem constitutione latius continetur. Nihilominus idem Philippus Rex regnorum suorum Hispanorum vtilitate motus, quæ ex agitationibus taurorum huiusmodi prouenire solita erat, nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos ipsius Philippi Regis, nobis in hac parte humiliter porrectis supplicationibus inclinati, excommunicationis, anathematis, & interdicti, aliarumque ecclesiasticarum sententiarum & censurarum, in ipsius Pij prædecessoris constitutione contentas pœnas in eisdem Hispaniarum

Regnis,

Regnis, quo ad laycos ac fratres milites tantum, quaruncunque militiarũ etiam præceptorias, & beneficia ipsarum militiarum pro tempore obtinentes, dummodo dicti fratres milites sacris ordinibus initiati non fuerint, & agitationes taurorum festis diebus non fiant, autoritate apostolica tenore præsentium tollimus, & amouemus præmissis aliisque in contrarium facientibus non obstantibus, quibuscunque. (Prouiso tamen per eos ad quos expectauit) quod exinde alicuius mors quoad fieri poterit, sequi nõ possit. Datis Romæ apud sanctũ Petrum sub annullo piscatoris die. 25. Augusti. 1575. Pontificatus nostri anno quarto.

Clerici taurorũ agitationibus interessentes grauiter peccãt

Et ideo taurorum agitationes, quæ metu censurarum aliarũ ve pœnarum extrauagan. Pij Quinti relegatę erant in Hispania, iã sunt frequentissimæ. Clerici vero eis assistere non possunt, cum ecclesiastico ordini indecorum sit, eius ministros hisce spectaculis interesse, licet multi salutis æternę prorsus immemores, & grauiter mortaliter peccantes, temerè non obseruent. In dicto Concilio vero Prouinciali Toletan. celebrato anno 1566. acti. 3 cap. 26. clerici qui in hoc delinquerint prout ibi diffinitur ordinarij arbitrio puniri debent.

Clãdestinis nuptiis interessentes.

CAPVT. LXXIII.

1 *Clericus, qui interfuit cõiungio clãdestino, qualiter puniatur.*

2 *Suspensus ab officio an sit suspensus à beneficio.*

3 *Episcopus vel parochialis sacerdos an huius c. suspensionem possit propria absolutione tollere.*

4 *Hodie in pluribus locis consuetudo viget, vt prælati dispensent, quod sine bannis contrahere possint qui nubere volunt.*

PArochialis sacerdos cõtemnens prohibere tales nuptias, aut quilibet alius etiã regularis, qui pręsumit illis interesse, suspenditur ab officio per trienium, b & punitur grauius si culpę qualitas postulauerit, vt in c. fin. de clandest. despon. Et licet tex. ibi solum dicat quod in hoc delinquens suspenditur ab officio intelligendum est, quod talis suspensio inducit etiam suspẽsionem â beneficio cum hoc sit regulare, vt not. glo. in clement. Cupiẽtes de pœn. in glo. magna, versi Et not. & in c. Latores, de cler. excomun. minist, & Doct. in c. Pastoralis. de appella. vbi etiam glo. fin. & ita tenet Cardin. in dict. c. fin. quẽ refert & sequitur Præpo. ibi. in fin. colum. Tẽpus autem trienij poterit minui vel augeri ex causa, vt not. Host. ibi, quem sequitur idem Præpos. in dict. fin. column. qui pro eius opinione ponderat tex. ibi. dum dicit, grauius puniẽdus, &c. Imo plus dicit Hostien. secundum eũ quod ab hac suspensione poterit absolui ab ordinario, vel suo parochiano, ex quo nõ reseruatur sedi apost. arg. tex. in cap. Nuper de senten. excom. nisi per constitutionẽ legati in prouincia de cõsensu synodali fuerit absolutio reseruata, nã tũc etiã episcopus nõ posset absoluere. Ego tamen

1 a b 2 3

men dubito in quantum Do. dicunt ꝙ absolui poterit a suo parochiano, arg. d c. Nuper. quod hoc sit verũ in isto casu: quia ille tex. loquitur in excommunicatione, in qua vertitur periculum animæ, ꝙ quis sit, vel moriatur excommunicatus, quod non est in suspensione. Item loquitur quando difficile est ex aliqua iusta causa, quod ad ipsum excommunicatorem absoluendus accedat. Item ludibrio esset pœna ista suspẽsionis per triennium, si statim post illam incursam posset sacerdos obsolui a suo parochiano. Præterea pœna ista imponitur presbitero parochiali, quo modo ergo poterit iste habere alium presbyterũ parochialem suum, qui illũm tanquã parochialis & proprius sacerdos absoluat. Imo quod nec ab Episcopo posit absolui sacerdos qui hanc pœnam incurrit, magis in specie probat glo. in cap. Cupientes in §. Cæterum, in verbo, suspensos. de elect. libro. 6. dum dicit, quod tex. in d. ca. Nuper non habet locum in suspensione: & licet sequamur opi glo. in clem. 1. de hæret. in §. verum. in verbo excommunicationis, quæ videtur extẽdere d. c. Nuper. ad suspensionem quando non fuit ad tẽpus determinatum, & dicit nõ habere locum quando tẽpus est determinatum, adhuc non potest procedere opin. Hosti & Cardi. in casu nostro Quum hic suspẽsio sit limitata ad triennium: nec etiam procedere potest eorum opi. si ommissis glo. prædictis sequamur opinionem Pauli, in clem. 1. de reb. Eccles. non aliequam videtur sequi Domi. super. d. gl. in verbo suspensos dũ vult ꝙ aut lex ponit suspensionẽ propter pœnam, aut propter contumaciam primo casu, inferior non potest absoluere, nisi esset causa vrgens: secundo, inferior absoluit, & sic procedit d. c. Nuper. Nam etiam secundum istam distinctionem non potest procedere dicta opinio Host. & Card. quia aperte constat ꝙ in casu nostro suspensio non in contumaciam, sed in pœnam imposita est & sic per supra dicta videtur, ꝙ non sit vera opinio dictorum Doctorum quo ad casum nostrũ quam nusquam ab alio inpugnatam legi. Cum autem hodie in pluribus locis consuetudo inualuerit, vt prælati dispẽsent a quod sine bannis præcedentibus contrahere possint qui nubere volunt, vt facile est videre in aliquibus diœcesibus & vt deconsuetudine eadem attestatur Petrus de Palude in 4. sentẽtiarum, dist. 28. quęst. 2. ar. 3. cõclu. 3. eodem modo videtur quod ex tali dispensatione celebrandis nuptijs possint interesse.

c

4

d

Ales nuptias. Addequod ad hoc vt huius capitis pęna imponatur matrimonium clandestinũ dupliciter considerari potest (alijs omissis) Primo quoties matrimonium absque testibus contrahitur. Secundo quoties testibus præsentibus, prætermissis tamen denuntiationibus Ecclesiæ. glosa. not in capite cum inhibitio. de clandesti. despensatio ni tradit Deni. in. l. quo tutela. § clam. ff. de reg. iur. Domi. Soto in 4. senten. dist. 28. q. 1. artic. 1. Spe-

A

1. Specul. coniungior. 1. part. arti. 10. in prin. Regia. l. 1. tit. 3. par. 4. Marti Nauar. in manuali. confesso. cap. 22. num. 7. Didac. Perez in l. 1 tit. 1. lib. 5. ordi. versic. plura tamen se offerunt.

B *Clericus qui matrimonio clandesti no interfuit qua pœna plectendus sit.*

Suspenditur ab officio per triennium. Adde Regia. l. 4. tit. 3. par ti. 4. D. Couarru in 4 Decretali. 2 part cap. 6. nu. 13. quo loco scribit suspensionem istam ad beneficium, etiam extendi posse. Florent. in 3. p. tit. 1 c. 16. Hæc tamen suspensio ipso iure non imponitur, sed iudicis sententia desideratur, quod manifeste colligitur ex dict. cap. cum inhibitio. § fin. ibi. *Suspendantur.* Et sic per sententiam cum illud verbum, *Suspendatur.* actum iudicis in futurum exigat, & ea ratione est canon ferendæ non latæ sententiæ glo. in l. in criminali. in verbo, habeatur. C de iurisdi. omni. iudi. tradit Felin in cap. Rodulphus. nu. 24. de rescrip. Roman. sing. 2. Hierony. Gig. in tract de pensioni quæst. 8. Sylvest. in summ. in verbo, excommunicatio. 1 quæst. 9. Matthes. singu. 112. & nouissime D. Perez in l. 1 tit. 1 lib. 5. ordin. fol. 32. ver si. circa præmissa.

Hodie vero ex sacrosancti Cõcilij Tridentini decisione Session. 24. c. 1. de reforma. Parochus, vel alius sacerdos, qui cum minori testium numero, quam ibi statuto, & testes qui sine parocho, vel alio sacerdote, de ordinarij seu parochi licẽtia, in his clãdestinis matrimonijs interfuerint, nec non contrahentes ipsi grauiter pro arbitrio ordinarij puniũtur. Circa quod decretũ quatenus huius capitis argumento conuenit nõ nulla cẽseo consideratione dignissima.

Sacrum Concili. Triden. Sessi. 24 c. 1. dere form. circa illa quæ formam, & solennitate matrimonij concernunt, interpretatur.

Primo ante omnia sciri oportet, quod in dicto decreto quædam solemnitates statutæ sunt, quę pro maiori matrimonij solennitate desiderantur, quædam vero statuuntur, quia sunt de necessitate Sacramenti. de solenni tate enim sunt banna, ędicta, publicationes in ecclesijs, vt maiori solennitate tantum Sacramentum celebretur, de substantia matrimonij est, quod coram parocho, & duobus vel tribus testibus fiat, quod si hoc omittatur nullum est matrimonium. Quod ex dict. Concilio manifeste colligitur, quia clausula decreti irritantis non refertur ad eam denuntiationum solemnitatem, sed ad aliam, nempe vt matrimonij contractus substantiali forma ibi statuta contrahatur, & ita inquit *Qui aliter quam presente paro cho, vel alio sacerdote, de ipsius paro chi, seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium con trahere attentabunt, eos sancta syno dus ad sic contrahendum, omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit & annullat.* Si enim catholicũ cõcilium voluisset matrimoniũ nullũ reddi, ex defectu denũtiationũ hoc expressisset prout expressit deficiẽtibus parocho & testibus, prout in simili disposuit tex. in ca. inter corporalia post medium de trãsla. Epis. vel electi ibi. *Vnde si circa trãslationẽ idẽ fieri voluisset, q. de concessione dixerit, & de translatione poterat expræssisse.* Quod etiam ex eo fulcitur nam si hæ denuntiationes de-

siderentur pro forma matrimonij, minime sane Catholicum cõcilium facultatem concederet ordinariis, vt ex causis possent eas omittere atg. eorum quæ tradit Barto. in l. si in lege. ff. locat. Paul de Castro in l. qui Romæ. § Flauius. ff. de verbo. obliga. vbi latissime Alexand. num. 8. Feli. in cap. cum dilecta nu. 6. de rescrip. Deinde hanc rem comprobat, qui iure antiquo matrimonium contractum absque monitionibus firmitatẽ obtinebat ca. cum hibitio. de cland. despon. Sacrum vero concilij minime corrigit, sed innouat dictum ius antiquum Concilij Lateranensis cum dicit. *Sacri Lateranensis Concilij sub Inno. tertio celebrati vestigiis inhærẽdo præcipit.* Et sic in nullo corrigit, ideo mutandum nõ est l. præcipimus. C. de appellat. & casus iste omissus remanet in dispositione iuris communis l. commodissime. ff. de liberis, & posthum. quia si voluisset annullare expræsisset. l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. ff. de iniu. cap. ad audientiam. de renun Istum dicit germanum intellectũ dicti Concilij Ioann. â Rojas in suo epithom. de succesio. cap. 2. nu. 22. & 23. & 24. dicens ita pluries â se fuisse iudicatum sequitur Ioann. Guterrius vir doctus & diligens in tract. de iura. confirma. 1. parte. cap. 51. numer. 25. Ioann. Matienço in Rubri. tit. 1. lib. 5. noui ordin. in glo. 1. nu. 34. & 35 Et ita decretum est â Cardinalibus qui sacri Concilij Tridentini interprætationi præsunt, quorum decretum infra referam & ita tenẽdum est, licet contrariam opinionem, nempe matrimonium vitari denuntiationum defectu tenuit Iacab. Menochi. consil. 69. numero. 70. volum. 1. â quo in hoc cauendum erit. Eodem errore labitur idem Menochius consi. 398. volum. 4. & ibi Domi. Bonf. & Ioann. Cepha. qui Menochij cõsilio se subcripserant.

Peccaret tamen grauiter parochus, qui matrimonium prætermissis denuntiationibus celebraret, atque contrahentes ipsi: necnon testes, qui scienter in his matrimoniis interfuerint, & in exteriori iuditio condignis pœnis ab ordinario sunt puniendi. Si vero parochus non in inito consilio, nec data opera, sed ex ignorantia credens banna præcessisse, ea omisit: iuxta qualitatem ignorantiæ leuiori pœna puniendus est. Ipsi vero contrahentes, si modo bona fide habuerint, puniendi non sunt, nulla sane eis culpa imputari potest, qui parocho asseueranti facta fuisse iam banna fide præstiterunt (prout tenebantur) nec suspicari debebant in huius muneris ministerio fuisse desidem ita scribit optime meo iudicio Doctor Ioannes Segura in direct. iudi. Eccles. 2. par. cap. 15. num. 40.

Secundo illud etiam perpendi deber, quod licet parochi præsentia, vel alterius sacerdotis interueniẽtis, sua vel ordinarij licentia sit de substantia matrimonialis vinculi non tamẽ pro eius forma desideratur: quod ipse sacerdos verbis dicti cõcilij vel aliis de more regionis vtatur ita multis rationib⁹, & arg. adductis probat Illephõs. â Veracruce in

apend.

apendi ad Specul. matrimon. dubio. 4. Non tamen excusaretur clericus a mortali crimine, & a pœna a suo ordinario imponenda, si dictis verbis in matrimonijs contrahendis non vtatur, vt ipse ibi late scribit.

Matrimonium coram testibus & parocho etiam reluctante contractum validū est.

Tertio (licet hoc a multis in controuersiam adduci poterat) verissimum & iuri consonum censeo quod licet parochus inuitus, renuens, vel dolose ad matrimonium celebrandum a contrahentibus, vel alijs suo nomine fuerit adductus, dummodo contrahentium verba audiat, & probe intelligat, tale matrimonium firmitatem obtineuit. Id sane in dicto decreto præcisse pro matrimoniali vinculo exposcitur quod præsens sit, vt tanquam testis qualificatus, cum alijs qui ibi interfuerint testimonium proferre possit, & ideo quomodocunque id fieri possit, minime viciatur matrimonium, de quo est text. insignis in l. coram Titio. ff. de verbo. sing vbi Florentinus iure consultus inquit. *Coram Titio aliquid facere iussus, non videtur presente eo feciſſe nisi is intelligat. Itaque si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo feciſſe. Scire autem nō etiam velle is debet. nam etiam inuito eo recte fit quod iussum est.* Vnde si statutū prohibeat, aliquid fieri sine præsentia alicuius, satis est illum esse præsentem quanuis nec cōsentiat, nec consulat id fieri, vt elleganter voluit Bald. in capi. ex parte Episcopi. col. 1. de rescrip. Aretin. in l. si quis mihi bona. §. Si coram. 1. not. ff. de acquihæredi. per id quod voluit Bar in l. Modestinus. column. 1. ff. de donat. quod cum in insinuatione sola præsentia iudicis sufficiat per l. omnium. C. de testam. satis est quod donatio coram iudice fiat, absque eo quod ipse aliquid faciat, aut decretum interponat. sequitur Bald. in l. istud column. 2. 1. quæstio. C. de sacro Eccles. vbi ad hoc allegat text. quem dicit meliorem de iure in l. vltim. C. de prædi. curi. lib. 10. Alexā. in dict. l. omnium. colu. 1. And. Tiraquell. post leges cōnuiales gloss. 7. num. 32. Rursus hoc fulcitur, quod præcipuus finis & scopus Concilij Tridentini fuit prohibere matrimonia clandestina, & mederi malo: quod ex eisdem ortum habeat, eorum videlicet, qui priore vxore cū qua clam contraxerant relicta, cum alia palam contrahebant. Et sic in perpetuo adulterio viuebant, vt ex prohemio dicti decreti cō stat, ex quo finalis ratio deduci solet, vt inl. fina. ff. de hæred. insti. cui malo satis medetur, ex parochi præsentia absque aliquo ipsius ministerio, vel consensu. Præterea hoc ex dicto sacro sancto Cōcilio corroboratur, quod parochi præsentiam & testium, ad firmitatem matrimonij æquiparat, copula quidem, illa & casus similes coniungit. l. Seiæ Caio. ff. de fundo instruct. sed præsentia testium sufficit quocunque modo contingat, & quod sit casualis & moralis, ita Bald. per illum textu in l. testium numero. 6. C. de testibus tradit Felinus post alios in proem. Decretali. numero. 29. ergo & parochi præsentia dicto modo sufficit. Ita ab hinc pluribus annis statim post concilij Tridenti-

tinum, cum de hac quæstione interrogatus fuissem (dictis rationibus innixus) respondi. Et cum casus similis Salmanticæ contigisset, cõsulti de eo fuerunt Cardinales, qui pontificia autoritate Concilij Tridentini interpretationi præsunt, qui D. Hieronymo Manrriquez Salaman. Episcopo, ita responsum præstiterunt.

Reuerendissimo domino vti Fratri domino Episcopo Salamantino.

REuerendissime domine, libellus hic amplitudinis tuæ nomine porrectus, in quo nonnulla continentur quæsita ad contractum matrimonij spectantia, propositus fuit in sacra cõgregatione Cardinalium, interpretationi Tridentini Concilij præfectorum, quorum hæc fuit sententia.

Non pertinere ad substantiam matrimonij, vt parochus aliqua verba proferat, ideoque valere matrimonium, quanuis verba exprimentia consensũ prolata sint à contrahentibus tantum, dummodo parochus adhibitus à cõtrahentibus, sit præsens, & intelligat, id quod agitur: licet dissentiat, & contradicat, parochum vero intelligi adhibitum, etiam si ex alia causa vocatus sit: dummodo ad illum actum adhibeatur. De parocho autem, qui omissis tribus denuntiationibus sine ordinarij licentia, aliquos desponsauerit, an matrimonium teneat, congregatio censuit matrimonium quidem valere. Sed parochum ab ordinario puniri posse. Hæc sunt quæ sacræ cõgregationi visa sunt, amplitudini tuæ rescribenda, cui bonam valetudinẽ, & omnia fausta à Deo precamur. Romæ die sexta Ianuarij. 1582. amplitudinis tuæ vti frater Philipus Bõcomp. Cardinalis sancti Sixti.

Et ita in causa illa de qua fuerat controuersia dictus dominus Episcopus iudicauit, consilio doctissimi doctoris Bustos Salmãticensis Academiæ sacrorum decretorũ professoris insignis. Fateor tamen contrahentes ipsos, & testes, qui inito cõsilio interfuerunt, cæterosque huius criminis reos grauiter ab ordinario esse plectendos. Tum ne tantum scelus impunitum remaneat. Tũ ne detur ansa passim violandi illã Tridẽtini Concilij sanctionem. *D. Bustos laudatur.*

Post hæc vero scripta, peruenerunt ad manus meas, aliæ consultationes factæ dictis Cardinalibus, & datæ fuerunt. D. Cardi. Garraf. in quadam matrimoniali causa, quæ cõtingit inter quẽdam Aluarum, & Cathirinam, in ciuitate Gienes. ann. 1582. quarum aliquæ sunt instituto nostro accomodatissimæ, & ideo in stũdiorum gratiam, hoc loco referendas duxi.

Primum igitur dubium propositum fuit, vtrum prohibitione facta ab ordinario, ne parochus aliquos desponset, ita tollatur iurisdictio parochi, vt ad cõtrahendum matrimonium, contra talem prohibitionem, non sit legitimus parochus, cum possit ordinarius in totum, vel in partem auferre â parocho

parocho, ex causa iurisdictionem, sicut fit quando reseruantur aliqui casus, & in proposita quæstione maiorem vim habet, quia prædictus sacerdos non erat principalis parochus, nec rector proprietarius, sed annuus vicarius qui ad nutum ordinarij poterat remoueri.

RESPONSIO.

Congregatio concilij respondit, valere matrimonium contractum coram parocho, cui interdictum est ab Episcopo ne interueniat.

Ex quo secundum dubium cõtrouertitur, vtrum in proposito casu interuenit parochus, non inuitus sed volens contra prohibitionem ordinarij, matrimonium validum sit, vel potius nullum, quia non interuenit sacerdos habens iurisdictionem, cum sit sublata ab ordinario.

RESPONSIO.

Congregatio concilij respondit esse validum.

Tertium dubium est, quod si inuitus & compulsus per vim adsit sacerdos, cum contrahitur matrimonium, præcedente vel non præcedente dicta prohibitione, vel tali interdictione, vtrum tale matrimonium subsistat?

RESPONSIO.

Congregatio concilij censuit subsistere.

Quartum dubium, si sacerdos adfuit, nihil tamen eorum, quæ agebantur vidit, neque audiuit, vtrum tale matrimonium validum sit sic contractum, vel potius tanquam sine sacerdote nullius sit ponderis seu momenti.

RESPONSIO.

Congregatio concilij censuit non valere si sacerdos non intellexit, nisi tamen affectatum esset non intelligere.

Quintum dubium, si adsit sacerdos, dum contrahitur matrimonium casu, non cogitans, se ad id vocatum, sed aliud agens audiuit duos inter se contrahentes matrimonium, vtrum sit validum tale matrimonium, in quo fuit præsens non tamen certioratus neque ad id expræsse vocatus: neque interponens suam autoritatem dicto vel facto, vel potius sit nullum, quasi assistentia autoritatoria, per concilium requiratur, non nuda vel casualis præsentia.

RESPONSIO.

Congregatio concilij censuit valere, etiam si parochus aliam ob causam adhibitus sit ad illum actũ.

Quæ decisiones singulares sunt & ideo non vulgariter notandę. Quarum vltimum secutus fuit consulẽdo ęgregius Martin. Nauar. consi. 20. tit. de spon salib.

Matrimoniũ nullũ propter solẽnitatis defectũ, an possit valide poße contrahi.

Quarto, est etiam memoratu dignum quod stante hodie dicto decreto concilij, si quis temere audeat contrahere, absque parocho, & testibus, non solum tale matrimonium vt clandestinũ nullũ est, sed nec poterit postea

parochus, huic postea contrahẽti autoritatem præstare: saltim absque ordinarij sui facultate, quod si fecerit incidit in pœnam text. in di. cap. fin de cland. despon. ita interminis scribit Simõ Maiolus in tracta. de irregulari. lib. 3. cap. 25. versi. circa crimina fol. 306. sed misere lauitur in hoc vir doctus, nam si prout ipse fatetur verum est, quod inhabilitas dicto Concilio statuta est ad sic contrahendum, quando forma prætermittitur, vt bene etiam scribit D. Perez in l. i. titu. 1. lib. 5. ord na versi. vlterius dubitatur sequitur Ioann. Matienço in rub. illius tit num. 39. Nullum potest impedimentum considerari, cuius ratione quisic contraxerunt, seruata forma Ecclesiæ non possint postea contrahere, & ideo frusta desideratur ordinarij facultas. Quod iam difinitum est Cardinalium qui præsunt interprætationi Cõcilij Tridentini Decreto his verbis. *Qui matrimonium sine paroco clandestine contraxerunt atque consumauerunt possunt si nullum aliud impedimentum adest sine dispensatione de nouo in facie Ecclesiæ matrimonium contrahere.*

Cõtra Simon Maiolum.

Decretũ Car. sacræ congregationis.

Illud tamen non diffiteor, quod si ex Synodali constitutione, contrahentes ob matrimonium clandestinum excommunicationis tententiam incurrissent, vel tale matrimonium publicum esset, male faceret parochus, saltim ratione scandali, qui non primo declarato nullo matrimonio clandestino ab ordinario, eos secundo matrimonio coniungeret, eritque propter hoc arbitraria pœna plectendus non vero erit locus pœnæ text in d. capit. fin. prout perperam Maiolus scribit.

Quando vero schandalum cessaret, possunt quidem contrahentes qui sine parrocho contraxerunt, absque ordinarij licentia, propria autoritate reiecidere & ad legitimum matrimonium conuolare. Non sane præstare debet impedimentum, quod de iure nullum effectum sortitur reg. non præstat. de regu. iur. lib. 6 quidem cum notorie matrimonium nullam vim obtinuat, iudicem ad eius dissolutionem adiri superbacanenum esse constat ex tex. in cap. ad disoluendum de desponſ. impu. tradit ægregius Martinus Nauar: consi. 1. tit. de sponsa.

Vnde pariter colliges matrimonium clandestinum minum sponsaliorum de futuro effectũ operari, cum sic contrahentes inhabiles, & legitimi sint Nec me incontrarium mobet, celebris illa iuris Pontificij responsio in cap. 1. de sponsu. impu. lib. 6. quia matrimonium de presenti, inter impuberes contractum, vim sponsaliorum de futuro obtinere, stauilitum est. Nam huiusmodi contractus non tantũ malitiam & inniquitatem obtinet, quantum matrimonium dã contractum, quod inter illegitimas personas celebratur. Illa quidẽ decisio specialissima est, qua propter ad alios casus, quibus, diuersa ratio versatur nec extendi nec ampliari debet, semper qui mihi F. Alphon. de Vera Cruce viri alioquin doctissime contrarium asseuerantis opinionũ apendice de matrimonio

fol.

fol. 42. Et ita non semel, cum iuris vtriusque eruditissimis professoribus consului & obtinui: eamque publice docui gaudeoque opinionem nostram post secundam huius operis editionem aprobatã fuisse ab ægregio Marti Nauar. dict. consi. 1.

☞ *Contra venientes sacro Triden. concilij decretomortalẽ culpam contrahunt.*

Quinto est etiam firmissime circa hoc institutum asseuerandum, eos omnes qui contraueniunt dicto decreto, mortalem culpam contrahere, cum Ecclesiæ iustissimo præcepto in re grauissima contraveniunt, quodmanifestissimum est ita vt nulla probatione indigeat, & probat Alfon. â Vera Cruce in apendi ad Specul. coniugio. dubio. 11. Et in exteriori iudicio grauiter ordinarij arbitrio plectendi sunt vt in dicto concilio decretum est.

Sentẽtia excommunicationis iustissime imponitur contra contrahẽtes clam destinũ matrimonium.

Circa quod tamen iudices Ecclesiastici animaduertere debẽt, quod si non tantum matrimonium clandestinum contractum fuerit sed contrahentes carnali copula consummauerint grauiori supplicio immane hoc crimen ab ipsis puniri oportet ita fertur decretum esse â Cardin. quibus â Summo Romanæ Ecclesię Præsule Concilium Tridentinum interprætandi cura, ampliſsima potestate demandata est.

Sexto ratione huiusmodi mortalis criminis, sequitur iustissime per synodales constitutiones statui potest, excommunicationis sententia, nec non alię pœnæ contra clericos, & laicos transgressores dicti decreti, id enim fit, vt melius superioris lex seruetur, vt in cap. animarum. de constit. in 6. glos. in Clemen. ne Romani in verbo, tolli. de electi. vnde iustificatur apud nos Synodalis Toletana cõstitutio qua excommunicationis pœna ipso iure, & aliæ pœnæ imponuntur, in hæc verba. *Y mandamos que no guardandose la dicha forma, que el cura, o clerigo que celebrare este Sacramento, sea descomulgado por el mismo hecho, cuya absolucion en nos reseruamos, y demas y aliende delas otras penas constituydas en derecho, le suspendemos por medio año: y siendo beneficiado le priuamos de la mitad de los fructos de su beneficio, applicados para la fabrica de la yglesia donde fuere beneficiado, y no siendo beneficiado demas de la dicha suspension, y excommunion arriba dicha cayga en pena de tres mil maraueds applicados a la dicha fabrica. En la qual dicha excommunion caygan è incurran las partes contrahentes, y los testigos ipso facto, como cae, è incurre el cura, o clerigo que hiziere el dicho matrimonio segun dicho es.*

Toleta: Synodalis constitutio.

Et cum suspensionis pœna, dicta constitutione per verba præsentis temporis inflingatur, ipso iure imposita censetur gloss. in l. si quis maior. in verbo infamia. iuncto tex. in verbo *Notatur*. C. de transactioni. vbi Bart Bal. & Paul. & alij recentiores notant. glo. in l. si quis in tantam. in glo. magna in versiculo *Quarto quæro* C. vnde vi quam opinionẽ communem esse testãtur pluresquos refert And. Tiraquell. in tepeti. l. si vnquam in versic. *Reuertatur* num. 21. C. de reuoca. dona.

Salmãtina constitutio synodalis interpretatur.

Similis excommunicationis pœna ipso iure imposita est constitutione Synodali Salmantina capite. 42. quam refert Doctor Didac. Perez in l. 1. titu. 1. lib. 5. ordi versicu. *Item solet pœna*. Quæ

amplius habet, nempe eos qui ea excommunicantur euitandos esse, absque aliqua denuntiatione, quod sane manifeste repugnare videtur Martini Quinti cõstitutioni quæ incipit. *Ad euitanda scandala.* Quæ statuit, neminẽ teneri excommunicatum euitare, etiam a iure donec nominatim denuntietur, & ea ratione cum lata sit, contra ius superioris non poterit firmitatem obtinere, vt in capi cum inferior de maiori. & obed. & hac ratione de eius valore dubitat D. Couarru. in 4. decretal. 2. par. cap. 6. numero. 9. Sed potest iure defendi quando matrimonium clandestinum, propter quod incurritur excommunicatio est notorium, tali modo, quod nullo pacto celari potest, ita eam defendere cõnatur Didac. Perez dict. ver. ité solet fol. 30.

Non tamen prætermittendum est, quod circa prædictas Synodales constitutiones scribit Domi Soto in 4. sentẽ. distinct. 28. quæstio. 1. arti. 2. vbi contra eas inuehitur dicens, quod melius esset quod iuris communis pœnæ tantum imponerentur. Nam si Summi Pontifices sacraque concilia dictas censuras necessarias iudicarent, eas infligerent. suspicatur (vt ille inquit) quod propter subsidium potius fabricarum quam animarum imponuntur. Illi autem qui dictas censuras ignorant, eas minime incurrunt, etiam si aliqua sua culpa vincibiliter (vt aiunt) ignorent. Quia licet a iuris communis censuris nulla ignorantia excuset tamen ab aliorum inferiorum prælatorum excusat, dummodo, crassa & supina non fuerit, vt in c. vt animarum. de cõstit. li. 6. Crassa vero & supina ignorantia illa dicitur quę ex malicia vel nimia negligentia procedit.

Septimo ex verbis dicti sancti Concilij colligitur, quod ordinarius ex illius præcepto tenetur transgressores debitis pœnis punire, in illis verbis, *Arbitrio ordinarij puniri præcipit.* Et ea ratione peccat ordinarius, vel eius vicarius, qui neglexerit huius criminis reos punire, ita tenet F. â Vera Cruce in apendice dubio. ii.

Octauo non est obliuioni tradendum, quod per impositionẽ pœnæ illius decreti non censetur excluſa pœna tex. in dict. c. cum inhibitio. §. fi. imo vltra illam parochus, vel alius sacerdos qui in hoc deliquerit, pęna arbitraria plectendus est, prout in dicto decreto concilij continetur Tum quia iuri antiquo in hoc derogatũ non est, a quo sine noua & expressa decisione recedere non licet. l. prȩcipimus. C. de appel. cum similib Tum quia iu dict. §. fi. c. cum inhibitio, vltra suspensionẽ triennalem grauior pœna iubetur imponi, si delicti qualitas postulauerit, & sic vltra suspensionem locus est pœnę arbitrariæ, & ideo sacrum Concilium antiquo iuri videtur cõforme. Tum quia clandestinum matrimonium, magis odiosum, & prohibitum hodie est, quã olim, cum antea iuris prohibitione nõ obstante, ratum erat: nunc vero inualidum est. Qua ratione, qui dicto decreto contraueniunt, magis delinquunt quam olim, iuri antiquo contra veniendo, & sic melius hodie quam antiqui-

Text. in c. cũ inhibitio. §. fina. de cland, desp. declaratur

quitus verificari possunt verba dict. § ibi, *Grauius puniendus si cui pæ qualitas postulauerit.*

Prohibitio matrimonij clãdestini sponsalia de futuro minime comprehendit.

Nono illud est etiam obseruandum, quod concilij prohibitio, nec non statuta ibi pœna, solum in contrahentibus, vel interuenientibus in matrimonijs clandestinis verificari debet, non autem si sponsalia de futuro contraherentur. Hoc namque casu, nec contrahentes, parochus, vel alius sacerdos, testes ve aliqua pœna sunt puniendi. Tum quia concilium tantum loquitur in matrimoniali contractu, nec verbum in eo continetur, quod ad sponsalia de futuro referri possit vt patet ex eius verbis ibi. *In posterum ante quam matrimonium contrahatur.* Et ibi, *Ad celebrationem matrimonij procedatur.* Et ibi, *Matrimonium malitiose impedire possit.* Et ibi, *Matrimonium contrahere attentabunt.* Sequitur statim & facit. *In super parochum, vel alium sacerdotem, qui cum minori testium numero, & testes qui sine parocho, vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint.* &c. Et sic manifeste de matrimonio tantum agit. Tum quia ratio Concilij quæ ex eius decisione percipitur. solum in matrimonio militat, non vero in sponsalibus de futuro, quod manifeste patet. Nam obeam causam clandestina matrimonia anullantur, vt peccata perpetua de medio tollantur, quæ sæpe numero ex dictis matrimonijs oriebantur, quod minime contingit, in sponsalibus de futuro: nam si illis contractis, sponsus cum alia de præsenti contrahat, licet peccet violando fidem non, tamen in perpetuo peccato manet, & ideo Concili. decretum, nullo modo in sponsalibus de futuro procedit. Tum quia Concilij sacri decisio, noua est & correctoria, & vltra casum ibi expressum, extendi non permittitur. l. præcipimus. C. de appella. Tum quia qui sic contrahunt, non faciunt contra Ecclesiæ præceptum, quia nec antiquo nec nouo iure prohibitum est, sic contrahere. Imo iure veteri (quod intactum in hoc remanet) licebat, & hac ratione post sacrum Tridentinum concilium sponsalia de futuro valida sunt & firma & naturali iure adimplenda. Tum etiam fulcitur, quia sponsalia de futuro contrahens, non incidit in pœnam excommunicationis, vel aliã quæ imposita est â lege propter canonicum impedimentum glossa memorabilis in Clement. vni. in verbo, contrahere in versiculo. *Non puto*, de consang. & affini quam dicit esse sing. Abb. in capite. 1. columna. penult. de post Prælator. Collect. in capite, non debet. numer. 5. de consang & affini. Deci in capite ad hæc in beato. numero. 45. de postu. Præla. Nicola. Mil. in rep. in verbo lex. Felinus. in rubri. desponsali. & in capite. tertio loco. numero. 2. de præsump. Iasson. in l cum quidam numero. 13. ff. de lib. & post. & in l. quominus. numero. 18. ff. de flumi. & in l. si stipuler. numero. 5. ff. de verbo. oblig. Cur Iunior numero. 58. Oroscius. numero. 24. in l. 2. ff. de iuris. omni. iudi. Boeri. decisio. 173. nume. 30. Ange. in summ. in verbo pœna.

na. And. Tiraquell. in l. 10. connu. gloss. 2. num. 18. Nauarr. in capit si quandq. ecep. 6. pag. 20. de rescrip. & eam esse communem testatur Ripa in tracta de peste. rub. de remedio ad conseruand. vber. num. 65. Præposi. in cap. 1. numro .8. de sponsali. Nauarr. in manuali confesso. capite. 22. numer. 43.

Ex quibus facile repellitur Ioann Andr. Abb. & aliorum opinio in di. cap. cum inhibitio. qui scripserunt, illius tex. prohibitionem locum in sponsalibus de futuro obtine. quos secutus fuit noster Greg. in l. 1. in verbo *Que los desposen.* titu. 3. partit. 4. quam opinionem multis rationibus defendit Castillo. in l. 49. Tauri versic. matrimonium.

Lex oratio. ff. desponsa. interpretatur.

Nec superioribus refragatur. l. otatio. ff. desponsalib. quæ vulgo circunfertur ad probandum, quod prohibito matrimonio spõsalia prohibita censentur, quia illa non procedit, quando datur diuersa ratio quæ supra iam tradita est ita legem illam interpretantur Bald. & Salic. in l. C. 1. si rect. prouin. Dec. in cap. iurauit num. 4. de proba. & in c. nam & cõcupiscientiam. 2. lectu. nu. 4. de constitu. Iacob. Philipp. Porti. lib. 5 reg. concluſi. 35. lim. 1. Ioan. Orol. in dict. l. 2. nume. 24. vbi Cur. Iun. num. 58. testatur istum intellectum & limitationẽ esse communem quam probat text in l. si quis officium. ff de ritu nupti Vel secundi responderi nõ incõgrue, potest dictã l oratio tunc procedere, quando impedimentum perpetuum est & non temporale, quale est quod in clandestino matrimonio quia qui sic contraxerunt, possunt postea seruata forma Ecclesiæ cõ contrahere ita interpretatur Deci. post Dynum in l. 2. ff. de iuris. omni. iudi Nauarr. consi 3. titude, conlang. & affinita.

Et memoria quidem teneo, quod anno Domini. 1564. eo tempore quo non sine summa totius Christiani orbis vtilitate, dictum decretum sacri Concilij in lucem prodidit, cum Sacrorum Decretorum huius Complutensis celeberrimæ Achademiæ, publicus essem professor (eamque functionem per duodecim annos non sine lauda gessi posteaque ad primaria dona perueni) cuius publici muneris ratione, materiam sacramenti matrimonij legens, primus omnium in dicta Achademia, Concilium catholicum, sum interpretatus hãc opinionem publice docui, cæteris sacrorum canonum professoribus (qui tunc erant doctissimi) refragantibus. Primus etiam causarum forensium patronus, in publicis actionibus ad forum spectantibus defendi, & obtinui in causa quæ in hac amplissima ecclesiastica Complutensi curia statim agitata fuit coram Licenciato Martino Lopez de Salas Vicario generali integerrimo, gaudeoque opinionem nostram in scholis & ecclesiasticis tribunalibus ita receptam esse, vt nullus dubitanti locus relictus sit. Et eam multis annis lapsis tenentem lege Illephon. â Vera Cruce in appen. ad specul. coniugi. quæstion 9. per totam pagi. 40. & iterum pagin 113 & 117. Fra. Anton. Cordoua in tract. *De casos de concientia.* quæstio. 52. & nouissi-

Auctor Achademia Complutẽsis sacrorũ Decretorum chatedrã per duodecim annos fuit moderatus.

nouissime eam tenet Iuan. Gut. in tractat. de iuramento confirma capitul. 51. primæ part. nume 6. Sicque chatolicum Concilium interprætandum est, licet contrarium, quod in sponsalibus de futuro obtinere debeat locum, soniauit (prout illi demore fuit quidam Albornoz in libro eius prę cipiti ingenio digno nuncupato *Arte de contractos*. libr. 4. titul. 1. Et a sacra congregatione Cardinalium ita sancitũ est, his verbis. *Decretum Concilij Sessione. 24. cap. 1 de reformatione annullat tantummodo, contractus matrimonij per verba de præsenti, clandestina facti spõsalia autem per verba de futuro relinquit, in terminis iuris cõmunis. Præter quam quod per copulam prædicta sponsalia, non transibunt in matrimonium.* Ex quo sequitur interpretatio ad huius Toletani Archiepiscopatus synodalem constitutionem, quæ quarta est titu. 4. li. 4. dictarum constit. quæ pænam clericis interuenientibus in spõsalibus de futuro prohibitis imponit, quæ in hunc modũ loquitur. *Otrosi cõsiderando de quantos inconuenientes son causa los clerigos, que se atreuen a interuenir en los desposorios, o matrimonios prohibidos: mandamos que ningun clerigo interueuga en ellos, aunque sean de futuro y que por el mismo caso si los hiziere o interuiniere en ellos, o los soleniza re, pierda los frutos de vn año del beneficio, o beneficios que en esta diocesi tuuiere, y sino fuere beneficiado caya en pena de dos mil marauedis, la mitad para la iglesia donde fuere beneficiado, o siruiere, o perrochia donde se hiziere, y la otra mitad para el acusador, y pobres, y demas desto mãdamos que los vicarios generales, los castiguen en las otras penas de prision, o suspension, segun la calidad del caso lo requiere.*

Contra Scholasticũ nuncupatũ Albornoz.

Interpretatur Synodalis cõstitutio Toletan.

Est sane constitutio illa synodalis interprætanda, vt procedat quando sponsalia de futuro sunt prohibita, propter canonicum aliquod impedimentum, consanguinitatis: vel affinitatis, vel propter aliud cuius ratione sacra canonica iura prohibitionem induxerunt: non vero quando talia spõsalia contrahuntur, inter eos quibus matrimonium interdictum non est.

Clericus matrimonio copulans, vel benedicẽs non subditos, ipso iure suspensus est

Decimo, ex dicti Cõcilij decreto animaduerti debet, clericum siue secularem, siue regularẽ, qui nõ sibi subditos matrimonio cõiunxerit, vel post contractum benedixerit, sine licentia propij parochi illorum qui sunt coniungẽdi, vel benedicendi ipso iure suspensum esse, quousque ab ordinario absoluatur, quæ suspensionis pæna nõ solum incurritur si sacerdos non sibi subditos coniungerit, aut benedixerit, sed si alterum eorum fecerit, ita clare colligitur ex verbis dictiuis illius decreti ibi, *Coniungere, aut benedicere ausus fuerit.*

Parochus an subditos extra parochiã posit matrimonio copulare.

Vndecimo pretærmittendum non est, an parochus a pæna liberetur qui subditos suos in alieno loco extra perochiam existentes matrimonio coram testibus coniungit, absque propij sacerdotis consensu? Et præfari oportet vtrũ matrimonium eo modo contractum legitimum iudicandum sit, & licet neminem inuenerim, de hoc argumẽto disputantem, quousque tamen sacro sancta Romana Ecclesia contrarium iudicauerit

rit, censeo tale matrimonium non ex eo viciari, quod extra parochiam contractum sit. Tum quia forma Ecclesiæ, quæ in matrimonijs contrahendis desideratur, interuenit cum coram parocho & testibus contractum sit ergo matrimonium iudicandum est. Tum quia sacrum Tridentinum concilium, neç pro matrimonij substantia, nec pro eius solennitate requirit, quod intra propriæ parochiæ limites celebretur, & cum eius decisio noua & correptoria sit potius restringenda, quam amplianda est, vt sæpe dictum est. Tum quia ratio potissima quæ ansam dedit dicto decreto, ea fuit vt longe clandestinitas repelleretur, & matrimonium legitime probaretur, quę ratio verificatur etiam si extra parochiam & in alia cõcilij forma seruata contrahatur. Tum quia matrimonij vinculum mutuo consensu in quo contractus continetur perficitur nihilque obtinet, quod ad iurisdictionem concernat, vt inde esset asseuerandum, extra parochiam contrahi non posse l. fina. ff. de iurisdiction. omnium iudicium contractus vero nisi speciali iure interdictus sit vbique potest celebrari. Tum quia si in matrimonij celebratione aliquis actus consisteret iurisdictionis (quod prorsus negamus) esset voluntariæ & non contemptiosæ quæ extra territorium potest exerceri l. emancipati ff. de adoptioni. glossa. in l. final ff. de iur. omni. iudi. quam doctores ibi sequuntur maxime. Iasson. nnmero. 6. Tum quia huic opinioni ægregie suffragatur celebris Hosti. doctrin. in summa. titulo de pœnitent. & remissio. §. cui conhtendum, versic. Nunquid extra territorium. asseuerantis quod sacerdos parochialis, extra suæ parrochiæ territoriumexsistens, potest vbique parrochianum suum confiteri, & absoluere sequitur Iasson. dict. numer. 6. Et vt propositam difficultatem absoluam asseuerandum censeo, non esse parrochum a pœna immunem, qui extra opidum in aliena parrochia absque licencia propr j illius parrochi, sibi subditos matrimonio copulauit, & cum certa pœna statuta non sit iudicis arbitrio imponetur l. 1. §. 1. ff de iure de lib. capit. de causis. §. illis de offici. de leg. Quæ quidem pœna maior vel minor erit, perpensa malitia causæ quę ausam præstitit dicti matrimonij celebrationi. Non sane parrochus, crimin s suspitione caret, qui nulla subsistente causa extra opidum in aliena parrochia propria autoritate matrimonium celebrat, & ita tenendum censeo licet fere octo annis elapsis post hæc scripta contrarium tenentem legerim Doctorem Ioann. Seguram in directo. iudi. Ecclesiast. 2. part. capitul. 15. numero. 49. Nec refert, quod in oppidis in quibus diuersæ parrochiç constitutæ sunt contrarium apud nos moribus receptum est. Quia id contingit, cum parrochi saltim tacite alternis vicibus sibi ipsis hoc facere permittunt, quod si contradicerent nullo modo liceret.

Ex presſa licentia propij.

Duodecimo quod ad hoc, quod vt sacerdos inpunne sibi non subditos, possit coniungere,

gere, vel benedicere, requiritur quod proprij sacerdotis expressam facultatem habeat, nec tacita sufficeret, id quidem significat illud verbum, *Licentia*. possitum in Concilio ita scribit Lapp. allega. 86. & ibi nouissimi apostillantes. Andr. Tiraquel. latissime in lege. connuuial. glossa. 7. numero. 8. & ita interminis declararunt sapientissimi Cardina. interpretes sacrosancti Concilij Tridentini anno. 1573 die. 12. Nouembris dum Venetijs quæstio circa hoc esset, inter quosdam Grinanum & Paulam de Alueuo, quæ se desponsatam asseuerabat, a quodam Ioanne Baptista Grinano Veneto, vt testatur Iacobus. Menoch. de arbi. iud. quæstio libro. 2. centu. 5. casu. 453. numero. 14. idem in consilio 188. numer. 7. volum. 2.

Sacerdotis requiritur vt alienus possit aliquos matrimonio copulare

Illud autem notatu dignum est, quod sacerdos, ex generali facultate sibi â parrocho concessa, vt intra suam parrochiam, possit omnia ad curam animarũ spectantia exercere, potest matrimonij celebratione assistere, quia cum possit sacramenta ministrare, quod longe maius est, â fortiori hoc quod est minus licebit, ita ægregie defendit ægregius Martinus. Nauar. consilio. 27. titu. de sponsa qui elegãter probat, minime requiri, quod licentia hæc specialiter concedatur. Nec ea facultas, siue licentia, desideratur quod sit in scriptis, sufficit quod sit verbalis â testibus probari possit teste Martinos Nauarros, consilio. 41. dicto titulo de sponsalio.

Decimo tertio, non est obliuioni tradendum, quod ad hoc vt matrimonium coram alieno sacerdote celebratum, firmitatem obtineat: & ipse â pęna sit immunis licẽtia proprij sacerdotis præcedere debet, nec sufficit, quod postea sequatur. Vbi enim in aliquo actu licentia desideratur, ea præcedere debet authen. licẽtia. C. de Episcop. & clerici. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæredit. l. vlt. §. necessitate C. de boni. liber. c. omnis vtriusque secus. de pœni. & remission. & facit. l. 13. tit. 9. p. 6. vbi Gregori. in verbo, *Con otorgamiento*. & l. 3. titul. 7. lib 5. noui Regij ordin. vbi sancitum est primogenium non confirmari ex Regia licentia quæ post eius institutionem sequitur nisi hoc in ea expresse cautum fuerit tradit Innocen. in capit. dudum. de rebus ecclesiæ non alien. Bartholus. in l. si autem plures ff. de aqua plu. arcenda: Marcus. Antonius. Bauer. in §. si alienus seruus Institu. de hæredibus. institu. Bartholo. Socin. consilio. 222 numero. 3. libro 2. Cornel. consilio. 89. numero. 10. libro. 3 Cassaneus. in constit. Burg. rubri. 4. § 7 numero. 38. Antonius Gomez. in l. 42. Tauri. Et licentia multipliciter accipitur, vt per Bald. consi. 290. num. 6. libr. 3.

Dicta licentia à parrocho præstanda matrimonium debet procedere.

Decimo quarto non est ab hoc instituto alienum desputare, quis propris sit censendus parrochus, vt matrimonio possit interesse asseuerandum est quod sua diæcesi Episcopus, cum ea sit ordinarius nec non eius generalis vicarius, si cle-

si clericus sit, vt ex d. concilio colligitur ibi, *vel alio sacerdote.* Si vero sacerdos non est, minime assistere potest, ita in sacra congreg. Cardi. difinitum est, vt citatur Marti. Nauar. consi. 1. ti. de offi. ordi. quanuis (vt ille in quit) de iuris rigore contrarium possit defendi. Erit similiter quilibet contrahentium parrochis, quando diuersarum parrochiarum, sunt nam cum vnus sine altero matrimonij vinculo coniũgi non possit, vterque contrahẽs vtriusque parrochi subditus efficitur. l. si communem. ff. com. predi. cap. per tuas. de arbitris & in praxi ita receptum esse testatur Doct. Segura in director. iudi. Eccles. 2. part. cap. 15. nume. 47. scribit tamen eruditissimus Nauarrus manuali confessorum cap. 25. nume. 144. Illustrissimorum Cardinalium congregationem sub Pio Quinto Ponti. Maxi. pecaliari decreto declarasse, parrochum mulieris sufficere, quando in eius parrochia matrimoniũ celebratur, sicut sub santissimo Gregorio decimo Tertio eadem sacra congregatio difiniuit, viri parrochum sufficere, si in eius parrochia matrimoniũ celebratum fuerit. Ipse vero Martinus Nauarr. consi. 52. titu. de sponsali. testatur, auditu percipisse, eodem Cardinalis, postea iudicasse presentiam parrochi, siue viri, siue mulieris sufficere, in quacumque parrochia matrimonium contrahatur. Mirũ profecto in re alioqui grauissima, istum indiuersas sentẽtias fuisse humani tamẽ fragilitati, id tribuẽdum censeo sed vt nostrum quale quale sit iudiçium interponamus) id magis iuri consentaneũ existimamus, illum legitimum esse parrochum, in cuius parrochia matrimonium fit Equidem ijs duplici titulo parrochus est: cum ratione habitationis, cum ratione contractus matrimonialis, & hęc duo vincula, vno fortiora sunt auth. itaque C. comm. de succesi. cap. 1. de tregua & pace ita tenendum existimo salba Romanæ Eccesiæ censura, circa quod consulendus est idem Nauarr. consi. 1, tit. de sponsa.

Decimo quinto, silentio prætermittendum non est ne iudices Ecclesiastici in proferendis sententijs contra sacrum Conciliũ contractis errent (vt aliquando vidi) quod matrimonia quæ clãdestina sunt non debent abeis irritari cum ab eodem Concilio irrita sint sed tantum declarare debent, irrita & nulla a principio fuisse, sic censuit sacra Cardinalium congregatio in hunc modum. *Matrimonium contractum coram sacerdote qui non habet licentiã ab ordinario neque à proprio contrahentium parrocho non debet per ordinarium irritari sed tantum declarari irritum esse quia cum concilium Tridentinum illud irritum fecerit nõ est alias irritandum sed opus est sola declaratione quod irritum sit.*

Duodecimo sexto, non est prętermittendum, circa huius capitis propositum argumentum, clericum qui matrimonium quod seruata Concilij Tridentini forma contrahi intenditur malitiose impedierit pœna text. in dict. capit. cum inhibitio. §. fina. puniendum esse ita gloss. notat ibi in verbo, malitiose. Si vero laicus in hoc delinquerit, ab eccle siasti

Not. contra malitiose impediẽtes matrimonium.

siastico iudice arbitraria pœna est puniendus ex gloss. sententia ibi Regia l. 4. titulo. 3. parti. 4. Insuper damnum parti illatum resarcire tenetur ita Vicent. Ioann. And. in dicto. §. fin. Grego. Lopez in dict l. 4 inverbo. *Deuen auer pena*. Didacus Perez in l. 1. titul. 1. libro. 5. ordina. fol. 33. quod not. quia sæpissime contingit in practica.

Quod non sit vera. Adde quod hanc nostri autoris opinionem contra alios sequitur D. Præsul. Couarr. in 2. part. Decreta. capi. 6. nume. 14. & nouissime D. Didac. Perez, vbi paulo ante allegaui.

Dispenset. Adde quod iam hodie nouissimo Concilio Tridenti Session. 24. capitul. 1. de reformat. matri multoties iam allegato licet ordinarijs si legitima causa interfuerit, in his monitionibus dispensare Nec ante concilium licebat hoc fieri, nisi tantum in locis in quibus consuetudo inualuerat, vt scribit Marti Nauarr. in manu confess. capit. 22. nume. 70. Erit quidem iusta dispensandi causa sino bilis cum ignobili, diues cum paupere, senes cum adolescentula, contrahere velit: & ea ratione consanguineos timeat, ita Paiud. in 4. Senten. distinctio 28. quæstion. 2. colum. 4. Antoni. in 3. part. titul. 1 capit. 16. §. 5. Martin. Nauarr. in dict. numer 70. Erit legitima causa ob vicinitatem temporis quo prohibitæ sunt nuptiæ vt cautum est decreto Car Sacræ Congregationis.

Vicarij generales Episcoporum,

Sed dubium ægregium circa prædicta versatur, vtrũ Vicarij generales Episcoporũ Concilij Tridentini autoritate, dispensare possint, vt non factis monitionibus matrimonium celebretur, qua proposita quæstione. Iacob Menoch. cons. 69. num. 55. volum. 1. censet hoc eis non licere immo prorsus prohibitum esse. Nam (vt ille inquit) cum hoc munus a sacrosancto concilio, Episcopi arbitrio relictum sit, non poterit vices suas alteri demãdare, ex his quæ ipse late scripsit lib. 1. de arbi. iudi. q. 54. nu. 1. & 2. Deinde quia ex eo personæ industria electa centetur, cum grauia & ardua sunt quæ mandatur Deci. in l. 1. nume. 28. vbi nouissimi. ff. de offici. eius Iaf. in l. more. num. 65. ff. deiur. omni. iudi. & in l. a iudice num. 13. C. de iudi. Aymon consilio 303. numer 3. At causa coniungendi & disoluendi matrimonium, maximi ponderis est, vt tradit Dec. consil 31. colum. 1. Parisi. consil. 1. nu 13. lib. 2. Socin. Iunior consi. 86. n. 6. li. 2. Hyeron. Gratia consi. 2. nu. 34. lib. 2. Sed meo iudicio lapsus est Menochius qui fuit huius opinionis antesignanus, cuius opinionem eo non allegato, nouissimè amplectitur Doctor Suarez de Paz in sua practica quam non sine maxima diligentia elucubrauit. 2. tom. 3. num. 1. Qui ea innititur ratione, quod in generali commissione ab Episcopo suo vicario facta, minime compræhenditur dispensandi facultas, vt in capite quod translationem de offici. leg. glosa. in capi. quæ de causa. 2. quæstion. 4. Et contrariam sententiam veriorem esse semper iudicaui. Tum quia potestas relaxandi has monitio

nõ possint dispensare, vt monitionibus non factis, matrimoniũ celebretur.

Opinio quædam Iacob. Meno. repellitur.

T nes,

nes, non maioris momenti est, quam matrimoniales controuersias, beneficiales causas, criminales querellas, & cæteras aliasgrauissimas concertationes, ad ecclesiastica tribunalia spectantes iudicare, & dirimere. cur igitur vicarijs generalibus hanc potestatem negauimus? Tum quia si Iacobi Menochij, vera esset opinio, ex eius ratione, idem asseuerandum foret, in dicti Concilij decisione de qua in superioribus actum est, quæ pœnam parocho, contrahentibus & testibus, qui clandestino matrimonio interfuerunt imponit, quos arbitrio ordinarij puniendos esse præcipit, & innumeris alijs iuris locis, quibus certa pœna non statuitur, sed ordinarij prudentiæ & arbitrio committittu quod nullus vel mediocriter doctus affirmare audet. Tum quia Episcopus iudiciales omnes controuersias, quarum iurisdictio ordinario iure sibi competit, sicut iudicare per se ipsum potest, ita per vicarium ab eo constitutum ca. cum Episcopus de officio ordin. lib. cui etiam potest delegatas causas præsentes terminandas committere, vt late per Rebuff. in practi. benefi. in formavicariatus numero. 159. Tum quia sanctum concilium quatenus iudicio ordinarij dictam facultatem committit, non tantum Episcopo, sed ei qui vices illius gerit committere censetur, quia is ordinarius dicitur, gloss in capi 2. in verbo, officialem. de offici. vicar. in 6. & in capit. perlectis. in verbo, iurgia 25. distinct. & in c. Roma. in verbo generaliter. de appella. in. 6. tradit Fe. in rub. de offici de lega. nu. 4. D. Episcop: Couarru. lib. 3. resol. cap. 20. nu. 4 Et eadem est Episcopi & eius potestas, & idem est amborum tribunal. capit. 2. de consuetud. lib. 6. capit. Romana. in princip. de appella. eo. libr. & inter Episcopum, & eius vicarium non est dare mediũ, vt scribit Abb. consil. 21. lib. 1. in fine. dicitque ibi, vicarium Episcopi ipsius radijs illustrari, & hac ratione vnum ex potissimis Iacob. Menochij fundamentum longe repellitur. Tum quia non semper verum est quod idem Menoch. asseuerat, nempe personæ industriam ex eo electam censeri, quod ardua aliqua causa committitur, nam matrimoniales controuersiæ magni ponderis & momenti sunt, ideoque illarum cognitio Episcopis competit. ex literis. de in integ. restitu. cap. acceden tibus. de excessibus prælator. nihilominus tamen generales vicarij potestatevicaria eas iudicant Tum quia a temporepublicationis concilij praxis forensis (totius vt censeo) Christiani orbis præsertim Hispaniæ, ita concilij interpretata est nõ igitur ab ea recedi licet, quia mutanda nõ sunt, quæ certã interpretationé habuerunt. l. minime l. si de interpretatione ff. de legi. & vera legis interpretatio a practica sumitur. Bald. in capit. 1. in princi. de feudo sine culpa non amittẽ. Et post hæc scripta legi Illeph. a Vera Cruce hanc opinionem tenentem nullis corroboratam fundamẽtis in append. ad speccul. coniugiorum. fol. 4.

Nec ratio bene eruditi Doctoris Paez me in contrarium mo-

uet,

uet, nam hæc dispensandi facultas, non ab Episcopis suis vicaris generalibus speciali potestate, ac veluti per manus censetur concessa, sed eo ipso quod vicarij creantur ab ipso sacro sancto Concilio concessa censetur. Audio tamen quod nouissime, in concilio Prouinciali Toletano anno Domini 1583. celebrato ab Patribus & Prælatis qui ibi interfuerunt, quadam decisione nondum in publicum emissa, decretum fuisse, potestatem remittendi has denuntiationes, Episcopis competere, non vero vicarijs generalibus. Quod eis licuisse prædictam constitutinem sic diffinire nullus in disputationē adducere poterit.

Nuptias secundas, vel temporibus prohibitis benedicentes.

CAPVT. LXXIII.

1 *Vir siue mulier si alias coniugalem benedictionem receperit, benedictio reiterari non debet.*
2 *Sacerdos huius criminis reus qualiter puniatur.*

1 VIR & mulier ad bigamiam tansiens, non de-
a bet a præsbytero benedici: a quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet, verba sunt text. in capitulo. Vir autem de secundis nuptijs, & sic siue vir siue mulier alias receperit benedictionē, nō debet benedictio
b iterari, b quia communis est vtrique, neque vnus sine altero eā recipere potest, vt not. Hostien. in summa eiusdem tit. in §. An licitum sit, versi. In aliquibus, qui etiam notat quod si duo transeunt ad bigamiam, qui nunquā fuerunt benedicti, poterunt benedici. Sacerdos autem contra-
2 rium faciens ab officio & beneficio suspensus cum testimonio literarum proprij Episcopi destinandus est ad sedem Apostolicam, c vt in ca. 1. eo titu. Ex quo c videtur secundum Host. vbi supra quod alius dispensare non potest. Quam pœnam cum tam grauem consideret Ant. in d. ca. 1. protā leui delicto dicit quod forte clericus, de quo ibi benedixit secundas nuptias contractas viuente prima coniunge: d quod etiam d ante eum suspicatur Ioann. And. qui tamen dicit hoc non patere in decretali antiqua: vt refert Abb. ibi, qui credit hodie imponendam esse pœnam arbitrariam attentis circunstantijs, ac consuetudine loci. Et licet quidam dixerunt quod talis sacerdos est suspensus ipso facto. tamen Hosti. tenet contrarium, quem videtur sequi Anto. ibi, dum refet eius opinionem vltimo loco. Et sequitur eum etiā expresse Abb. licet de Ant. non faciat mentionem. Vnde in hoc delicto cum pœna non sit imposita ipso iure secundum communem e opinionem: & delictum e non sit tam graue, arbitrio iudicis erit puniendus clericus in f hoc delinquens. f

Benedici. Vide rationē A huius prohibitionis per ægregiū Mar. Na. in manu. ca. 22. nu. 83.

B *Iterari.* Vide sing. Syluest. in summa in verbo, nuptiæ. quo loco scribit tex. in capit 1. de secund. nup. Locum habere etiam priore matrimonio soluto, & quod si alter coniugum iam semel benedictus fuerit, vel saltim mulier ipsa, non debet benedictio iterari. Quod si fœmina nõdum fuisset benedicta, potest tũc benedictio solenniter fieri, & hæc fuit Sancti Thom. sententia in 4. Senté. distinct. 42. quęstio. 3. ad finem, quæ in praxi seruatur vt fatetur Henri in capit. vir autem de secund. nup. vbi glo. idem not, & frequentior vsus eam recepi, tvt testatur D. Couar. in 4. Decretali. 2. par. c. 8. §. 11. nu. 2. quam nouissime sequitur Grego. in l. 2. ti 11 par. 4. in verbo, *No deuen ser vedados.* F. Alphon. â Vera Cruçe in specul. coniungi. 1. par. arti. 13 & ita tenendum censeo licet hoc firmare non audeat Iacob. Menochi. de arbi. iudi. quæstion. li. 2. centu. 5. casu. 417. nu. 10.

C *Ad sedem Apostolicam.* Hodie vero stat quædam Ioan. vigesimi secundi extrauagans constitutio, qua missio sacerdotis secundas nuptias benedicentis ad Romanam curiam omnino tollitur de qua meminit Domi Pręsul Couarru. vbi Paulo ante allegaui.

D *Viuente prima coniuge.* Adde quod hanc opinionem sequuta est Regia l 2. ti. 4 par. 4. cum dicit *Mas los que diessen bendiciones a los que casassen dos begadas, o mas, siendo el matrimonio de partido por embargo de derecho, ò por muerte, segun sobre dicho es, no caeran en pena.* Ex qua Grego. ibi çolligit quod iura secundas nuptias benedici prohibentia procedunt, primo matrimonio non dissoluto, non tamen respectu pœnę de qua in dicto c. 1. de secund nup. sed respectu ipsius dationis cuius contrarium videtur disponi rid. cap. vira. ex ratione ibi constituta cum dicit, *Alia vice benedicti sũt,* a cuius tex decissione & a receptis Theologorum & Canonistarum opinionibus de quibus supra minime auderem recedere, cum in hac spirituali materia illis merito sit standum.

Regia l. 2. tit. 4. par 4. interpretatur.

E *Secundum communẽ.* Adde quod istam opinionem communem esse testantur eam sequuti Martin. Nauarr. in manu. confessor. capit. 25. nume. 137. pagin. 595. Iuli. Clari lib. 5. recep senten. §. fina. quæstion 75. ver. sacerdos. Couarru. dict. §. 11. numer 2.

F *In hoc delinquens.* Adde quod eadem opinionem communem esse testatur Iacob. Menoch. dict. casu. 417. nu. 8. Et eadem arbitraria pœna puniendum esse censeo clericum, qui temporibus a iure prohibitis, nuptiales benedictiones indulserit, de quibus in cap Capellanus. de ferijs, & in capi. non oportet. 33. q. 4. l 18. titu. 2. parti 4. & nouissime in Concilio Tridentin. Sessio. 24. capit. 10. de reforma. vbi ab aduentu Domini vsq; ad diem Epiphaniæ, & a feria quarta cinerum vsque ad octauam paschatis, inclusiui, sancta Synodus antiquas solennium nuptiarum prohibitiones seruari ab omnibus præcipit, alijs autem temporibus nuptias solenniter celebrari permittit. Cum enim ibi statuta non sit pęna, iudicis arbitrio relin-

Clericus temporibus prohibitis, benedictiones nuptiales indulgens, qua pœna puniatur.

relinquitur, tex. in cap. de causis. de offi. delega. 1. § 1. ff. de iure deliberand. In hoc vero Toletano Archiepiscopatu duorum millium dipondiorum pœna statuta est: quæ Ecclesiæ, denuntiatori, pauperibus æquis portionibus est applicanda, vt habetur lib. 3. dictarum constit. tit. de sponsa. lib. cap. 5.

Pari etiam ratione coniuges, qui dictis prohibitis temporibus fuerunt benedicti, a iudice ecclesiastico arbitraria pœna puniendos censeo. Qui vero dictã nuptiarum solennium prohibitionem statutis temporibus, superstitionem esse tyranicam, ab Ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones, & alias cæremonias quibus Ecclesia in illis vtitur damnauerit, anathema est, vt in Concilio Triden. Sess. 24 canone. 11.

Virgata & partita veste publice vtentes.

CAPVT. LXXV.

1 *Virgata vel partita vestis quæ dicatur.*

2 *Sacerdos, qui virgata vel partita veste vtitur, qua pœna puniatur?*

3 *Clericus si vtitur aliqua ex vestibus sibi prohibitis, secretæ tamen, à pœna est immunis.*

4 *Clericus, qui paupertatis causa, aliqua ex dictis vestibus vtitur, a pœna liberatur.*

5 *Quæ vestes clericis sunt interdictæ, ex Constantiensi & Matiseonensi concilijs ostenditur.*

ANte quam huius excessus pœnam describamus, sciendum est, quod virgata vestis dicitur illa, quæ est stripata per diuersos colores, vel cum pannus de se est planus, aliquid supra ponitur per modum virgæ vel literaturæ. Partita vero est quę fit ex diuersis coloribus, vel quæ est sciissa, vel diuisa per ferrum, vt per supradicta verba declarat Ioann. Vãchel. in breuiario Clementinarum, Clemen. 2 de vi. & hone. cleric Clericus vero tali vtens veste, beneficiatus per sex menses á perceptione fructuum est eo ipso suspensus: si non beneficiatus, sed in sacris citra sacerdotium per idem tempus reditur eo ipso inhabilis ad beneficium ecclesiasticum. Habens vero dignitatem, personatum, seu aliud beneficium, cui cura animarum imminet, ac alij in sacerdotio constituti tali vtentes veste publice, aut infulam, seu pileum lineum publice portantes in capite, sunt eo ipso beneficiati â perceptione fructum per annum suspen. Sacerdotes vero per idem tempus inhabiles ad beneficium, vt in Clement. 2. supra allegata, de vi. & hone. cleric vbi etiam vide alias vestes clericis prohibitas, & pœnas deferentium illas. Nota tamẽ quod si clericus vtitur aliqua ex vestibus sibi prohibitis a secreto, & subtus alias vestes, ita quod in publicum non apparet, non incurrit hanc pœnam: idem est si vtitur talibus vestibus domestice, puta in studio, vel loco simili vel si non cõtinue portet, sed ad momẽtum propter festum socij

1 2 3 4

sui, qui doctoratur, vel sit rector aut miles, aut ducit vxorem. ita notat Ancharra. ibi secundo nota. referendo ad hoc Zenze. &
4 tenet hoc etiam Imo. ibi. 2 colu. versi. Quæro quid. Qui præterea notat post Zenze, quod si clericus propter paupertatem defert vestes prohibitas, non in-
5 currit pœnam illius text. Et vide etiam Ioann. de Ana in rub. de aposta. vbi aliqua exprędictis refert & sequitur & decisiones Capellæ Tholosanæ in q. 52. Ité fuit dubitatum, si clericus, cum sua additione Stephani Aufrerij. Et vide Conciljum Constantiense in sessione 14. in ti. de vi: & honest cleri. vbi penitus decernit abolendum quod clerici & personæ ecclesiasticæ deferant manicas ad cubitum pendẽtes, & vestes longas cum magna & sũptuosa superfluitate, maxime fissas retro, & in lateribus cũ fodraturis vltra orã excedẽtib⁹ in fissuris, & ꝙ cũ talib⁹ intersit in ecclesijs cũ superplicijs, ac alijs vestibus ad cultũ & officiũ ecclesiasticũ ordinatis, maxime intra ecclesias, in quibus beneficiati exsistunt. & ꝙ contrarium facientes, vt tranigressores Canonũ puniantur. & specialiter statuit, vt quicunq; beneficiatus aut officiũ in ecclesia gerens in habitu huiusmodi diuinis officijs præsumpserit interesse, pro qualibet vice â participatione prouentuum ecclesiasticorum per mensem nouerit se suspensum, ac tales fructus fabricæ illius ecclesiæ applicentur. Vt autem apertius intelligatur quam dispar fuit antiquorum patrum zelus in procuranda clericorũ etiãinvestibus honestate, non prætermittendum duxi ꝙ in concilio Matisconensi. primo. c. 5. sancitum fuit per hæc verba, vt nullus clericus sagum aut vestimenta, aut alceamenta sęcularia, nisi quod religionem deceat, induere præsumat: ꝙ si post hanc diffinitionẽ clericus aut cum indecenti veste, aut cũ armis inuentus fuerit, â seniori ita coerceatur, vt triginta dierũ inclusione detẽtus aquatantũ & modico pane diebꝰ singnlis sustentetur. Pudeat ergo hodiernos iudices ecclesiasticos delicta grauia sub præ tex. cuiusdã pernitiosæ pietatis leui coertione punire. cũ patres antiquos tã leue facinus tã duro & lõgo iciunio legerint correxisse.

Vestes honestæ & vera clericales quæ sint.

Sibi *prohibitis*. Est quidem & religioni & clericorum honestati contrarium diuinos ministros prophanis vti vestibus quæ morum manifestissima solent esse signa laudandus quidem est decor, & competens ornamentum Doct. quidem Ambrosi. lib. 1. off *Decor* (inquit) *corporis non sit affectatus, sed naturaliter simplex neglectus magis quam exquisitus, non præcisis, aut albentibus indutus vestimentis, sed cõmunibus & honestati & necessitati nihil desit nihil accedat nitoris.* Vti enim inuestitu nimio culto peccatũ est teste diuo Tho. 22. q. 169. ar. 1. & ante ipsũ scripserat D. Gre. Home. vlti. ex quadra. his verbis *sunt nonnulli, qui cultũ subtilitũ pretiosarum q; vestiũ non putant esse peccatũ, ꝙ si videlicet culpa non esset nequaquã sermo Dei tã vigilanter exprimeret, ꝙ dines qui torquetur apud inferos biso. & purpura indutus fuisset.* Quod peccatũ a clericis multis modis cõmitti potest tradit Ta.

in

in sum. in verbo, clericus. 2. ver. Queritur qualis & nota quod licet in hoc capite, quædam vestes clericis sint interdictæ, non tamẽ est satis cautum, nec omnino diffinitum, quæ vestes sint honestæ & vere clericales, idcirco glos. in ca. penult versi. *Auratis* de vita & honest cleric. respõdit, eas censeri clericis vestes honestas, quæ communi vsu fuerint admissæ, in ea prouincia, & ea ratione non dicetur clericus vestibus indecoris indutus, qui iuxta regionis consuetudinem, vsum, & morem, vestitus incedat, ita tenet insignis Couarru. in practi. quæstion. cap. 31. nume. 8. cuius consilio istam & multas alias annotationes quæ in prima huius operis æditione in margine collocaueram, in corpore operis cum alijs additionibus, ne diuersi autoris viderentur, collocandas constitui. Obijt vero dictus Dominus Præsul cum maxima bonarum literarum iactura anno. 1577. die vero. 27. mensis Septembris, cuius opera eius memoriam in æternum prędicabũt nec temporis iniuria peribit, vtinam etiam ipse perpetua beatitudine fruatur Et vt ad rẽ redeam dictam opinionem tenuit Alexan. consi. 149. num. 12. lib. 6. & consi. 8. colum. vltim. libr. 1. not. gloss. in cap. si quis virorum 30. distinct. & in summ. 24. quæstion. 1. & in Clemen. 1. in verbo *Secularis* de electi. not. Cardi. in Clement. 2. de vita & honest. cleri. Abba. in cap. 1. de apostat. Cassa. in consuetudi. Burg rub. 1. §. 5. *Silnagrace* numero 8. Boch de Cur. in capite. vltim. de consuetud. folio. paruo. 18. colum. 2. &

Insignis D. Didacus. Conamors

50. quam opinionem communem esse fatetur. D. Couarru. vbi supra & vide text ægregium in capi. Ioannes. de cleri. coniuga. & vide etiam plura lectu non indigna quæ de prohibitione clericorum vestium scribit Menochi. de arbi iudi. quæstioni. lib. 2. centu. 4. casu: 392. & Concili. Const Sessi. 14. titu de vita & hon cleri. vbi certa vestiendi norma præscribitur grauissimis pœnis contra transgressores impositis. Conc. Triden. Sess. 14. ca. 6 vbi beneficiarius etiam exemptus ab Episcopo suo monitus, habitum clericalem non gestans, ab ordinibus & beneficijs suspenditur, quod si id non sufficeret, sed contumaciter permanserit, in celere his priuabitur Et Sessione. 22. capit. 1. Statuit seruari quæ de clericorum vita honestate, cultu, luxu comessationibus, choreis lusibus, nec non secularibus negocijs fugiendis sacris canonibus sancita sunt. Et concilij Tri. Sess. 24. c. 12. de reforma statutũ est clericos tãin Ecclesia quã extradecenti vestitu vti assidue debere decens cẽsendus est habitus oblongus vsq; ad talos, nam quanuis talares & manicas tunicas habere erat olim apud Romanos nõ vulgare flagitium quia nimiã mollitiẽ redoleuat. Post illa tempora huius modi vestitus christianæ grauitati vsus est vt constat ex D. Augusti. de doctrina Christ. lib. 3. c. 12. Aliquando tamen ob tẽporis oportunitatem aut personę corã qua clericus assistere debet' posset absq; pœnæ metu venustiore forma vestiẽdi Cape. Tolo. quæsti. 51. vbi Aufe Syluest. in verbo

Apostasia quæsti. 2 & vide circa prædicta concilij decreta Mart. Nauarr. in c. statuimus 19. quæst. 3. nu. 27. nouissime. vero sanctissimus Pontifex Sixtus Quintus extrauagantem constitutionem edit de hauitu a tonsura per clericos seu milites beneficia vel pensiones obtinentes deferendis qua aduersus transgressores grauissimę pœnæ sunt statutæ.

Ac comam nutriẽtes, siue relaxantes.

CAPVT. LXXVI.

1 *Clerici nutrientes, siue relaxãtes comam, qualiter puniantur.*

2 CLericos nutrire comã Anicetus Papa prohibuit,[a] vt in cap. Prohibete.[23]. dist. Et præcepit caput radere desuper in modum spheræ: & idem etiam prohibuit Concilium Carthaginien. 3 in cap. Clericus de vi & honest. cler. Item etiam Concilium Agathense statuit vt clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiano detondeantur inuiti, vt in c. Clerici, ea dist. Postremo vero Grego. 9. statuit quod si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit, vt in ca. Si quis, ead. dist. vbi glo. dicit exponendum sit, b id est, fiat.[b] Et est etiam text. in cap Si quis. de vi. & honest. cler vbi glo. idem dicit & vide Abb. ibi, qui notat ex tex. quod clericus non deferens tonsuram peccat mortaliter, quia est dignus 5 anathemate.[c]

PRohibuit. Adde quod illius decreti meminit Platina in vita Aniceti summi Præsulis. Comam quidem nutrire, apud antiquos inter molia & delicata numerabatur quæ viris præsertim sacerdotibus minime conuenit. Ita apud Romanos seruis comam nutrire non licebat, vt testatur Gellius libr. 3. nocti. Atti. Cælius lib. 7. lectu. antiqui. cap. vltim Alex. ab Alexand. lib. 5. dierum geni. cap. 15. Aristoph. in Anib. & Sidonius Apollinar. li. 2. epist. 1. A

Comam nutrire, vel rade re apud antiquos quod sym bolume rat.

Et hoc fuit in causa aliquibus monachis, capita radendi symbolum, quod contemnerent lautitiam & ornatum, quorum gratia ante nutriebantur capilli. ita arbitratur D. Augusti. lib. de operi. monach. Id circo propræstanti remedio legitur, in postremis libris Historiæ Francorum Gregorij Turonensis eis fuisse, qui metu Principum sibi mortem instare putabant, capillos tondere, & in monasteria vel ad clerũ transire, tũcque Principes quiescebant a concepta ira. Sic Iulianus apostata metu Cæsaris, cui infestus erat comam totondit, vt testatur Ciryllus Alexand. in prol. libr. contra Iuli. epistо. ad Theodosium. Capillum æquidẽ tondere, signum erat mœroris & tristitiæ, de quo est manifestum Ieremiæ testimonium. cap. 7. *Tonde* (inquit) *capillum tuum & proijce, sume in directum planctum.* Dixit & Micheas. *Decaluare & de tondere super filios deliciarũ tuarum, dilata caluitium tuum sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.* Scribũt præterea Plutarchus in

in vita Alexandr. & Arrianus de gestis Alexan. idē quoq, Aclian. lib. 7. de varia histor. cap. 8. Alexandrum Magnū, mortuo Ephestione amico propugnacula vrbiū dirupisse, equos, & malos tonderi iussisse, in signum męstitię, & luctus. Scribit etiam Suetonius in Calig. cap. 5. mortuo Germanico patre Cæsaris regulos quosdam barbam tondisse, & vxorum capita rasisse. Et ea de causa rei criminū apud Romanos submittebant capillum, auctor est Plinius Iunior. lib. 7. epistolarū epistolo. scire suo, &c.

Clericorū tonsura antiquissima est in Dei ecclesia cōtra impios Hæreticos.

Quod vero ad clericorū tonsuram attinet, circa quam versatur huius capitis argumentum, illud censeo consideratione dignum, quod licet Vvitcleff. vt constat ex Vvalden. thomo 5. de sacau. sub tit. 9. cap. 80. quem impij Lutherani sequuti sunt irridebant clericorum tonsuram, & hac ratione ac si ignominiosū esset clericos rasos, & tonsos appellabāt. Tenendum tamen est nimis sacerdotali dignitati conuenire, quod sacri ministri tonsura condecorentur. Tum ob eius antiquitatem, nam veteri testamēto eius similitudine sacerdotes tondebantur, vt refert Casiodorus super illud Psalm. 39. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei*, &c. *non frustra* (inquit) *in comparatione delictorum capilli adducti sunt, nam in testamento veteri sacerdotes ipsa similitudine redebantur vt tali emundatione purgati, carnis vitia deposuisse viderentur.* Tum quia clerici tonsura signantur in memoriā Spineæ Coronę, quā Iudæi Christi redemptoris nostri capiti imposuerunt. Et hac de causa Petr⁹ Apostolus fertur, quod eadē fuit insignitus, vt memoriæ prodidit Beda lib. 5. de gestis angelorum. nec â Catholicis viris dubitari potest, quod ab Apostolorum tēporibus, vsque ad nos clerici corona initiantur. Vnde Dionysius lib. 5. de ecclesiastica Hierarchia cap. 6. parte. 2. ait. *Episcopus dum quemlibet sacris initiat, consignans eum crucis signo tōdet.* De hac etiā corona meminit Diuus Hieronym. in quadam breui epistola. ad Augustinum. Hugo lib. 2. de sacrament. 3. parte cap. 5. Tū quia corona Regiam maiestatem designat, quę ecclesiæ ministris competit, vt diuus Hieronymus ait, & habetur in cap. duo sunt 12. q. 1. Tum ratione figuræ, quæ cum circularis sit, imaginē perfectionis significat, quam diuini ministri profitentur, & ideo secundum ordinis dignitatem, maior, velmi nor corona tenditur, sic maiori corona Episcopi, necnon monachi tondentur, quia eorū munus ad maiorem perfectionem expectat, vt egregie inquit Albertus Troti. lib. 2. de vero, & perfecto clerico cap. 39 num. 3. vbi nu. 4. inuehitur contra clericos, qui coronā prout tenentur non gestāt, his verbis. *Licet male obseruetur hodiernis temporibus maxime hoc vltimum, quia vidimus nedū clericos simplices, imo sacerdotes, & communiter nunc omnes Prælatos Ecclesiæ Dei portare crines longos vsque ad cooperimentum aureū totaliter, & fere etiā oculorum. Ideo nimirum si propter huiusmodi deferre aures, & oculos sic occupatos, & obtrusos deficiunt insignificatu illo sanctissimo, de quo supra. Cum tanquam obturati aures, & oculos, audienda non audiant, & vi-*

Episcopi & monachi quare maioritō sura quā clerici tō dantur.

videnda non videant. Merito ergo videntur mereri hi tales coronam illã amittere in alio seculo, quam abiecerunt a se in isto.

Tum quia hic mos omnibus fere temporibus, in omni religione obtinuit, vt capillos succinderent, qui Deo se dicarent ex voto siue in perpetuum, siue ad tempus se sanctificarent, vt fecit hoc Priscilla Aquila actuum capit. 18. Et olim Nazareni post quam sanctificati erant, & votũ impleuerant, peracto sacrificio radebant ante ostium tabernaculi fœderis cæsariem consecrationis suæ inijciebanturque capilli in ignem, qui erat suppositus sacrificio pacificorum, vt habetur numer. cap 21. Refert etiam Herodotus in Euterp. lib. 2. Sacerdos vno quoque die, totum corpus eradere, ne quid eis intersuorum Deorum cultum aut pediculi, aut alterius sordis crearetur. Plinius quoque li. 16. historiæ naturalis c. 44 tradit Vestalibus capillum ademptum, & ad Leton quandam arborem in Lucinæ arca delatum. Nec his refragatur quod Deus Optimus Max. Leui. cap. 19 Prohibuerit sacerdotibus, ne raderent caput vel barbam id sane peculiari ratione factum fuit ne viderentur imitari paganorum, & idolatrarum sacerdotum ritũ qui vt ait Baruch. 6 ca sedebant habentes tunicas scissas, capita & barbam rasam. Voluit autem quantum fieri posset Deus populum suum (qui durę erat ceruicis & pronus ad idolatriam) a cæremonijs similibus, quę idolorum possent referre cultum auocare. Deinde responderi non incongrue potest quod quanuis Leuit. videatur depilatio prohibita, non tamen vetita tonsio, vel rasio; remanentibus radicibus pillorum. Non ibi rasio capitis superior intactis illis angulis inferioris comæ sed inferioris partis prohibita erat: vel ex integro prohibita rassio. Nostri quidem sacerdotes non inferiores partes nec omnino caput radunt vnde non est eis vetita. Detulit quidem barbam & capillos Dominus noster Iesus Christus, quia nihil in eo radendum vel amputandum fuit, nobis autem qui vocati ex gentilitate sumus, eum pœnitus infecti fuissemus, omnia superflua amputanda fuerũt Deo seruituri, vt scribit Francis. Venetus libr. problem. Sacræ scripturæ tomo. 6. secti. 9. problema. 397.

Et non solum clericis comam nutrire prohibitum est, sed nec barbam iure communi inspecto vt in cap. clericus. & ca. cleric. de vita & honest. cleri. secundũ vnde profectum fuit, dictum capi. clericis barbas radere prohibitum est. Nam vt scribit And. ab ex ea. in rub. de const. nume. 62. in Codice Conciliorum sic legi *Clericus neque comam nutriat neque barbam radat, & recte. Nam lege antiqua sic præcepit Dominus populo suo* Leuit. c. 19. ibi, *Nec radetis barbã.* Idem etiam præcepit c. 21. ad sacerdotes Aron verba faciens. Romæ vero & multis orbis partibus cõsuetudine receptũ est, vt barba clericis sit permissa modo labiũ superius radatur, vt testatur Mar. Nauar. in manu. cõfesso. c. 25. nu. 110. apud nos vero ius

Antiquis simus semper fuit, vt qui Deo se consecrarent capillos succinderent.

ro ius commune obseruatur.

B *Id est fiat.* Adde Hyppoli. qui hanc interpretationem approbat in rub. ff. de xal. num 32. Domi. Soto in 4. Senten. distinct. 24. quæstio. 2. art. 2 vbi optime scribit, quod dicta pœna tãtum illaqueantur clerici, qui priuilegio clericali gaudent, ideo clerici innitiati prima tonsura, vel in minoribus constituti ordinibus nisi beneficium ecclesiasticum habuerint, non tenẽtur coronam appertam habere : imo secundum illum male facerent. si illã apperuerint, cum in contentum ordinis cederet. Nam his permissum est arma portare, & omnia alia quę mere laicis licent, ita tenet Abb. in capi. 1. & 2. de postul & in ca. 1. & in capit clerici. 2. de vita & honest. clericor. quam opinionem & vsu receptam, & in theorica communiter approbatam testatur Nauar. di nu. 110.

Sed hęc huius capitis pœna, quę contra clericos istius crimi nis reos imponitur, rarissime infligitur : quia fere in omnibus Episcopatibus constitutæ sunt pecuniarię vel aliæ pœnæ pro modo culpæ prout in hoc Tolc tano Archiepiscopatu constituta est pœna duorum aureorum, quæ quidem pœna Ecclesiæ, denuntiatori, pauperibus, quæ æquis portionibus applicatur, vt habetur in cap 1. tit. 2. libr. 3. dictarum constitutionum.

C *Anathemate.* Et sic obiter nota quod excommunicatio non nisi pro graui culpa, quæ mortalis sit inflingenda est cap. nemo. cap. nullus. 11. quæstio. 3. docuerint Theologi præsertim Sanct. Thom. in 4. senten. dist. 18. quæst. 2. ad. 3. quæst. Feli. post alios in rub. de sent. excommuni. Couarru. in cap. Alma mater 1. par. relecti. §. 9. num. 1. de senten excõmmu. lib. 6. Ioan. Lup. in capite per vestras de dona. inter vir. & vxor. §. 18. nu. 13.

Ebrij.

CAPVT. LXXVII

1 *Ebrietas inter grauia delicta numeratur.*

2 *Clerici, qui immoderate potionibus incumbunt, qualiter puniantur.*

3 *Tabernarum ingressus clericis est interdictus, nisi itineris vel peregrinationis causa compulsis, & huius prohibitionis trãsgressores iudicis arbitrio sunt puniendi.*

QVI enim ebrietatis crimen parum esse existimat, audiat Apostolum Paulum dicẽtem. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque auari, neque adulteri, neque ebriosi regnum Dei possidebunt Cumque inter tam grauia 1 delicta ebrietas annumeretur, quanta sit eius grauitas aperte perpendat, videatque beatũ Augustinum in sermone de ebrietate, qui inter sua opuscula impressus habetur. Et Isidorum in tract. de summo bono, in lib. 2. in cap. 43. de ebrietate. Et præcipue legat obsecro elegantissimam, & mirabile homiliam Basilij. in pri 2 mo tomo, in homili. 14. de ebrietate & luxu. Vnde quia ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix est: 3 ideo placuit Agatẽsis Cõcilij venerandis patribus,

vt

vt clericus, de quo fuisse ebrium constiterit, aut triginta dierum spacio â communione submoueatur, aut corporali supplicio subdatur, vt habetur in capit. fi. 35. distinct. quæ pœnæ sic fuerũt dissunctiue discriptæ, vt discretus Iudex quem huic vitio deditum animaduerteret, & quod à communione priuetur, paruipendere corporali potius supplicio castiget Et vide Host. in summa, titu. de tempo. ordin. in §. Et cui versi. Pœna autẽ. vbi dicit, quod episcopus, præsbyter vel diaconus deseruiens ebrietati, si non desinat, deponitur. Subdiaconus vel inferior siue clericus, siue laicus communione priuatur allegat tex in capitu. Si episcopus 35. distinct. Si vero semel ebrius fuerit, tunc dicit puniendum pœna tex in dict. cap. fina. Posterius autem Innocent. 3. in Concilio generali ac celeberrimo Lateranensi disposuit clericum â crapula & ebrietate non abstinentem, & qui a superiore commonitus non satisfecerit, ab
b officio & beneficio suspendendum, b vt habetur in cap. A crapula. de vit. & honest. cleri. Vnde vt clerici ab hoc vitio cauerent, eorumque honestati consuleretur, antiqua illa concilia tabernarum etiam ingressum illis inhibuerunt, nisi peregrinationis, vel itineris necessitate com
c pu sis, c vt in Concilio Laodicẽsi & in Sexta Synodo, & in Concilio Carthaginiensi. 3. & in concilio generali sub Inno. 3. celebrato, de quibus in ca. non oportet, & in cap. nulli clerico. & in capite. clerici. 44. dict. & in capite clerici. de vita & honesta. clericor. Pœna autem contrariũ facienti, in illis Canonibus statuta nõ est, vnde hoc superioribus videtur relictum, vt consideratis frequentatione actuum, & personæ qualitate, & videntium scandalo, ab ipsis puniri debeat. Ex quo videtur parum aduerter ter scripsisse Berthachinum in tracta. de Episcopo. in 2. parte in materia degradationis. in §. vltiscias. in 2 tomo. tract. Diuers. Docto. fol 237. num. 20. quod deponi debet Episcopus vel clericus, quiretinet, vel frequentat tabernas, motus præ tex in cap. nulli. supra allega qui tamẽ tex. pœnam depositionis non imponit clerico frequentanti tabernam: sed habenti eam, & in ibi alijs ministranti. Quinpotius & tunc non simpliciter clericum deponendum dicit, sed disiuncti ue disponit quod aut cesset, aut deponatur. Nec etiam illud probat text. in capit pen. de vi. & hone. cleric quem etiam allegat Bertahin. vbi supra, pro sua conclusione.

Vitix est. Quod sane A cognouit Homer. Illiados. 6. dum eleganter scribit, potum maxime noxium esse & corpori & animę Multum enim & immoderatum vibere, multorum maiorum causa est, vt habetur Eccles. 31. Salomon quidem paucis verbis hãc vibendi assiduitatem sic detestatur. *Cui væ cuius patri væ cui rixa cui foueæ cui sine causa vulnera cui suffusio oculorum nonne his qui commorantur in vino & student calicibus æpotandis.* Quod refert noster Accursi. in l. adulterum in verbo, intemperantiæ. C. de adulteri. &

ri & habetur Prouer. 20 Et dubio procul ex Ouidio constat dum ait.

Vina parant animos Veneri.
In vinum confertur plerunque culpa.
Quod si loqui posset, se defenderet.

Et acies rationis hebetatur, ex immoderatu potu Gregori 3. morali. & Sanct. Thom 2. 2. quæstion. 148. articu. 6. & multa tam de vtilitate, quam de incõmodis vini longa manu scribit And. Tiraquel. de nobilitate capite. 31. nume. 165.

Ebrietas quo modo probetur.

Vnde consuetus inebriari, minime potest sacris ordinibus insigniri. capit. Episcopus aut præsbyter. 35. distinctio. iuncto. tex. in summa. ibi tradit Petrus Rebuff in benefi. practi. 2. part titu. de cleric. ad sacros ordin male promo. glo 4 num 8.

Absteminus non potest sacris ordinibus insigniri.

Illud tamen memoria repetere libet ad præsbyteratum promouendum minime esse, qui abstemius sit, vinum que non biberat, si quidem ex quo horret possit sacramentum euo nere tenet glossa memorabilis in capit ipsi Apostoli. in glo. mag. iuxta medium. 2. q. 7. sequitur Abb. in c. ex parte. numer 1. de celeb. missa Ioan. Saison. in cõsuetu. Turron cap. de droit. 1 artic. fo. 239 Mar. Nauarr. in manu confess. cap. 27. nume. 204. Simon Maio. in tract. 1. de irregu. lib. 2. cap. 25 num. 2. & hanc opinionem cõmunem esse fatetur Franc. Beccius consi. 61. num. 1. bene tamẽ a minores ordines potest promoueri ex sententia Nauarr. in dict loco.

B *Suspendendum.* Vide Regiam. l. 36. titu 5 par. 1. Alber. Troti. libro de vero & perfecto cleri. cap. 59. Apud Moscouitas sacerdotes ebrij publice verberabãtur, vt testatur Sygismundus Baro. in commen. rerũ Moscouit. Est tamen circa hoc notatu dignum, quod ebrietas probatione difficilis est ex. Inno. sententia in ca. cum causam de testib. Bal. in ca. a crepul. nu. 1 de vita & honest. clericor. Deci. consil. 112. nume. 1. Vnde satis est indicijs & præsumptionibus probari, eo quod nullo corporis sensu potest apprehendi, sed oculis mentis (idest) ratione Inn. in d. c. cum causam num. 3. Ex quo fit ad huius capitis argumentum si testis clericum ebrium fuisse testetur, nihil sane probat nisi prouabiles rationes sui testimonij ostendat Specula. tit. de teste. §. 7. numer. 28. Bart. in tract. de teste. §. 5. cuius sententiæ auctor est Inno. in dict. capit. cum causam. sequitur cap. decisio. 159 nume. 36. Nec testi crederetur, nisi rationẽ redderet etiam non interrogato ita Anton. Abb. & Felin in dict. capite cum causam. Ripa. in l. si vnquam. numer. 8. C. de reuo. dona. solet tamen ebrietas ex aspectu probari. Lucas de Pœna in l. 1. num. 7. C. de erog. mili anno. & tradit Mascardus de p oba. volum. 2. conclus. 574. & probatur in cap. Ecclesiæ Princeps. 35. dist. & alios modos probandi ebrietatem adduxit Lucas de Pœna in dict. l. 1. quos Mascardus retulit.

Necessitate compulsis. Vide quod C antiquitus circa hoc decretum erat in canonibus Apostolorum cano. 53. his verbis. *Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit a communione excluditur*

ditur excepto tamen eo qui necessario in itinere in commune diuertit hospitium. Fuit equidem etiam apud Ethnicos tabernarum ingressus nimis ignominiosus, vt constat ex Isocra. in areopag. oratio his verbis. *In caupona vel bibere vel edere ex antiquis nullus audebat, vel domesticus familiaris nam dabant operam, vt graues esse viderentur nō autem scurræ.*

Fornicarij.

CAPVT. LXXVIII.

1 *Clerici pro simplici fornicatione non debent deponi, sed alias debent puniri arbitrio iudicis.*

QVM iuxta diui Hieronymi sentētiam â Gratiano descriptam. 35. distinct. in summa Veter mero æstuans spumat in libidinē. Merito ergo potest ebrietatis delictum, carnis vitia collo cauimus: at cum fornicatio simplex minus sit punibilis inter illa, ideo de eius pœna primitus differere libuit Et in hoc omissis opinionibus, dicendum est, quod pro fornicatione clericis, & in sacris constitutis non imponitur pœna depositionis: a allegantur ad hoc duæ glossæ singulares in cap. Maximianus. 81. distin. & in cap. lator. 2. quæsti. 7. quibus dat sociam Corsetus in suis singularibus, in verbo fornicatio. in cap. Præsbyter. 32. distinct. pro quibus dicit esse casū in dict. cap. præsbyter. sed pœna arbitrio iudicis relinquitur. & istam conclusionem elicit Decius ex dictis per Abb. in capit. At si clerici. in colu. 9. vers. Secundo. de iudi. quam dicit esse communem secundum Modernos ibi, qui allegant glossa. in dict. cap Lator. 2. quæstio. 7. & ibi Ioan. de Fantu & Imo. in capi Vt clericorum. de vit. & hone. cleric. Et hanc opinionem tā quam communem sequitur Ana. in capi. Significasti colum. 2 de adulte. Et hanc etiam opinionē dicit communem Felin in dicto capitu. At si clerici in princip. in penultim. colum in fin. Et Ioan. de Selua in tractatu de beneficio, in 3. parte, in quęstion. 3. qui plura refert in proposito. Et Corsetus in dict. verbo fornicatio, vbi aliqua fundamenta adducit pro ea, & dicit quod opinio tenentium contrarium forte posset procedere in Episcopis & prælatis, qui cum dicuntur contrahere matrimonium cum ecclesia, non committunt simplicem fornicationem, sed adulterium, & quod isto modo possent reduci ad concordiam opiniones contrariæ, sed tandem dicit quod in facti contingentia indistincte sequetur communem opinionem in iudicando & consulendo, licet Aretin. in capit. Cum non ab homine. de iudi. io. colu. teneat opinionem Butri. quam dicit esse communem, scilicet quod deponatur clericus in sacris, ad cuius fundamenta respondet Decius, vbi supra. Et quanuis Felin. vbi supra in prima limitatione post Abb. in capi. fina in 3. colu. de purga. Cano. dixerit in episcopo esse crimen graue, & sic dignum depositione fornicatio, in fine tamen concludit, quod dubitat

bitat de hoc propter duas glos. quas ibi allegat.

A PO*Ena depositionis.* Vide Abb. Antiqui. in capi. at si clerici. colum. 1. de iudi. & not. Cæsar. Lã. de iure patrona. 1. parti. 2 lib. ar. 20 quæst. 9. princip numer. 14. Paul. Grillan. in tracta. de pœnis omnifa. coitus. quæstio 9. num. 3. quam opinionem communem esse testãtur eam sequuti Berm. Chouer in tract. de publi. concubinar. pag. 251. nume. 20. Nauar. in cap. consideret. 121. de pœni. distinct. 5. Petr. Dueñas in regu. & fallen. reg. 101. vbi eam limitat 7. & nouissime Doct. Didac. Perez in l. 23. tit. 91. lib. 8. ordin. versi. *Vtrum autem* Fran. Viui. in lib. 3. com opi in verbo, *Clericus per simplicem.* Et eam veriorem & magis communem esse & in practica, ab ea non esse recedẽdum fatetur Iul. Clar. lib. 5. recep. sen ten. fornicatio ver. sed quæro. idem profitetur Ferdin. Mencha. libr. 3. de testa. §. 22. nu. 48. sequitur Grego. Lopez. in l. 38. tit. 6. p. 1. in verbo, *Toller el beneficio.*

Nouiter declaratur Con. Tri. sess. 24. c. 6. derefor.

Clericus autem, qui mulierem matrimonij ineundi cum aliquo causa, rapuerit, vel auxilium, cõsilium vel fauorem præstiterit, de propio gradu deijciendus est, vt statutum est in concilio Triden. Sess. 24. capi. 6. de reforma. ☞ Nec ad excusandum clericum sufficeret voluntas puellæ vt raperetur, quia vt dicitur rapta, sat est quod contra patris voluntatem ab eius domo abstracta sit vt tenet D. Thomas. 1. 2 quæstio. 154. articul. 7. quam doctrinam receptam esse testatur Mar. Nauarr. consi. 32. titu. de sponsalibus. Si vero non ob matrimonium, ineundum sed alia causa ductus rapuerit, pœna illa non illaqueatur, sed alia pœna pro modo culpæ plectendus est Prout nec layci incidunt in excommunicationem ipso iure ibi imposita, nisi raptus matrimonij causa fuerit perpetratus: sic sane ex illius capitis principio colliges, quod de matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptam loquitur, posteaque pœnas subijcit contra transgressores imponendas, suffraganturque manifeste verba illa. *Et nihilominus raptor ac omnes*, &c. Loquitur sane de eo raptore, de quo in principio verba fecerat. Et caput illud in Detreto de reformatione matrimonij continetur iuxta quod & eius propositum argumentum est interprætandum. Et ita tenendum censeo quanuis opinionem contrariam non recte perpendens verba cõcilij teneat Veracruz in appedice de imped. reptus fol. 81.

Concubinarij.

CAPVT. LXXIX.

1 *Clericus concubinarius quis proprie dicatur.*

2 *A clerico publico & manifesto concubinario missarum solennia audienda non sunt, quia etiam sine monitione est suspensus ab officio & benefi-*

& beneficio, & celebrans efficitur irregularis.

3 *Clericus cõcubinarius qualiter puniatur.*

4 *Prælatus, qui cognoscit quod clericus concubinarius efficeretur deterior, si præcisse compelleretur dimittere concubinam, poterit ad tempus, sine peccato tolerare.*

1 CLericus cõcubinarius, is proprie dici potest, qui solum tam mulierem & corruptam nulloq; sibi spiritualis vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua consueuit carnaliter commiscere. Si vero illa nupta, virgo, aut coniuncta esset, tunc grauioris delicti nomen sortiretur accessus ad illam habitus, ac sequiori pœna purgandus, vt infralatius explanabimus Consuetudinem vero commiscendi, ideo ad faciendum clericum concubinarium requirimus quia alias vnicus tantum concubitus fornicarium eum solum faceret, nec damnandus esset pœnis concubinariorum. Nec præterea in hoc distinguerem, sola ne retineatur domi concubina per clericum, an sub velamento quod pedisequa sit matris, sororis, amitæ, vel alterius cuius cohabitatio clericis non inhibetur dum tamen cõstare possit, quod eam habet in concubinam. Concubinarium insuper censerem clericum, qui etiam in aliena domo notam fœminam habet, cui solet carnaliter commiscere si de consuetudine constat, & difamatus est in suavel ipsius fœminæ vicinia licet ad effectum concubinatus de iure ciuili aliqui requirant quod concubina sit retenta in domo, vt per Bal in auth. licet. C. de nat. libe. per glos. Bart. post Dinum in l. Concubinã. ff. de concub. & Præp. in rub. de sponsa. colu. 3. nu. 5. Populus enim, siue domi, siue extra habeat clericus concubinam, vocat eum & reputat concubinarium. Quando autem dicatur clericus publicus concubinarius, vide Decretum concilij Basilien in Sess. 20. in prin. vbi hoc declarat per hæc verba, videlicet, publici concubinarij intelligendi sunt non solum hiquorum concubinatus per sententiã aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, quę nullapo sit tergiuersatione celari, notorius est. Sed qui mulierem de incontinentia suspectam & infamatam tenet, & per suum superiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit. Aduerte tamen, quod quando clericus tenet publice concubinam sicut vxorem, & publice nutrit filios, ita quod etiã ipse non audet diffiteri: tunc omnino est abstinendum ab eo, ita quod non est licitum audiri diuina [a] ab eo, etiam sine aliqua monitione superioris: quia talis est suspensus ab officio & beneficio. [b] ita quod si celebrat incurrit irregularitatem. Ista colliguntur ex doctrina Abb. in cap. Vestra, in. 3. colum. in 2. 3. 4. q. de cohabitatione cleri. & muli. Si vero fornicatio non habet operis euidentiam sed potest probabiliter tergiuersari: quia concubina habitat cum matre clerici, & dicit esse pediseqquam matris, vel quid simile:

2 a b

tunc

tunc non procedunt prædicta, sed debet exspectari monitio, & eius contemptus secundũ eum. Cuius opinionem refert & sequitur Sylue. in sua summa, in verbo clericus. el. 2. in 5. octauo debet. in 2. quæstion. Et in verbo, concubinarius. in §. 4. & hanc sententiam in substantia saltem videtur tenere Floren. in 3. parte, in 3. cap. titu. 27 vbi etiam addit notabile verbum, quod non solum sacerdos sed etiam in quocunque ordine constitutus, etiã in minori est suspensus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, & tandiu est suspensus, quandiu perseuerat invitio, & si interim exsequitur officia sua, etiam semel, efficitur irre
c gularis, c & indiget dispensatione Papę, ad quod allegat Inno. Hostien. Archi. & Anton. quod etiam sequitur Sylues. in dict. verbo concubinarius. quam quidem sententiam multum timere deberent vniuersi clerici in quocunque ordine constituti, & ne illam ignorent, esset omnibus illis prædicanda. Quot enim proh dolor, sacerdotes, diaconi, subdiaconi publice concubinas retinent ea notorietate facti, de qua Abb. in sua opinione facit mentionem, & eodem concubinatu durante non semel, sed pluries missam celebrant. Euangelium, vel Epistolam solenniter decantant, & quod irregulares ex hoc fiant, non aduertunt, non in minimum animarum suarum dispendium, & prælatorum suorum periculum, qui eos patiuntur in publico cõcubinatu diutius immorari ac sordescere. Præterea
3 circa pœnam huius delicti vide Abb. in ca. At si clerici col. 12. de iudi. qui dicit quod cum iura in hoc vario modo disponant, quandoque apponendo pœnam acerbam, quandoque mitem, & quandoque mitius procedendo mediam viam amplectendo, vtpatet ex iuribus per eum allegatis, relinquitur arbitrio superioris, vt consideratis circunstantijs & scandalo inde surgente, & cõsuetudine patriæ apponat pœnam, quandoque depositionis, quandoque suspensionis, & quandoque priuationis a beneficijs, quãdoque sine monitione priuet, ex quo cõstat de delicto. Sibi enim videtur data optio, d ex quo varias pœnas & modos procedendi a iure reperimus traditos iuxta not. per glo in c fraternitatis. 34. dist. & in c. â crapula. de vi. & hone. cler. & 11 q 2. in summa & quod notat Hostiẽ in c 2. de cle. non resi den in simili quæst. Ita tamen quod semper in isto delicto Iudex declinet ad mitiorem e partem, quia pauci, vt dicit Gre e gorius, sine vitio incontinentiæ reperiuntur l. dist. c. Quia sancti tas tua in fin. Et quia ætas nostri temporis &c. & melius est â Deo redarguide misericordia, quam de seueritate 26 q. vlti. Allegãt. Et vide prædictum decretum cõ cilij Basiliẽ in dicta sessione. 20. vbi contra publicos concubinarios statutum fuit quod quicunque clericus cuiuscunque status, conditionis, religionis, dignitatis, etiam si pontificalis vel alterius præeminantiæ existat, qui publicus fuerit concubinarius a percept one fructuum omnium beneficiorum suorum triummensium spacio

sit ipso facto suspẽsus, quos suus superior conuertat in fabricam vel aliam euidentem ecclesiarum vtilitatem, ex quibus fructus percipiuntur. Nec non quod huiusmodi publicum concubinarium teneatur mox suus superior monere quam primum nouerit illum esse talem, vt intra breuissimum terminum concubinam dimittat, quã si non dimiserit, vel dimissam aut aliam publice resũpserit, ipsum omnibus suis beneficijs omnino priuet. Et nihilominus statuit dictum concilium, ꝙ tales publici concubinarij vsque quo cum eis per suos superiores fuerit dispensatum post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitę emedationem sint inhabiles ad susceptionem quorumcunque bonorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorum. Si autem post dispensationem, vomitu recidiuo ad huiusmodi concubinatum publicum redierint, quod sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant: Et nequis contemnit illud decretum Concilij, ex eo quod Concilium Basilienſe non fuit in omnibus ab ecclesia receptum, aduertat quod ordinata in eodem concilio ante scissuram in eo factam recipiuntur & allegantur a doctoribus, vt par est videre per Flor. in 3. par. ti. 25. ca. 2. §. fin. Et per Fel. in ca Rodul. de resc. in colu. 8. ver. Sed re vera & prędicta. Sess. 20. d. concilij fuit facta ante eius scissuram, vt potes colligere ex dictis Doctoribus, dunt allegant constitutionem illam, quæ incipit: Insuper ad euitandum scandalum, quę fuit facta in d. 20 sess. post dictum decretum contra cõcubinarios promulgatũ. Et istud decretum concilij Basilienſis de concubinarijs inuenies insertũ in concordatis inter Leonem decimum, & Regem Franciæ, nouissime commentatum per Petrũ Reb. in interprætationib⁹ per eum satis ad dicta concordata: per quem vide in principio sui commenti ad illud Decretũ triginta pœnas, quas patiuntur concubinarij, annumeratis inter eas his quę colliguntur ex concilio, quarum plures potius damna sũt & incommoda concubinatus, quam pœnæ quæ possint irrogari per Iudicem. Vnde quæ huiusmodi sunt, pari modo comprehendum laicos concubinarios i cut & clericos. Vide tamen Præpo. in ca. Nullus. 32. distinct. qui refert Innocen. in capi. Si autem decohabit cleri & mulie. tenentem quod quamcunque viam eligat Iudex, siue suspensionis, siue priuationis, debet præmitti monitio: nec Iudex sine illa ad alterum præmissorum procedere debet, cũ clericus non sit notorius concubinarius: per quem vide post Inno. vbi supra, vsque ad quantum tempus debet clericus monitus expectari, & an possit purgari mora. Vt autem prelati excusentur a monitionibus faciẽdis clericis suæ diœcesis, in hac materia prudenter faciunt, quando in suis constitutionibus Synodalibus monent omnes ſ gene ſ raliter, ne concubinarij sint, contrafacientibus pœnas debitas irrogando. Abb. præterea in capitu. Vt clericorum. de vita & honestate clericorum ponderando 4 verba illius tex. arbitratur quod si cleri-

si clericus concubinarius efficeretur deterior, si compellererur præcise addimittendam concubinam, quod tunc prælatus tolerando ad tempus, peccatum non incurrit: g quod dicit notandum Stepha. Aufre. in repeti. clem. 1. de offic. ordin. in colum. 15. Aduertant autem prælati omnes, & eorum vices gerentes, ne huius doctrinæ colore in concubinariorum correctione torpescant, sed cum talis toleratio facienda fuerit, certissimæ adsint coniecturæ deteriorationis. Namalias facile illis persuadebunt libidinosi grauiora, imo nefanda admissuros, si cogantur cõtinere.

A *Vdire diuina.* Vide text. in cap nullus. & in cap. præter. 32. distinct. vbi doctores & in cap. vestra. de cohabi. cleri. & muli. Regiam. l. 43. titu. 6. pa. 2 glossa. in capit. de homine de celebra. miss. Theol. in 4. senten. distin. 13. & quomodo hoc sit intelligendum docet eleganter Cosmas in pragma titu. de excommu. non vitand. verbo, *Suspensionis.* Ioan. Maior in 4 sent distinctio. 9. du bio vltim. Florenti. in 2. par tit. 9. cap. 10 §. vltim. Adri in 4 sen. in tracta de Eucharist. quæstio. pen. & in tracta de confess. quæs. 9, Siluest. in summa in verbo, missa. 2. quæst 3. Martin. Nauarr. in cap. 1. §. laboret. 2. col. de pœn. 6. & in manu. confesso capi. 5. nu. 87. D. Couarru. in capit. Alma mater 1. par. relect. §. 2. numero. 10. de senten. excomm. libro. 6. Gregori in dict. l. 43. titulo. 6. part. 1. in verbo. *Algunhijo de ella.* Non quidem publicus & notorius crimininosus permitti debet ab Episcopo sacro altari ministrare aut sacris interesse vt in Concilio Tridentino. Sessio 22 de obseruand. & cuitan. in celebr missę. Imo fortius censeo, quod quicunque committit sacerdoti, quem scit in mortali crimine esse constitutum, aliquẽ actum ecclesiasticum faciendum si exequatur talem actum, is qui committit mortalem culpam cõtrahit, vt ait Diuus Hiero. in epistola beati Eusebij ad Damasium Episcopum Portuensem, sic dicens *Qui iura scit & vitam presbyteri agnoscit, & eum pro se celebrare facit sit eiusdem peccati conscius nec non & pœna particeps.* Idẽ sentit Abb. in di. c. vestra. & Theol. d dist 9 & Cardi. a Turre Crem. in d. cap. nullus. Sanct. Thom. in quodli 1 articu. 8. quam esse communem sententiam & Theologorum & Canonistarum fatetur insignis Marti. Nauarr. in d. cap. 25 num 79 quæ amplecten da est, quidquid censeat Gab. in 4. dist. 19. quæst. 1. dubio, 4. Maior. dict. distinct. 9. Adrianus summus Ecclesiæ Præsul de sacramento Eucharistiæ columna. 3. a quo quidem peccato excusatur, qui probabiliter dictam legem ignorat, quia probabilis iuris positiui ignorantia excusat cap. 2. de consti ita Nauarr. vbi paulo ante allegaui.

Ab officio & beneficio. Adde Hostien. in summa. titul. de cohab. cleri. & mulier. §. qualiter impo natur. Guid. Pap. quæst. 558. & latissime Bermon. houer. depu Bli. concu. for. 61 quo loco opinionem istam cõmunẽ esse, fatetur & vide Regiã. l. 43. ti. 6. p. 1.

B *Clericus concubinarius quibus pœnis puniatur.*

Clerici concubinarij mulcta crimina committunt.

circa quam communem sententiam lege nouissime Iacob. Menoch. de arbitrar. iud. quæstionibus libr. 2. cent. 5. casu. 418. quinum. 6. dicit quod contra clericos concubinarios seueri iudices esse debent, quandoquidem non vnum sed plura scelera hi committunt. Nam adulterij crimen perpetrant, cum in sacrorum ordinum assumptione susci pere dicuntur Ecclesiam in sponsam, cui implicite saltim promittunt continentiam seruare. Secundo committunt sacrilegium, cum Deo dicati & sacrati sunt, & per carnalem copulam a Deo separantur. Tertio committunt crimen stupri Quarto incestum. Quinto (vt ille inquit) post Bermondum committunt crimen contra naturam & vide D. Fran. Sarm. li. 1. select. capit. 5. Hodie vero qua pœna clerici concubinarij puniendi sint vide Concilium Trident. Sess. 25. ca. 14. de refor. vbi clerici prohibentur, concubinas aliasque mulierculas, de quibus sinistra suspitio haberi possit, in domo vel extra detinere alioquin iuris pœnis sunt puniendi. Quod si moniti ab inceptis non desisterint, tertia parte fructuum obuentionum, ac prouentuum beneficiorum, & quarumcunque pensionum ipso iure sunt priuati, quæ fructuum pars, fabricæ Ecclesiæ, vel pio loco, pro arbitrio Episcopi est adiudicanda. Quod si in eodem delicto, cum eadem fœmina pertinaciter permanserit, vel cum alia simile scelus perpetrauerint, non solũ fructus omnes, ac prouentus suorũ beneficiorum, necnõ pensionis eo ipso amittũt vt dictis locis applicẽtur: sed suorum beneficiorum administratione, pro ordinarij arbitrio, tanquam Apostolicę sedis delegati suspendi debent. Si vero in tam profundum malorum pelagus inciderint, vt hispęnis a fędissimo concubinatu non arceantur, tũç beneficijs, portionibus, ac officijs, & pensionibus quibuscunq; ecclesiasticis, perpetuo priuandi sunt Inhabilesque iudicantur ne ad dignitates, beneficia, ac officia de inceps possint aspirare, donec superioribus ex vitæ anteactæ emendatione, visum fuerit dispensare. Si vero postquam semel concubinas dimisserint, posteaque eas, aut alias, sibi adiungere ausi fuerint, præter supra dictas pœnas excommunicationis vinculo innodati sunt. At si clerici huius criminis rei beneficia ecclesiastica non obtinuerint nec pensiones, iuxta delicti & cõtumaciæ perseuerantiam & qualitatem, pęna carceris, suspensione ab ordine ac inhabilitatis pœna ad obtinenda beneficia, alijsque modis & pœnis iuxta canonica decreta plectẽdi sũt. Quod si Episcopi in huiusmodi, scelus incidere ausi fuerint, & a Prouinciali synodo admoniti, in tali fœditate sordescerent, ipso facto suspensi sunt, & si in crimine perseuerauerint ad sanctissimum Pontificem ab eadem synodo sunt deferendi, a quo pro culpæ qualitate plectendi sunt & si opus fuerit, priuationem patientur.

Cleri. cõcubinarij quibus pœnis puniãtur.

Nec huic clericoconcubinario qui ob crimẽ fructibus suorũ beneficiorũ priuatur fructus aliqui relinquẽdi sunt exquib⁹ alimẽta

Clerico concubinario alimẽta suo

rũ beneficiorum, relinquẽda nõ sũt nisi egenus fuerit.

suscipiat quia male meriti egestate laborare debent l. bona fides. ff. depositi. Quod verum est si censeo nisi clericus egenus esset, & summa laboraret paupertate, vt non haberet aliunde bona ex quibus posset alimenta percipere, tunc iustitiæ & æquitati cõgruit vt ei ex dictis fructibus subueniatur, quia clerico suspenso a beneficio alimenta ex eo ministranda sunt ad vitę subsidium ca. præter. vbi Præpo. colum. 2. ff. dist. tradit Rebuff. in tract. de sent. proui. in præfacti. num. 101. tom. 2. const. Francis. Tum quia clerico etiam de posito prouidetur ca. studeat. 50. dist. Tum nec cogatur mendicare in ignominiam & opprobrium ordinis sacerdotalis capi. diaconi 93. distinct. Tum quia semper habenda est ratio ne egeat argu. l. inter cos. ff. de re iudi. Tum quia istam opinionem amplectitur glo. in capi. pastoralis. §. verum in verbo, subtrahuntur. de appela. Bermond. in tract. de publi. conc. in verbo. a perceptione fructuum. nu. 11. quæ declaratio notanda est ad Sacrosancti Concilij decretum, & vide Felinum. in ca. ex parte. num. 1. de accusa. & in ca. Apostolicæ. nu. 9. de excep. D. Episcop. Iacob. septi. in institu. Chatho ca. 9. nu. 114. & nouissime doctissimum Antonium Corduba de Lara. in l. si quis a liberis. §. si vel parens. nu. 26. ff. de lib. agnoscend. & glos. illius sententia communiter recepta est vt constat ex Mart. Nauarr. in manu. latino. c. 25. num. 124. & Ludou. Lopez in suo instructo conscien. 2. p. c. 97. Borga. de irregular. 6. part. tit. quod sint effectus ex cõmu. nu. 13. D. Couar. lib. 3. vari. resol. c. 13. nu. 8. Procedit quidem superior communis sententia in clerico verbaliter tantum deposito, secus autem si solenniter sacerdotali militia depositus fuerit tunc quidem alimenta de fructibus beneficiorum ex habenda non sunt sicut nec excommunicato Imo. post alios in c. ad supplicationẽ col. 2. de renuntiat. Feli. in c. ex parte. nu. 1. de accusationi.

Quod si clerici ex concubina filios habuerint, ad maiorẽ gradum & dignitatem transire non possunt, sed in statu, gradu & dignitate, in qua sunt permanere perpetuo debẽt. Ita diffinitum fuit a sanctissimo Domino nostro Pio Quinto Pontifice Maximo peculiari motu proprio prout refert Rojas in epitome successionum. cap 27. num. 19.

Clerici minime possunt illegitimos filios domi retinere.

Nec possunt clerici illegitimos filios intra propios lares habere, vt in continentiæ labe ac memoria omnino abolerivaleat ita decretum fuit in concilio Toleta. prouinciali celebrato anno 1565. actione. 3. c. 19.

Concubina clerici ecclesiastici punitur.

Concubina clerici etiam cõiugata, si modo publica fuerit, pro modo culpæ ab ecclesiasticis iudicibus est puniẽda vt esta tutum est in Concil. Tridentin. Session. 24. capi. 8.

Sunt quidem multi ex nostris, qui tenuerunt mulierẽ, quę cũ clerico in sacris constituto, carnale cõmercium habuerit incestum committere, ita tenuit glos. in l. 2. in verbo, filij. C. de Episco. & cleri. vbi Bald. num. 5. scribit quod cum hoc in facto contigisset ita fuit iudicatum, & opinio

ista communiter receptaest sicre dimus Grilland. de diuersis crimi. libr. 3. quæst. vltim. Practica. Conrrad. 341. nu. 13. Sed verior contraria opinio quibusdam & non pœnitendæ autoritatis viris visa est, quod nec incestus nec sacrilegium committatur, quam dicit esse communem Ca. cial. in auth. si qua illustris. num. 31. C. ad Orfici. Bossi. in pract. tit. de coitu damnato. nu. 15. Mencha. lib. 3. de testamen. §. 22. Iuli. Clar. in practi. crimi. §. fornicatio. ver. Præsbyter. Ex quo sequitur impropie fuisse locutam glos. in c. per venerabilem in verbo, adulterinus qui filij sint, legi. quę coitum hũc adulterinum esse censebat, licet communiter receptam esse scribat Abb. ibi nume. 32. & Petrus Plaça lib. 1. delictorum. ca. 41. nu. 31. mea tamen sententia, licet talis carnalis copula incestus non sit, est tamen sacrilegium & adulterium. spirituale Abb. in ca. vt clericorum nu. 6. de vita & hone. cler. sequitur Reuerend. & doctis. D. Franc. Sarmiento. lib. 1 select interp. capi. 5. num. 9.

Et non solum talis concubina clerici. a iudice ecclesiastico puniri debet pœnis a iure statutis, verum si crimen sit publicum potterit a sęculari iudice puniri secus si sit occultum ita tenet Petrus de Ancharr. consi. 196. nu. 5 Feli. in c. Ecclesiæ sanctæ Mariç. nu. 102. de consti. Boeri. latissime decis. 72. Zarius lib. 2 respons. c. 17. Lup. in rep. c. per vestras §. 21. n. 13. de dona. inter vir. & vxor. Mó. in 2. lecti. fori in parte concubinæ. Stheph. Auf. depotest sęculari super eccl. pers. reg. 2 n. 34. Berm. Cho. de publ. cõcu. in parte pœnitus arcere, fo. 303. col. 2 num. 3. cum sequen. qui dicit communem opinionem esse Anton. Gome. in l. 80. Taur. numer. 21. & ita in facti contingentia interrogatus consuluit Euerar. consi. 202. eãdem dicit communem Iuli. Cla. in practi. crimi. §. 5. quç. 37. versi. Quæro etiam. vbi dicit quod quidquid sit de iure, iudices tam ecclesiastici quam seculares parum curant de concubinatus punitione quod (vt ille inquit) forte faciunt ne in alijs puniant, in quo ipsimet delinquunt eandem opinionem sequitur Auenda. de exsequend. mandat 2. par. cap. 26. num. 7. Dida. Perez in l. 21. titu. 3. lib. 1. ordi. Et est apud nos expressa lex hoc diffiniens pœnam contra tales concubinas imponẽs lex inquam. 3. titulo. 19. lib. 8. ordi. noui circa quam legendus est Auẽda. d. c. 26. qui pro eius insigni eruditione multa cõgerit, & Ioã. Mati. in l. 6 gl. 2. ti. 8. li. 5. ordin.

Laycus vero concubinarius, quibus pœnis hodie a iudicibus Ecclesiasticis, sit plectendus vide in Concilio Trid. sessi. 24. ca. 8. vbi sancitum est concubinarios, tam solutos quam vxoratos. cuiuscunque dignitatis, vel conditionis sint, si termoniti ab ordinario, concubinas non dimisserint excommunicatione esse illaqueandos, nec ea absoluedos esse, donec præceptis paruerint. Si vero indurato animo in peccato per manserint, contra eos diris pœnis procedi debet. Ad quas quidem pœnas infligendas episcop⁹ ex proprio officio procedere potest vt tradit ægreg. Naua: consi.

Laycus cõcubinarius qui bus pœnis a Ecclesiasticis iudice plectendus sit.

consilio.2.de offici.ordi.

☞ Nec enim mulieres coniugatæ matrimonij prætextu excusari possunt quin debitis pœnis ab ordinario puniantur si ter monitæ publice in peccato indurato animo permanserint, vt sacrum concilium ibi diffinuit & iustissime est quidem frequentissimum quibusdam impudicis mulierculis vt libidini vacēt cum illis hominibus matrimonium contrahere qui sui criminis soci jsint sacro matrimonio abutentes & vbi grauior pœna infligenda est vbi veniam & criminis impunitatem quærunt. Est tamen notatu dignum quod quanuis Regis Hispaniæ legibus de quibus cap.85.infra disputatum est ad solum maritum accusatio & vindicta criminis adulterij spectet eis non aduersatur concilium quod loquitur quando non in modum accusationis sed ex proprio officio ordinarius procedit præmissis prędictis monitionibus & quando crimen adulterij publicum fuerit tunc Regia secularis lex nec tollit nec tollere potest spiritualem iurisdictionē quæ ad cohercenda hæc crimina peccati in furtu Ecclesia obtinet capi. nouit. de iudi.cum simil.

Sed hoc ea prudentia & iudicij maturitate ita faciendum est nisi fieri possit ad maritorum aures perueniat quod si fieri nequit sacra illa constitutu seruetur quidquid inde contingat timendum non est.

☞ Est tamen circa superiora summe notandum, quod quando Episcopi vel Ecclesiastici iudices procedunt ad punitionem concubinatus, vel circa visitationem, aut morum, correctionem, non debet eorum sententia retardari prætextu appellationis, vel inhibitionis: seu querelę ad sanctam Apostolicam sedem delatę. Vt decretum est dicto Concilij Triden. sess. 25. capit. 10. de reforma. & sessi. 24. capit. 10. Quæ decreta sing. sunt interprætanda, vt procedant, quando iudex superior, non iustificata appellatione, nec visis actis processus, inferiorem inhibere contendit. Sed si post quam appellatio iustificata fuerit ex processu, iam ad tribunal appellationis delatæ inhibitio concessa fuerit, erit obtemperanda, nec poterit inferior iudex ad suæ sententię exsecutionem procedere: Aliter quidem superiorum iudicum autoritas & potestas non vulgarem iacturam pateretur dareturque causa inferioribus iudicibus, vt pro eibito iudicarent, & multis causis appellationis auxilium nihil proficeret & alia multa incommoda sequerētur, quæprorsus aliena sunt, â mente sacrosancti Concilij.

tur Concilii.Trisessis.25. c.14. d. reforma & sessio. 24.c.10.

Irregularis. Adde quod huius sententiæ autores sunt Cosmas in Pragm.sancti.titulo. de concubinari in verbo, inhabilis. Henrri.in capite. si celebrat. de cleri.excomm.columna. penul. Palud.in 4.senten. distinct. 27. quæst. 4.columna 2. & scientiarum omnium Osceanus Tostatus in tracta.contra cleri.concubi. conclus. 3. Aluar. Pelag. de plan. Ecclesiæ folio. 27.colum. 4 Anton in capite. 1 num. 32. de iudi. Anani. col. 1. & Feli. colum.

Nouissime interpræta-

2.in capitul.cum dilectus.de accusa. Guid. Pap. q. 558. Ioan.in sum.confessor. lib. 3 tit.29.q.5. Didacus Perez in l. 23.tit 3.lib. 1.ordi.col.170.& hanc opinionē communem esse testantur Mar. Azpili.in cap.si quando. excep. 11.col.53. de reseri.D. Couar.in Cle.si furiosus.1. par. relection. §.1 num.5.de homi.& nouissime eam sequitur Ioan. Mat. in l.6. glo.2.num.23.tit.8.li.5.ordi.noui.Contrariam tamen sententiā de iure veriorem esse censeo, quam teneo sequutus Inno. Ioā. Andr.in cap.si celebrat. de cle. excom.min.Cardi.in cap.vestra & in cap. quæsitum decohabi.cleri.& muli. Archi.in capi.præter §.ad hęc vero.32.distinctio.Specul.in titul. de dispensa. §. iuxta propositionis.numero 20. Imo. in capite 1.colum.4.de iudi. Nicola.Pioui.de irregu.reg.4.Nauarr in dict.excep.11 D.Couar. dict.§ 1.qui vrgentissima argumentatione veram esse ostendit, quanuis consulat,quod absolutio, siue dispensatio hoc casu â Romano Pontifice impetretur.

D *Data optio.* Vide text.optimum in l.1.C. de his qui latrones ibi. *Supplicio corporali: aut dispēsatio facultatum pro qualitate personæ & iudicis existimatione plectetur.* Tenet glosa in capitulo sicut.de iudæis tradunt Hostien. Ioan. Andr.& docto.in cap 1.de offi. vicar Petrus de Ancharra. & Ioā. de Imo. ibi. Bald. in l. cunctos. populos.1.lect.colum.9. versic. septimo oppono. C. de summ. Trini.& in l.data.7. columna C. qui accusa Ang. in l. nunquam ff.de priua.delict. Sali.in l. quæcunque C.de serui.fugi.quā opinionem communem esse fatentur Ana.in dict.capi. sicut. num. 17.Iuli Clar.in practi.crimi.§ fina.quæstio.85.versi.solet etiam & tradit latissime Felin.in capi. inter cæteras.colu.2.de reseript. vbi opinionem hanc decemmodis limitat,Et ratio est quia pœna est semper commensuranda delicto vt in cap.non afferamus 24.quæsti.1.& hanc commensuration nunquam reus faceret, quia semper minorē eligeret,& ideo frustra lex alternatiue loqueretur.

Mitiorem partem, Adde glo.memorabilem incapite de causis.in verbo,certa de offici.delega. & in capit.hoc ipsum in glos.1.33. quæsti.2.& in reg.in pœnis.de reg.iuris lib.6.& in cap.sicut de homi.vbi Anna.& doctores not. facit.l.si pręses.ff.de pœnis.

Monent omnes. Adde quod ita communiter in Synodis obseruatur,secundum Ioann.And.in capi.proposuit.de cleri.excommu. Bermon. Chro. in tract. de de publ.concubi.pag.185. num: 6.Et hæc monitio.in Synodo habet vim trinę monitionis.glosa in cap.si Episcopus.in verbo,prę ceptione.18.distin. quam sequitur Abb.in cap.ex literis.de constit.Felin.in capit. Romana de Appella.Rip.in capit.1. de iudi. Nota tamen quod prædicta intelligo procedere, contra eos clericos,qui ex legedioceſana tenentur in synodo comparere, aliâs quacunque via iudex procedat, monitio præmitti debet, nec sine ea iudex ecclesiasticus procedere potest, ad imponendas dictas pœnas, nisi talis clericus esset manifestus notorius cō

cubina-

cubinarius & incorrigibilis de quo lege Bermon. dicto. nu. 6.

G *Non incurrit.* Vide text. in cap: requisiuit de sponsali. Ioã. Lup. in cap. per vestras de dona. inter uir. & vxor §. 18. num. 16.

Matrimonium de facto contrahentes.

CAPVT. LXXX.

1 *Sacer ordo matrimonium impedit omnino & irritum facit.*

2 *Clericus, qui de facto matrimoniũ contraxerit, qualiter puniatur.*

3 *Clericus huius criminis reus, ipso iure excommunicatus est.*

4 *Clericus, qui sub figura matrimonij virginem violauit, pœna stupri puniendus est.*

5 *Clericus beneficiatus inminoribus constitutus, eo ipso matrimonio contracto, ammittit beneficia Ecclesiastica.*

6 *Quando autem cum minore duodecim annorum, per verba de præsenti contraxit, an beneficia ecclesiastica amittat.*

i Alixtus Papa interdixit contractum matrimonij presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus, & ab illis contracta, debere disiungi & ad pœnitentiam redigi, iuxta sacrorum Canonum a diffinitionem a præcepit, vt habe 2 tur in capit. præsbyteris. 27. distin. hinc est quod clericus in sacris, vxorem ducens, debet compelli ad illam abiurandam, & perdit exsecutionem omnium ordinum, notat Abb. ex tex. ibi in ca pite secundo, qui cleri. vel vo. qui nihil aliud allegat, & in nomi sit tex. expressum ponentẽ pœnam delinquentibus in hoc, in cap: decernimus. 28. distinct. cuius verba sunt: Decernimus vt hi, qui in ordinem subdiaconatus & supra, vxores duxerint officio atque ecclesiastico beneficio careant, & faciunt verba tex in c. de his etiam eadem distin. vbi tractando de subdiaconibus & diaco. dicit. Cauendum est tamen his nequando suæ sponsionis immemores ad terrenas nuptias vltro concurrant, quod si fecerint, vt sacrilegi rei eb ecclesia habeantur extranei. De præsbyteris vero videndus est textus in capite præsbyter, eadem distin. cuius verba sunt: Præsbiter si vxorem duxerit, ab ordine deponi debere b oportet. Item efficitur irregularis, vt neque in susceptis ordinibus ministrare possit, nec ad maiores suscipiendos admittitur vt notat idem Abb. in capit. 1. in 2. not eodem titu. ex quo venit quod tanquam irregularis priuabitur beneficijs, An autem sit priuandus per sententiam c vel ipso c facto priuetur, sunt opin. quas refert Stepha. in decisione. 239. Capellæ Tholosanæ, in additione. Aduerte tamen, quod ipsemet Panormit. in cap. At si cleri de iudi. colum. 2. videtur esse in opinione, quod clericus, qui solutam non virginem, de facto duxit in vxorem, ac cum ea fuerit fornicatus, debet deponi, pro quo allegat iura in ca. fraternitatis. 34. distin. & in capit. Si quis ammodo. 81 distinct. & in dict. capit 2. qui cle. vel vo. quæ iura (salua tã ti patris reuerentia, hoc nõ probant imo text. in dicto capit. Si

quis ammodo, qui plus videbatur vrgere, dicit a proprio gradu decidat, vsque dum ad satisfactionem veniat, vnde per talia verba videtur imposita magis pœna suspensionis temporalis, quam depositionis. Sed pro opinione sua posset Abb. allegare tex. in cap. Præsbyter. 28. distinctio. quem decerpsit Gratianus ex capi. 1. Concilij Neocæsarien sis, cuius verba sunt: præsbyter si vxorem duxit, ab ordine illũ deponi debere oportet. vbi Archi. exponit, ab ordine, id est, ab officio & beneficio, quod etiam ibi tenent Domi. & Præpo. licet eum non referant, quanuis glos. exponat ab ordine, id est, ab officio, & non beneficio. Clericus
3 pręterea taliter contrahens est excommunicatus ipso iure, vt in cle. vna de consanguin. & affini. cuius absolutio episcopo est reseruata, vt per glo. ibi, in verbo, obtinere. Redditur præterea sus
d pectus de hæresi, d vt procedatur per inquisitores contra eum, vt notat Ioan. Lupus in repe. rub. & ca per vestras. de dona. inter virum & vxorem. foli. 67. colu. 3. versicu. Ex quo meo indicio, vbi hoc infert ex his quæ notant Butri. & Bald. in l. 3. C. de summa trinit. & fide catho. loquendo de
4 monacho matrimonium contrahente. Debent præterea in hoc aduertere iudices, quod præter pœnas supra dictas debet in sacris constitutus pati pœnas stupri, si virginem violauit sub figura matrimonij. Neque ex hoc ꝙ verba de præsenti seu benedictiones præcesserint, ab illa excusandus est, quinpotius grauius puniẽdus, eo ꝙ virginẽ subsacra mẽti colore deceperit, & corruperit quæ velut vxor cõsensit in copulam, vnde propter talem dolum vltra ordinariam pœnã depositionis, arctiori carcere vel monasterio detrudi debet quam pro alio simplici stupro. Mulier insuper ab ipso sic seducta tantæ posset esse nobilitatis & honoris, tamtum ue populi scandalum vt merito clericus in hoc delinquens publicis verberibus, vel alia publica correctione puniendus esset: quando suæ personæ qualitas hoc non impediret, argumento eorum quæ notat Præpo. in capit. 2. de sponsa. duo. referendo Anto. quod Iudex attenta qualitate personarum poterit arbitrando punire pœna mortis illum, qui viuente prima vxore cõtrahit cum secunda. puta si ignobilis vxorem habens, contrahit cum nobili, & illudit illam. De qua tamen doctrina Anto. vid. Augusti. in addi. ad Ang. de ma- 5
le. in parte. *Che mai adulterato.* fol. 152. num. 65. Clericus vero beneficiatus in minoribus ordinibus e
constitutus, si contrahit matrimonium, eo ipso vacant beneficia, vt tenet Collec. in capi. 1. de cle. coniu. & decisio. Capellæ Tholosa. supra allegata. & Syluc. verbo, clericus. lo. 2. §. 4. Et hoc etiam si non sequitur copula, notant docto. in d cap. 1. Nec recuperant beneficia, sponsa ingrediente monasterium, vt per eos ibi: & not. etiam Ioann. de Imo. in clemen. gratiæ. de rescrip. in col super glos. resignaueris. Præpo. in cap. Placuit. 32. distinct. prope fin. Quod insuper procedit etiam si matrimonium contractum sit nullum: f vt no- f

tat

tat Ioann. And. in capite. Ioannes de cle. coniug. Roma. consil. 483. dubitatur primo, column. 3. Hippoly. consil. 70. volum. i. colum. 3. incipiente: Scientiarum omnium. Stepha. in addi. ad dictam decisionem Tholosanam qui solum allegat Bart. Brixien. & Ange. de Clauasio. Confirmatur ista sententia doctrina mea magistrali. 181. incipienti. Pœna etiam faciendo, vbi de ista conclusione fit mentio, quam vide, quia aliqua referuntur in contrarium remissiue. Et vide Decium in consil. 166. volum. 1. Ego Philippus Mecius, vbi refert Barth. Brixien. in quæst. 10. Et Cardin. Imol. & Abb. in dict. cap. 1. & Roma. in dict. consi. tenẽtes quod clericus in minoribus constitutus si contrahit matrimonium cum consanguinea, numquam admittitur ad beneficium, quia illi facto suo renunciauit. Et quia ipse in principio illius consilij tenet quod talis clericus non sit ipso iure priuatus beneficijs, respondet ad dictam doctrinam Brixiensis & aliorum, quod non habeat locum quando clericus in minoribus contraxit scienter in gradu prohibito, qui tali casu ex quo sciebat matrimonium non valere, non videtur habere animum abdicandi beneficium â se. quod dicit tenuisse Imo. in cle. gratiæ. de rescrip. Et sic quod dicta conclusi. doctorum restringatur, quando ignoranter contraxit tale matrimonium: & dicit ibi, quod in dubio præsumitur scientia in coniuncto quod sciat coniunctionem, quam habet cum alio. Et licet Decius ibi postea in fin. det aliam & vltimam responsionem ad dictam conclusionem Doctorum, videlicet, quod non sit vera in hoc saltem, quod talis non perdat ipso iure beneficium, ex ratione de qua per eum. Mihi tamen plus placet distinctio præcedens, & sic quod quando probaretur quod ignorans consanguinitatem contraxit, tunc ipso iure perdat beneficium, quia visus est facto suo illi renunciare. Si vero contraxit scienter, tunc quod priuetur eo per sententiam, quia licet videatur confidere in nullitate matrimonij, vt non perdat beneficium ipso iure, sufficit quod facit actũ incompatibilem cum beneficio, vt est matrimonium contrahere. Imo. tamen in dict. clemen. gratiæ, videtur tenere contrarium, videlicet quod quando impedimentum consanguinitatis erat notũ vtrique, vel saltim clerico quod non perdit beneficium, nisi processisset ad copulam, quia tunc propter affectum cum opere subsecuto saltem esset priuandus. argu. ca. nuper. de bigamis. Effectus enim huius distinctionis maximus est, nã in primo mẽbro non poterit sic contrahens renunciare beneficio, in fauorem alterius. Secundo vero sic ante quam deponatur ex doctrina illa magistrali Innoce. in cap. Cum nostris. de concess. prebendi. quam ego latius ornaui in meis doctrinis. num. 120. incip. Homicida. Vide præterea in hoc articulo notabilem dictionem Præposi. in dict. capite. Placuit videlicet quod si matrimonium non tenet propter consanguinitatem, vel aliud simile impedimẽtum, quod tunc clericus perdit

benefi-

beneficia. Si vero non tenet ex defectu consensus, tunc nõ. Considera tamen quod hoc posset intelligi quando defectus consensus fuit in ipso clerico. Si tamen fuit in muliere, putá quia per vim fuit compulsa contrahere, ipso clerico pure & libere consentiẽte, vel quia mulier non erat sanæ mentis, non video quare non perdat beneficia, sicut quando cõtrahit cum consanguinea, quod apperte colligitur ex distinct. quam fecit Imo. in dicta clemen:
6 gratiæ, quem non refert Prępo. Quando autem contraheret cum minore duodecim annorum, licet per verba de pręsenti cum illa resoluantur in sponsalia de futuro, videtur dicendum quod nõ perdit clericus propter illa, sua
g beneficia, g nisi quando aduenientе legitima ætate in muliere matrimonium sic coutractum retificaretur, modis de quib⁹ per tex. gloss & Docto. in capit. Vnico. de desponsa impu. lib. 6. Sed cõtrarium fuit decisum per dominos de Rota in antiquis dicisio. 103. incipien. Nota, quod vbi clericus. Et vide Ioannem Staphileũ in tractu de gratijs exspectatiuis. fo. 74. versi. qua propter vt saluetur. Vbi dicit quod illa decisio Rotæ procedit in terminis in quibus loquitur, videlicet quod tunc demum clericus perdit beneficium, quando minor, cum qua contrahit, peruenerit ad pubertatem, vel quod intelligatur de impubere proxima pubertati, quem etiam vide in sequenti folio, versicu. posse tamẽ, vbi dicit, quod clericus contrahens de facto cum minore non proxima pubertati, siue cum furiosa, aut consanguinea perdit beneficium mero iure, neque illud potest retinere, absque dispensatione, saltem episcopi.



Iffinitionem. Vide text. in cap. si quis & in cap. erubescãt. 32. distinct. A

Nec vnquam sanè in Dei Ecclesia licuit, sacris ordinibus initiatis matrimonium contrahere, imo ab initio nascentis Ecclesiæ hoc illis prohibitũ fuit, quod cõstat ex canonibus Apostolorum ca. 15. cuius verba hæc sunt ex Haloandri translatione. *Ex his qui cælibe⁹ ad clerum peruenerunt iubemus lectores tantum & cãtores, si velint nuptias contrahant.* Hactenus canon. Græcis quidẽ solis licuit, vti coniugio contracto, ante sacrum susceptum ordinem non autem post sacrum ordinem contrahere ca. cum olim; de cleri. coniug. ca. Siracusanæ. 18. distinct. tradit Ioan. Maior. in 4 senten. distinct. 24. q. 2. & distin. 27 quæstion. 1. Ioann. Enchius contra Lutherum capi. 19. Alphon. de Castro. lib. 2. de hæresi. in verbo, sacerdotium. D. Couarru. li. 4. decretali. 2. par. capi. 6. § 3. Alphon. Viru. aduersus Lutheri dogmata Philippica. 19. de cælibatu cleric. pagin. 244. Faber in malleo contra Lutherum tracta. 4. Tho. Vualden. lib. de sacramẽto ordinis agens, & lib. de cramen. c. 128. & cap. 129. de sasacramentalibus capit. 66. & 67. Petrus Soto de inst. sacerd. de matrimonio lectione. 6. &. elegantissime Michael. a Medina Franciscanus vir doctissimus peculiari libro de hoc argumento in lucem misso nempe de cœlibatu. Albert. Pighius controuer. 15.

Clericis à principio nascẽtis Ecclesiæ matrimoniũ contrahere fuit prohibitum

Bartho-

Bartholo. Latomus aduersus Bucerum contro. de cælib. sacerdo Mart. Ayala de diui. Ecclesiætradit tit. de cælib. Robertus Arbori in tracta. de sacerdotum cælibatu qui hanc catholicam veritatem multis magnisque rationibus aduersus impuri Lutheri dogmata probant. Nec hoc mirum est cum apud barbaros legibus & moribus idem sit receptum. In regione quidem Palmaria in nouo orbe detecta sacerdotes viuunt cælibes & incorrupti, vt testatur Petrus Marty. lib. de noui orbis insulis nuper repertis. Et apud Essæos qui contemplationi & culti assiduo Dei dediti erant, vxoribus carebant, vt testatur Eusebius lib. 8. de præpar. Euange. c. 4. Nec nubebant Vestales apud Ethnicos nisi cum religioni erant inutiles sicut Prudẽtius commemorat. libr. 2. contra Symmachũ. Nec hijs mores vel corruptelæ aliquarum nationũ, vt Moscouitarum & Græcorum reffragantur quia longe aberrarunt, vt docet eleganter Sygismundus Varro. lib. commentariorum de rebus Moscouitarum. Et vide nouissimam sacrosancti Tridentini Cõcilij decisionem Sess. 24. cano. 9. in hæc verba. *Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus coſtitutos, vel regulares castitatem solenniter profeſsos, poſse matrimonium contrahere, contractumque validum esse non obstante lege ecclesiastica, vel voto & oppositum nil aliud esse, quam damnare matrimonium, posse que omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam vouerint, habere donum anathema sit. Cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id, quod possumus tentari.* Verum qui minoribus sunt ordinibus constituti, non prohibentur ibi ante subdiaconatum, matrimonium contrahere: imo hoc illis permissum est c. 1. & ibi not. de cleri. coniug. l. 16. titu. 2. part. 4. vbi Grego. tradit Siluest. in summa in verbo, matrimonium. 8. impedi. quæstio. 12. Martin. Nauarr. in manu. c 22. nu. 52.

Scribit tamen Hyeroni. Paul. in prouinciali folio 18. ex Card. Alex. consi. datam fuisse facultatem contrahendi matrimonium cuidam subdiacono, qui ordine illo ante pubertatem & prius quam esset doli capax fuerat insignitus.

De monachis vero illud prætermittendum non est, quod in Concilio Turon. secundo sub Pelagio Primo Ponti. Maxim. cano. 16. eo tempore celebrato, quo licebat clericis iuxta vsum Orientalis Ecclesię vxores habere: ita decretum est. *Si qui in monasterio conuersi sunt nullatenus exinde habeant licentiam euagandi: neque (quod absit) vllus eorum coniugem ducere, aut extraneārum mulierum familiaritatem habere. Nam si vxorẽ duxerit excommunicetur, & de vxore male sociata consortio etiã iudicis auxilio separetur: & infelix monachus tali coniunctione fœdatus, ab Ecclesia segregetur, donec reuertatur ad septa monasterij, & indi. mæ sociectam ab Abbate, quandiu præceptũ ei fuerit, agat pœnitentiam.* Hactenus Concilij sanctio.

Religioſi etiam sanctissimę societatis Iesu qui bienno peracto tria vota tametsi simplicia secundum constitutiones dictæ religionis emisserit quandiu in eatur. fuerint

Religiosi sacti sitatis Iesu post tria vota matrimoniũ contrahere prohibentur.

fuerint inhabiles sunt ad matrimonium contrahendum quod si defacto contraxerint nullum & irritum est, vt decretum est a sanctissimo Domino nostro Gregorio Decimo Tertio Pontifice Maximo peculiari motuproprio hoc anno 1584. quod nouum est matrimonij impedimentum dirimens sunt sane huiusmodi vota emittentes vere & propie religiosi quod si quisde inceps contrariũ ausus firmare vel aliquid contra pium institutum dictæ sacræ religionis asseuerauerit (vt quidam proximis diebus temerario ausu facere non erubuit) pœnam excommunicationis latæ sententiæ nec non inhabilitatis ad quæ vis officia, & beneficia secularia & quorumuis ordinum regularia, eo ipso absque alia declaratione incurrunt quarum cẽ surarum absolutio Apostolicæ sedi est reseruata vt latius in dicto motu propio continetur. Est quidem Christianæ rei publicæ vtilissimum imo summe necessarium prefactam societatem a Summis Pontificibus maximis laboribus & amplissimis priuilegijs amplecti cum propugnaculum sit fidei, lumen Ecclesiæ, religionis amplificatrix, peccatorum medela, priorumque virorum tutissimum Asyllum.

B *Deponi debere.* Adde quod duriusdecretum stat in 8. Concilio Toletano. ca. 7. in hunc modum. *Quicunque etiam inuti, ad Ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quam semel receperant gratiam, donumque nequaquam audeant. Si vero ad coniungiam moresque sæculi redire attentauerint, omni Ecclesiastica dignitate priuentur, & Apostatæ habeantur & in monasterio donec vixerint, sub pœnitentia retrudantur.* Solent tamen ad tempus in monasterio colocari, vt illic ieiunijs & orationibus vacẽt & prædictas iuris pœnas patiantur, & vide Regiam. l. 41. titu. 6. par. 1. & ibi Gregor. Lup & Extrauag. antiquæ concertationi. de voto. & vltra supradictas canonicas pœnas pecunia quoque multantur cap. 1. de cler. cõiug: cap. decernimus cap. præsbyter. cap præsbyterium. 28. dist:

Laycus quidimissa vxore sacris ordinibus fuit insignitusqua pœna plectendus sit.

Sed qua pœna punietur laicus qui vxore dimissa, sine iusto illius consensu, sacris fuit ordinibus insignitus: iure quidẽ nulla alia pœna reperitur diffinita, præter eam quę dicta extrauaganti constitutione quæ Ioann. est vigesimi secundi continetur, quæ quidem ea est, vt nec matrimonio soluto, in suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines promoueri possit, nec aliquod ecclesiasticum beneficium obtinere valeat. Sed quia in illa constitutione non tam de tanti criminis debita punitione, quam de efectu sacrorum ordinum agitur ne tam graue in scelus inultum remaneat, in Hyspania iustissime receptum est, vt huiusmodi crimen perpetrantes, eadem patiantur pęnas, quas qui post sacri ordinis sumptionem vxorem ducunt, de quibus in hoc capite diseritur. Nec enim refert, anma trimonium antecedat vel sequatur cum vtroque casu est matrimonij sacramento & cælibatui ordinis sacramenti, æqualis iniuria fiat: Et cum casus is contigisset in sacro inquisitionis senatu, reus suspensus fuit ab officijs

ficijs & beneficijs eccleſiaſtici, & præter publicam pœnitentiã, qualis blaſphemis iniungi ſolet, mulcta peccuniaria impoſita in monaſterium ad certum tempus ſimiliter fuit detruſus, ita teſtatur D. Iacob. ſeptima. in Cath. inſti. c. 40. num. 14.

Cõtrahẽs ſecundũ matrimoniũ, viua coniuge ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis puniſtur.

Nec illud hoc loco accommodatiſſimum prætermitti debet, laicum etiam ſecundum matrimonium, viua coniuge, ab hæreticę prauitatis inquiſitoribus poſſe puniri, is æquidem qui ſic contrahit, perperam videtur ſentire de ſacramento matrimonij, & de eius vinculo, ita tenet Domi & Fran. in capi accuſatus. §. ſane. nu ne. nume. 6. de hæreti. in 6. Felin. in cap. ad abolendum in prin ci. de hæreti. Alphon. a Caſtro de iuſta hæreti. puni lib. 1. capite. 1. Summa Roſela in verbo, *Hæreti cus* nume. 6. Ludo. Car. de hæreti. §. circa ſecundum num 60. in fine Reper. in quiſitorum in verbo hæreticus in verſi. ex quibus ſupra traditis. Conrad. Brunus de hæreti. lib. 1. ca. 2. Alberti. de agnoſcend. aſſertioni. quæſt. 23. per totam. Iacob. ſeptim. in enchi. titu. 12. Ioann. Lup. in repeti. capi per veſtras. de donati. inter vir. & vxor §. 12. numer. 25. Rojas. in tract. de hæreti. 1. part. numer. 540. D. Couarruu. in. 4. Decreta 2. par. capit. 7. §. 3. num. 6. & eſt communis & veriſsima opinio quæ contradictorem non habet, & procedit nulla conſtituta differentia, an matrimonium publice, vel ſecrete, fuerit contractum, & opinio contraria ægregie fuit confutata a Iacob. ſeptim. in Catholi. inſt. capi. 40. num. 3.

Receptum tamen eſt inter doctores, crimen hoc grauiſsimum mixti eſſe fori, & ea ratione inter inquiſitores Epiſcopum & iudicem ſecularem locum eſſe præuentioni, ita Abb. per tex. ibi in cap. 1. de offici. ordi. & in ca. cum haberet. numer. 3. de eo qui duxit in matri. Alber. de agnoſcẽd. aſſertioni quæſt. 23. nu. 76. Coua. in d. §. 3. num. 6.

Et pœna quæ â iudicibus eccleſiaſticis ordinarijs pro crimine iſto imponitur, eſt publica ignominia, text. in cap. de benedicto. 32. quæſtio. 1. vbi gloſ. in verbo, & çaluos. tex. in capit Epiſcopi. 26. quęſt. 1. capi nuper de bigam. Abb. in dict. cap. cum haberet. nume. 3. Frequentiſsimâ tamen horum regnorum praxis recepithuius criminis reos, ante portas Eccleſiæ in ſcala ignominioſe collocari.

Nec deſunt ex noſtris, qui exiſtiment pro crimine iſto impoſitam eſſe excommunicationem quæ eo ipſo incurritur, vt tenet Paul. Grill. in tract. de pœnis omnifa coitus quæſt. 14. cuius opinio falſa eſt, vt manifeſtê apparet ex glo. in Clement. vni. de conſang. & affini. quam Card. Imol. & alij ibi ſequuntur.

Ab inquiſitoribus autem, hoc crimen perpetrantes fuſtibus cedi ſolent çum relegatione ad tempus, vt teſtatur Iacob. Septiman. in Catholi. inſtitutionibus. capite. 4. numero. 1. in fine in enchi. tamen titul. 12. numer. 6. aſſeuerat, quod plebei flagellis ceſi, ad trirremes condemnantur. Si vero nobiles fuerint, alię iuſtę pœnæ imponuntur, & quod ad trirremes faciẽda ſit cõ

demna-

demnatio, decretum fuit a supremis sacræ inquisitionis senatoribus, vt refert Rojas vbi supra numer. 546.

Punitur deinde qui viuente prima coniuge aliam duxerit, pœna infamiæ. cap. nuper. de bigam l. eum qui duas cum glo. C. de adulter. pœnaque stupri iniungitur. Pœna vero stupri est in personis honestis, amissio dimidiæ partis bonorum, in vilibus verberatio cum quinquenij relegatione text in §. 2. Insti. de publi. iudi. Regia. l. 2. titu. 19. par. 7. tradit Alexan consi. 165. volum. 7. vbi Carol Moli. in addi Ex quo sequitur lapsum fuisse Romanũ sing. 531. asseuerantem, mortis pœnam contrahentibus secundas nuptias imponi. In his vero regnis in hoc crimine variæ pœnæ pristinis tẽporibus impositæ fuerunt, vt videre licet in l. fina tit. 17. par. 7. & in l 2. titul. 7 lib. 4. fori & in l 7. titu. 15. lib. 8. & in l. 6. tit. 7. & in l. 8. tit fin. eodem. lib. Nouissimè vero qui crimen hoc comminisserit vltra id quod ignominiosè per vias publicas trahendus est, mitti debet ad Regias trirremes per decem annorum tempus, vt probat. l. 8. titu. 2. lib. 8. ordin. noui quæ indistinctè practicatur nulla personarũ constituta differentia, vt scribit D. Didac. Perez. in l 3. in glos. 1. lib. 5. ordi. veteris Quod tamen verum non censeo sed quod cum nobilibus illius legis rigor moderetur & ita praxis quæ vera est legum interpres recepit.

C *Per sententiam* Vide glo. Antoni Ioan. de Imo Abb. in capi. 1. de cle. coniuga. Deci. cõsi. 166. D. Coua. in 4. Decretali. 2. part. ca. 6. §. 3. num. 4. Est quidem circa hoc communis doctorum sententia asseuerantium, clericum in maioribus ordinibus constitutum per matrimonialem contractum, non esse ipso iure beneficio priuatum sed priuandum esse. Secus vero si is clericus in minoribus ordinibus fuisset constitutus, quia ipso iure priuatus est & opinionem istam dicit tutiorem & in practica seruandam Benedictus de Capra in capit. 1. de clericis coniuga. vide quæ infra dicam in verbo beneficia.

De hæresi Vide Bermon. Cho. in tracta. de publi. concub pagi. 248 nu. 4. Iacob. Septim. dict. cap. 40. nume. 12. qui censet hoc procedere, quocunque modo siue publicè, siue secretè, matrimonium fuerit contractum. D

Beneficia. Vide text optimum in cap 1. de cleri. coniuga. Et istam opinionem magis communem esse testatur Ioseph. Mascard. in tracta. de probatio. volu. 1. conclusione. 182. num 6. Circa quam illud est consideratione dignissimũ, quod licet clericus in minoribus ordinibus constitutus matrimonium contrahens: sit ipso iure beneficijs priuatus, is qui ob eam causam ea beneficia â Romano Pontifice impetrat præcisse tenetur probare matrimonium, nec sponsaliorũ probatio sufficeret, cum dubia probatio contra ipsum sit interpretanda vt in cap. in præsentia. de prohati de quo est cælebratissimum cõsilium Anchar. 20. quem sequitur Mascar d. cõclus. 182. Procedit sanè dicta magis communis opinio etiam si matrimonium carnali copula minime fue E

rit consummatum vt tenet glos. Ioann. Andr. Abb. Imo. Colecta. in cap. 1. de cleri coniuga. vbi Benedict. de Capra communem esse fatetur Et locum obtinet quãuis vxor ante copulam religionem ingrediatur ex Abb. sententia in di. ca. 1. Auferi. ad Capell. Tholo. quæstione. 239.

Clericus in minoribus pro contractumma trimonij omnibus Ecclesiasticis priuatur.

Ammittit etiam clericus in minoribus constitutus, per coniugalem contractum, regressus, accessus, atque alia quælibet iura, ad beneficia ecclesiastica ipse cõtrahenti competentia. glo in ca. 1. de cler. coniug. lib. 6. versi. clericalis quam sequuti sunt Paul. & Alexand. in l. si a primo. ff. de lib. & post Martin. Nauarr. in capit si quando excep. 5. de rescrip & opinionem istam communem esse fatetur D. Couarru. dict. §. 3. nu. 5. vbi idem de ecclesiasticis pensionibus affirmat de quo vide Hyero. Gigan. in tracta. de pensioni. quęstio. 54. Et ea ratione vsus Romanæ curiæ iam pridem obtinuit: vt per matrimonij contractum, pensiones vacẽt etiam si simpliciter, nullo spirituali onere adiecto cõstitutæ fuerint, vt scribit Nauarr. in tractat. de oratione capit. 21. numer. 53. Præter quam, si a Romano Pontifice alicui layco, pro re gestain Ecclesiæ vtilitatem constitutæ fuerint. Vel aliunde ex eius mente colligatur velle pensiones, ob matrimonium non extingui, vt refert Ioann Baptista in tracta. de pensi. quæst. 30.

F *Sit nullum*: Vide Petrum de Ancharranus. consilio. 34. numero. 10. Ioannem. Andre. Ancharr. & doctores in capite. 1. de cleri. coniug. libro. 6. Aymonem Crauet. in tracta. de antiqui tempor. 4. part. §. videamus fol. 131. numero. 14. Sebasti. Van. in tracta. de nulli. tit. quoties & intra quod tempus. nume. 60. Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque retract. lib. 1. §. 26. glo. 2. nume. 9. Ioann. Staphi. in tracta. de liter. gratię & iustitiæ. folio. 75. quam opinionem communem esse testantur Ferdi. Loazes de matrimonio Regis Angliæ dubio. 11. numero. 13. D. Couarru. dicto. §. 3. numero. 4. Grego. Lup. in l. 41. titul. 6. parti. 1. in verbo, *El beneficio* Ferdinand. Mencha. de testa. §. 22. numero. 64. Iuli. Clar. libro. 5. rescep. senten. §. final. quæstio. 37. versiculo. clericis beneficiatus, & nouissime Did. Perez in l. 1. titul. 1. lib. 5. ordin. versicu. Item quia folio. 5. Quæ consuetudine recepta est vt fatetur Petrus Rebuff. in tract de pacifi. possessor. numero. 187. In quo cabendum est ab *Imo.* qui cõtrarium tenuit in Clemen. gratię de rescrip. Loazes in rep. l. filius familias nu. 285. ff. deleg. 1. Et secundum hanc receptam sententiam sepissime Rota Romana iudicauit vt testatur Flami. Parisius. 1. part. de resigna. benefi. libr. 1. in. prin. nu. 15. Quam quidem communem & receptã sententiam admittit Deci. consi. 166. quando ignoranter matrimoniũ contractum est, secus si sciẽter, quia hoc casu (vt ille inquit) non priuatur qui sic contraxit ipso iure. Sed Decium merito repræhendi insignis Greg. vbi paulo ante allegaui esset quidem omni iuri & rationi contrarium, vt magis peccans, melioris esset cõdictionis, quam qui leuius delinquit.

G *Sua beneficia.* Adde quod opinionem istam tenuerunt. Ioann. Andr. Cardi. Anchar. Imo. in ca. Ioannes de cleri coniuga. Hen. in cap. diuersis. eo. titu. quorum opinionem communem esse testatur Couarru. vbi supra. nume. 4 quam ipse sequitur contra Rotam & Staphy. ab autore nostro allegatos, quorum opinio procedere potest, quando clericus minoris ordinis beneficia ecclesiastica obtinens, cum impubere cõtraxit per verba de presenti, ignorans forte eam impuberem esse, quia tunc beneficio priuatur, non aliter quam si cum pubere contraxisset, cum qua foret canonicum impedimentum, consanguinitatis vel affinitatis. Si autem sciebat eam esse impuberem, tunc procedit communis opinio qua distinctione, has contrarias opiniones componit Fel di. Mench. de testamen. dict §. 21 nume. 47.

Monialibus.

CAPVT. LXXXI.

1 *Clericus monialem carnaliter cognoscens, in vno instanti tria delicta committit: sacrilegium, adulterium & incestum.*

2 *Clericus monialem cognoscẽs, qua pœna debat puniri.*

1 CLericus tale facinus perpetrans Spõsã Christi corrumpit, & committit tria peccata: a sacrilegium, adulterium, & incestum, quo ad accusationem, quia de omnibus his potest accusari, vt per glos. nota. in capitu. Virginibus. 27. quæstio. 1. quam sequitur Abb. in capi. At si clerici. de iudic. colum. 12. & in capit. penulti. 3. nota. de purga. cano. & in capitu. monasteria. in fin. & in capitu. vt clericorum. num. 6. de vita & honestate clericorum, cuius pœna est vt deponatur, b ex dispositione text. in capitu. Si quis Episcopus. 27. quæstio. 1. ab officio & beneficio, vt per glossam primam, dum allegat, capitul. Si quis sacerdos. Et vide Ana. consil. 1. columna 2. versi. Secundo quod fama. vbi per dictum capitu Si quis Episcopus, tenet quod istud delictum est de maioribus meretibus perpetuam depositionem, dato quod talis fornicatio cum moniali non sit notorie scãdalosa, vel diu continuata, & dicit hoc ita declarare pulchre Anton in dicto capitulo. At si clerici. Et vide Hyppoli in repetit. l. Vnicæ. C. de rapt virginum, numero. 41. vbi tenet quod clericus in hoc delinquens debet priuari officio suo, & detrudi in monasterium, per text. in capit. Si qua monacharum. 27. quæstion. 1. & per dictum capitu. Si quis, per quem textum, vide quod dicit Abb in capitulo, clericus, numero. 2. de vita & honestate clericorum. Et vide Paul. Grillandi in tracta. de pœnis omnifariam coitus, in 1. quæstio circa fin. versi. Secundo vero casu, vbi per eadem iura dicit, quod clericus cuiuscunque gradus vel dignitatis deponitur propter hoc delictum ab omni ordine sacro, & priuatur omnibus beneficijs, & detruditur in arctum monas-

monasterium ad agendam perpe tuam pœnitentiam, quem vide prius per duas colum. præceden tes declarantẽ, quomodo in hoc crimine quatuor crimina com mittantur, & an possit reus de uno quoque pariter accusari & puniri: & quę vtilitas resultet, quod quis possit accusari & puniri de pluribus delictis differentibus specie, & descendentibus ex eodem facto. Cardina. tamẽ de Turrecremata in dict. capit. Si quis Episcopus dicit, quod tunc propter hoc deponatur clericus, quãdo in notitiam populi deuenerit alias secus, per id quod notatur in capitu. Non debet. 30. quæstio. 1. Et dicit hoc velle glos. ibi positam in eo capi. Si quis Episcopus. Quæ tamen si bene cõsideretur, non probat: quia nihil aliud dicit, nisi allegaret. Si quis 30. quæstion. 1. & ideo contrarium credo verum, cum dict. capi. Si quis Episcopus, simpliciter imponat pœnam depositionis, & delictum in se tam graue sit, in quo tria, vt prædiximus, commit tũtur delicta. Et hoc videtur vel le Ioan. de Anan. vbi supra, refe rendo Anton. Nec obstat quod dicitur in dicto capitulo. Nõ debet, quia cum ille text. imponat pœnam delicto longe diuerso, & quod est grauius in consideratio ne populi, quam in se ipso, videlicet quod clericus commiscea tur mulieribus, quæ ei peccata confessæ sunt, nimirum si consideret, an populus id intellexerit Notum est enim quod ex confes sione non contrahitur cognatio spiritualis, & sic non potest dici incestus, & si confitens fœmina non est nupta, neç virgo, non est adulterium, nec stuprum est igitur sola fornicatio qualificata, tanto grauior, quanto maius scandalum affert in populo. Abhorret namque populus simile facinus, & merito: quia si non sic punirentur in hoc delinquentes, difficillime pręstarent homines licentiam filiabus, seu consanguineis accedendi ad sacramentum pœnitentiæ: Vel potest aliter intelligi text. ille, vt in ca. sequen. tractabimus, vbi examinatur materia illius. Vnde concludendo in hoc delicto sacerdotem conuictum de accessu ad monialem, nullo discrimine habito deponendum censeo, & deponerem si casus se offerret, & in monasterium seu carcerem ad tempus aliquod, iuxta personæ qualitatem, & delicti continuationem, & populi notitiam commensurandum detruderem.

Habens carnalẽ copulam cum moniali, multis criminibus illaqueatur.

TRia peccata. Vide Abb. A in capi. fina. num. 6. de immu. Eccles. & in ca. pen. nota. 3. de purga. canon. Ioann. de Selua in tracta. de benefi. 3 part. quæstio. 3. numero. 6. Montal. in l. 4. titulo. 10. libro. 4. fori. Gregor. in l. 1. titulo. 19. part. 7. in verbo, *Religiosas*, quam opinionem sequuti sunt omnes, vt per Decium consi. 338. numero. 1. & consilio. 611. numero. 2. eandem fatetur esse communem sententiam doctissimus Iacobus. Menoch. de arbi. iudi. quæstioni. libro. 2. centu. 4. casu. 389. numero. 23. decisio: Peda. 103. eamque sequitur Didacus. Perez. in l. 5. titulo. 15. libro. 8. ordinamen. Paul; Grillel. in tracta. de pœnis

omnisa coitus. quæst. 1. num. 10. qui dicit, quatuor scelera committi sacrilegium, incestum, adulterium, & stuprum, & vide Regiam legem 7. tit. 20. lib. 8. ordi. noui, asseuerantem cum moniali incestum ex carnali coitu cõmitti.

Sed an clericus possit, de vno quoque istorum criminum accusari, pariterque puniri, & pœna ex vno sequuta, alterum non impediat, ac si ex diuersis factis, cũ diuersis personis facta fuisset, vide glo. not. in ca. virginibus. 27. quæst. 1. quæ in ea est sententia, vt censeat, quod supradicta dicuntur plura crimina nomine tantũ, non autem effectualiter in substantia, & ea ratione licet respectu accusationis sint diuersa, quo ad actum punitionis vnum est, quia in veritate non fuit nisi vnicum factum, licet propter tanti sceleris qualitates, grauior pœna iniungenda sit, quam pro quælibet dictorum quatuor delictorum de quo vide Bartho. in l. senatus. ff de accus. & in l. qui de crimine. C. de accusa. Paul. Gril. d. q. 1. nu. 12.

Deponatur. Vide Regiã l. 6. tit. 18 p. 1. Bermond. Cho. in ti. depubli. cõcu rub. de sacrilegio. pag. 67. D. Coua. in Cle. si furiosus. in initio. 2. p. num 8. de homi. Petr. Dueñ. reg. & all. reg. 101. Di. Perez in d. l. 5. Ia. Men. de arb. iud. q li. 2 cẽt. 4 calu. 360. nu. 57.

Laicus huius capitis delictum cõmittens, quib⁹ pœnis ab ecclesiastica glo Laicus vero in foro canonico prouter crimen hoc excommunicatur ca. si quis Episcopus. c. si quasi non spectat sed ad Episcopũ iudicem pœn. & remiss. li. 6. In foro vero seculari, laicus qui crimen hoc perpetrauerit, pœna vltimi supplicij plectendus est, bonaque sua monasterio sunt adiudicãda. Monialis vero ipsa huius criminis rea, a suo monasterio extrahenda est, & in alio recludi: debet vt diligentius seruetur, ne forte deinceps in tale scelus incidat. tex. in §. pen. in auth. de sanctissimis Episc. coll. 9. ca. si quis rapuerit. 27. quæsti. 1. vide tamẽ Regiam. l 2. titu. 19. p 7. quæ simplicem coitum cum moniali, nõ pœna mortis, sed pœna simplicis stupri puniendum esse sanciuit. Nec non de iure Regio qui sic delinquit pœna medietatis bonorum Regio fisco applicandorum mulctatur. l. 7. tit. 20. lib. 8. ordi. noui.

sit plectẽdus.

Mediolani vero legibus, & Papiæ statutis, qui grauissimum crimen hoc perpetrauerint pœna mortis puniuntur, vt refert Iacob. Menoch. de arb. iudi. quæstioni. lib. 2. cẽturia. 4. casu. 384. num. Idem etiam communiter statutum est priuatis constitutionibus, & statutis Italiæ vt refert Hyppoli. in l. vni. numer. 4 & sequẽt. C. de rap. virgi. Iuli. Clar. in practi. crimi. §. fornicatio. versi. cũ moniali. Antiquitus vero Vestales quę Dijs virginitatẽ vouerãt, istius criminis reæ, virgis cędebãtur, ferevsq; ad necem deinde viuas defodi, lege sãcitũ fuit. Vt memoriæ protulit Põponius Letus de sacerdotio Rom. vbi de Vestalibus agit Plutarchus Prob. 96. Et multa de supplicijs harũ Vestaliũ lectu non indigna scribit

Vestales libidini vacãtes quibus pœnis plectebãtur

Liui-

Liui lib. 2. 4. 8. decad. 1. & Decada. 4. Dioni. Halicarna. libro. 8. & 9. Plini Iunior. libr. 4. epistol. Et de hac pœna meminit Iuuenalis Satyr. 4. dum ait.

Nemo malus felix minime corruptor & idem.

Incestus, cum quo nuper vittata iacebat.

Sanguine ad huncviuo terram subitura sacerdos.

Imo tanta in his religio obseruabatur, quod Minutia Vesta lis virgo propter mundiorem iusto cultum libidinis fuit suspecta viuaque defosa, vt refert Liuius lib. 8. primæ Deca.

C *Contrarium credo verum.* Adde quod hanc authoris opinionem contra Card. a Turrecre. in d. c. si quis Episcopus sequitur. Gregorius. in d. l. 6. in verbo, *Deponer.*

Spiritualibus filiabus se commiscentes.

CAPVT. LXXXII.

1 *Clericus propter crimen incestus qua pœna puniendus sit.*

2 *Pœna depositionis an puniẽdus sit clericus, qui carnaliter cognouerit illam, quã tenuit in sacramento confirmationis.*

3 *Proprius sacerdos, qui filiã suæ parochiæ, nullo vinculo spirituali coniunctam, carnaliter cognouerit, non est deponendus, quanuis seuere sit puniendus.*

4 *Clericus, qui cognouit suam conmatrem, depositionem meretur.*

Sacerdos, qui cum filiabus spiritualibus fornicatur, graue adulteriũ committunt, & qui malum exemplum dant hominibus, ab omni officio deponuntur, & peregrinando per duodecim annos pœnitere debent, & tandem ad monasterium vadunt, vbi per totum tempus vitæ Deo seruiẽt. ita disponit text. in c. Si quis sacerdos. 30. q. 1. & licet ille text. videatur loqui de filia spirituali simpliciter, idem est si fornicatur cum ea, quę propter sacramentum pœnitentiæ fuit filia spiritualis effecta, vt probatur in capitulo. Omnes. qui est text. præcedens dict. ca. Si quis. qui dicit omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt in baptismate susceptí. & subdit, quod qui hoc scelus perpetrauerit, non solum dignitatis honorem amittat, verum etiam vsque ad exitum vitæ suę iugi pœnitentiæ se subdat, quod glo. ibi finalis intelligit de pœnitentia interiori. Sed postea text. in capi. fin. eadem. cau. & quæstion. dicit quod præsbyter, qui cum mulieribus, quæ ei fuerint sua peccata confessę, se commiscuerit, ficpœniteat quomodo de filia spirituali, & declarat quod pœniteat duodecim annos, & quod deponatur, in quo videtur declarare text. in dicto capit. Omnes. dum determinat tempus pęnitentiæ, & quod amissio dignitatis, de qua ibi, fit depositio. Addit tamẽ verba quædam quæ nimium restringunt pęnam huius delicti, videlicet si in conscientia populi deuenerit, quod ego intelligo, id est si hoc testibus probatum

fuerit: satis enim in notitiam populi venit delictum, quod testibus comprobatur, quasi velit tex. mitiori pœna puniendum sacerdotem, quando hoc delictum in occulto reuelatur superiori: Vnde ego conuictum clericum de hoc delicto, indistincte deponerem, imo & tempestate hac, carceri alicui per aliquos & nõ paucos annos manciparem.

Oportet namque in his diebus, quibus (peccatis nostris id promerentibus) admirabile hoc sacramentum pœnitentiæ, spiritualium omnium infirmitatum singularis & vnica medicina ab hæreticis impugnari, ac euerti curatur, sacerdotes in hoc delinquentes acriter puniri, ne ex eorum delictis ansa præstetur hæreticis, ne refrigescente charitate ac timore Dei, occasio detur maritis ac patribus vxores, ac filias ab hoc sacramento retrahendi. & vt rarius ad illud accedant, procurandi. Quo zelo religionis & honestatis accensus bonæ memoriæ præsul ille dignissimus Ioannes Matthæus Episcopus Veronensis, scelus hoc tanquam grauissimum graui animaduersione puniendum statuit. cuius ciuitatem & diœcesim dum ego transirem, Concilij Tridentini gratia in Italiam accersitus, multa mihi admiranda eius opera, & omni imitatione digna, & quæ pastorum illorum sanctorum quos antiquitus habuit ecclesia, dum felix erat, sanctitatem redolebant relata sunt. Ille inquam bonus Episcopus in titulo. 9. capite. 3. suarum constitu. ita disposuit Si quis cum ea, cuius confessionem audiuit, quicquam inhoneste turpiter ve egerit, aut eius pudicitiam attentauerit, aut eam ad lasciua & inhonesta perpetranda suaserit, si non est deuentum ad actum, temporanea pœna acriter puniatur Si vero ad actum turpitudinis deuentum est, beneficijs officijs, que eo ipsum suspensum, priuatum perpetuisque addictum vinculas volumus & declaramus Et eidem depositionis pœna puniendum crederem clericum cognoscentem illam quam tenuit in sacramento confirmationis, cum eodem modo sit effecta eius spiritualis filia, & ideo cognatio contracta ex tali sacramento impedit matrimonium, & dirimit contractum, vt in capite. 1. § final. de cogna. spirit. in 6. quia textu. in dict. capite. Siquis in distincte loquitur de filia spirituali Fateor tamen quod cum hoc delictum non sit ita graue in oculis hominum, nec in eo adsit inconueniens quod in casu præcedenti descripsimus, in alijs pœnis vltra depositionem iniungendis, mitior poterit esse Iudex: Et quod sacerdos cognoscens filiam spiritualem deponatur, notat Abb. in ca. final. de purg. can. & tenet etiam Ioann. de Ana. per supra dicta iura, in capite. Cum dilectus, de accusat. columna. 2. & in capite. Significauit, de adul. columna. penulti. Felinus. in capite. At si clerici. in princi. column. fin. de iudi. & ibi etiam hoc sequitur Decius colum. 12. versi. Secundo limitatur. Et sequitur hoc etiam Ioann. de Selua, in tract de beneficio, in 3. parte. in quæst. 3. in fin. Ed aduerte quod filia dicitur, quę sit de parochia eius, vt ponit idem Decius ibi,

2

3

ibi, allegando Abbas. vbi supra Et sequitur etiam Ioan de Selua vbi suprà. Crederem tamẽ quôd licet vera sit hæc cõclusio Doct. istorum quôd si sacerdos cognosceret filiam parochiæ suę nullo alio sibi vinculo spirituali cõiunctam, quôd nõ propter hoc esset deponendus, sicut in alijs præcedentibus casibus, cùm esset magna extẽsio iurium pœnaliũ, & est non minima disparitas delictorũ quanuis tale facinus committens non leuiter puniendus est, de cuius quidem delicti grauitate nos omnes præsules idem, bonus verõ nihil admonuit, dum in supradicto ti. 9. cap. 2. in committẽtem illud ita seuerè sub hisce verbis insurgit: Sacerdotem illum, qui se cum parochiana sua commiscuerit, in 25. ducatos condemnamus, eum perpetuo ab exercitio curæ suspendentes, postquã per annum in carceribus corpus suũ ieiunijs & abstinentijs maceraturus permanserit, & â ciuitate, & diœcesi per decennium sit exul.

4 An autem eadẽ pœna puniatur, qui cognouit commatrem suam: videtur quôd sic per suprà dicta, & quia magis est abstinendum â cognatione spirituali, quam carnali, quia â venerabiliori parte

b procedit, [b] vt notat Abb. in dict. cap. fina. colum. penul. de purga. cano. Vnde dicit ipse quod nunquam legitur ecclesiam Romanam dispensasse in cognatione spirituali. Cùm enim pęna incestus sit depositio, vt infra habes in parte incestus, a fortiori erit in hoc casu, & simili, vbi quis cognoscit cognatam spiritualem, & præcipuê quia delicta huiuscemodi etiam in opinione populi gra uia iudicantur. & hoc de commatre videtur tenere. Felin. in dict. cap. At si clerici colu. fina. de iudi. facit etiam in huius opinionis fauorem l. 13 titulo. 2. partita. 4. quæ enumerat inter exempla incestus, quod quis coit cum cõ matre sua.

Eponatur. Vide Abb. in cap. vltim. de purg. cano. Anani. in ca. cũ dilectus de accusat. Feli. in ca. at si clerici, num. 15. vbi Deci. nume. 36. de iudi. Berm. Cho. de pub. concub. Rubrica de incestu. nu. 3. Mar. Nauarr. consi. 1. ti. de hære. multis rationibus probãtem minime potuisse inquisitores hæreticę prabitatis cognoscere contra quendam religiosum, qui carnaliter cognouit duas mulieres quas in sacra confessione audiuit. A

Hodie vero in tanti criminis detestationem, ægregia nouissima constitutione decretũ est, quod contra clericos qui in sacris cõfessionibus, mulieres ad carnale commerciũ prouocauerint, hæreticæ prauitatis inquisitores seuerè procedant, & iustissime sane: cum male de Sanctissimo sacramento pęnitentiæ sentire videantur, eo abutentes: nam cum medela spiritualis sit, venenum tamen nephãdum ad perpetuam mortem eo præparare contendunt, & ita scio obseruari, in sacrosantæ inquisitionis incorruptissimis tribunalibus. Idem fortiori ratione procedit quando sacerdos, vel religiosus virum aliquem ad nephandam venerem prouocat quod in casu grauissimo receptum fuisse scio.

Clerici qui in sacris confessionibus, mulieres ad libidinẽ prouocauerint ab inquisitoribus puniri possunt.

Procedit Adde quod hunc respicit quod voluit glo. celeberrima in c. Pytacum in verbo, multo magis. 30. q. 3 quæ asseuerat argumento illius patrem spiritualem magis diligendum quam carnalem quam dicit esse sing. Barb. in l. 2. colu. 7. ff. de verb. obliga. & in rep. l. cum accutissimi. colu. 117. C. de fidei commi. licet huic sit affinis & alia glo. in capit. qui dormierit. 27. q. 2 tradens affinitatem spiritualem maiorem esse, quam carnalem. Præterea etiam dicit alibi glo. in ca. aut factam in verbo, parentem de pœniten. distinct. 1. non minus puniendum esse, qui interimit parentem spiritualem, quã qui carnalem, quam sequitur Alexand. in addi. ad Barth. in l. Diuus vbi Hyppol. de Marsi. in fine. ff. de parri. & hanc opinionem Abb. quam hic adducit autor in specie sequutus fuit Decius. consil. 462. colum. 1. & in cap. ad si clerici. num. 38. de iudi.

Stupri.

CAPVT. LXXXIII.

1 *Traditur germana stupri diffinitio*
2 *Clericus virginem stuprans, est deponendus.*
3 *Vi corrumpens virginem grauiori pœna est puniendus quã si sponte eam cognouisset.*
4 *Clericus, qui corrupit & deflorauit virginem sponte, & sic ea volente & consentiente an teneatur aliqua pœna.*
5 *Deflorans virginem voluntariam, non tenetur ei in animæ iudicio satisfacere.*
6 *Voluntas corruptæ virginis patri non præiudicat.*
7 *Clericus an à dotis præstatione liberetur si probauerit quod mulier ab eo corrupta innenit virum eiusdem cõditionis & qualitatis ac si esset virgo.*
8 *Iudex qualiter debeat arbitrari dotis estimationem corruptæ virgini præstandam.*
9. *Remisso puellæ an clericum a dotis solutione liberet.*
10 *Clericus, qui mulierem grauidã sine virginitatis tamen corruptione effecerit, an ordinaria huius criminis pœna sit puniẽdus:*

STVPRVM proprie est virginum illicita defloratio, sic enim diffinit tex: in cap. Lex illa. 36. quæstio. 1. licet aliâs stuprum aliquando compræhẽdat alia crimina, vt dicit glo. ibi, in verbo propriæ, & gloss. in capitul. Nemo. 32. quæstion. 4. in verbo stuprum, & clericus virginẽ stuprans deponitur, notat Abb. in capite. At si clerici colum. 12. de iudi. allegat tex. in capite. Si quis clericus. 81. distinctio. & in capit. Lator. 2. quæstion. 7. Illi tamen text. non disponunt in stupro commisso cum virgine, vt ex eis patet: & quod istud delictum sit depositione dignum, placuit eidem Abb. in cap. 2. de adulter. qui etiam credit clericum posse cogi ad dotandam virginem ab eo corruptam & refert etiam idẽ Abb. ibi. Ioann. Andr. referentẽ magistrũ suum, qui dicebat quod in hoc casu, cum clericus non possit ducere eam in vxorem, deberet corporaliter fustigari. Et quod pœna stupri in clerico sit de

a depositio, a est cõmunis opinio secundũ Paul. Grillandi, in tract. de pœnis omnifariam coitus, in cap. Septimo videndum, qui etiam sequitur doctrinam Abb. in cap. Vt clericorum. de vit. & hon. cleri. vbi tenet quod iudex ecclesiasticus potest imponere pœnam pecuniariam clerico pro arbitrio suo, vltra alias pœnas spirituales, quando illæ non sufficerent, quia illas non timeret, quas si non solueret, luet in corpus, quia non sufficit dotare mulierem stupratam, nam vltra dotem tenetur soluere pecuniariã vel corporalem pœnam secundũ eum post Abb. in cap. 2. nume. 3.
3 de adult. Vnũ autem in hoc crimine ego opinior obseruandũ, quod cum iura Cæsarea grauiori pœnæ subijciant vi corrumpentem virginem, quam spontaneê, ac illum sine temporis prefinitione puniant, vt in §. item lex Iulia, de adulterijs, iuncto §. Item lex Iulia, de vi. versicu. Sin autem per vim. institu de publi. iudi. & in l. mariti. §. fin. ff. de adult. quod eodem modo iudex ecclesiasticus sæuerius punire debebit vi perpetrantem tale facinus, vt sic vltra depositionem in arctũ monasterium vel carcerem trudat
4 delinquentem. Et pro pleniori declaratione huius capituli operepreciũ est de aliquibus quæstionibus dubitare. Et primo quid si clericus de stupro virginis accusatus exciperet & probaret apperte ipsam sponte confessisse, puta si testes iurant eam atraxisse illum ad concubitum, veniendo sæpius ad lectum eius, eo repellente illam, vel aliud simile. In qua quæstione videtur dicendũ quod non obstante puellæ consensu, propter stuprum puniri debeat clericus, & ad præstationem dotis condemnari, b per id quod notat Ioaun. de Ana. in dict. capi. 1. de adult. in 1. notabili. vbi post Docto. dicit quod licet virgo nõ sit seducta, sed illa sponte acquieuit, ad huc habet locum dispositio illius text. quia virgo præsumitur seducta & decepta, per tex. notabilem in dict. l. circa. fi. C. de rapto. virg. qui disponit quod pœna eius habeat locum siue volentibus siue nolentibus virginibus illud facinus perpetretur. Ex ratione, quia hoc ipsũ velle mulierum ab insidijs nequissimis hominis, qui meditatur rapinam inducitur. Sed salua eius & doctorum autoritate, nõ videtur sua conclusio procedere saltem ex suis fundamentis. Primo qua ratio eorum non concludit: Virgo præsumitur seducta & decepta, ergo etiam si ipsa spõte se obtulit, procedat pœna illius tex. quia illa ratio procedit quando sumus in dubio, sed quãdo constat de voluntate sine seductione, aliter videretur dicendum. Secunda non obstat tex. in d. l. 1. quia non sequitur: pœna contra raptores, de qua ibi procedit etiam volentibus virginibus, ergo eodem modo procedat pœna de qua in d. c. i. qui tex. loquitur per verbum seduxerit, quod debet aliquid operari. Facit etiam quod tex. in ca. 2. eod. titul. de adult. in quo imponitur pœna committenti stupum dicit, virginem stupro decepit. Vnde videtur in hoc (saluo meliori iudicio) dicendum quod a pœna stupri criminali imponenda cle-

rico non excuſetur, etiam proba ta puellæ: non enim voluntas cõ ſocij criminis debet excuſare a pœna delicti, quando culpa illius non conſiſtit in ſola violentia actus, ſed in reprouatione ipſius quantunuis voluntarij quan uis operari debeat vt non tanquam violentus ſtuprator punia tur. Quantum autem ad præſtationem dotis videtur dicẽdum, quod clericus probata vera voluntate puellę, ſine ſeductione
c non debeat condemnari, c potuit enim puella in hoc ſibi præiudicare, vt voluntarie & non ſe ductaho ç patiendo, perderet ius petendæ dotis, quod voluit Aſtenſis in ſumma, li. 2. ti. 46. in ca. incipienti. Sequitur videre de tertio, allegando Rodonenſem, dum dicit quod ſi defloret quis voluntariam, non tenetur. Ad cu ius etiam confirmationem bene
5 facit ſententia Gulielmi, quẽ re fert Floren. in 2. parte, titul 5. ca pitul. 6. §. 1: quod ſi quis deflorat virginem voluntariam, non tene tur ei ſatisfacere in foro conſcientiæ, quod etiam notat Syl ueſt. in verbo luxuria, in verſic. Quinto quæritur, & Tabien. in verbo reſtitutio in §: 22. incip. quid dem eo. Et allegat vterque Bonauenturam hoc tenentem. Vnde videtur quod ſicut talis clericus in foro conſcientiæ eſt liber a præſtatione dotis ex ſententia dictorum Doctorum, ſic & eodem modo videtur abſoluendus in foro contentioſo per Iudicem eccleſiaſticum, quem de cet ſemper ſequi veritatem. Sed quanuis iſta concluſio poſsit ſuſtineri, multum debent iudices aduertere ante quam illã ad praxim adducant in iſto caſu propter difficultatem ſufficientis pro bationis quę in hoc requirenda eſt, vt vere cõſtet virginẽ non ſe ductam, ſed voluntarẽ fuiſſe defloratam, & facile poſſent decipi per ſtuprantẽ clericum in pro batione voluntatis. V num tamẽ 6
in hoc videtur eſſe ſine dubio; q licet voluntas puellæ liberaret clericum, hoc eſſet ſolum ve rum, quantum ad ius q alias haberet, non tamen liberaretur ab hoc quod ſi pater virginis accuſaret clericũ de ſtupro, debeatur illi æſtimatio damni ſibi proue nientis, quia maiori egetpecunia ad dotandũ eam, & etiam iniuriæ quæ ſibi illata eſt: quod firmat Floren. vbi ſupra, ſic limitando prędictam concluſionem, hoc ta men & pater perderet, ſi etiã ipſe delenocinio vel conſenſu con uinceretur. Ex quibus etiam inferri poteſt quod ſi de precio ſtu pri conuentum eſſet cum virgine vel parentibus, quod tunc ſola pretij præſtatione liberaretur ab onere dotandi accuſatus ab eo, cum quo conuentionem facit dum tamen conuentio ſolius filiæ parentibus non noceat, nec conuerſio. Secundo quęro, quid 7
ſi clericus in ſui defenſionem ex ciperet ac probaret, quod poſt corruptionẽ mulier inuenit virũ eiuſdem conditionis & qualitatis ac ſi eſſet virgo: & in hoc cre do, q licet poſsit damnari clericus propter ſtuprũ (niſi conditio mariti proceſſum & pœnã publi cam impediret) nihilominus abſoluendus eſſet a præſtatione do tis, d cum illa in hoc nõ eſſet paſ- d
ſa damnum. Si tamen propter ſtu prum nupſit viro deterioris con

ditionis,

ditionis, tunc crederem arbitrio iudicis esse satisfaciendum ei, cũ constet eam pati damnum ex inę qualitate mariti, puta si propter hoc virum pauperiorem sortita est, a quo debiliora alimenta recipit, imó si nõ pauperiorem, sed ignobiliorem virum sortiretur adhuc crederem esse satisfaciendum sibi, quia vere passa est damnum in honore, qui maiori pretio haberi solet quã diuitiæ. Tertio quæro, qualiter iudex arbi- 8
e trabitur dotis æstimationem, e in hac materia præstandã. Et in hoc distinguo, quod si pater puellæ pauper est, clericus damnabitur ad integram dotẽ puellæ in quo consideranda est consuetudo loci, videlicet quantum solet in dotem dari puellæ similis conditionis, & defloratæ: considerabuntur etiam facultates clerici condemnandi, vt probatur in d. cap. 1. iuncta glo. fin Si vero pater illius diues est, non videtur conueniens, quod ex stupro clerici ipse lucretur totam dotẽ filiæ suæ, & sic quod integrã habeat a clerico, sed quod clericus soluat arbitrio iudicis illud plus quod pater est consumpturus in maritando filiam, eo quod est defforata, quia in hoc videtur pati damnũ, & quod videbitur iudici soluendum ratione iniuriæ sibi illatæ si hoc petierit. Et ex prædictis videtur posse inferri, quod si puella esset parentibus orbata & diues, vel si ipsis superstitibus, & pauperibus existentibus, ipsa aliunde haberet sufficientem dotem, quod tunc clericus non te-
f neretur ad totam dotem, f sed ad illud quod plus est secum in dotẽ
9 datura propter defforationem.

Quarto quęro, an liberari possit clericus a præstatione dotis, si iudici ostendat, vel probet liberationem, vel remissionem eius factam ab ipsa puella? In quo videtur dicendum quod sic quia cũm hoc sit in eius fauorem statutum, potest illi renunciare, & sic clericum liberare, si sui iuris est quia patre inuito adquem pertinet fi- 10
liam dotare, hoc clerico non suffragabitur. Debent tamen iudices in hoc esse cauti vt videant, ne liberatio illa facta clerico sit a puella metu aut dolo exorta, vt posset facile contingere. Item etiã ne sit facta ab ea vt liberius posset luxuriari non nubendo: quia tunc decés videretur, vt etiam ipsa nolente clericus damnaretur ad dotem, & illa per iudicem suaderetur ad matrimoniũ, & saltẽ iudex faceret, quod posset. Præterea & quinto libet, & si rarissimam, possibilem tamen, & aliquoties contingentem mouere quæstionem, videlicet quid si mulier, vel mulieris pater conqueratur de clerico, quod ipsam sine violatione pudoris pregnantem effecerit, & petat clericum de stupro puniri, & ad præstationem dotis compelli: cũm necesse sit adueniente partu virginitatem amittere: an clericus possit de stupro damnari, & condẽnari ad dotem. Pro cuius quæstionis decisione, si sequamur iura in quibus cauetur quod delinquens, & faciens rem illicitam punitur non solum de actu illicito, sed & de eo quod prẽter eius intentionem fuit sequutum, vt in l. i. §. ex incẽdio. ff. de incen. rui. naufr. & in l. Si quis aliquid. §. abortionis. ff. de pęnis, & in l. quo

niam

niam multa C. ad l. Iuliam. de vi. pub. & in l. 3. §. adiecto. ff. ad l. Corne. de sicar. & in cap. fina. de homi. in 6. Videtur dicendum quod iste non solum damnabitur pœna stupri, sed condemnabitur ad præstationem dotis, præcipue quia debuerat cogitare cum ad virginem accesit, hoc posse cõtingere, & difficulter posset probare quod eius intentio non fuit quod virgo corrumperetur, nec quod eius extraordinaria pollutione virgo pregnans efficeretur imo potius contra ipsum præsumendum est, quod non propter eius temperantiam, sed propter virginis resistentiam stupri actũ non consummauit. Fateor tamen quod pœna imponenda in hoc casu propter stuprum cum a principio non fuerit consummatum, mitior esse debebit, etiam si mulier violenter oppressa vel seducta probaretur. Quod autem virgo concipere possit salua virginitate absque miraculo, scribit beatus Thomas in quolibeto. 6. art. 18.

A *Clericus propter stupri crimen deponitur.*

Sit depositio. Adde quod hanc opinionem communem esse fatetur Bermõ. Cho. in tract. de publi. concub. Rubri. de stupro. numer. 18. foli. 104. Practi. Conrrad. fol. 389. Iuli. Clar. lib. 5. recep. senten. §. stuprum. versi. sed quæro Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæst lib. 2. cent. 3. casu. 288. num. 5. Et vltra depositionem puniri potest pecuniaria pœna arbitrio sui iudicis. Abb. in capi. vt clericorum. de vita & hones. clericor. sequitur Paul. Gril. in tracta. de pœnis omni. coitus. quæst. 7. num. 3. Paul. Lancellotus in insti. cano. tit. de adulter. §. eadem: Nec ab hac pœna clericus excusabitur, si virgo se obtulerit ei sponte, non enim voluntas socij criminis, iustam excusationem præstat quando culpa illius non consistit in sola voluntate sed in actus reprobatione. ita Bermon. in d. nu. 18. & tenet noster autor in fra. num. 4.

Hæc vero pœna solum infligẽda est contra clericum, qui virginem maturam stupraverit, quia hæc vere virginitatem perdit, & delictum stupri perfecte committitur, in virgine vero non dum viri potente, diuersum est iudicãdum quia ex quo corrumpi nõ potuit, nec virginitatem amittere dicitur, ideoque arbitraria pena puniendus est ita singulariter scribit Iacob. Menochi. de arbitr. iudi. quæstion lib. 2 centu. 3. casu. 294. nu. 6. quo loco scribit casum istum contingisse anno. 1556 Papiæ mense Maij contra quendam præsbyterum, qui fuit accusatus coram Episcopo Papiensi, quod puellam octo annorum nixus erat carnaliter cognoscere, cuius causæ doctissimus Menochius patronus fuit.

Clericus qui immaturã virginẽ stupauerit ordinaria pœna criminis nõ punitur.

Clericus carnaliter viduam cognoscens pœna depositionis plectendus non est.

Et nota, quod hæc pœna depositionis, solum imponitur pro stupro, contra virginem commisso non vero si clericus viduam, etiã honeste viuẽtem carnaliter cognouerit nam licet stuprum committat vt in l. stuprum ff. de adulte §. item. l. Iulia. Insti. de publ. iudi. l. 2. titu. 19. par. 2. cum tamen pœna hæc consuetudine sit apud nos abolita vt fatetur Antoni. Gom. in l. 80. Tauri num. 14 dicens non vidisse pro huiusmodi

stupro

ſtupro aliquam pœnam imponi. idem ſcribit Iuli. Clar. in practi. crimi. §. ſtuprum. verſi. cæterum. Et ideo clericum qui crimẽ hoc commiſſerit, arbitraria pœna puniendum cenſeo. Sicut pro crimine fornicationis dictum eſt in peculiari loco, quæ quidem arbitraria pœna augeri poteſt pro qualitate viduæ, & ex alijs circũſtantijs, prout prudentiæ & religioni Eccleſiaſtici iudicis viſum fuerit.

B *Condemnari.* Adde ſcotum in 4. ſent. diſt. 30. quæſt. 1. Sanct. Tho. in d. 4. diſtin. 28 Floren. in 2. p. ti. 5. ca. 6. §. 1. Mar. Nauarr. in manu. confeſſo. ca. 16. nu. 16. & 18. & pijſsimum, & ſapientiſsimum F. Anto. a Cordoua. lib. 1. quæſtionarij. q. 13. D. Coua. in reg. peccatum. de regul. iur. lib. 6. 2. par. §. 3. ſpecul. coniugi. 3. part. arti. 19. concluſi. 6. Iuli. Clar. in d. §. ſtuprum. Paul. Gril. de pœnis omni coitus quęſt. 7. Anto. Gom. in l. 80. Tauri Bermon. Chou. in d. rub de ſtupro Fra. Dom. Sot. de iuſti. & iure li. 4. quæſti. 7. & nouiſsime D. Perez in prin. tit. 15. li 8. ordi. apud quos materiam hãc latiſsime declaratam reperies.

Clrricus propter ſtupricri men, reſarcire damnum tenetur, & ad id parte] nõ petente, condemnandus eſt.

Illud tamen circa hoc notatũ dignum cenſeo, quod ſi de crimine ſtupri iudici ex proceſu liqueat, poterit clericus ad damni reſtitutionem condemnari, licet petitum non fuerit ex Aretini ſententia in ca. qualiter & quãdo. §. ad corrigendos in princi. colum. 2. de accuſationi. Iacob. de ſancto Georgi. in l. imperium 1 lectu. column. 2. ff. de iuriſdi. omni iudic. Felin. in capite. cum oporteat column. fina de accuſationi. Probus ad Monach. in reg. acceſſorium nume. 3 de reg. iur. lib. 6.

Nec ab huiuſmodi dotis præſtatione, clericus in exteriori foro excuſabitur, ſi allegat corruptam mulierem inueniſſe, etiam ſi mulier virginitatem non probet ſatis quidem ei eſt quod ipſe contrarium non probet, iure quidẽ, virginem illam eſſe, & deceptã preſumitur. Ita Anton. & Abb. in cap. 1. & 2. de adulter. S. Antoni. in 2 par. tit. 5 cap. 5. §. 1. & eſt cõmunis opinio, vt fatetur Abb. in d. ca. 1. nu. 5. Bermon. in dict. loco nume. 9. Clarus in pract crimi. §. ſtuprum. verſi. ſed pone Nauarr. in dict capit. 16. Didacus Perez in loco nouiſsime allega. verſi. virginem fuiſſe. Ferdinan. Loazes de matrimon Regis Anglię dubio. 15. nume. 6. folio. 76. Barthol. Caſſa. in conſuetudine Burg. Rub. 1. fol. 16. nume. 42. & eſt vera & communis opinio â qua non licet recedere.

Puellæ virgo præſumitur, quouſque cõtrarium probetur

Imo vnum cenſeo perpetuâ memoria dignum, quod ſi quis blandis precibus, & vehementibus perſuaſionibus, puellam iam corruptam, quæ communi æſtimatione virgo reputabatur ſeduxit, & eam carnaliter cognouit, ex quo ipſa non vulgarem infamiam contraxit, quanuis in animæ iudicio ad nihil ratione virginitatis teneatur, non tamen excuſatur quin teneatur ſatisfacere boni viri arbitrio ad damnum infamiæ ſuæ culpâ contractum, ita Nauarr in manu. ca. 16. nu. 19. & opinionem iſtam communem eſſe fatetur Anto. Cordu. dict quęſtio 13. verſi quintum. Idemque cenſeo in iudicio exteriori obſeruandum, cum eadem verſetur

ratio,

ratio, quæ in interiori: cum in vtroque illatum damnum, iustitia postulante, sit resarciendum, & ita non semel in forensibus actionibus coram iudicibus ecclesiasticis obtinui. Quę opinio vera est & procedit, quãdo culpa viri mulier hanc infamiæ labem contraxerit, quia ipsa enim occultè consensit, vir vero rem manifestam fecit, iuri consentaneum est, vt qui damnum intulit resarciat, si vero mulier ipsa id patefecit vel aliâs culpa sua infamia orta est ab omni satisfactione, vir immunis redditur.

Clericus vel laycus volũtariã vir ginẽ carnaliter cognoscens dotare non tenetur.

Non debeat condemnari. Adde C Martin. Nauarr. in dict. manu. capit 16. numer 16. Bermon. in dict. loco. nume. 18. Antoni. Gome. in l. 80. Tauri num. 10. vbi dicit, quod ita ipse practicaret, licet Bartho. â Medina in sua summa lib. 1. capi. 14. fol. 160 ab hac sententia recedat scribens non tantum hoc casu damnum restituendum esse sed stupratorem teneri corruptam in vxorem ducere etiam si libere imo ipsa rogante stuprum fuisset commissum, quod nullis fundamentis, vel frigidis (prout illi de more est) probat, sed verior est superior opinio, quę multis fulcitur rationibus. Tum quia scienti & consentienti non fit fraus neque iniuria. regul. scienti. de reg. iur. in 6. Tum quia lex quæ obligat ad dotis præstationem, loquitur de decipiente. cap. 1. de adulter. Exodi. 22. vbi vero non datur deceptio, nulla est præcepti obligatio. Tum etiam quia quantum ad iustitiam attinet quo ad actus naturales præcipuè occultos puella censetur domina suorum membrorum, dum nullum aliud damnum redundat exterius, vt scribit Domin. Soto in 4. sentẽ. distinct. 18. quæst. 2. artic 4. licet Caieta. contrariũ innuat. Et opinio hæc procedit, etiam si puella sit sub cura parentum, ita tenet insignis Dom. Soto. lib. 4. de iusti. & iure quæstio. 7 arti. 1. specul. coniungi. 3. parte articu. 19. Quorum quidem sententia tunc locum obtinet, quando ita occultè stuprata est, vt nullam iacturam infamiam que in nuptijs passa est. Nã si damnum aliquod in prædictis pateretur, stuprator non liberaretur, â condigna satisfactione boni viri arbitrio ei pręstanda. Nam puellæ expressa remissio, quando sub talicura cõstituta est, minime liberat stuprator â dotis præstatione secundum Sanct. Thom 2. 2. quæstio. 54. artic. 6. vbi Caieta. Cordu. dict. quęst. 13. autor noster hic nume. 6. Et huius doctrinæ potissima ratio est, quia tunc iniuriam non tantum fit puellæ, sed ipsius parentibus, & illis qui illius curam habent, & ita tenendum censeo, licet nouissimè ab hac recedat sententia Petrus â Nauarra Toletanus vir alioqui pius & doctus libro. 2. de resti. cap. 3. num. 438.

At si â parentum potestate, vel â tutorum vel curatorum administratione, puella, quę sponte stuprum passa est, libera sit, etiam si in fama, rebus & nuptijs, iacturam passa sit, stuprator resarcire non tenetur, quia licet in sui corporis & membrorum abusu, contra legem prohibentem, ius non habeat, vt eis abuti sine peccato possit, habet tamen potesta-

potestatem in eis, & in temporalibus, in quibus damnificata est, ius politicum & actionem, & ideo cum consensum prestet, omne ius remittere censetur.

Puellaim portunis precibus rogatacẽ setur seducta.

Hæc autem nostri autoris & aliorum sententia, quæ frequentissimo consensu & Theologorum & Canonistarum recepta est, tunc procedit: quando puella leuiter fuit rogata, secus si importunis precibus fuit adducta, quia ad effectum prestationis dotis dicitur coacta argu. l. 1. C. de rap. virg. & glosa in dict. regul. scienti, vim quidem persuasoria verba habere dicuntur. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. Vnde Solon magis puniuit eumqui verbis mulierem compalliset quam qui viteste Plutarc. in Solone ita in terminis nostris quoad dotis præstationem tenet. Abul. super Exod. capit. 22. quæstio. 12. & ibi Nicol. de Lira. Abb. in dict. capite. 1. de adulter. Syluester. in summ. in verbo, luxuria. quæstio. 5. Caietanus. 2. 2. quæstio. 154. artic. 6. Nauarr. in manu. confesso. capit. 16 nume. 16. quam esse communem opinionem fatetur Anton. Cord. dict quæstio. 13. versiculo. septimum dictum. & est optima l. 1. titul. 19. part. 7. cum dicit. *Ca, segun dizen los sabios antiguos como en manera de fuerça, es sosacar, è falagar las mugeres sobre dichas, con prometimientos vanos, faziendoles fazer maldad de sus cuerpos, è aquellos que traen esta manera, mas yerran, que si lo fiziessen por fuerça.*

Est tamen opinio hæc singulariter interpretanda, vt tunc tantum procedat quando huiusmodi importunæ & assiduæ preces ab eo fuissent factæ, cui puella sine maximo eius in commodo contradicere non potest, vt si eius esset dominus, princeps aut alius à quo non vulgaria beneficia recepturam sperat, non vero si a quocunque rogaretur. Nam vere nulla mulier quanuis corrupta, nisi rogata veneri consentit, non tamen ex eo dicemus violentiam ei illatam esse vt optime scribit Petrus a Naua. dict. c. 3. nu. 445.

A præstatione dotis. Vide Anto- D
ni. Gome. in dict. l. 80. Tauri numer. 11. Martinus. Nauarrus. in manu confesso. capit. 16 numer. 19. pagin. 170. vbi allegat. F. Franciscum a Victoria Theologum magni nominis quem vide, & opinionem istam amplectitur F. Anton. Cordoua in quæstio. 13. lib. 1 quæst. quæ quidem opinio verisima est & ea fulcitur ratione, quia cum nullum damnum efficaciter illatum sit nihil sane est quod restitui possit. At vero si postea veritate comperta maritus in eam sæuiat pro prudentis viri arbitrio restitutio facienda est, vt tenet Cordoua. dict. quęs.

Aestimationem. Vide S. Thom. E
& Caietanus. 2. 2. quæstio. 154. articul. 6. In qua dotis æstimatione corruptæ puellę a iudice facienda illud est consideratione dignũ, quod licet tex. in dict. capite. 1. de adulter. responderit quod virginem corrumpens, si eam in vxorem non duxerit, in iudiciali foro tenetur in dotem constituere, sicut dotes solent constitui virginibus. Tamen Ioann. Andr. Abb. & alij ibi illius tex. decisionem supplent, quod

Aestimatio doti mulieris propter stuprum præstandæ quomodo fieri debeat

quod corruptor item dare tenea tur illud, quod pluris indiget puella, cum corrupta sit ad inue niendum virum sibi æqualẽ. Quę quidẽ interpretatio minimẽ pla cet Ioa. de Anan. ibi cùm ex ea tex. ille non vulgarem volentiã patiatur qui prout iacet, sine vl la additione, intelligendus est: quando corruptor vult matrimo nium cum corrupta contrahere, ipsa verò, vel eius pater nollit, hoc equidem casu sufficit ei dotẽ constituere quæ sufficiens foret si virgo fuisset: insignis tamen D. Cou. in 4. decretali. 2. par. cap. 6 §: 8. numer. 15. verisimam iudicat Ananiæ sententiam, quando cor ruptor vir est eiusdem qualitatis vt matrimonio cum puella copu letur, & iniustẽ ab ea vel ipsius parentibus recusatur: alioquin Ioan. And. & Abb. sequitur quo rum sentẽtia verissima est, & ser uanda, quia tex. in d. cap. 1. inter pretatur, vt procedat quãdo cor rupta cum dote consueta darivir ginibus consequitur maritum si bi æqualem secus vero alias.

Hæc quidem dotis æstimatio facienda est secundum dignitatem & facultates ipsius stuprato ris, nec non perpensa qualitate, & indigentia ipsius puellæ cor ruptæ. Nec attendi debet, an par ua vel ampla dos ab ipsius paren tibus constitui poterat, ita habe tur Exodi cap. 22. & in dict. ca. 1: Vbi sancitum est, quôd si quis virginem nondum desponsatam seduxerit, dormieritque cum ea, tenetur ipsam dotare, & habere in vxorem, si verò pater virginis dare nolluerit, reddet ipse stu prator pecuniam, iuxta modum dotis quam virgines accipere cõ sueuerunt, qui modus æstimabi tur, secundum facultatem illius nempè stupratoris & dignitatem puellæ, ita interpretatur glos. in dict. cap. 1. in verbo, iuxta mo dum. Esset equidem maximum absurdum, si ea dos esset consti tuenda, secundum facultates pa rentis, vel ipsius puellæ, nam si nullas haberent, nulla dos esset constituenda, cum non entis nul læ sunt qualitates l. eius qui §. pe nu. ff. si cert. peta glo. in cap. bo næ memoriæ in primo in verbo, per rerum naturam de elect. nec esset super quo bonus vir posset arbitrari, cùm super non ente nõ versatur arbitrium. Bal. in l. mili tes C. de testamen. quem refert & sequitur Cardi. Cauarellacon sil. 139. column. 3. quo casu talis stuprator impunis abiret, quod esset omni iuri diuino naturali, & ciuili repugnans. Item & e cõ trario resultaret absurdum, quia si pater puellæ esset diues ipseve rò stuprator fuisset pauper, nullo modo posset condignam dotem, corrupta puellę constituere, & opinionem istam tenet Floren. in summa. 2. par. tit. 5: cap. de stu pro. §. 1. Abb. in dict. ca. i. not. 4. & ita fuisse iudicatum in Senatu Pedam testatur doctissimus Osã cus decis. 107. n. 11.

Ad totam dotem. Adde quod o- F
pinionem contrariam, quod vir ginis stuprator nedum teneatur ad illam æstimationem existen tem supra dotem a patre consti tuendam, si virgo non fuisset cur rupta, sed quod integram dotem teneatur de propijs bonis ei cõ stituere, tenet Ias. in. §. omnes nu me. 24. & 25. Insti. de actioni. se quitur Osancus dict. de cis. 107. num.

num. 10. sed authoris nostri doctrinam veriorem esse cēseo, nā non quidem resartiendum est damnū in vtroque foro nisi qua tenus læsio attulit.

Incestus.

CAPVT. LXXXIIII.

1 *Incestus diffinitio.*
2 *Clericus propter crimē incestus est perpetuò deponendus.*
3 *Clericus, qui cum aliqua muliere fornicatus fuerit, & postea cū eius consanguinea intra quartum gradum, an pœna incestus puniri debeat.*

1 INcestus est consanguineorum, vel affinium
a abusus, vt deffinit tex. in cap lex illa. 36. quæ-
2 stion. 1. Pœna huius criminis est
b quod clericus deponatur, [b] not. glossa. in capite. Non debet. 30. quæst. 1. qui text. loquitur in eo, qui cognoscit filiam spiritualem quæ sibi confessa fuit, nona utem in cognoscente consanguineam. Et tenet hoc etiam Abb. in cap. At si clerici, incolum. 12. de iud. allegando nota, in capit. lator. 2. quæstion. 7. vbi glossa. 1. iuncta
3 textui, hoc probat etiam in episcopo. Si autem clericus primò fornicatus sit cum aliqua muliere, & postea cum eius consanguinea intra quartum gradum, an puniri debeat pœna incestus, videtur, quod non ex eo quod notat in proposito Ancharra. in cōsilio. 191. Videtur prima facie, versic. Item aduerte. vbi concludit quod pœna, quæ â iure ciuili imponitur pro incestu, nō habet locum pro incestu postea introducto â iure canonico, [c] de quo c
â iure ciuili cogitatum non fuit: quia in pœnis prohibetur extensio, ex quo dicebat in terminis Hipp. in sing. 254. incip. Ex illicito coitu, quod licet affinitas cō trahatur ex illicito coitu, istud est verum, quoad impediendum matrimonium, secus autem quoad hoc vt quis puniatur de incestu. Et refert Augusti. in addi. ad Ange. de malefic. illam sententiā Ancharran. valde commendare, quam etiam vltrâ eos simpliciter sequitur Decius consil. 268. diuino implorato præsidio, colum. fina. vol. 2. Contrarium tamen crederem [d] in casu nostro, d
imò quod esset deponendus clericus propter hoc genus incestus maximè si qualitas illius summè grauaret delictum in oculis hominum: putâ si cum matre & filia fornicaretur, aut cum duabus sororibus, aut consororinis, quia tunc non solum deponendus videtur, sed detrusione siue carceri mancipandus ad tempus iuxta qualitatum & scādalum delicti. Nec obstat doctrina Ancharra. in dict. consi. & sequacium, quia contrariam opinionem dicit esse communem idem Decius in consil. 158. in 1. volum. incip. Diuino implorato, & pro tenui, vbi latius & notabilius examinat dictam doctrinam: & respondet ad fundamenta, quæ illi fauent & sequitur opinionē Abb. Signo & Modernorum cōtrariū tenētiū, & sic quod pœna iuris ciuilis habebit locū, vbi nuptiæ sunt incestæ de iure canonico. Et hęc sententia mea circa punitionē clerici securius sequenda est in his regnis Ca

stellæ & Legionis, vbi expresse per legem eorum dispositum est, quod si quis fornicatur cum muliere consanguinea alterius intra quartum gradum cum qua prius idem fecerat, committit incestũ. Si ergo laicus reputatur propter hoc incestuosus & punitur vt talis pęnis ciuilibus, quare non punietur clericus ob id delictum pęnis canonicis. Quia licet lex regia siue municipalis non liget clericum, operabitur tamen semper (meo iudicio) vt iudex ecclesiasticus puniat qualitatem delicti, secundum quod illa in laicis qualificauerit, præcipue in nostro casu, vbi lex ciuilis punit actum a iure canonico in tantum reprobatum, quod decreuit per illum impediri, & dirimi matrimonium.

A *Busus.* Vide text. in. l. si adulterium cum incestu in prin. ff. de adult. San. Thom. 2. 2. quęst. 154. ar. 9. Abb. in cap. 1. & in cap. veniens de eo qui cogno. consang. vxor suæ, gloss. in rubri. C. de adulter. Regiam l. 1. tit. 18. iuncta l. 2. titul. 19. par. 7. Paul. Gril. de pœnis omni. coitus. quæstio. 3. Bermon. Cho de publi concub. cap. de incestu in prin. l. 15. titulo 15. lib. 6. ordin. veter. & ibi Doctor Dida. Perez quæ quidem l. hodie constituta est lib. 8. ordin. B neui. tit. 20 l. 7.

Clericus crimẽ incestus per petrans qua pœna punia tur.

Deponatur. Vide Paulus. Grill. de pęnis omni. coitus quæstio. 33. Bermon. Choue. in tractatu de publicis concu. quæstio. 3. numer. 3. Didac. Couarru. in. 4. Decretali. 2. par. cap. 6. §. 8. nume. 3. quam esse communem opinionẽ fatetur Iuli. Clar. in practi. cri. §. incestus versi. sed quæro.

Si vero quis ante quam ad sacerdotium fuit promotus, cum aliqua matrimonium contraxit & carnalis copula minime interuenit, & muliere mortua, sacris fuit ordinibus insignitus, & postea cum sponsæ consanguinea carnale comercium habuit, incestum non committit, & ideo nõ pœna depositionis, sed alia arbitraria puniri debet, cum ex impedimento publicæ honestatis iustitia, secuta copula carnali cũ sponse consanguinea incestus non oriatur, ita tenet singulariter D. Couarru. in 4. Decretali. 2. par. capi. 6. §. 8. num. 4. Et conducit glos. not. in Clementin. 1. in verbo eos. de consang. & affin. quam ibi doctores sequuntur, qui ex ea scribunt, matrimonium contrahentem cum fœmina, impediente publicæ honestatis iustitia, non esse excommunicatum ex illa constitutione quę cõsanguineos, affines, religiosos, moniales, & in sacris constitutos ipso iure excommunicat. Et licet glosa in capit. lex illa. 36. quæstio. 1. censeant hanc fornicationem incestum appellari posse, id procedit ex impropria significatione, quæ in pœnis admittenda non est. Hodie autem ex sacrosancti Tridentini. concilij. decisio. Session. 24. capite. 3. de reforma. dictum canonicum impedimentum publice honestatis primum gradum non excedit. Quæ decisio intelligenda est in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio de præsenti, quia eo cõtracto hoc impedimentum durat

rat in omnibus casibus & gradibus sicut de iure communi, quod in hoc in tactum remanet, vt habetur in proprio motu Pij Quintij Pontificis Maximi. Et plures pœnas contra incestuosos iure statutas congerit Berm. Cho. vbi supra allegaui & de pœna incestus cum matre, filia, nouerca sorore nutrice consule Boeri. de cisione 318. & de diris pœnis huius sceleris apud Ethicos vide Petr. Gregor. Synta. iuris vniuersi. 3. gar. lib. 36. cap. 7.

Laicus propter incestum quibus pœnis de iure Pontificio puniatur.

Laicus vero qui crimen hoc commisserit, ita punietur, nam aut fecit sub prætextu matrimonij, aut in actu forniçationis, & meri peccati. Primo casu, si id fecit scienter ipso iure est excommunicatus. Clemen. pri. de consang. & affini. & matrimonium separatur. cap. 1. & 2 & ca. non debet. de consang. & affini. a qua excommunicatione per Episcopum absolui potest. glos. in dict. Clemen. 1. in verbo, obtinere, quam alios sequentes allegans fatetur esse communem Did. Perez in dict. l. 5. in princ. Si autem ignoranter contraxit benignius arbitrio iudicis puniri debet, vt ibi ipsemet D. Perez resoluit & Paul. Grill. dict quæst. 3. num. 4. Secundo autem casu si vir erat coniugatus, priuatur perpetuo, ne possit ab vxore cuius consanguineam carnaliter cognouit debitum petere, nec non aliam pœnam patitur quod vxore mortua non potest amplius cum alia matrimonium contrahere, vt habetur in dict. capite. 1. & 2. capite. transmiss. capite si quis cum matre. 35. quæstio. 2. cum multis iuribus illius causæ & quæstionis tradit latissime Alphons. a Vera Cruce in speculo coniug. 1. par. arti. 33. Vltra quas pœnas poterit a iudice ecclesiastico excommunicari. de quo per Paul. Grill. dict. quæst. 3.

Ignorantia ab incestus pœna excusat.

Excusabitur tamen ab incestus pœna, qui ignoranter crimen hoc commisit, hanc dicit esse communem opinionem Bal. Nouel. de dote in prima par. 11. par. prin. num. 8. Villa. in sua collect. comm. opinio. litera P. num. 68. Iul. Clar in dict. §. incestus. versi. excusatur. Immo pœna amissionis bonorum quę iure authenticorum contrahentibus incestas nuptias infertur minime locum sibi vendicat data in ipsis cõtrahentibus ignorantia iuris vel facti etiam crassa, quæ ex lata culpa contingit, ita Barth. in l. si adulterium cum incestu. in prin. num. 11. ff. de adult. sequitur Ancharra. in dict. Clemen. vni. column. 3. de consangui. & affini. vbi Imo. coium. 2. quorum opinionem communem esse fatetur D. Couarruu. in 4. Decre. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 21. Nam vbi dolus expresse ad pœnam requiritur lata culpa non sufficit l. igitur. §. generaliter. ff. de liber. caus. not Bar in l. 1. §. 1. ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer. & est optimus text. in cap. si vero in 2. de sent. excomm. iuncto tex. in c. si quis suadente. 17. quæst. 4. & est glos. communiter recepta teste Ias. ibi. num. 23. in l. in actionibus ff. de in litem iur. Ex quo deducitur excommunicationis pœnam dict. Clement. vni. nõ comprehendere ignorantes etiam ex lata culpa, ita Imola. & Boni. ibi. quanuis glosa. in verbo,

scienter.dict. Clementi. contrarium scribat.

C

A iure canonico. Vide latissime Petrum Antoni. Angun.Placentinum consi.3.per totum vbi opinionem istam multis rationibus defendere connatur.

D

Contrarium tamen crederem. Adde.D.Episcopum Couarru dict. §.8.numer. 3.Quę opinio ex eo manifeste probatur,quod affinitas ex illicito coitu oriatur text. elegans in capi.discretionem.de eo qui cogno.consang.vxor.suæ vbi Abb.tex.in cap.2.de cõsang. & affini.& in capit.in literis.vbi Abb.& Aretin.not.de testi.quã opinionem communem esse fatetur Sylvest. in summ. in verbo, matrimonium 8.impedi 15.idem profitetur D.Couarruu.in 4.decreta.2.par.cap.6.§.7 num.3.& eam amplectitur Hiero. Paul. in prouin.fol.38.contra Cora.libr. 1.Miscellan.capit.3.quo loco asseruit, minime ex concubinatu affinitatem oriri,nec eius ad nuptias impedimentum, cum iure ciuili concubinatus fuerit permissus. Quæ ratio fragilis est, & ex eo defficit,quod coniugalis coitus licitus & permissus est,ex eo tamen oritur affinitatis impedimentum.

Declaratur cõci. Tri.Sess. 24.c. 4. de reforma.

Hodie vero hæc affinitas ex illicito coitu proueniens, vltra secundum gradum non extenditur, vt in Concilio Tridentino Sess.24. capite 4. de reformat. & ea ratione incestus vltra gradum illum minime committetur.Et licet decretum illud solum loquatur quo ad matrimonium iamcontractumdirimendũ, idem est iudicandum quo ad contrahendum,vt nouissima constitutione Pij Quinti Pontificis Maximi declaratum est quæ vulgo circunfertur & ideo affinitas vltra illum gradum quoad nullum iuris effectum considerari potest.

De iure canonico Adde quod hanc opinionem communem esse fatetur Bello. consilio. 84. numero. 5. Couarruui. dict. §.8. numero.18. F

Adulteri.

CAPVT.LXXXV.

1 *Adulterium graue scelus.*
2 *Adulter clericus qua pœna iure Pontificio sit puniendus.*
3 *Clericus damnatus de adulterio infamis efficitur.*
4 *Episcopus licet non possit ad pristinam famam directe restituere, potest tamen indirecte.*
5 *Adulterans cum mulierenupta impudica, licet de iure Cæsarum puniendus non sit,secus autem de iure Pontificio.*
6 *Licet hodie de iure regio solus maritus possit adulteros accusare clericus tamen adulter, etiam marito non accusante,impunis dimmittendus non est.*
7 *Maritus clericum adulterum coram ecclesiastico iudice accusare potest,licet vxorem,coram seculari iudice non accuset.*
8 *Consilium cautissimũ a iudicibus ecclesiasticis,in inquirendis clericorum adulterijs obseruandũ.*

ADulteri criminis grauitatẽ,a clericis omnibus a
sufficiũt ostẽdereverba
pagani illius Abime- 1
lech regis ad Isaac directa Gene.

v. Gutierrez q.7.n.36.ca.26.lib.2.can. quæ

26.capit. Dum reprehendés eum quod vxorem ſuam ſororem eſſe affirmauerit, dixit: Potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum. Si enim in ſola lege naturali viués homo peccatum grande reputauit adulterium, quale debet eſſe in oculis chriſtianorum, quos eadem naturalis, ſcripturæ & gratiæ leges quotidie inſtruunt, maxime ſacerdotum quitanquam ſanctiſsimæ Trinitatis menſę pincernæ angelorum panem virgineo ventre compactum quotidie tractãt & intra præcordia recondunt. At ſi quis magis ſpecifice inormitatem huius criminis intelligere velit, & quo modo ſit de grauioribus peccatis quæ in proximum committuntur, videat Dionyſiũ Cartuſ. in opuſculo de conuerſione peccatoris, articu. 5. vbi hoc oſtendit per plura quæ in
2 eo concurrunt. Clericus autem adulter depoſitus ab officio, in monaſterium toto tempore vitæ ſuę detruditur, [b] vt in capit. Si
b quis cleric. 81. diſtinctio. quod eſt concilium Aurelianenſe: & quod propter adulterium clericus deponatur, voluit gloſ. in capit. Iator. 2. quæſti. 7. in gloſſ. 1. quã ibi ſequitur Archi. & Hoſt. allegando dict. capitu. Si quis in ſua ſumma, titul. de adul. §. quæ pœna ſit imponenda. Idem tenẽt etiam Ioann. de Anani. in Rubr. & in capit. Significaſti. de adulter. Abb. & Moderni. in capi. Vt clericorum, de vita & honeſt. cleric & in capit. Peruenit de adulte. Et hanc opinionem tenet Ioã. And. & Io. de Imol. in dict. capit. Vt clericorum. vt refert Anan. in dict. capit. Significaſti. & eſt communis opinio. Vide tamen Paul. Grillandi in tract. de pœnis omnifariam coitus, incip. Sexto declaranda. vbi in prima & ſecunda columna. nititur ſuſtinere contrariũ, videlicet quod clericus hodie propter ſimplex adulterium non debet deponi, & reſpondet ad fundamenta contraria, & tandem in colu. 3. dicit quod nihilominus in conſulendo & iudicando tutius eſt tenere aliam opinionem, quæ eſt cõmunis, & dicit hoc notandum contra præsbyteros incontinentes, qui alienas vxores ſolicitant ſæpius, & accedunt libenter ad earum concubitum. Incurrit e-
3 tiam clericus de adulterio damnatus aliam pœnam, nam ex tali ſententia infamis efficitur, vt notat Abb. in capi. At ſi clerici. §. de adulterijs in columna. 5 verſic. Sed circa. de iudic. Et in capit. Cum titul. de re iud. colum. 4. per text in capit. Infames. 6. quæſti. 1. & in l. 1. & 2 ff de his qui not. infa. ſicut etiam efficitur infamis damnatus de alijs criminibus publicis. Eſt tamen in hoc
4 aduertendum, quod licet Epiſcopus non poſsit directo reſtituere aliquem ad famam vt concludit Abb. in d. c. Cum ti. in col. 4. in hoc caſu tamẽ adulterij, cum liceat ſibi diſpenſare, vt in dict. §. de adulterijs, reſtituendo clericum damnatum de adulterio cõtra ſententiam ſuam, tunc reſtitutio famæ venit per quandam conſequentiam, poteſt indirecte quod principaliter non poſſet, ita notat. Abb. ibi, in d. column. 5. & dicit ibi caſum ſing. ad hoc ſecundum illum intellectum. Et

5 nota secundum Paulum Grillandi, vbi suprâ, quôd licet de iure ciuili, quando mulier nupta est impudica & meretrix, non puniatur adulterans cum ea, vt in l. Si ead. C. de adulte. tamen de iure canonico non euaderet impunitus cum illa adulterans, c ita dicit in dict. column. 3. Crederem tamen vltrâ eum, quod tunc clericus ignorans, & accedens ad eam tanquam ad meretricem, nó puniretur, ita acriter, sicut alij adulteri. Si tamen mulier eratho nesta, non excusaretur clericus ignorans eam coniugatam, quo minûs vt adulter puniatur. Quã do autem clericus cognouit mulierem solutam, quæ ab ipso, & communiter reputatur vxorata tunc enim vti adulterum pœna iuris communis puniẽdum esse, placuit Io. de Ana. in capi. Nonnullis fin. colum. de Iudæis, referendo fratrem Vbertũ, qui fuit eiusdem sententiæ, licêt alij aliter senserint secundûm eum, per quem etiam. vide quid in casu cõ trario quando clericus cognouit vxoratam, quæ credebatur soluta. Vnum præterea aduertẽ dũ sentio in hoc proposito, quod licet in his Regnis Castellæ & Legionis lege regia sancitum sit, d quod marito non accusante vxorem, nullus possit eam accusare de adulterio. Iudex tamen ecclesiasticus poterit punire clericum in hoc delinquentem: nec reus valebit opponere quod maritus non accuset. Non enim potuit lex illa regia Ecclesiasticos iudices impedire, ne ad emendã suorum clericorum procederẽt. Aliter enim clerici omnes incõtinentes libidinem suam potius cum nuptis, quã cum solutis mulieribus explerent, cùm se curiûs ac impune id agere cognoscerent, & ita ego iam alias practicaui, dùm vicarium agerem generalem Episcopi Salmantini, & licet ad id appellatum fuerit, obtinui tandem coram superiore. Veruntamen in hoc magna debet adhiberi cautela, nã si adulterium clerici adeo est notoriũ, maritiq; persona ita vilis, quod prçsumi possit ipsum scire & parui pendere, tunc iudex ecclesiasticus poterit publice & libere de adulterio tractare, & pœnam imponere. Si vero delictum nó est publicum, aut marito ignotũ esse creditur, periculumque exinde timeri possit vxori: tunc cõ fulerem clericum de hoc delicto conuictum vel confessum camerario processu, & familiari disciplina corrigendum relegandum que sine expresione causæ in sententia. Quando vero correctio sic secrete facta fuerit, & relegatio generalis, hortor omnes metropolitanos iudices, vt ab inferioribus secrete causam requirant, ne ex hoc delictum in publicum veniat: sufficiat illis, quod iudex inferior iuste processerit, licet propter secreti cautelam, aliquas iuris solennitates prætermiserit. Aliter enim si omnia stricte requirant, nihil aliud efficient, nisi iudices ipsos inferiores cogere ad dissimulandũ vel propalandũ adulteria similia, ipsosque adulteros reddẽt insolẽtiores, cũ intellexerint quod iudices sui immediati illos punire recusant, propter exactãrationẽ quã ab ipsis requirũt sui superiores. Marito autẽ clericũ adulterum

D. Ioan. Ber. Vicarius generalis fuit Episcopi Salmant.

terum accusante, tunc seuerius procedendũ est: tantoque acrius in alijs pœnis carceris & detrusionis vltra depositionem puniẽdus est clericus, quanto honorabilior est persona mariti, aut diuturnius est adulterij peccatum, maiusvè exinde subhortum scãdalum, præcipue si contigerit quod adultera fuit per iudicem sæcularem tradita marito, & ab eodem occisa. Crederem insuper in hac materia (meliori semper
7 iudicio saluo) quod maritus potest accusare clericum coram iudice ecclesiastico, licet vxorem
e coram sæculari non accuset, nec poterit clericus in hoc aliqua exceptione se tueri, cûm iura canonica adulteris pœnam imponentia, nullam habeant considerationem, nec requirant, quod vxor pariformiter accusetur. Generaliter autem in hoc crimine considerent Ecclesiastici iudices ne nimis diligenter de adulterijs occultis inquirant, propter mulierum periculum, vt horum infamiam, & clericorum fragilitatem, quæ tanto multoties ad hoc flagitium illos impellit, quanto secretius illud posse perpetrare confidunt. Sed vigilantes super gregem suum, similia potiûs præseruare conentur (cohabitationem & conuersationem clericorum & nuptarum euitando) quâ vsque ad vnguem inuenire & castigare satagant. In qua quidem adulteriorum prudenti præseruatione, & cauta correctione ecclesiasticos omnes iudices depreçor ab obtestor, vt desides non sint, per durissimum illud iudicium quod illis qui præsunt scriptura sancta minatur, ne in eorum incuriam seuerius id corrigant vltore ferro maritorum manus; tam grauis iniuriæ acerbitate cõmotæ vt sępius id euenisse perpendimus, & anno superiori millesimo quingentesimo trigesimo septimo pluribus notum fuit accidisse. Nam in tribus locis *de Villa nublã*, videlicet, & *de Cigunuela*, ac *de Laguna*, quę non longe distant ab oppido Vallisoleti, vbi tunc Augusta curia residebat in octo fere mensium spatio filius viduæ cuiusdam, & duo mariti in tres sacerdotes sęuierunt, de inimicis membris se vindicantes, ob iniuriam in matris, & vxorum personas susceptam, non sine plurimorum laicorũ applausu, & quorundam forsan magistratuum ciuilium neglectu ob inhonestam sacerdotum vitam, & superiorũ desidiam: quod hic scribere libuit, quia id bene noui, vt qui processus desuper confectos vidi, non alio animo, nisi vt hoc ad clericorũ timorem, & superiorũ hortatum perpetuę memoriætradere possem.

A *Adulterij crimẽ grauissimum.*

GRauitatem. Adde quôd huius criminis grauitatem attestantur decreta canonica in capite primo. 81. distinctio. & in capite quid in omnibus. 32. quæst. 7. vbi ad verbum ita scribitur. *Quid in omnibus peccatis adulterio grauius*, & multis huius criminis detestationem probat Dionysius Carthusian. libro de conuersione peccatorum articulo quinto, idemque Doctores profitentur in capite at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. inter quos Baldus columna penultima. *Adulterium*

(inquit) *Est crimen infestum laicis, & bonis viris, & turbat honorē matrimonij, & famam liberorum, in qua consistit decus gentium.* Vt not. in auth. de nup. in prin. Angel. autē in §. 2. in aut. de monach. ex tex. ibi not. *Pessimum vitium esse vxorē alterius adulterare* Et Bal. consilio 246. volu. 4. & Bar. in rub. ff. de adulter. vbi dicit crimē hoc præter læsæ maiestatis esse maximū & in hanc sententiam est illud Euphonis apud Stobeum cap. 6. *Nō est adultero maius, vllum malum*

Cæterum Chrysosto. in Euang. Diui Ioan. Home. 62. docet adulterium grauius esse idolatria D. Petr. prout illum retulit D. Clemens in epist. ad Iacobum firmiter asserit, venenū adulterij cunctis malis esse pernitiosius. Et huius criminis iniquitas maxima vocatur Iob. ca. 31. Et inter cætera facinora quibus maximē Deus irascitur adulterium reponitur, vt constat ex Lactantio in eo libro cui titulum fecit de ira Dei cap. 22. est quidem adulterium veluti vitiorum agmen, vt scribit Diodorus Siculus libr. 1. Bibliot. Hinc maritorum cedes, vt Candaulis Lydij exemplum stat apud Iustinianum lib. 1. & Hærodotum lib. 1. Vriæ lib. 2. Regum capit. 11. Hinc ipsorum adulterorum pericula, qui passim deprehensi in adulterio occiduntur, quod non solum euenit in hominibus tenuis fortunæ, sed in maximis. Quemadmodum contingit in Rodoaldo Longobandorum Rege qui in libidine deprehensus cum matrona interfectus est, vt testatur Paul. Diaconus de quo lege latissimē And. Tiraquel. l. 13. connu. num. 26. Perez in l. 2. titu. 15. lib. 8. ordin. Nec prætermittendum est quod scribit bene hæruditus Ioan. Corra. in arrest. Tholo. anno. 85. sacrilegij crimen committi in adulterio cum sacramentum matrimonij violetur & ob id pœnam sacrilegij esse adulteris indicendam sequitur Iacob. Men. de arbi. iudi. q. cen. 4. lib. 2 casu. 289. num. fi. Et de varijs pœnis diuersarum gentium contra adulteros statutis, vltra supra allegatos, vide Sim. Maiolum de irregul. lib. 5. cap. 38. & latissime Iac. Mende arb. iud. lib. 2 cent. 5. 919. casu quem vide quia de more multa congerit lectu non indigna, & elegantissime Petr. Greg. Thol. 3. part. Syntag. iuris ca. 6. Et quo modo adulterium probetur tradit omnium latissim. Mascar. de prob. 1. part. consil. 59. cum seq. *Detruditur.* Vide Regiam. l. 42. tit. 6. par. 1. & opinionem istam, quod clericus propter adulterium deponatur testantur esse communem Cou. in 4. decr. 2. p. c. 7. §. 7. n. 19 Berm. Cho. in tracta. de pub. concub. rub. de adul. nu. 26. pagi. 37. idem testatur insignis & moribus & prudentia vir Greg. Lup. in dict. l. 42 in verbo *Adulterio* Petrus Dueñ. regul. & fallen. regul. 101. limitat. 2. Paul. Grill. de diuersis crimin. libro. 3 quæstion. 2. numer. 1. Iuli. Clar. in practic. crimi. §. adulterium versicu. sed quæro. Emanu. Suarez, in thesauro recep. senten. versiculo. clericus adulterij Villa. in sua collect. commu. opini. litera c. num. 82. Practica Conrradi fo. 384. limita. 5. *Dicebat tamen facetè And. Alcia. quod si hodie clerici, propter adulteriū detrudērētur inmonasterium*

Clericus propter adulteriū deponitur.

sterium, pauci eorum ambularent per vias, ita refert Clarus vbi supra qui prout ipse mihi pluries dixit, fuit eius discipulus. Aduerte tamen quod Host. in summa de cohabi. cleri. & muli §. qualiter imponatur. ad finem cũ allegauerit tex. in dict. cap. si quis clericum & in ca. Romanus. 81. distinct. subdit ad finẽ ista verba. Puto quod ex causa iudex potest non seruare rigorem, & ex causa remittere, & dispensare, & hoc nisi in modum accusationis tunc enim standum est dicto rigori, & quod de mente Hostien. sit hoc asserere, nedum in crimine simplicis fornicationis, verum etiam adulterij, colligitur ex remissione eius quam fecit in summ. ti. de adulterijs. § quæ pœna ad ea quæ dixit in summa de coha. cler. & muli quæ opinio tanquam magis æquior & humanior potest substineri, quod clericus adulter suspensionis pœna, & non depositionis sit puniẽdus, quia nimis rigida est contraria, opinio ita dicit Bermond. in dicto nume. 16. licet tandem scribat absurdum & temerariũ forè a communi opinione recedere.

Laycus adulter qua pœna in foro Ecclesiastico puniendus sit.

Laici vero adulteri per ecclesiasticum iudicem excommunicari possunt. text. in cap. intelligimus. de adulteri. & ibi notat Abb. & doctores & in capi. consulut. in i. de appella. & in capi. 1. vbi Abb. de offici. ordina. Bald. in authen. clericos. C. de Episc. & cleri. & Felin. in cap. cum sit. nu. 11. de foro compet. Roma. sing. 667. Auser. in Clementin. i. de offic. ordin. Regu. 4 fallen. 2.

Puniri etiam possunt detrusione in monasterium, vt est communis omnium sententia teste Andr. Alci. in dict. capit. 1. nota. 5. nume. 18. de offici. ordin & licet contra eam disputent nu. 12. communem amplectitur, eandẽ communem attestatur D. Couar. in 4. Decretali. 2. par. capit. 7 §. 7. numero 20. Iuli. Clar. in practic. crimin. §. fin. quæsti. 37. versicu. Quæro numquid. cum enim hoc delictum sit violatio sacramenti matrimonij, merito illius punitio pertinet tam ad iudicem ecclesiasticum, quam sæcularem, & ideo adulteri sacrilegi dicuntur. l. quanuis. C. de adulter.

Cum ea adulterans. Adde Ang. C. l. si vxor. § sed & in ca. num. 1 ff. de adulter. vbi dicit quod ita cõmuniter obseruatur & in l. si ea. C. de adulter. Ana. in ca. 1. num. 6. de adulter. Rem. consil. 17 nu. 20. & consi 439. nu 23. Et ideo iustissime autor noster hoc loco censet, non esse clericum qui cũ huiusmodi muliere carnale commerçium habuerit ordinaria pœna puniẽdum, quem ipse sequor contra Bermõd. Choue. de pub. concu. cap. de adulterio. nume. 26. Ipsa vero mulier adulterij pœna plectẽda est, ita Amad. de Syndi. num. 74. & in facti contingẽtia sensisse videtur Neapolitanum consilium, vt refert Antoni. Cap. decisson. 44. Sed contraria opinio verior est. Quam in effectu sequitur Amad. in loco præcitato Iul. Cla. libr. 5. recep. sent. §. adulterium ver. sed quæro nunquit. vbi dicit quod ita iudicaret si casus contingeret, & huc opinioni suffragatur. l. si ea. C. de adul. quæ expresse diffiniuit hoc casu adulterij crimen cessare.

Sancitum est. Vide. l. 7 tit. 7. lib. D

4.for.quæ cómuniter in his regnis recepta est, vt fatetur Anto. Gome.in l.80. Tauri. num.49. Idem Tholosano senatu decretum est teste Papo.lib.24.titu.2. arti.5.

E *Non accuset.* Adde, quod in dictis Hispaniarum regnis tenetur maritus adulterum & adulteram accusare alias minime est audiendus dict.l.80.quæ hodie est.l.2. titu.20.lib.8.ordi.noui.

F *Perpendimus.* Adde quod hoc etiam refert.D.Couarru.in Clemen.si furiosus.1.part. relicti.in initio nu.6.de homi.

Acnephandi criminis rei.

CAPVT.LXXXVI.

1 *Nephandi criminis summa de testatio.*
2 *Clericus huius criminis reus depositus, in monasteriũ detruditur.*

1 QVia secundum diuum Augustinum.in 3.lib. Confessionum,&habetur in cap.Flagitia.3. quæst.7. f lagitia, quę sunt contra naturam, vbique ac semper detestanda a atque punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerãt. Quæ si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur: quæ non sic fecit homines vt seillo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet: cum eadem natura, cuius ille autor, est libidis peruersitate pol-
2 luitur. Vnde merito tale crimen committenti pœna statuta est, quod deponatur ac in monasterium detrudatur, b vt in c.Cleri. de excessib.prælator. Huius tamen de testandi criminis maior esse deberet pœna, cum ob illud etiam infantibus ac mulieribus subuersarum ciuitatum omnipotens Deus parcere noluit. In his maxime regnis, vbi etiam a facinorosis aliâ hominibus solet (vti decet) & tale scelus promeretur abhorreri, vbi etiam legis patriç grauius mortis genus quam ius commune delinquentibus infligunt. Nec enim minus promeritus est, vt post depositionem curiæ traderetur, c qui Deum ipsum ac naturam offendit tali facinore, quam qui sola motus auaritia & non in Roma. Pontifi. contemtum, neque in fidei seu morum perniciem Apostolicas audet literas deprauare. Sed cum sic placuerit canonum conditoribus, solent Ecclesiastici iudices tales post depositionẽ perpetuis carceribus obscurisque includere, in quibus nisi eos liberet fuga, miserrimam & mortem ipsam exoptantem vitam agunt.

b

c

D *Eteſtanda.* Vide multa quæ circa huius criminis detestationem traduntur præsertim a S. Thom.2.2.quæst.154.art.11.multa etiam congesit Cæsar Läber. de iure patron.in prima par.lib. 2.q.9.arti.18. Lucas de Pena.in l. 3.colu.3 C.de exactor.&excep. libr.12. Matt. de Affli.in const. Neap.lib.3.rub.42.num.10.Pet. Paul Parisi.consi.163.lib.4.Cassa.in consuet.Burg.rub.7.§.3.in glo. *Faire testament.*& vide text. in l.cum vir.C.de adulter. & in

A *Multa in nefandi criminis detestatione lecta non indigna hoc loco traduntur.*

cap.

cap. infames. 3. quæst. 7. l. 1. § remouet. ff. de post. §. 2. Inst. de pub iudi & apud nos Regiam. l. 2. tit. 21. parti. 7. l. 2. titu. 9. libr. 4. for. l. 85. in pragma. Regum Catholi. l. 1. titu. 21. libro. 8. ordi noui. Et de varijs pœnis diuersarum nationum contra Sodomitas statutis vide Iacob. Menoch. libr. 2. de arbi. iudi. quæst. centu. 3. casu. 286. Adeo quidem, crimen hoc graue iudicatum fuit, vt sacris literis nempe Gene. capi. 37. pessimum crimen appelletur & cap. 18. sic legitur. *Et peccatum eorum aggrauatum est nimis*. Et alibi. *descendam* inquit) *Dominus & videbo vtrum clamorem opere compleuerint an non est ita*. (Quasi dicat) in admirationis modum, vix possum credere tantum nefas reperiri in homine, vnde volo videre clare hoc malum si ita est, vt puniam. Vnde ad Loth iustum & ab infandis Sodomitarum stupris ab horrentem sic Angeli locuti sũt. *Delebimus locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram Domino qui missit nos, vt perdamus illos, igitur Dominus pluet super Sodomam & Gomorram sulfur & ignem à Domino de cœlo & subuertit ciuitates has & omnem circa reginem*. Gen. 19. de merito ex clamat. Paul. ad Roma. primo dicens, *Et tradit illos in passiones ignominiæ nam fœminæ eorum mutauerũt naturalem vsũ*. Ideo que istius criminis rei filij diffidentiæ appellantur, vt in capit. clerici de excess. prælator. quasi de eorum salute diffidendum sit, vt voluit ibi glo. Et propter hoc crimen, Deus Optim Maxi. mittit humano generi pestes, tempestates, & innumeras alias calamitates vt in auth. vt non luxur. contra natu §. final. colla. 6. & in nouel constitu. 77. Et tota curia cęlestis habet istos sceleratos in detestationem & abhominationem. vt inquit S. Anto. Archiep, Florenti in 2. parte suæ summæ titu. 5 versi. quantum ad secundum. t peccatum hoc aliqui vocant mutum, eo quod sic offendat aures honestas, vt de illo nec loqui quidem fas sit, & ea ratione iustissime Hispani appellamus illud nephandum, eo quod non est fandum, nec fari de eo liceat, clamat quidem in cœlum huius sceleris magnitudo, horroreque concutit baturam & stupore facit circunstantes parietes, saxa aerem, solem contrimiscere vincens turpitudine omnem immunditiem, scelere omnem iniquitatem, vt optimê scribit Franciscus Sonnius Theologus celeberrimus libr. 3. demonstratio num. tract. 7. ca. 6. Et memorabile est quod scribit D. Hieron. super Isai. & Iaco. de Voragine de natiuitate Domini quod illa nocte qua Christus redemptor noster natus fuit omnes Sodomitæ mortui fuerunt. Ideoque Virgilius qui vt fertur illo morbo lauorabat, nocte illa decessit, vt refert Bermon. Ch. de peccato Sodomi nu. 40. fol. 127.

Nocte natitatis domini Sodomitæ mortui sũt, ideoq; Virgilibus cũ hoc crimine fuisset infectus decessit.

Et vsq. adeo vitiũ hoc abhominabile est, ꝙ postquã Diabolus ad sic peccandũ hominẽ induxerit, statim fugiat vt nec possit cernere tã horrendũ crrimen, ita alios allegãs scribit Matth. de Afflict. in cõstit. Neap. li. 3. Rub. 42. nu. 11.

Diabolus fugit quando nefandũ crimẽ cõmittetur

Et propter hoc scelus cõtra naturam peti iure potest matrimonij separatio quo ad thorũ. c. omnes acusationes 32. quęstio. 7. ita

Propter nefãdum crimẽ iuste fit

Calder.

separatur matrimonij quo ad thoū

Calder. Anton. Abb. & Anan. in capi. moritis de adulteri. Syluest. in sum. in verbo, diuortiū: quę. 7. Barth. Cassa. in consuet. Burg. Rub. 7. §. 3. versi. primo quæro. nu 7. quæ opinio communis est teste Abb. in d. cap. maritis. & eā magis cōmunem asseuerat Lāb. de iure patronatus prima parte lib. 2 q. 9 artic. 18. in fine. D. Couarru. in 4. Decretali. 2 par. capi. 7. §. 5. nu 6 Iul. Clar. in practi. crimina. §. Sodomia. versi. Itē propter practic. Conrrad. fol. 374. nu. 4. Quæ tenenda est, licet Inno. in capi. 1. de adulter. contrariā opinionem professus fuerit & glo. in di. ca. omnes. & Albar. Pelag. de plan. Ecclesiæ lib. 2. artic. 2. colum. 3. & Bald. in marg. Innocenci. in verbo vxor. versi. fina. Bermon. vbi supra allegaui nu. 28. Imo & dicta separatio peti potest si tantum vxor tentata fuerit a marito ad vsum contra naturam. Et ita in causa grauissima consuluiq; uod aperte ex Diuo Ambrosio colligitur. 1. ad Corinth. cap. 7. dum dicit *Aut vsum quærat vxoris interuertere*. Quod etiam Barba. asserit consi. 64. volu. 1. Deci. in l. 1. nu. 8. C. de secund. nup. Iacobus. Menoch. dict. casu. 286. nu. 14.

Sodomitis an sit aduocatus cōstituendus

Vnde in tanti criminis detestationem scribit Bald. in auth. sed nouo iure. C. de serui. fugiti. Sodomitis non esse assignandos aduocatos, vt defendantur & eum sequitur Barb. consil. penul. colum. 2. in fine lib. 1. Meno. dict. casu. 286. n. 14. Sed opinio hæc, omni iure & ratione destituta est, & ideo in forensibus actionibus nūquam receptam vidi.

☞ Et in sodomiæ crimine propter eius immanitatem testis absque partis citatione recipi potest vt scribit Ioann. Andre. & Archi. in ca. 1. de homi. lib. 6. Petrus Auend. respō. 31. nu 10 D Paez in. practi. 1. part. Tom. 1. octauo tēp. nume. 55.

Sodomiæ crimē pœna vltimi suplicij punitur.

Fuit semper crimen hoc punitum pęna vltimi suplicij vt habetur Leui. ca. 20. & Exod. 22. In legibus vero Gothorum Chindasuildi Regis. l. 8. de incestis hæc adicitur lex. *Masculorum concubitores vel ij qui talia per sentiētes per tulerunt ista sunt legis huius sententia feriendi, vt vti scilicet mortale nefas admissum iudex euidenter inuesti gauerit ipsius, vbi id perpetrari contigerit sequestratim arduæ manaetur detrusioni, vel inuti saltim luituri commissa qui voluntarie perpetrare noscūtur illicita. Hoc interim horrendum dedecus si inferens quisque vel patiens non voluntarius sed inuitus explere dignoscitur tunc à reatu poterit immunis haberi si nefandi huius sceleris ipse detector extiterit.* Et apud veteres seueriſsimis pœnis scelus hoc perpetrantes puniti fuerunt, vt auctor est Valeri. Maxim. lib. 6. cap. 1. vbi exempla alia qua commemorat alia etiam refert Aymarus Riuallius. lib. 3. Histor. iuris ciuilis cap. de lege scatina, quæ contra Sodomitas lata fuit, cuius etiam meminit Tertullianus in libro de monogamia. Huc pertinet ægregium. C. Marij qui septies consul fuit exemplum, cuius meminit Plutarchus in vita illius is inquam iudicauit. C. Lucium nepotem suum â Trebonio adolescēte, quod illius pudicitiam non semel attentasset, & vim tandem inferre voluisse, recte occisum, & ob hoc ægregium

gium factum Tribonium corona donauit, cuius quidem iustissimi iudicij meminit, Marcus Tulius in oratione pro Milone cuius verba placuit hoc loco scribere. *Pudiciam cum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu. C. Marij propinquus eius Imperatoris interfectus ab eo est, cui vim afferebat, facere enim probus adolescens periculoso, quam perpeti turpitudinem malit. Atque hunc ille vir summus scelere solutum periculo liberauit.* Hæc Cicero.

Sodomitæ igne cõburuntur

Hæc equidem mortis pœna igne inflingebatur etiam ante Iustinianum, de quo stat egregia sanctio lib. 9. Codicis Theodosi. tit. 7. quæ sic loquitur. *Imp Valenti. Theod. & Archadi. A. A. A. Orontio Vicario Vrbi Roma. Omnes quibus flagitij vsus est virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia: nihil enim discretum videntur habere cum fœminis huiusmodi scelus spectante populo flamæ vindices expiabuntur. P. P. in foro Traiano octauo idus Aug. Valentiniano. A. IIII. & Neotherio Conss.*

Propter Sodomiæ crimen bona ipso iure confiscantur.

Quæ sanè ignis pœna, cum omnium bonorum confiscatione ipso iure, in his Hispaniarum regnis contra Sodomitas statuta est Regia constitutione, quæ prima est tit. 21. libr. 8. ordin. noui quæ etiam quoad bonorum confiscationem iuri communi consona est, gloss. in cap. cum secundum leges, in verbo, naturæ contrarias, de hæreti. libr. 6. quam esse communem fatetur Bermu. vbi supra nu. 27. & magis communẽ appellat Clarus in dict. §. Sodomia. versicu. Item Sodomita. Inquitque Regia illa lex illas probationes in crime isto esse legitimas qui reciperentur, & essent validæ in criminibus lesæ maiestatis diuinæ vel humanæ. Quanto igitur Hispania purior est ab hæresibus, quam alię nationes, tanto magis nefandum crimen odit, & seueriſsimè punit, eisdem nempè pœnis, quibus hæretici pertinaces: & hoc non solum criminis magnitudo sed connexio quædam quam cum hęresi videtur habere id efficit, ad quodquà plurimum conducit Regia lex 1. tit. 21. lib. 8 noui ordin. cum in execrationem huius criminis dicit, *especialmente es el crimen cometido contra orden natural contra el qual las leyes y derechos se deuen armar para el castigo de este nefando delicto no digno de se nombrar destruydor de la orden natural castiga dopor el juyzio diuino per el qual la nobleza se pierde. y el coraçon se acouarda y se engendra poca firmeza en la fee.* Nam vt Franciscus Sonnius vbi supra allegaui rectè scribit, hominem non â Deo sic derelinqui, vt in tam abominabile scelus incidat, nisi prius in perfidia & insipientia cordis sui, ita apostatare cęperit â Deo, vt sic sentiat, sicque viuat, quasi non sit Deus vbi perfidia, ibi apostasia ibi idololatria, vbi regnare solet hoc scelus, & quo gens longius aberrauit â Deo, eo magis hoc nefando malo inuoluitur. Pro quo mirè facit quod scribit Paulus in epistola ad Romanos cap. 2. vbi de idolatris loquens inquit, *Propter quod tradidit illos Deus indesideria cordis eorum in immũditiam, vt contumelijs afficiat corpora sua in semetipsis*, Et Paulo post *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, & sicut non probauerunt*

Nephandũ crimẽ connexionem quandã cũ hæresi habere videtur.

uerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciãt ea quæ non conueniunt. Quæ verba explicans Diuus Chrysostomus, inquit. *Hoc loco Paulus ostendit quod & leges naturæ per impietatem tanquam causam efficientẽ peruertantur.* Et rursus. *Vide quomodo ad fontem huius mali reddat, impietatem videlicet dogmatum, ostendens turpitudinem hanc esse illius iniquitatis præmium.* Hæc ille sermo 3. & 4. Et ideo censeo iustissime sanciri posse vniuersali lege, vt hæreticæ prauitatis inquisitores de hoc nefando crimine cognoscant, quod an id fieri expediat, superiores iudicabunt. In Regno tamen Aragoniæ iã mandata est iurisdictio inquisitoribus Apostolicis, aduersus eos, qui muliebria patiuntur, vt testatur Dominus Episcopus Iacobus septiman. in catho. insti. ti. 50. n. 30. Et idem in regno Valentiæ obseruatur, vt mihi retulit Doctor Franciscus Arganda Chonchensis inquisitor, qui ob singularem virtutem, raram prudentiam, insignem eruditionem, ad maximos sanctæ, inquisitionis honores, multis ei nominibus debitos iam pridem fuit promotus, quẽ olim discipulum charissimum in vtriusque iuris disciplina habuisse semper gloriabor.

In Regno Aragoniæ inquisitores iurisdictionẽ habẽt cõtra eos qui muliebria patiuntur.

Doctor Franciscus Argãda Chonchensis inquisitor laudatur

Illud autem circa prædictam pœnam confiscationis bonorum tam a iure communi quam a dicta lege Hispanica statutam, notare non prætermittam, quod Sodomita solum priuatur bonis, quæ tempore commissi criminis obtinebat, nó autem priuabitur illis bonis, quæ postea acquisiuit, vsq; ad tẽpus condẽnationis

Sodomitæ bona post crimen acquisita an ipsoiure cõfiscentur.

Tum quia dicta Regia constitutio & ius commune minime Sodomitam inhabilem fecit, vt commisso crimine, possit bona acquirere, vnde hæc pœna constituenda non est, cum iure nõ reperiatur. l. si seruum. §. non dixit præto. ff. de acqui. hæredi & priuatio non habet locum nisi in casibus a iure expressis. auth. de nõ eligendo §. sin autem. l. at si quis §. Liuius. ff. de relig. & sumpt. funer. Tum quia in pœna confiscationis bonorum non veniunt futura. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. tradit Paulus. de Castro. in consi. 53. libro. 1. Abb. in capit. cum aliquibus. nu. 4. de re iudi. Alexan. consi. 15. nume. 12 libr. 1. & consi. 75. nu. 12. eo. libr. idem in l. ex facto §. Iulianus nu. 8. ff. de vulgar. Paul. in l. si debitor. num. 3. ff. de fideiusso. Decin l. si quis iniquam §. illud. nu. 1. ff. quod quisque iur. & in consil. 442. nu. 20. Iasson. in. l. vlti. in princ. nu. 7. ff. si cert. peta. Bart. Chassa. in consuetud. Burg Rub. 2. titu de confiscati. fol 97 col. 1. Socin. Iuni. consil. 51 nu. 8. lib. 1. Doctor Petrus Peralta, olim Salmanticensi Achademia toto terrarum orbe cælebratissima iuris Cæsarei primarius professor insignis & rude donatus, & cum paucis sua ætate comparandus is inquam, in l. omnia. §. fundum nu. 4. ff de leg. 2. Acosta. in l. Gallus. §. & quid si tantum parte 2. numer. 48. ff. de lib. & post. Tum quia opinionem istam in proprijs terminis tenet Tellius Ferdin in l. 4. Tauri. nume. 48. quem nouissime sequitur Licentia. Micr. de maiora. 1. par. q. 1. nu. 105.

D. Petrus Peralta laudatur.

Puni-

Sodomita ante testamenti facieudi potestate priuetur

Punitur etiam Sodomita, vltra alias pœnas, alia non vulgari, nempe testamenti faciendi potestate, ita multis rationibus probat Anastasius Platus inter consi. Barba. consivlti. lib. 1. Iacob. de Velonis. in auth. vt non luxuri. contra natu. in fina. verb. vbi Bar. si sua est lectura Guil. Benedi. in capi. Rainun. de testament. in verbo, mortuo itaque testatore. in 1. numer. 134. Deci. in l. 1. C. de secund. nupt num. 8. Ioan. de Platea. in §. fin. Inst. quib. non est permiss. facere testam. Soci. in l. quidam relegatus. num. 1. ff. de reb. dub. Bello. consi vltim. nu. 2. Plotus in l. si quando num. 31. C. vn de vi Corra. in l. testamento nu. 23. C. de imp. & alijs Tiraquell. in l. si vnquam in verb. reuertatur. num. 384. C. de reu. don. Bossi. in practi. crimi titu. de stupro in mascu. num. 2. Faui. Monteleo in praxi. auri. 3. p. 4. part. prin. numer. 486. Cott in memo. iur. in verbo. Predecones. Iul. Clar. in practi. crimi §. Sodomia. versicu. item Sodomita. Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quœstio. libr. 2. centu. 3. casu. 286. nume. 10. Bermon: dict. rub. numer. 26. Andre. Alciat. in l. inter stuprum in prin: ff. de verbo. signifi. Gregori. in l. 16. titul. 1. part. 6. in verbo, *Despues*. D. Couarru. in Clement. si furiosus in princ. rel. §. 2. num. 6. quæ opinio communis est. Sed vt libere dicam quod sencio, falsam & iuri contrariam esse existimo. Tum quia nullo iure fulcitur, & sine expressa lege tam grauis pœna imponenda non est vt in authen. de trien. & semi. §. consideremus. collo. 3. Tum quia prohibitio testamenti faciendi, solum inflingitur a iure post sententiam transactam in rem iudicatam, ita quod si condemnatus a condemnatione appellauerit, testari iure poterit. l. qui post accusationem ff. de testamen. & interim eius statutus mutari non debet. l. eius. §. 1. ff. de testam. l. qui a latronibus, ibi. Tum quia si vera esset communis sententia, idem esset asseuerandum in homicida vel alio delinquente in crimine deprehenso, qui pœna mortis esset puniendus quod falsum est, vt dictis iuribus probatur. Tum quia crimen hæreseos detestabilius est cæteris criminibus cap. cum secundum leges. §. confiscationis. de hæret. libro. 6. sed hæreticus potest testamentum facere, vt in auth. vt cum de appella. cognosc. §. si quis vero de prædictis versi. generalem autem, & est ægregia. l. 6. titul. 1. p. 6. vbi solum prohibetur testari post sententiam dicit lex: *E aun dezimos que los herejes, despues que son condenados por sentencia de heregia, no pueden fazer testamento*. Ergo a fortiori hoc licet Sodomite. Tum quia hanc opinionem videtur tenere Specu. (summæ apud nos autoritatis) in titulo. de instrumen. edi. numero. 6. dicens, quod damnatus de crimine famoso, nempe de crimine contra naturam, est intestabilis post condemnationem & sic condemnationem necessariam esse censet. Et nouissime opinionem istam defendit Telli. Ferdinan. in d. l. 4. Tauri. numero. 35. cum sequenti. vbi respondit quibusdam rationibus quæ pro communi opinione adduci potera & sequitur doctissimus

mus Mied. de maior. q. 1. primæ part. num. 104. qui est videdus.

Detrudatur. Vide Paul. Grill. in tracta. de pœnis omnifa. coitus. quæstio. 2. num. 2. quæsti. 8. Berm. Chou. in tracta. de publ. concubi. capit. de peccato Sodom. nu. 37. Pet. Due. reg. 101. limi. vltim. Fabi. Montel. in praxi. arbi. 3. p. 4 par. princ. nu. 486. Et licet Bermond. in allegato loco dicat, dietim vidisse apud suos clericos huius nefandi criminis reos degradari, & tradi sęculari potestati, & sæcularibus legibus puniri, id nullo iure defendi potest, ante nouissimam Pij Quintij constitutionem de qua infra.

Clericus Sodomita occultus eriam peracta pœnitentia suspẽsus est.

Illud tamen huic loco accomodatissimum non ommittam, inter doctores receptum esse. Sodomitam ad huc occultum, etiã pœnitentia peracta, suspensum esse ab ordinis executione, ideo interim celebrantem, irregularem esse, ea sane irregularitate: quæ a solo Romano Pontifice delebilis sit. Quemadmodum eleganter adnotauit Antoni. & alij in cap. nisi cum pridem. § i de renunti. & in cap. vlti. de tempori. ordi. & in specie proposita tenet Bele. in aposti. ad Abb. in c clerici. de excesi. prela. Archi. Dom & Præpo. in c. de his. in 2. 50. dist. Mari. Soci. in c. ad audientiam. num. 27. de homi quam opinionem communem esse testantur Bertachi. in tracta. de iure patrona. in prima par. lib. 2. quæstio. 9. artic. 18. num. 4. Couarru. in Clementin. si furiosus. in 1. p. relect. §. 1. num 6. de homi. Fran. Viui. in commu. opinionibus in verbo Sodomita Iuli. Clar. nostram annotationem, prout erat in prima æditione allegans, in pract. crim. § Sodomia. versic. item clericus. Et licet Aretin. in capi. cum non ab homine. de iud. num. 90. contrarium probare conetur & Nauar. in manu. confesso. c. 27. num. 149. dicentes, non posse ex iuris rigore communem sentẽtiam defendi, cum nullus sit iuris Pontificij locus, qui hanc irregularitatem inducat, tenenda tamen est communis sententia tantorum virorum autoritate fulcita. Vnde eleganter scribit Petrus Rebuff. in tract. de pacifi. possesso. num. 208. Sodomitam non posse eligi ad Ecclesiasticũ beneficium, nec validam esse beneficij collationem eidem factam. Hodie verosi crimen hoc occultum fuerit Episcopi in prædicta suspensione & irregularitate dispensare possunt sacrosancti Concilij Tridẽ. autoritate sessione. 24. cap. 6. de reforma.

Sodomita nõ potest eligi ad ecclesiasticum beneficiũ

Laicus Sodomita ab ecclesiastico iudice punitur.

Laicus vero si crimen hoc commisserit, a iudice Ecclesiastico puniri potest, pœna nempe excommunicationis, & a cętu fidelium separari debet, quousque condignam faciat pœnitentiam. c. clerici. vbi Abb. & docto. de excesi prela Bermond. dict. ca nu. 37. & esse communem sententiam fatetur Iuli. Clar. in practi. crimini. §. fina. quæstio. 37. versic. item quæro: quam sequitur Iacob. Meno. de arbi. iudi. quæstio. lib. 2. cent. 3. casu. 286. nu. 2.

Nec sodomita gaudet Ecclesiæ immunitate sicut in ceteris atrocissimis criminibus vt tradit D. Couarr lib. 2. var. reso. c. 20. nu. 8. & 9. Auend de exequen. mand. 1. p. c. 12. nu 9. Quibus vero probationibus crimen hoc probari possit

lege

lege Folleri. in practi. cri. part 2. versi. cupiat informationem numero. 12. Mascard. de prob. 3. p. cõclu. 1314. ver. Sodomiæ crimẽ.

C *Pij quinti constitutio cõtra clericos Sodomitas interpretatur.*

Curiæ traderetur. Adde quod iustissime autor noster desiderabat, iam nouissima constitutione sanctissimi Pij Quinti Pontificis Romani decretum est, clericum Sodomitam degradandum esse, & iudici sęculari tradendũ: cuius tenor talis est.

Omnes & quoscunque presbyteros, & alios clericos sæculares, & regulares cuiuscunque gradus, & dignitatis tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico præsentis canonis autoritate priuamus: Ita quod per iudicem ecclesiasticum degradati potestati statim sæculari tradantur. Hactenus Pij cõstitutio dat Romę apud sanctum Petrum anno. 1568. sui Pontificatus anno tertio. Quod quidem decretum iustissimum est, & in Hispania nostra iam diu desideratum, nam pœna quæ sacris antiquis canonibus imposita erat, nõ erat tam horrendo crimini condigna. Fuit quidem ita sancitũ ad supplicationem D. Episcopi Iacobi Septimacensis, vt ipse testatur in libro disceptationum capi. 13. qui scribit duabus petitionibus oblatis nihil obtinuisse, donec tertia instanter ex libello Pont. Maximo oblato adeptus fuit. inquitque quod ferè statim post publicationem illius constitutionis quidam clericus Tarraconensis illius pœnis punitus fuit.

Vnum tamen, vel alterũ circa constitutionẽ illam notare non ommittam. Primo illam non includere quemcunque clericum Sodomitam, sed solum exercentem qui quasi vsu quotidiano crimen hoc cõmisserit argũ. l. scien dum. §. illud ff. de ædili. ædict. & hac ratione positum fuit verbum *Exercentes*, in dicto decreto ità in terminis tenet insignis Martin. Nauar in manu. confesso. ca. 27. num. 149. dicens, sibi ita respondisse sanctissimum Dominum nostrum Gregorium decimum tertium. Sed salua autoritate Martini Nauarri, mihi hæc sententia nunquam placuit, imo iuris esse certissimi censeo, clericum qui vnicum crimen tantum Sodomiæ commisit, pœna dictæ Extrauagantis Pij Quinti puniendum esse. Tum quia non tanta vis verbo *Exercentes*, tribuenda est, vt huius criminis reiteratio desideretur. Nec Pontifices nostri in canonicis decretis condendis, tam exactam & rigidam verborum proprietatem obseruare solent. Tum quia si vnicus lapsus nõ sufficeret, vt esset locus dictæ pœnæ, sed criminum frequentia desideraretur, sic clare & aperte Pontifex diffineret, nec sub verborum inuolucro, rem alioqui grauem, & maximi ponderis dubiam relinqueret. Tum hæc nostra sententia euidentissimè probatur alia constitutione, a dicto Romano Præsule lata An. incarnationis Domi. 1566. kalend Aprilis Pontificatus sui anno primo cũ inquit. *Si quis crimen nefandum contra naturam propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauit, curiæ sæculari puniendus tradatur: & si clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus, simili pœna subijciatur.* Vides quo pacto nõ verbo

Nauarri opinio quædam reprobatur.

Exercuerit, Sed verbo, *Perpetrauerit*: vtitur, quod non criminis reiterationem exposcit. Tum quia quo ad subeundum supplicium propter hoc immane scelus clerici & laici æquiparantur prædicta Pontificia constitutione, & hac ratione, sicut in laicis, criminis frequentia minime desideratur, par est, vt in clericis idem sit iudicandum. Tum quia dicta Extra. qua innititur. Nauarr. posterior est, cum Anno tertio Pontificatus dicti sanctissimi ædita fuerit, quæ meminit constitutionis anno primo ędite, & non solum eam confirmat, sed a crius eodem supplicio crimen detestatur ibi, *Itaque quod nos in ipso Pontificatus nostri initio de hac re decreuimus plenius nunc, & fortius prosequi intendentes*, &c. Vnde nullo iure, nec ratione defendi potest, quod rigor primæ constitutionis si rigor iustrum suplicium appellari potest (ex illo verbo, *Exercentes*, temperetur.

Secundo quod dicta çonstitutio limitanda est, vt minime comprẹhendat omnem exercentem luxuriam contra naturam, quæ omnem polutionem extraordinariam compræhendit ex Diui. Thom. sententia. 2. 2. quæstio. 154. artic. 2 nec exercentem omnem Sodomiticum actum, qui includit omnem pollutionem factã extra vas ordinarium. Sed solũ exercentem copulam Sodomiticam ita declarat Martin. Nauarr. in loco nouissime allegato pro quo mire facit tex. in cap. fina. de sponsa. quo probatur, copula minime cõsumari nisi intra naturale vas semen effundatur nec expollutione aliter facta affinitas contrahitur, vt in cap. extraordinaria. 35. q. 2.

Sacrilegij.

CAPVT. LXXVII.

1 *Traditur vera atque germana sacrilegij diffinitio.*
2 *Clericus huius criminis reus deponendus est.*
3 *Sacrilegij quatuor species tradũtur.*

Sacrilegiũ est iuxta meliorem diffinitionem Doctorũ, sacrę rei violatio, vel eiusdem vsurpatio, quod nempe delictum cum & in ipsis laicis detestabile sit, & ad puniendum illud iura inuehãt in eos: quanto magis puniri debent clerici, qui in hoc deliquerint? Qualis enim erit laicorum reuerentia in personas siue res sacras, si in illas clerici (ad illarum cultum electi) irreuerentes sunt? Huius autem delicti pœna, depositio est, vt placuit Hostiẽ in summa. tit. de accusa. §. Quis sit effectus. versi. Et gratia exempli, vbi capitalia crimina, & quæ depositionem induçunt describendo, primum omnium posuit sacrilegium. Sed quia hoc se habet multipliciter deueniẽdum est ad eius species. Quarum prima est, quæ committitur in personã, & hæc quia multipliciter etiam variari potest, non patitur certam doctrinam: oportebit enim Iudicem considerare qualitatem delicti in personam sacram commissi, & sic in delinquentem animad uertere. Secunda species est quãdo quis accessum habet ad monialem, & quia de hoc particularis

ris mentio facta est supra, superuacaneum est in hoc aliquid rescribere. Tertia estquando locus
c sacer violatur,c vel illius cœmeterium: & hæc etiam sicut varie se habere potest, ita diuersa erit delinquentis punitio, consideratis his quæ in arbitrarijs considerada describemus. Quarta vero huiusdelicti species committitur
d in auferendo rem sacram,d quæ & habet alia mẽbra, & quia hoc ad materiam furti pertinet, & infra de hoc aliquid scribimus in suo loco, ideo nihil amplius addere libet.

A *Not. multa contra sacrilegos.*

Diffinitionem De qua vide Sanct. Thom. 2ª. quæstio. 99. arti. 3. Sylueſt in summa. in verbo sacrilegium Bald. in l. si nondum. numer. 4. C. de furt. Paul. Grill. de pœnis omni coitus. quæstio. 1. qui pro totius capitis materia legendus est. Petr. Folleri. in practi. crimi cano. 2. par. cap. 17. Et nota quod sacrilegus non potest ad ecclesiasticos ordines promoueri. ca. si quis præsbyter. 50. distinctio. Et est infamis capitu. vltim. de furt. not. Abb. & doctor in capi. conquestus. de foro compet. Petrus Rebuff. in pract benefi. 2. par. ti de modis amit. benefi. numer. 56. pagin. 472. Et nõ gaudet Ecclesiæ immunitate capi. frater. 8. quæstio. 4. tradit. Nicola. Boeri. decisio. 110. num. 3. Carr in practi. crimi cap. 3. num. 16. Et inter laicos iudex ecclesiasticus cognoscit de hoc crimine, quia est mixti fori. Sic tradiderunt Abb. & alij in capit. cum sit de foro comp. per illum textu. Cardi. in Clemẽ. 1. de pœn. Dom. in cap. fœlicis de pœnis *in 6.* Bosi. de delict. tit. de sacrileg. num: 7 quam opinionem communem esse testatur Mantua. consi. 266. Iul. Clarus. lib. 5. recep. sentent. §. final. quæst. 37. versi. vlterius quæro. quanuis apud suos dicat non seruari, sed quod iudices laici cognoscunt de crimine sacrilegij, non vero ecclesiasti, prout etiam seruari in regno Franciæ attestatur practica Mileij. fol. 74. num. 17. vbi refert se feciſſe suspendi quendam, qui ab Ecclesia abstulerat vas sacræ Euchariſtiæ.

Apud Hiſpanos tã iuris cõmunis ſanctionibus ſacrilegi ab eccleſiaſticis iudicib⁹ puniũtur

Apud Hispanos vero Regijs constitutionibus Episcopi, vel alij iudices Ecclesiastici ordinarij sacrilegos laicos punire possunt lex. 7. tit. 5. libr. 1. Foro legum & Regia Partitarum lex decima. ti. 18. part. 1. Quarum legum autoritate Ioan. Lup. in repeti. capi. per vestras. de donati. inter vir. & vxor. 2. not. §. sed pulchra dubitatio. num. 24. scribit speciali iure in hoc crimine posse laicum propria autoritate a iudice ecclesiastico capite. & in carcerem mitti quem allegat Franciscus Auiles in capite prætorum capite. 20. in verbo, *Vsurpan.* numero. 14. qui ab eo videtur recedere. Sed forte Ioann. Lupi. ex eo defendi potest quod crimen sacrilegij licet non vere saltim improprie & largo sumpto vocabulo hæresim sapit, hæretici vero capi & puniri debent ab Ecclesiasticis iudicibus, vt in capite, accusatus, de hæreti. in 6. apud Hispanos tamen certo scio quod opinio Ioann. Lupi. non seruabitur.

Delictũ quanuis

Illud autem notare non prætermittam, quod in forensibus exer

cõmittatur in Ecclesia a iudice secularipotest puniri.

citationibus est frequentissimũ quod non ex eo quod crimen aliquod in ecclesia commissum est, iudicem laicum non posse debitis pœnis laicos suę iurisdictionis punire, nã si tales delinquẽtes ab ecclesia extrahi poterunt, vt in cap. fin. de immun. eccles. pari ratione & â iudice laico puniri ita Abb. in cap. vltimo & in cap. cum sit generale, de foro competen. num. 27. Angel. in tract. malefi. in parte, *scalis sancti Petronij*, iudex tamen ecclesiasticus ob sacrilegium post debitam pœnam impositam â sęculari procedere potest, ita Abb. in dict. capi. vltimo, sequitur Couarrub. in libr. 2 vari. resolutio. cap. 20. num. fin. Nec mirum hoc alicui esse debet quod pro eodẽ delicto quis varijs pœnis in diuersis tribunalibus plectatur, quia hoc iuri cõsonum est, quando ex tali crimine, diuersæ criminum species oriuntur, ita Bar. in l. senatus ff. de accusation. sequitur Aufer. in tracta. de potestate sæculari super eccles. perso. 4. reg. num. 21.

In sacrilegij crimine iudex secularis non tenetur fidẽ adhibere processui facto ab Ecclesia.

Quando verô iudex ecclesiasticus priùs ad huius criminis punitionem processit minimê tenetur iudex sæcularis qui propria iurisdictione ad imponendas pęnas suo foro stabilitas procedere vult stare processui facto ab ecclesiastico text. est quẽ crebior interpretum opinio ita intelligit in §. si verô crimen. in auth. de sãctiss. episcop. & huius opinionis autores sunt Alexan. Socin. Ias. Deci. Curt. Iun. in l. magistratus ff. de iurisd. omni. iudi. Doct. Redin. de maiest. Principis in verbo non armis solum. 2. par. nu. 154. quæ opinio communis est.

Sunt tamen supradicta singulariter intelligẽda procedere, quãdo iudex ecclesiasticus, cognoscit de sacrilegio, & iudex sæcularis tantum de vulnere, secus si sęcularis iudex incepisset priùs cognoscere tam de vulnere & sacrilegio, quia cum sacrilegium sit mixti fori, in quo vt dictũ est, sæcularis iudex iurisdictionem habet, tunc locus est præuentioni, vt in dict. cap. cum sit generale. de foro competent. per Ioan. Igne. in l. necessarios §. non alias in verbo, sed cum â plerisque nume. 35. ff. ad Silan. & in specie tradit Socin. in capit. postulasti nume. 16. de foro comp. Rolan. Valle. cons. 24. num. 13. volum. 2. & ea ratione affirmant, quod minime poterit postea iudex ecclesiasticus contra delinquẽtem in ecclesia procedere, nec illum punire, vide tamen quæ infra scribo.

Pœna quæ pro hoc crimine contra laicos imponitur.

Pęna vero quæ in Hispania cõtra laicos in ecclesiasticis publicis tribunalibus imponi solet pecuniaria est pro modo & consuetudine regionis, quæ ecclesijs, pijs operibus, & fiscalibus, solet applicari, quod si crimen graue tuerit vltra dictam pęnã alia spirituales imponi solet.

In personam. Vide optime Iacob Menoch. de arbitr. iudi. quæsti. lib. 2. centu. 4. casu. 289. numero 15. â qua absolui non potest, nisi a summo Præside, vt in c. si quis suadente. 17. quæstio. 4. de quo canone meminit tex. in capit. nõ est dubium. cum multis sequentibus de sententia excommunicationis, & in capit. religioso, & capite. eos & in capite cum quis de sententia excommuni. lib. 6. B

& in

& in l.4.tit.9 par. 3 & quia hoc latius patet videndus est vltra ordinarios interpretes Martinus Nauarr. in manu confess. capit. 27.num.76. Dida.Perez in l.1.ti. 3.libr.1.ordin.pag 104. & multa circa hoc congerit Petrus Folleri.in practi canoni.2.par.c.17.

Ecclesia affeditur ex iniuria cleri coillata

Ex hac sane iniuria clerico illata Ecclesia offenditur cap. 2.& ibi glos.de foro compe. & crimẽ hoc publicum reputatur.l siquis hoc genus.C.de Episc.& cleri.Et remissio iniuriæ a clerico facta non nocet Ecclesiæ ex Abb sententia in capi.parochianosde sen ten. excommun. In hoc tamen discrimen versatur quod ante absolutionem impetratam non tenetur offendens, realiter Ecclesiæ satisfacere sed sufficit cautio nem præstare Clerico vero iniuriam passoante absolutionem obtentam satisfacere realiter tenetur, pro illata iniuria & demum præstatur cautio fideiussoria de ea pœna siue pœnitentia præstanda quæ ratione criminis perpetrari imponetur ita Archi.in casi quis de inces.17.q.4.Et si non sufficeret offendentem flectere genua & misericordiam petere. nisi satisfecerit.capit.olim.de iuri.Foll.vbi sup.

☞ Est tamen circa hoc singu.notandum quod cum hodie clerici percussor virtute bullę crutiatę facta satisfactione parti ab excommunicationis vinculo absolui possit nequaquam ea absolutio deneganda est quando qui iniuriam intulit condignam satisfactionem offert quam clericus nõ admittit vt aduersarium vexet tunc excommunicato celeriter subeniendum est,ne excommunicatione innodatus decedat argumento textu.in capite. Episcopis.11.quæstio.3. cum singulis diebus mori potest.l.i ff.de condi.& demostrati. licet æquidem excommunicatus pro manifesta iniuria antercalem satisfactionem non sit absoluendus hoc deficit quando satisfacio fieri non potest vel facto aduersarij vel alio quocunque modo quia tunc prestita cautione absolutio prestanda est absolutio glosa in capi. solet vers.emenda.desenten.ex commu. lib. 6. quam ibi doctores sequuntur glos. Inno. Abb. & omnes in cap.in cap pro illorum.de prebend.tex.in capi.ex publico. de conuer. coniug.vbi Abb. opinionem hanc communem esse profitetur & D.Couar. in capit. Alma mater.1.parte §. 11.num.11.

Clerici percussor a iudice Ecclesiastico punitur.

Sed vtrum laycus clerici percusor,possit a iudice Ecclesiastico puniri,vide glos.not.in auth. item nulla communitas.inverbo ab Ecclesia.C.de Episcop.& cleri.quæ tenet ei a iure permissum esse sequitur Maranta in speculo aduocatorum.6.par.num.141. colum.3.voluit Bar.in l.1.num. 44.C. de summ.Trinita. Aufer. in repu.Clemen.1.de offici.ordi. titu.de potest.sæculari super Eccles.perso.regu.4.fallen.26.numero.37.Didacus. Perez in. l.1. titul.3.lib.1.ordin. Quod verum est quando iniuria est realis secus si verbalis quia cum tunc nullum sacrilegium committitur secundum Siluestrum in summa in verbo, sacrilegium.in finali. verb.merito qui verbalem tantum iniuriam aduersus clericũ intulit corã ecclesiastico iudice cõ

ueneri non poteſt niſi aliud de conſuetudine receptum fuerit gloſ. in ca. parochianos. de ſenten. excommunica. Quianec túc habet locum pœna impoſita in dict. capit. ſi quis ſuadente, vt late diſſerit inſſignis D. Couarru. in lib. 1. vari. reſolu. cap. 11. num. 5. & tenet gloſ. cum in caſu ſpeciali loquatur in capi. fęlicis. in verbo in exſecutione. de pœnis libro. 6. vbi additio ampliat hoc procedere etiam ſi quĩ contumeliam intulit, clericum fugientem ſequatur abſque manuum impoſitione, quod Ioann. And. ibi amplectitur & Ange. in verbo, excommunicatio. 5. num. 29. Inno. & communis in capit. nuper. de ſenten. excommuni. reprobata gloſ. contrarium tenente in cap. ſi quis pulſatus depœni. diſtinct. 1. & Abb. in dict. c. parochianos.

Et hęc iniuria clericis illata teſtibus laicis probari poteſt, qui ad hoc cenſuris eccleſiaſticis poſſunt compelli licet in criminalibus cauſis de iure Pontificio teſtimonium proferre minime compellantur, ita tenet Innoc. illius text. authoritate innixus in cap. cæterum. de teſtib. cogend. quę ſequitur ibi Guid. Papæ. colu. 2. verſi. & ideo.

Delictũ cõtra clericũ vel in Eccleſia cõmiſſum an ſit mixti fori.

Alij vero cenſent crimen hoc mixti fori eſſe, ita vt inter iudicem ſecularem & eccleſiaſticũ. Locus ſit pręuentioni, ſic ſeruari teſtatur Guid. Pap. deciſsio. 592. numero. 3. & ita in Parlamento Gratianop. iudicatum fuiſſe aſſeuerat Papo. libro. 1. titul. 4. arreſto. 6. licet non nulli cenſeant quod vterque iudex procedere poſsit, ſiue delictum in Eccleſia, vel contra clericum commiſſum ſit ad condemnationem & exſecutionem pœnarum, quæ in vtroque foro impoſitę ſunt vtin facti contingentia obſeruaſſe refert Ama. de ſind. num. 171. ſequitur Iulius Clar. in practi. crimin. §. final quæſt. 36. verſi. ſed quæro quid, & in controuerſijs foré ſibus receptum eſt. Et licet de iuris rigore admittenda eſſet diſtinctio, quam ſupra tradida, verſi. Sunt tamen ſupradicta, ſed tribunalia eccleſiaſtica minime eam obſeruãt. Nec mihi diſplicet imo congruentiſsimum iudico quod non obſtante temporali pœna, contra ſacrilegum impoſita, puniatur etiam pęna ſpirituali, nempe excommunicationis, vel alia ab iudice eccleſiaſtico, ad condignam criminis punitionem, vt reſipiſcat, nec de inceps audeat, rem ſacram offendere, vel in ſacro loco delinquere, Docto. in dict. capit. cum ſit generale. de foro comp. Octauianus deciſsi Pedemont. 103. nu. 7.

Ad monialem. Vide autorem & quæ ibi ad notaui ſupra capite 81. C

Violatur. Adde illud maximum ſacrilegium eſſe de quo in capite. conqueſtus. de ſenten. excommunic. quod habet, excommunicatos eſſe ſacrilegos, qui effringuunt & ſpoliant eccleſias, quod quidem caput minime eos excommunicat, ſed excommunicatos eſſe pręſupponit, & ideo iubet vt denuntientur argu. tex. in capit. paſtoralis. §. verum de appella. Circa quod eſt conſiderationedignum, quod ad incurrẽdum illius ca. pœnam duo neceſſaria ſunt, alterũ effringere, alterũ vero rapere, vel furari ſcribit Abb. D

Tex. inc. conqueſtus de ſent. excõ. interpretatur

Abb. in cap. fi. de furt. Antoni. in 3. par. ti. 24. ca. 12. Caieta. in sum. in verb. excommunicatio. c. 21. Martin. Nauarr. in manu confes. so. capit. 27. nu. 94. qui ex eo as seuerat quod qui effringit crucē sacrarium, vel alia similia nephā da crimine perpetrat, si non fura tur: non incurrit pœnam ibi sta tutam. Deinde animaduerti de bet, quod illud quod in eccleſia illo cap. ſtatuitur procedit in mo naſterijs, hoſpitalibus, & in alis locis pijs, Epiſcopi authoritate conſecratis, non vero in alijs. ita not Abb. in dict. capite. conque ſtus. ſequitur Nauarr. in loco iā allegato.

D *Rem ſacrum.* Adde latiſsime Ia cobus. Menoch. dict. caſu. 289. per totum.

Vſurarij.

CAPVT. LXXXVIII.

1 *Clericus vſurarius ipſo iure infamia nota afficitur.*
2 *Clericus vſurarius ab officio & beneficio eſt ſuſpendendus.*

REmiſſo prius quæ ſit vſura, & quando committatur quod latius digeritur in ordinarijs titulis ac tractatibus huius materiæ. Clericis fuit inhibitum fœnerari & vſuras accipere in concilio Laodicenſi, in Canone. 5. vbi tamen nulla pœna ob id imponitur, idem etiam fuit prohibitum in Concilio Carthaginenſi primo, in Canone. 13. Et ſicut clericis non licet exercere fœnus ſuo nomine, ita neque alieno, vt in capite. Sicut ſuo. 47. diſtinctio. vbi vi. in capite. 1. Non licet, Relatum Concilium Laodicenſe, de quo ſupra. Prima ſe offert pœnarum clerici vſurarij, quod eſt infamis [a] ipſo iure hoc dicit probari Panorm. ex tex. ibi in capit. Inter dilectos. in 3. not. de exceſ. præla. Allegat tex. cum glo in l. Improbum fœnus. C. ex quib. cau. infam. irrog. Et in. §. Porro. 3. quæſtion. 7. Idem ſcripſerat Bald. in dict. l. Improbum. qui etiam dicit quod adhuc poſt reſtitutionem vſurarum, & peractam pœnitentiam ſunt infames [b] ad teſtimonia & dignitates, & hoc prȩcipit mente tenere Hinc eſt quod vſurarius repellitur ab obtinendo beneficio, vt notat gloſ. in capi. Præterea de vſur. & Abb. in dict. capi. Inter dilectos in 2. columna diſpenſat tamen Epiſcopus, vt ibi per eum circa beneficium, cum illo qui ſe correxerit. Subeſt etiam vſurarijs clericis alia pœna, videlicet quod [2] ab officio ſuſpenduntur, [c] vt ſtatuit in tex. in cap. Præterea. de vſu. quoto autem tempore ſuſpendantur, cum tex. non aperiat, videtur arbitrio iudicis relictum. ſed text. in capite. 1. eodem. titu. dicit quod ſi clericus deteſtandis vſurarum lucris inſiſtat eccleſiaſtici officij periculum pariatur. ex quibus verbis Abb. ibi. in vltimo not. colligit, ꝙ clericus vſurarius debet deponi ab officio eccleſiaſtico. non tamē meminit dict. ca. Prȩterea, qui ſuſpēſionis tantum pȩnā imponit. Alexā. inſuper in conſi. 72. in 1. volumi. dicit quod clericus vſurarius venit deponendus, & neminem Doctorum refert, ſed allegat iura in di-

cto cap. Præterea. & cap. Inter dilectos. quorum nullo id probatur, cui vix parcendum censeo, & si solum Cęsarei iuris culturæ vacauerit, Hostien. tamen (qui breuibus verbis plura dubia aliquando decidit, quæ tandem moderniores ipsi verborum phalera ac garrulitate laxarunt) in summa de vsur. §. fina. versi. Alia a iudice vnica fere linea, ordine dictarum pœnarum scripsit, Ait enim *Vsurarius clericus ab officio beneficioque suspenditur, & si nec adhuc desistat, degradandus est*, vt in dict. cap. 1. & 14. quæst. 4. cap. Canonum, & cap. Quoniam & cap. Si quis oblitus. Itaque si clericus desistat a crimine vsurarum degradationis pœnam euadit, & sic intelligit dicta iura, pro quo etiã refert Gofred. Et hunc intellectum bene substinet litera dict. cap. 1. dum dicit, insistat. Facit etiam text. in capi. Episcopus 47. distin. Stat ergo expræmissis practica pro iudicibus, vt primo a suspensione incipiant contra vsurarium clericum. Demum eo se nõ corrigente procedatur ad degradationem contra illum. Et si etiam intelligi potest Concilium Elibertinum in Canone. 20. qui clericum vsurarium statuit degradari per hæc verba. *Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari, & abstinere:* Quod est relatum in cap: si quis. 47. distin. vide prętereа vndecim pœnas manifestorum vsurario: quas ponit Sylvest. in verbo vsura. lo. 9. in §. Quarto quæritur.

A *Quod est infamis.* Vide Alber. in l. improbum genus C. ex quib. caus. infa. Matthe. sing. 196. & opinionem hanc communem esse testatur D. Couarr. libr. 3. var. resolu. capitu. 3. numer. 2. quam late & eleganter explicat. Exquo procedit, quod vsurarius non potest sacris ordinibus insigniri capit. maritum. 33. distinct. cap. si dictionarios. 46. distinctio. Nec poterit eligi seu præsentari ad ecclesiasticum beneficium cap. de Petro. 47. distinct. Bertachrinus in tracta. de Episcopo. 2. lib. primæ par. q. 33. Cæsar Lamb. de iure patrona. 2. lib. primæ part. prin artic. 21. q. 9. Poterit tamen Episcopus hanc infamiæ notam abolere ab eo qui iam pœnitentiam egit, ad effectum obtinendi beneficia ecclesiastica glo. celebris in cap. præterea de vsur quam esse communem asseuerat D. Couar. dict. capi. 3 num. 3. eamque intelligit procedere, quo ad beneficia obtenta, non vero quo ad obtinenda quæ infames assequi non possunt.

Sunt infames. Adde quod contrariam opinionem tenuit idem Bald. in l. Cassius ad finem. ff. de Sen. vbi scribit, quod si vsurarij pœniteant & vsuras restituunt de æquitate canonica famam recuperant, quem sequitur Felin. in c. i. col. 12. versi. limita octauo. de prob. Matth. d. sing 166. B

Suspendatur. Vide eleganter D. Couarruu. dict. capite. 3. numero. 3. Et plures alias pœnas contra vsurarios tam clericos, quam laicos infligendas, scribit nouissime Did. Perez in princip. titu. 2. libro. 8. ordin. Et quibus probationibus crimen hoc probari debeat lege late Iacob. Menoch. arbi. iudi. quæst. libr. 2. centu. 3. casu. 235. C

Illud

Iudex ec cleſiaſti- cus proce dit cõtra laicos cõ tractus prohibi- tos exer- centes quos ap- pellãt mo hatras.

Illud autem notandum cenſeo poſſe iudicem eccleſiaſticum ordinarium procedere contra hu ius ſeculi impios mercatores, qui merces vendunt longe ſupra iuſ tum pretium, prętextu modicæ dilationis, aceptointerim idoneo fideiuſſore, vel tuta cautione, & eaſdem merces: vicaria manuper interpoſitos ſuæ cupiditatis miniſtros, & ſuæ artis & fraudis cõ ſortes, mos viliſsimo pretio redi munt, deinde alijs carioripretio reuendunt, tripliciter peccantes & ſuper fœnerantes ſuper eandẽ mercem, eodem fere tempore, & hanc barbari eam deprædationẽ non vſuram vocant ſed mercantiæ curſum & fortunam (quæ illis miſerrima eſt) ſed vere ſcelus eſt & nequitia plus triplo vſura grauior, & deteſtabilior. Nemo ſane in vera & formali vſura damnificatur niſi poſt longum interualum, & diutinum pęcuniæ vſũ, ſed iſta præda, ab iſtis nequiſsimis hominibus inuẽta, ſtatim abſque remedio pauper damnificatur & deprædatur. Et quod indignius eſt hanc nequitiam vt plurimum exercere ſolent, in conſtitutos in aliqua anguſtia & repentina aliqua clade aut miſeria affli ctos tantoque audatius & crudelius quanto promptæ pecuniolę ſubſidio pauper magis indiget non minus miſeria, & clade aliena abutentes quam barbari illi totius humanitatis hoſtes quinaufragio ejectos de prędantur. conuicti igitur de hoc crimine propter contractus annullationem & partis læſæ ſatisfactionem grauiſsimę magis quam ſimplices vſurarij ſunt multandi quin & grauioribus pœnis pro frequentia & qualitate commiſsi ſceleris puniri debent. appellantur æquidem apud Hyſpanos huiuſmodi contractus, *Mohatras*, Et vtrum dicto moderato rigore poſint impunẽ celebrari & quæ deſiderentur, vt dicti contractus iuſtificentur vide egregium Naua. in manuali. conſe. cap. 23. num. 91.

Poterunt etiam iudices Eccleſiaſtici huius vſurarij criminis ratione non ſolum contra clericos ſed etiam laicos ſaltim quoad cõtractus annullationem procedere, qui non ſeruata forma extrauagantis conſtitutionis Pij Quinti Pontificis. Maxi. editę anno Domini Milleſsimo Quingenteſsimo Seſaxeſsimo octauo Quarto decimo kal. Februari Pontificatus ſui anno quarto annuos emunt, non interueniente peccunia numerata coram tabellione & teſtibus inſtrumentarijs ita iudicauit Regius Pintianus, Senatus anno Domini 1583. licetpoſt ea vidi multa decreta in contrarium. Ad ſedandas tamen & componendas ferè innumerabiles liites, quæ circa Extrau. illam verſa bantur Philippus huius nominis ſecundus Chriſtianiſsimus Hiſpaniarum Rex in Madritio conuentu hoc, anno. 1587. celebrato ab horum Regnorum actoribus cõſultus fuit, vt quid in hijs controuerſijs iudicandum diffiniendum que eſſet præciperet. Ipſe vero Rex Maximus lege lata quę prima eſt, declarauit non eſſe apud nos moribus receptam & ad ſanctiſsimum Pontificem ab ea Regio nomine eſſe ſupplicatũ. ideo iam in actionibus forenſibus adducenda ſupplicatione pendente non erit.

Extra Pij Quinti quæ diffiniuit formam contractuũ ſtituẽdi annuos reditus iam Hiſpania nõ ſeruabitur.

Cõsuetu do fenerandi testibus singularib⁹ probatur

Nec est prætermittendũ quod quando tractatur de probanda consuetudine fenerandi, nó vero priuati actus fœnerationis testes singulares admittuntur, ita tenet Iacob. de Are. qui fuit huius opinionis antesignatus in l. testium. C. de testi. sequitur Bald. consi. 406. colum. lib. 1. & quod vsura testibus singularibus probetur tenuit Abb. consi. 81. col. 1. & consi. 113. colu. 3. lib. 2. Veron. consil. 3. colum. 4. Calder. consi 5. titu. de testib. & opinionem istam communem esse fateturCor. consilio. 91. colum. 13 & consi. 134. colu. 2. & lib. 1. & cõs. 247. col. 7. & consi. 34. lib. 2. & Aym. cons. 73. num. 32. volumi. 1. quam ibi, num. 36. veram esse cẽsset quando cum testibus singularibus concurret verisimiles coniecturæ & cum his consonat Regia lex. 4. tit 6. lib. 8. noui ord. sola itaque consuetudo fœnerandi testibus singularibus probatur.

Ex quo singulariter consuluit Federic. consi. 17. non valere constitutionem synodalem Episcopi qua sancitum fuerit, quod vsurarij manifesti testibus singularibus conuincantur quem doctores communiter sequuntur teste Abb. in capit. Cum in diœcesi de vsur. Folle. in practi. cano. 2. par. cap. 20 num. 17.

A manifestis vsurarijs oblationes recipientes, eosq; ecclesiasticis sepulturis tradẽtes.

CAPVT. LXXXIX.

1 *Sacerdotes hoc crimen perpetrãtes qualiter puniantur.*
2 *Manifestus Vsurarius quis dicatur.*

POena in hoc delinquentium est quod maneat [1] suspensi ab executione officij, donec satisfaciãt ad arbitrium episcopi, & restituant quæ receperunt, vt in cap. Quia in omnibus de vsur. Hodie vero sepelientes manifestos vsurarios scienter, sententiæ excommunicationis subiacent ipso facto, a qua nullatenus absoluendi sunt, nisi prius ad arbitrium diœcesani episcopi satisfaciant competenter. vt in Cle. 1 de sepult. Et aduerte quod pœna illius text. habet locum etiam si aliquis de mandato prælati sepeliret talem vsurarium secundum Cardi ibi, in 3. q. Quis autem dicatur manifestus vsurarius, [2] vide Abb. in [2]
dict. cap. Quia in omnibus. in fi. [a]
vbi post Io And. ibi in d. ca. 1. eo. tit. lib. 6. dicit quod ille dicitur manifestus, qui est notorius de iure, vt quia fuit conuictus & condemnatus [b] de vsuris, est vel notorius notorietate facti, vt quia [b]
publice tenet altare paratum & mutuat omnibus volentibus capere. Et ponit etiam idem Abb. alia exempla. & vide Car. in d. Clem. 1. in 6. colum. 19 q. vbi per vnam fecere col. hoc examinat, vbi inter alia dicit, quod si per constitutiones synodales esset inductus aliquis modus ad hoc q̃ conuictus secundum illum diceretur manifestus vsurarius, ille modus sufficeret. Ex quo ego cõsulerem

fulerem omnibus episcopis celebrantibus synodum, quod præmissa matura deliberatione cum iurisperitis invna suarum constitutionum declararêt casus in quibus quis esset reputandus vsurarius manifestus. tum vt cleri apertiûs hoc intelligerêt, & sic haspę nas iuris propter ignorantiã non incurrerent, tum etiam vt cûm tali declaratione facilius homines ab hoc crimine cohiberent: quod temporibus istis (proh dolor) adeô inualuit, vt neminem ferê iam id committere pudeat. Et in hoc articulo, qui dicantur vsurarij manifesti. vide Sylu. in sum. §. 9. ver. Primo autem quæritur.

A *Manifestus vsurarius.* Vide latissime Iac. Menoch. de arbi. iudi. quæst. lib. 2. cen. 3. casu 233.

B *Et condemnatus.* Adde quod iudicis condemnatio notorium efficit tex. in. c. vltim. de cohabi. cleric. & muli. glos. in hoc communiter recepta in cap. . de vsur. li. 6. Nec prius quis vsurarius manifestus dicetur, etiã si testibus aut alijs probationibus fuerit conuictus, quâm a iudice sit per sentẽtiam condemnatus, tradit Feder. de Sen. consi. 64. Abb. consili. 2. lib. 2. & consil. 34. lib. 1. Hosti. & Abb. in capit. cum in diœcesi de vsur. Iass. consi. 78. nume. 3. lib. 3 D. Couar. lib. 3. vari. resol. cap. 3 n. 4. Iac. Meno. d. casu 233. n. fin.

Fures.

CAPVT. XC.

1 *Clericus huius criminis perpetrator qualiter puniatur, & quib⁹ ex causis statuta pœna augeatur.*

2 *Clericus actione furti condemnatus, infamiæ labe afficitur.*

Vrtum est de maioribus & grauioribus, criminibus, vt not. Abb. in cap. Cum contingat col. 6. de for. compet. alegat tex. in capit. Cum non ab homine. de iudi. & in §. Nunc autem. 26. distin. Et ideo clericus in furto captus deponitur, vt in cap. Præsbyter. 81. distin qui tex. est ex canonibus Apostolorum, & glos. ibi, in verbo captus intelligit & conuictus per sententiam, confessionem, vel euidentiam rei, & ne ali quibus videatur pœna ista grauis, & tanquam ab Apostolis (zelo illo mirabili quo sanctam Dei ecclesiam fundabant) statuta illam etiam innouauit, & inflixit Innocentius. III. in capit. Tuę de pœnis vbi censuit clericos in latrocinijs deprehensos, degradatos â suis ordinibus in arctum monasterium deberi detrudi. Hosti. insuper scripsit in summa tit. de conditio. furt. in. §. fina. clericum de hoc crimine accusatum, confessum, vel conuictum deponi debere, & in monasteriũ detrudi, allegando dict. ca. Tuæ & textus in capit. At si clerici §. 1. de iudi. qui de hoc crimine in specie nihil disponit, allegat etiam text. in capit. Cum non ab homine, qui de pœna depositionis meminit, & si detrusione nihil dicat. Et vide etiam Hostiensem in summa titulo de accusatione. §. Quis sit effectus versiculo, & gratia exempli, vbi connumerat inter crimina capitalia, & quæ inducunt depositionem, de

I

lictum

lictum furti. Et quod pro furto clericus deponatur, [a] notat Ioã. And. in dict. capit. Tuę per dict. cap. Cum non ab homine. Hostien. tamen ibi, vt ipse refert, põderat verbum, *Latrocinijs*, quia magis deliquit latro quam fur, & sic videtur velle quod pœna illius text. non habeat locũ in simplici fure, quod Panor. ibi placet licet Hostien. & Ioan. And. non referat, & ponderando idem verbum, *Latrocinijs*, dicit quod ille tex. non habet locum in simplicibus furtibus: & sic quod licet clericus pro furto possit deponi, ꝑ forte non fiet detrusio post depositionem, quia latro dicitur qui de die & cum violentia quandoque delinquit, fur autem noctu & sine ea. Eundem intellectum dat Hostien. ad dict cap. Tuæ, vt refert & sequitur Cardina. de Turrecremata in cap. Presbyter. 81. distinct. & sic ille. tex. non loquitur de furtibus simplicibus, qui non sunt corporaliter puniendi, sed de maioribus & insignibus latronibus, & Aretin. in capi. Cum non ab homine, de iudic colum. 9. versicu. Aduerte tamen dicit quod tex. in dicto. capitulo. Tuæ in verbo, *Latrocinijs*, potest intelligi de famoso latrone, qui furca suspẽditur, vt in l. Capitalium. §. famosos. ff. de pœna. Ego vero & si ista nominum differentia præter id quod videatur probari in. l. cumduobus. §. damna. ff. pro Soci. Et in l. 1. & quod. ibi notant Doct. C. de po. & in Auct. Vt nulli iud. §. final. colla. 9. Autoribus etiam latinæ linguæ corroborari possit Nam vt Calepino placuit latrones dicuntur, viarum obsessores, & qui publice, vel per vim furantur: fures vero qui occulta fraude decipiant, ac nocte furentur, quia tamen secundum eum plerunque in differenter ponuntur, aliter censerem considerandum, videlicet potius qualitatem & quantitatem furti, modumque furandi. Quis enim dubitat noctu sine violentia grauius posse perpetrari furtum, quam in ipso lumine solis, & cum aliqua vi? præcipue cum in Hispania nostra iã consuetudo inualuerit, quod pro vno magno furto quis pœna furcæ plectatur. [b] Nec enim ex eo b quod pontifex in d capit. Tuæ. post depositionem de trusionis pę nam inflixit, sola a latronibus, & non a furibus commissa facinora punire fuit visus. Post depositionem namque asignari debet monasterium depositio, vbi pecta lugeat, & vlterius illa non committat, vt in capit Sacerdos. 81. distinctio. Cũ ergo nihil nouum statuat quare pontificis mens ad latrocinia punienda, & non furta adaptari seu interpretari debet? præcipue cum in Pontificis constitutionibus, & in ætate illa Innocentij. III. qua non sic florebat eloquium latinæ linguæ, non ita accurate elegans & propria vocabulorum significatio seruari solebat. Quæ quidem pœna depositionis & detrusionis iustius irroganda est clerico, qui furtũ admixtum sacrilegio perpetrauerit. Summe enim offendit clericus, qui plus cæteris debet sacra tueri, & reuereri, si illa violet, aut offendat in eis. Si autem contingat clericum in obsequio alicuius degentem, furtum commitere, cum hoc delictum inter furta grauiora annumerari soleat,

adeo

adeo quod Ioan. Faber: scripserit in § Alia de ind. inst. de publi. iudi. quod familiaris, vel seruitor & iuuans illum suspenditur pro primo furto. tunc iudex ecclesiastic' grauiori pęna punire debet talē clericum, quam si extra domum eius, cui inseruit, simile furtum faceret. Quis enim domesticos fures valebit effugere, nisi eos seuerior pœna quam alios a tanto facinore retrahat? In his insuper Hispaniæ regnis ab ecclesiasticis iudicibus obseruari debere credo ac consulo, quod sicut per leges regias in locis desertis commissa furta grauius puniantur, sic ipsi clericos talia perpetrantes grauiori corrigant animaduersione. Res enim esse pernitiosi exempli ea in clericis nō censere grauia, quæ in ipsis laicis pro talibus iudicantur. Aliud præterea furti genus in sacerdotibus super omnia suadeo iudicibus omnibus ecclesiasticis, vt zelo maximo corrigant quoties videlicet compertum habuerint, quod eorum aliqui in se detinēt, ac habere inficiantur bona quæ morientes (maxime peregrini) apud ipsos deposuerunt vt suis hæredibus, vel aliis personis, quibus leges illa dari non prohibet, restituant. Hoc enim grauissimū scelus iudicandum est, offenditur enim ipse Deus, violatur defunctorum voluntas, cui tantum deferunt etiam ethnicorum leges, læduntur etiam personæ illæ quibus deposita dari debebant. Datur præterea sæpe morientibus occasio, vt malint impœnitentes mori, quam sacerdotibus (quos suspectos habent propter similia) animam cum bonis commendare. Degradationem vero de qua text. in d. capit. Tuę. meminit, verbalem nō actualem debere esse, placuit ibi. o Andr. & idem etiam voluit Abb. in capit. At si clerici. de iudi. col. 13 versi: ad tertium. Et Are. in c. Cum non ab homine. de iudi. colu. 11. versi. Addit etiam. Est præterea aduertendum circa pœnam huius criminis, quod clericus condemnatus actione furti efficitur infamis sicut laicus condemnatus in foro seculari, quia quicunque secundum leges est infamis, est etiam infamis secundum canones, nisi reperiatur oppositum statutum, facit text in cap. Infames. 6 q. 1. & in §. Hic colligitur. 2. quęst. 3. Et tenet hanc generalem conclusionem Felin. in c. Qualiter el. 2. §. Ad corrigendos. in 5. colu. de accusatio. Nota tamen quod si reperiretur clericus condemnatus ad restitutionem rei furto subtractæ, quod per hoc non fieret infamis, quia potest intelligi quod fuit actum conditione furtiua, quæ non infamat, & non actione furti. Et hoc tenet Ana. in dict. c. Qualiter. vbi illud refert Feli. in di. § Ad corrigendos in col. 3. licet ipsi non scribant hoc in clericis. Sed ego credo eandem sententiam esse tenendam in eis. Vide præterea in materia huius. ca. Paul de Castro. in Auht. Sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis, in fine, vbi scribit quatuor species furum.

Deponatur. Adde Simon Maiol. de irregul. libr. 5. cap. 28 num. 1. & Regiam l. 6. tit. 6 part. 1. quę idem probat. Hæc tamen depositio

positionis pœna imponenda non est, quando furtum est parui momenti. vt scribit Abb in c. tuæ. de pœnis sequitur Grego. in d. l. 61. in verbo, *El furto.*

B *Consuetudine an possit obtineri, vt pro magno furto possit fursus pendi.*

Plectatur. Adde quod consuetudo hæc iure fulcitur teste Bal. in auth. sed nouo iure colu. 1. in fine. C. de serui. fug. & in cap. 1. §. iniuriam. col. 2. nu. 8. in vsib. feu. sequitur. Ange. in l. quod si nolit §. qui aßid. ff. de ędil. ędi. Ang de Are. in §. ex maleficijs colum 2. num. 5. Insti. de actio. & in §. 1. Insti. vbi bonor. raptor. Ang in tra. maleficiorum in parte, vestem cęlestem abstulit, vbi testatur iuxta Bald. opinionem sententia lata furem animaduertisse Abb. in cap. inter alia. nu. 31. de imm. Eccles. Hypp. in l. vnus. §. cogniturum. nu. 79. ff. de quæst. Montal. in l. 6 tit. 5 in glo. incip *Muera por ello.* lib. 4 for. Alcia. in ca. cum non ab homine vlti. not. de iudi. quam esse magis communē opinionem fatetur ægregius Menochius de arbit. iud. q. lib. 2. cent. 4. casu 295. num. 9. quam vsu receptam esse attestatur D. Anton Padilla in l. transigere. nume. 12. C. de transaction. & in superioribus Hispaniæ tribunalibus, quibus seuerius propter publicam vtilitatem, & aliorum terrorem crimina puniuntur, eam admissam esse audio. Sed Bald. opinio pluribus displicet, & contra eam tenuerunt Fulg. Sali. Paul. in d. auth. sed nouo iure. vbi etiam Cep. & Gui. Pap. colum. fi. & alij quos allegat D. Couar. libr. 2. var. resolu. cap. 9. nu. 7. Ioan de Ana. in cap. 1. de fur. colu 5. Iaſ. in l. 1. col. 2. nu. 4. C. de præcib. Imper. offeren. & in §. ex maleficijs. nu. 12. Insti. de actioni. Agusti. Arim. in addi. ad Ang. in tracta. malefi. in di. verbo. *Et vestem cœlestem abstulit.* col. 5. in fine Anto. Gom. 3. tho. cap. 5. num. 7. & hanc appellat magis communem opinionē eam sequutus Grego. in l. 18. tit. 14 glos. incipi. *Matar* par. 7. pro qua Regiam legem ibi considerat quam opinionem multis com probat Iaco Boulene. in l. capitalium. §. famosos. nume. 28. ff. de peo. Roland. Valle. consi. 51. numer 43. volum. 1. & ex Theologis Domin. Soto in libr. 5. de iusti. & iure. quæstio. 3. articul. 3. in respons ad 2 argum infine a qua quidem magis communi. & veriori opinione non auderem recedere, nisi vltra magnitudinem rei furatæ aliæ qualitatis crimen agrabantes interueniissent.

C *Puniri debet.* Nota quod opinionem istam de more reprobat Petrus Folleri in practi crimi. cano 2. par. capit 21. nu. 9. dicens, opinionem istam Fabri, quam hoc loco sequitur autor esse sine lege: Ipse tamen l benter autorem sequor ea innixus ratione, quod magis delinquatis cuiplus credis cū credita fide abutatur, & ideo maiori supplicio dignus & cum hæc naturalis sit ratio, aliam legem quærere, infirmitas sit intellectus, & opinio ista moribus & consuetudine recepta est.

Libuit sane ante quam huic capiti finem imponam referre & me *Iusti & moriæ* mandare, quod hodie. 8. die mensis Maij anno. 1578. in hoc celeberrimo Complutensi populo, quo hęc scribimus prop maximā ter maximam temporis siccitatem, ab hinc multis annis in audi tam, nam ab vndecimo die mensis *Pastoris corpora, propter siccitatem publica proces-*

sione gesta fuerunt.

sis Marcij, vsque ad præsentem diem totum hoc Toletanum regnum cœlesti plubia caret, propter quod omnes terræ fructus iam exiccitati pereunt, & vt Deus Opti. Maxi. tot tantisque malis scæleribusque nostris, iuste iratus suos in nos misericordię oculos conuertat, Sacratissima corpora Diuorum Iusti & Pastoris patronorum nostrorum, solennissimo commitatu omnium ordinum religiosorum, Academiæque nostræ, nec non vniuersæ rei publicæ, per populum istum præcedentibus crucibus, aliorumque Diuorum imaginibus gesta fuerunt.

Simoniaci.

CAPVT. XCI.

1 *Huius criminis atrocitas nec non, & pœna late & serioſe per totũ caput explicatur.*

a 1 PRæmissa diffinitione, a simoniæ, quam latius examinat Ioann. de Anan. in rubr. eiusdem titulo. in 1. column. delictum istud computatur inter grauiora crimina, vt est text. in capitulo. fin. de purga. canon. de quo quidem terribilia verba Paschalis Papa descripsit in c. fi. 1. q. 7. videlicet, quod omnia etiam crimina ad cõparationem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur. Vnde Sancti illi Patres Hispaniæ, qui in concilio Toletano 8. interfuerunt, videntes quod antiquorum patrum decreta in extirpatione tanti criminis parum profecerint, præmissis pulcherrimis verbis, quibus hoc eleganter deplorarunt, huic cancroso vulneri ignitum, quod superat ferrum inijcere decreuerunt (vt eorum verbis vtar) & in Canone. 3. sub his verbis. statuerũt. *Vt quicunque deinceps propter accipiendum sacerdotij dignitatem, quod libet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christi corporis & sanguinis alienum, ex quo illum constat execrabile Christi perpetrasse flagitium. Quodsi aliquis extiterit qui accuset, ille qui hunc ordinem munerum fuerit acceptione lucratus, & suscepto honoris gradu prohibetur, & in monasterio sub perrenni pœnitentia religetur. Ille verò, qui hac causa munerum acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione mulctẽtur. Si vero laici, anathemate perpetuo condẽnentur.* Ideo propter eius grauitatem aliqua specialia statuuntur in iure, nam in eo procedit per sola signa: b & in eius odium admittuntur præsumptiones, vt notat Abb. ex textu. ibi, in capite. Sicut. de simonia. Item admittuntur ad accusandum simoniacum serui, meretricis, & criminosi, vt in capit. Tanta. eo. titul. de quo latius in capit. Per tuas. el 1. eod. titul. & per Abb. & Docto. ibi. Vnde ex dispositione Alexandri & Inno. Tertij. per noua iura, in eo delinquens perpetuo deponitur ab officio & beneficio, vt in capite. De hoc. de simoni. & in capite: Cum super. de confess. Si tamen crimen est occultum, non deponitur, & si ipsi iudici constet, sed pœnitentiam secretam debet iniungere, vt in c. Extuæ. de simo.

b

In

In correctione tamen & punitione huius criminis non potest dari certa doctrina, sed secundum qualitatem simoniæ aliter & aliter punitur. Quia aliquando imponitur pœna excommunicationis, aliquando detrusionis in monasterium, aliquando spoliationis omnium bonorum, aliquando depositionis, aliquando est pęna centum aureorum & infamiæ, vt probat text. & gloss. in dict. l. 1. ff. ad legem Iuliam, de ambitu. Aliquando imponitur pœna quadruplex, & deportationis, vt patet in dict. l. 1. C. ad legē Iul. dd ambitu. Ideò vide Hosti. in summa eiusdem titul. in §. qua pęna feriatur, per totum. Et vide Præpo. in cap. præsbyter. 1. quæstione. 1. in column. fina. versic. in gloss. vbi etiam refert varias pœnas de iure canonico, quem etiā vide notabiliter distinguentem, videlicet an simonia committatur in ordine, vel in beneficio, & in vtroque: an passiuē, vel actiuē & varias etiam pœnas describentem in cap. Statuimus 1. quæstio 1. column. 1. & 2. Item nota quod simonia commissa in ordine suscepto non solum non dat execu-
c tionem, c illius ordinis, sed etiam impedit executionem omnium aliorum, notat Innoc. in cap. Pertuas, & in capit. Tanta eo. titulo Arch. in cap. Ordinationes. quæstio. 1. vbi vide Præpo. qui refert & sequitur eosdem in principio, qui ponit vnum casum in quo fallit ista conclusio: licet ille casus non est propriē casus fallentiæ, quia in eo simonia non fuit commissa in ordine, sed in consecutiuo ad ordinem, vt ibi per eum. Et ipsam principalem cōclusionem sequitur simpliciter in cap. Statuimus ea. caus. & quæst. in colu: 1. Hodiē tamen per constitutiones modernorum Pontificum descriptas in supplemento, in verbo Simonia in fine Simoniacus est priuatus ipso iure beneficio, vt dicit Felin. in cap. In nostra in. 2. corollario in fin. de rescriptis, & idem notat ipse in cap. 3. de rescrip. colum. 4. referendo ad hoc consil. Ancharra. Et vide extrauagantem Paul. 2. d quæ incipit. Cū detestabile (quę habetur inter ex d trauagantes communes sub titu: de simo.) vbi imponitur pœna excommunicationis ipso facto, cuius absolutio reseruatur Papæ, & quod in beneficijs nullatenus eis ius quæratur, & teneantur ad restitutionem fructuum, præter id quod primo innouat omnes pęnas contra simoniacos statutas, & eas incurrere ipso facto decernit Et vi. Sylue. in summa, verbo Simonia, in versicu. Decimonono quæritur, vbi describit quatuor pęnas Simoniacorum, & inter eas meminit de extrauagan. Martini quinti, in Concilio Constantiensi, incipien. Sacrosan. Et ibi plura alia refert in proposito.

PRæmissa *definitione*. De qua simoniæ diffinitione A vide gloss. & Doctores in summ. 1. q. 1. Abb. inc. memo. numer. 6. de simoni. Sanctum Tho. 2. 2. quæst. 100. Sylue. & summistas in verbo, simonia in principio. Domi. Soto libr. 9. de de iusti. & iure quæstio. 5. arti. 1. Franc. Mar. decisio. 544. in principio. in. 2. parte Iul. Clar. in pract. crimin. §. simonia in prin. & omnium

nium latissime Guile. Rodoan. in tracta. de simonia prima par. cap. 2. Et crimen hoc simoniæ de quo in præsenti capite differit auctor est mere ecclesiasticum, & ea ratione iudex laicus nullam in eo cognitionem habet sentit gloss. in cap. Cùm sit generale, in glos. fina. de foro comm. quæ opinio communis est, vt fatetur compe. Anani in cap. 1. num. 9. de Simo. Iuli. Cla. dict. §. Simonia. versic. hoc crimen.

B *Sola signa.* Intellige doctrinam hanc de signis euidentibus, & reũ ipsum de crimine conuincentibus gloss. fin. in capi insinuatum. de Simon. quam Doctores secũtur, vt fatetur Alexan de Nouo con. 64. num. 2. & sequenti Clar. in dict. §. simonia in fine, & vide nouissimam constitutionem sanctissimi Pij Papæ Quinti sanctitatẽ Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ. 1569. fœliciſsimi Pontificatus sui anno. 4.

C *Non dat executionem.* Adde text. in cap. præter. §. verum. 32. disti. & in cap. eos. 81. distin. cap. reperiuntur. 1. quæst. 2. Abb. in capi. per tuas in. 2 num. 5. & in cap. de symoniacæ, de simon. tex. & ibi etiam Abb. in cap. si quis de simo. Host. in summ. titu. de simonia. §. quæ pœna, Sylue. in summ. in verbo suspensio, quæ opinio communis est secundum Couarr. in Clemen. si furiosus in prima parte relection §. 1. numer 7. de homi. & Franc. Viui. libro. 2. communem opinion. opinione. 254. Quæ intelligenda est, in propria simonia quia si alius dat, aut promitit Episcopo, insćio, vel contradicente illo, qui ad ordines sacros est promouendus, non peccat: & ea ratione ordinis recipit executionẽ ita tenet Bellam, quem refert, & sequitur Cardin. Alexand. in capi. statuimus, & in capi. si quis. 1. quæst. 1. Martin. Nauar. in manu. confesso. capi. 25 num. 68. quidquid dicat glo. in dict. cap. si quis Quod si in beneficio acquirendo simonia commissa fuerit, idque crimẽ publicum sit, simoniacus est ipso iure suspensus, quo ad seipsum, & quoad alios, tenet Inn. in cap tanta de simon. Abb. in cap. accusatum eo. titu. Sanct. Thom. & Caieta. 2. 2. quæst. 100. art. 6. Dom. Soto vbi supra allegaui. Licet ab hac opinione recedat Martin. Nauarr. in manu. confesso. cap. 23. num. 110. dicẽs, nullo iure probari, sed superiorem ipse sententiam amplector, idcirco, si simoniacus ante peractam huius criminis condignam pœnitentiam celebrauerit, irregularitatem contrahit per solum Romanum Pontificem delendã, de quo lege Villad. de irreg. capit. de simoniaco Couarr. d. §. 1. & de pœnis simoniæ tâm in ordine, quam in beneficio multa scribit Guillermus Rodoan in tracta. de Simonia. 4. par. cap. 11. cum sequentibus.

D *Extrauagantem Pauli secundi,* Adde quod dictæ constitutiones vltra auctorem meminit Feli in capi. de cętero. colum. vlti. de rem iudi. & in capi. in nostra. corro. 2. de rescrip. Floren. in. 3. par. ti. 24. cap. 65 Roch. de Cur. in tracta. de iure patronat. in verbo, Et vtile, quæst. 3. Extraua. Pij Quinti, quæ incipit cùm primum, per quam inuiolabiliter obseruari præcipitur circa quã primo notãdum censeo

Interpretatur extra cõsti. Pauli secũdi Põt. Maxim. quæ inci. cum dete stabile.

quod nulla Simonia neque mentalis neque conuentionalis, si modo alioquin nõ fuit realis, inducit tituli priuationem ipso facto, nec excommunicationis sententiam inflingit, nec prędicta extrauag. Pauli secundi compræhenditur, secundum Romanæ curiæ interpretationem quam Rotæ summũ prætorium iam pridem sequi testatur Cassado. decis. 5. Ludouic. Gome. in reg. de trienna. quæsti. 12. D. Couarru in reg. peccatum 2. par relect. §. 8. de regul. iur. lib. 6. Martin. Nauarr. in cap. si quando. 4. except. de rescrip. & in capit. vltim. nu. 24. de Simon. quid quid reclamet Petrus Rebuff. in practi. benefi. 3. part. tit. de Simõ. in resigna. num. 70. pag. 496. Et licet Petrus â Nauar. in tract. de restit. lib 2. cap. 2. nu. 422. aliquibus rationibus opinionem istam euertere contendat, tandem communem, & vsu receptam esse agnoscit, nec ab ipsa audet recedere.

Secundo, quod nec locum obtinet, contra omnes, sed solum cõtra eos, qui Simoniam cõmittunt dando vel accipiendo, & ideo minime procedit, nisi in ea Simonia in qua ad opus dandi, & accipiendi peruentum sit, ita quod sola datio pretij non sufficeret, nisi eius ratione beneficium conferatur, ita declarat egrægius Nauarr. in manu c. 23. nu. 103.

Tertio, quod nullus Simoniacus præter quam in ordine & beneficio, est ipso iure excommunicatus, notat Syluestrin. in summa. in verbo Simo. quæsti. 9. Nullo quidem antiquo iure, Simoniacus erat ipso iure excommunicatus, & ius nouum dictę extrauagan. constitutionis tantum excommunicationis sententiam ipso iure imponit, contra Simoniacos in ordine & beneficio, & ea ratione ad alios extendi non debet.

Quarto, quod illa verba dicta, constitutionibus ibi, *In officijs Ecclesiasticis*, &c. intelligenda & interpretanda sunt, in officijs tantum, quę sunt beneficia, vt incap. de multa. de præben. cap. cum accessissent de constitu. Vnde qui emit aut conducit vicariam spiritualem iurisdictionem habentem non est ipso iure excommunicatus, nec inhabilis ad ecclesiastica beneficia, cum talis vicaria non sit beneficium vt late congerit Felin. in capi. postulasti. de rescript. secus autem si vicaria esset perpetua, quæ est beneficium, vt in Clemen. 1. de offic. vicar. Nauarr. vbi paulo ante allegaui.

Quinto, quod dicta pęna hodie incurritur, si aliquid pro collatione quorumcunque ordinum, etiã clericalis tonsuræ, aut pro literis dimissorijs aut testimonialibus, vel pro sigillo, vel alia quacũque de causa Episcopi, & alij ordinũ collatores, aut eorum ministri, etiam sponte oblatum recipiãt. Sic disponit sacrosanctum Con. Tri. Sess. 21. c. 1. de reforma.

Sexto, quod ad hoc vt locus sit pœnis dictæ constitutiones, oportet quod datio præcedat collationem ordinum, vel beneficiorum, non vero sufficeret si sequeretur argumen. gloss. not. in cap. emendari. 1. quæstio. 1. & tradit Nauarr. in manuali, confess. capi. 25. num. 68.

Septimo quod licet emptione, vel venditione pẽsionis Simonia committatur, non tamen ea ex-

com-

communicatio inducitur ipso iure, quia dicta Extrauag. constitutio solum excommunicat Simoniacum in ordine & beneficio quorum neutrum est pensio & ea ratione tanquam pœnalis restringenda & non amplianda est tenet Martinus Nauarr. in manu dicto. cap. 23. num. 11. & ita hoc anno. 1584. consului.

Declaratur Bulle Apostolicæ Pij Quarti & Pij Quinti. circa cõfidentiæ loquẽtur

Nec circa huius capitis pœnas prætermitendum est, eum Simoniacis pœnis illaqueari, qui inconfidentiam (vt vocant) beneficiorum fructus aut pensionum acceperint, est quidem hoc turpissimum genus depositi: nempe vt si quis beneficium, aut pensiones alieno nomine recipiat, quod genus criminis cum ad Simoniacam prauitatẽ spectet. Pius Quartus nec nõ Pius Quintus sanctissimi Pontifices, per bullas suas circa hoc promulgatas, grauissimis pœnis puniendum curarunt. Nimis quidem in Romana curia labes hęc irrepserat. Ideoque omnes etiam Episcopi, Patriarchæ, vel Cardinales hoc crimen committentes, ab ingressu Eccl. się arcentur, quam si ingrediantur irregularitatis labe contaminantur, iuxta tex. in capi. is cui de sentẽ excommunic. lib. 6. Inferiores vero excommunicationis Papalis sententiam ipso facto incurrunt, vt patet ex Bulla Pij Quarti ann. 1546. & Pij Quinti anno. 1569. sunt sane (vt ibi sancitum est) qui sic delinquunt inhabiles ad omnia alia beneficia, & solis præsumptionibus, testibusque singularibus, in criminis huius detestationem probatio, ad dictam pœnam inflingendam fieri potest.

Et non solum dicta Simonia, ex titulo confidentiæ committitur ex parte conferentis resignantis, & præsentantis sed etiam mediatoris & recipientis eo modo beneficium, vt decretum fuit a Pio Quinto dicta constitutione anno 1569. quæ ab illo anno promulgata est.

Perpetratur sane crimẽ hoc multis modis, scilicet si quis resignet beneficium alicui, pascisc ẽdo vt pensio sibi soluatur: sine Pontificis consensu.

Vel si quis nollens ad ordines sacros promoueri, vt beneficium requirit, vel nollens adstringi ad residentiam, resignet in alicuius fauorem, sine prædicto assensu.

Vel si criminosus, aliquo modo irregularis beneficium resignet, vt obtenta postea dispensatione, ab irregularitate idem beneficium recuperet.

Vel si quis beneficium vacans impetrauit, eo pacto & lege imposita, vt ad mandatum alicuius sit dimissurus, vt alio conferatur

Vel si quis potestatem habens conferendi, præsentandi, autinstituendi in beneficio, contulerit, præsentauerit, instituerit, vt de fructibus aliquid sibi vel alijs cõferatur.

Vel si quis ad effectum litis pẽdentiæ super beneficio, alicui dignitate vel potentia superiori resignauerit, vt obtenta victoria alteri resignetur, aut sibi restituetur, qui casus sunt notabiles, & ante quam dictæ extrauagantes emanarent erant frequentissimi circa quos & alios lege Simo. Maiol. de irregu. libro. 5. capite. 45.

Ac periurij.

CAPVT. XCII.

1 *Sacerdos propter hoc crimẽ periurij ab ordine & beneficio est deponendus.*

2 *Qui promissionem interpositione fidei vallatam fregit, an ordinaria pœna periurij sit puniendus*

3 *Clericus propter periuriũ an sit ipso iure beneficio priuatus, vel per sententiam priuandus.*

4 *Collatio beneficij periuro facta, an sit nulla ipso iure.*

1 PRopter periurium potest quis deponi ab ordine & beneficio, vt est tex. in cap. præsbyter. 81. distinct. qui dicit, quod præsbyter aut diaconus captus in periurio deponitur, ita notat, Abb. in cap. Querellam, de iur. iurando. in. 2. nota. qui hoc dicit probari, in cap. Cûm non ab homine de iud. & dicit facere text. in capitu. Si quis episcopus. l. distinct. Et notat idem Abb. in dict. capi. Cûm non ab homine, in. 4. not. ex quo dicit Cardina. Iacoba. in tractat. de concilio in lib. 2. arti. 5. colum. 3. quod quando vocati sunt ad cõcilium generale illi qui iurauerunt secundum formã cap. Ego enim, de iur. iura. si non veniunt possunt deponi â suis dignitatibus, quia sunt periuri, & periurium inducit pœnam depositionis. Et quod propter hoc delictũ remoueatur quis â beneficio, no
2 tat idem Abb. in capit. 2. in 1. not. de rescriptio. Quod extende in clerico qui fregit promissionem vallatam interpositione fidei: quia talis eadem pœna punitur, tenet Ioann. Andr. & Hostien. in cap. Querelam. ne præla, vices su. Abb. in dict. capi. Querelam. de iur. iuran. Quos sequitur Ang. in summa, in verbo periurium in. §. 11. licet Arch. Anton & Card. teneant contrarium in locis ibi relatis. Et hanc etiam opinionem. Hosti. & Abba. sequitur Felin. in dict. cap. querelam. in column. penultim. licêt contrariam opinionem dicat benigniorem. Eandem etiam sequitur Ioan. de Selua, in tract. de beneficio, in 3. parte principali, in quæsti. 3. Vi. tamen Ioann. Staphileum, in tracta. de gratij & spectatiuis. fo. 28. vers. Tertio periurus, vbi dicit quod pœna priuationis non habet locum in eo, qui venit contra fidem promissam qui solum allegat Rotam decisi. 134. incipienti. Nota quod posito in antiquis, quod dicit esse notandum. Et ad-3 uerte quod periurus non est priuatus beneficio ipso iure, sed priuandus, vt sentit Abb. post alios in cap. 2. de rescrip. vbi vide Felin. in. 1. col. qui refert alios idem tenentes, & dicit hanc esse communem opinionem: licêt Bar. ibi teneat contrarium, imo quod statim sit priuatus, cuius fundamenta ipse refert & soluit, & contra eandem communem opinionem tenet idem Barba. in dict. c. Cûm non ab homine de iud. in colum. 2. per tex. in dict. capi. querelam, quem cõiungit cum alijs iuribus contra Abb. ibi. Qui tamen sibi contrarius in rubrica de iureiurando, in Clementin. in columna quinta, sequitur communem opinionem prædictam sequendo. Cardinalis. in dicto. capite

Quere-

Querelam, vbi illam tenet. & vide eundem Feli. in cap. ex parte. lo. 1. de reſcrip. 1. colu. Et hanc etiam opinionem dicit eſſe communem Ioan. de Selua, vbi ſupra. & vide Petrum Rebuff. in tracta de pacificis poſſeſſoribus, in pagina. 37 colum. 2. vbi dicit quod licet opinio quod periurus non eſt priuatus ipſo iure, ſit communis: tamen opinio contraria poteſt ſuſtineri in puncto iuris, & reſpondet ad aliqua fundamenta contraria, qui plura cumulat in propoſito tranſcribendo fere dicta per Felin. in dicto. ca. 2. Item notat quod collatio beneficij facta periuro eſt ipſo facto nulla, notat Abba. in dict. cap. querelam ſequitur Angel. in ſumma, in verbo periurium. §. 12. Contrariam tamen ſentẽtiam tenet Cardin. in dicto capit. querelam, cui adheret Felin. ibi, in columna. 3. quam etiam concluſionem videtur tandem tenere idem Felin. in capit. 2. in colum. 3. de reſcriptis licet prius in colum. præcedenti plura retuleritpro contraria opinione, videlicet quod collatio facta periuro, vel alias criminoſo eſt nulla. Et vide eundem latiſsime de hoc ſcribentem in capi. ex parte, el 1. de reſcrip. column. 2. numer. 2. Et vide Ioann. de Selua, vbi ſupra, & vide Petrum Rebuff. vbi ſupra, in pagina. 36. colum. 2. vbi tenet quod collatio facta periuro eſt nulla, & refert aliquos doctores ad hoc quod tamen intelligit, quando quis eſſet per ſententiam condemnatus & declaratus periurus, & poſtea fieret eidem collatio & dicit quod Papa non dat priuationem pro periurio, niſi ſit per iurium iudiciale, allegat regulam Alexand. Papę. 6. in rubri de ſignatura gratiæ. Et vide Ioann. Staphileum, in tracta. & loco ſupra allegatis, vbi dicit quod ſignatura non dat priuationem beneficiorum pro periurio, niſi ſit iudiciale.

Deponitur. Vide Regiam l. 61. tit. 6 par. 1. Nec in iuria quidem clericus periurus tam graui pœna plectendus eſt cum crimen periurij grauiſsimum & deteſtabile ſit. *Non pererabis in nomine meo,* ait Dominus Leu. 19. & Matth. capi. 5. & alibi, *Eroteſtis velox maleficijs & periurijs.* Malach. 3. & Zaçhar. cap. 5. inquit. *Maledictio commorabitur in domo iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eã, & ligna eius, & lapides eius.* Admonet omnium fere gẽtium quę Deum aut aliquam religionem habuerunt conſenſus, non peierandum ne vindicta Dei ſequatur vt antiqui etiam Ethnici prodiderunt. *Nemo,* inquit, Plato. lib. 11. de legi. *Deo inuocato mendatium dicat, aut decipiat aut adulterare verbo vel re, quicquam audeat, niſi Deo, velit odio eſſe, cui quidem primum odio eſt, qui falſo iurans Deum parui pendit.* Quod videtur Ariſtot. voluiſſe in Retho. ad Alexã. vbi agit de iurciur. dum ait. *Nemo vellet peterare cum diuini ſuplicij metu, tum dedecoris apud homines.* A

Nota in periurij, deteſtationem.

Eadem pœna. Vide quæ ſcribit D. Couarru. in capite. quanuis pactum. 1. par. relectio. §. 2. nume. 2. de pact. in 6. B

Sed priuandus. Adde glo. & doctores

Clericus propter periuriũ non est ipso iure beneficio priuatus.

ctores in cap. querellam. de iureiurand. gloss. in capi quicunque. 6. quæst. 1. & in capit. illud de excessib. prælato. Abb. in capite. 2. de rescription. quo loco opinionem istam communem esse fatentur. Deci. & Ripa idem asseuerat Cęsar Lamber. de iure patron. 2. par. 2. lib. quæstion. 9 artic. 15. eãdem veram esse censet Andr. Alciat. in capi. cum non ab homine de iudi. & esse magis communé opinionem fatetur. Ludo. Gome. in. §. Item si quis. numero. 28. Insti. de actioni. Iuli. Clar. in practi crimin. §. periurium. in prin. ver. Item clericus, & eam sequitur Franc. Mar. decisio. 667. nume. 3. in. 2. par. Non tamen singulariter quod licêt periurius non sit ipso iure beneficio priuatus, superior tamen benê potest supersedere, & non admittere renunciationem beneficij ab eo factam donec causa criminis diffinitiue fuerit iudicata. Dom. consil. 105. col. 2. sequitur Probus in addi. ad Ioann. Monach. in capit. ad Apostolicæ, de re iudi. lib. 6. num. 12. Quæ quidem opinio (vt libere dicam quod sentio) mihi nunquam placuit, si enim clericus periurius vel homicida, vel alius quousque priuetur, iure retinet beneficium & fructus suos facit, sicut si nullum crimen commisisset, & iuris amissio per sententiam est inflingenda, cur igitur iuri quod habet non poterit renuntiare, certê nulla ratio in contrarium excogitari potest. Ideoque sententia priuationis, post renunciationem lata, nullius momenti est, cûm iam clericus beneficio careat. Rota in nouis decisio. 491. Ludoui. Gomez in regul. de anni. quæstio. 42

Superior an possit nõ admittere beneficij renũtiationẽ à periurofactam.

D. Couarrub. in Clementin. si furiosus. 2. parte. §. 3. nume. 7. de homi. & vide quæ scribo infra capi. 94. litera. A.

Excusauitur clericus ab huiusmodi pœna si probet periurium, absque dolo commissum fuisse, Bald. in. l. obseruari. §. proficisci, colu. 3. ff. de offici. proconsu. quã opinionem communem esse fatetur Iass. in. l. videamus in prin. ff. de in litem iurand. Cagnol. in l. si quis maior num. 185. C. de transa. vbi Claud nume. 41. sequitur Auend. demand. Reg. 2. par. cap. 27. num. 10.

Periuriũ absq; dolo cõmissum non punitur.

Similiter clericus â dicta pœna immunis rederetur, propter difficultatem ad implendi iuramentum. glossa. nota. per illum tex. in cap. breui. in gloss. 1. de iureiur. quam esse communiter receptam fatetur Gom. Ari. Hispanus in. l. 65. Tauri nume. 30. Iuli. Clar. in pract. crimi. §. periurium, & plures alios casus in quibus quis â reatu periurij excusatur scribit Petrus Auendañus vbi paulo ante allegaui.

Nec quãdo propter difficultatem iuramentũ nequit adimpleri.

Nec illud est prętermittendũ, quod non solum clericos ob crimen periurij, â suo eccleſiastico iudice condignis iuris pœnis puniri debet, sed etiam laicus cum crimen hoc mixti fori sit ità scribit Ioannes Andr. in cap. licet de iureiurand. libr. 6. sequitur Alexand. in addi. ad Barb. in. l. omni nouatione. C. de sacros. Eccles. Guid. Papa consi. 29. Couarrub. in. 4. Decretali 2 par. ca. 6. num. 20. & est commnnis opinio forensi vsu recepta.

Laicus periurus ab Eccleſiastico iudice punitur.

Nulla. Adde textus. optimum in ca. accedens. de accusa. Deci. in. c. delicti. colum. 2. de excep. Nicol. Mill.

C

Beneficij Eccleſiastici

collatio periuro facta an teneat.

Mill.in repetor.in verbo,periurus. Capell. Tholosa. quæstio. 17. quam opinionem communem esse fatentur D. Couarru.in dict. capit.quanuis pactum.in 1. par. relect §.7. numer.3. Cæsar Lamb.de iure patro.1.par. lib.2. quæstio.9.articu.15. Iul. Clarus. dict.§.periurum versi. item clericus. quam insignis Couarru. dict. §. 7. dupliciter limitat. Primo quando infamia quæ ex periurio oritur esset notoria,secundo quando collatio beneficij periuro facta fuerit,autoritate literarum Apostolicarum ad beneficia,quem vide quia huius rei rationem adducit.

Falsi testimonij rei.

CAPVT. XCIII.

1 *Clericus,qui falsum dixerit testimonium,punitur depositione & detrusione in monasterium, ibi tanti sceleris pœnitentiã agat.*

2 *Clericus,qui coram iudice laico falsum dixerit testimonium, non potest ab eo puniri.*

1 PResbyter autdiaconus dicens falsum testimonium ab officij honore depositus, in monaste-
a rium detrudatur, a ita censuit Concilium Agathense,vt Gratianus tradit in capitu. Si episcopus. 50 distin.vbi vide Præpo.intelligentem illum text. quando clericus est de hoc crimine directe accusatus & conuictus,vel iniure confessus, secus autem si non constat de illo via directa, sed incidenter, videlicet quãdo contra clericũ in testẽ productũ probatur exceptio falsitatis,quia tunc non debet deponi,nec etiã propter hoc infamari,sed tãtum repelli â testimonio,& vide Hosti.in summa,deaccusa in §.Quis sit effectus.versi.Et gratia exemplí,vbi hoc crimen falsi testimonij commemorat inter crimina capitalia,quæ inducunt depositionem:& hoc procedit siue inciuili, seu criminali causa clericus dicat falsum testimonium secundum Card.de Turre cremata post Hugo. in capit. Presbyter, Diaconi.5.quæsti.6.qui text.est §.cap. Qui iuxta eiusdem causæ & quęstionis,quod etiam voluit Archi.ibi.Ego vero in hoc articulo maxime considerandum cẽ seo qualitatem causę,in qua clericus falsum testimonium dixit, grauius enim est puniendus clericus, qui in causa criminali falsum testimonium dixit, quã qui in ciuili,& in ipsis criminalibus causis grauius si damnum fuit sub sequutum ex suo testimonio, quam si non,considerata qualitate damni vel iniuriæ illius contra quem deposuit. In his præterea regnis, quibus ex lege eo-
b rum b imponi debet testi falsum deponenti eadem pœna,quę imponeretur accusato, si verum esse delictum de quo impetitur. Multum debent iudices ecclesiastici aduertere, quod grauius quam alibi punire debent clericos in hoc delinquentes, cum videant tan grauiter puniri laicos in similibus,& istud delictum graue si in oculis populorum huius regni. Quando autem clericus dixit falsum testimonium coram iudice sæculari, verior & communior opinio

est quôd nõ possit puniri per eũ,
c eneque principaliter, neque indecẽter, vt voluit Host. cuius opinionem tenet Ant. post Innoc. & Ioan. And. in cap. Verum. de for. compe. vbi vide Barba. colu. 10. cum duabus seq. & Ioan. And. in cap. At si clerici. de iudi. & communiter Canonistæ in cap. Dilectus filius, de pœn. & in capit. 2. crim. fal. vbi per Ana. post alios, & hanc opinionem sequitur Matthæ. de Affli. in deci. Neapolitana. deci. 230. incip. fuit per relatorem.

A *Nota in falsi testimonij de testationem.*

Detrudatur. Adde quod sacri apostolorum canones sacerdotes falso iurasse deprehensos sacra dignitate priuant, vt habetur in canone 24. in canoni. Apost. & vide Abba. in capit. 1. de crim. fal. Dom. Couarr. in cap. quanuis pactum. 1. par. relecti. §. 7. nume. 6. de pact. lib. 6. Quæ quidem pœna iustissime sacris canonibus cõtra clericum falsi criminis reum inflicta fuit cum crimen hoc grauissimum sit, & detestabile Deũ enim citare in testem mendacij, nephandum scelus est, vt ait Philo. lib. decalogi, & vt inquit Isidorus lib. 3. de summo bono testis falsidicus tribus est personis obnoxius. Primûm Deo, quem peierando contemnit. Deinde iudici quem mentiendo fallit. Postremo innocenti quem falso testimonio lædit. Hinc Solomõ imaginitatem celeris demonstrãs scribit. Prouerbio. 6. *Testem fallacem odit Dominus*. Et huius criminis atrocitas ex eo nostrorum traditionibus liquet. Nam generalis Principis criminum remissio falsitatem non abolet. Bart. in leg. Lucius ad finem. ff. ad Sena. consu. Turpi. Hypo. rubric. ff. de fal. numero. 12. quo loco scribit. Quôd licet quando reus alicuius criminis, qui ad supplicium ducitur si ei Cardinalis obuius fiat, liberari debeat: non tamen falsarius, Ang. vero in §. iniuriam in authe. de nup. scribit, falsitatem homicidio detestabiliorem esse. Lucas de Penna. in l. milites, columna. 4. C. de digni. libro. 12. fatetur nobilitatem ex crimine isto perdi.

Excusauitur clericus ab huiusmodi pœna, quando falsitas nociua non est, quo casu in hoc falsi crimine pœna imponi debet. ita videtur sentire gloss. in l damus in verb. priuatas. C. de fals. & in capit quanto de iure iuran. Bart. in. l. 1. §. vltim. ff. de fals. Cor. consilio. 182. colum. penult. lib. 4. & eruditissimus Roland. Vall. consilio. 38. num. 22. & 44. lib 1. & alios eiusdem sententiæ refert Hyppo in l. 1. §. præterea, nume. 14 ff. ad leg. Cornel. de Siccar, sed verior est contraria opinio, quod saltim extraordinaria pœna sit imponenda ita Bald. in l. 1. nume. 2. C de sepulch. viol. Vanti. in tracta de nulli. tit. quoties, & intra quod tempus, nume. 62. Afflict. decisi. 21. nume. 13 quam opinionem communem esse fatetur Hyppolitus in. §. præterea, numero. 23. Iacob. Menoch. de arb. iudi. quæst. lib. 2. cen. 4. casu. 306 numero. 22. eandem magis communem appellat Ludo. Bologni. consi. 30. culum. penu. Plotus qui multos eã tenentes allegat in tracta. de in litẽ iur. §. 43. n. 15 & eam cõmunem dicit. Iul. Clar. in prac. cri-

Falsitas nociua non est, pœna ordinaria non punitur.

crim.§.falsum versicu Item excusatur.

Nec quãdo falsitas circa accidẽtalia cõmittitur.

Secundo excusabitur clericus, ab huiusmodi ordinaria pœna, quando falsitas circa accidentalia causæ perpetrata fuit. ita sing. tenuit Iaco. Butri. in l. Lucius vbi Ang. ff. de his qui not. infam. Bart. in l. si ex falsis. num. 10. 2. lect. C. de transactio. Specul. in titul. de teste. §. 1. versicu. Item quod aliquid. Addi. Bar. in l. eos colum. 2. ff. de fals. Deci in l. 1. §. creditum. num. 7. ff. si cert. peta. & in capit. licet causam. num. 12. de probationibus. Ias. in l. 2. numer. 22. C. de bono possession. secun. tabull. & in l. si duo. §. idem ff. de iure iurand. Hyppol. sing. 76. & in l. 1. §. præterea. ff. ad leg. Cor. de Siccar. Curt. iunior. consil. 122. num. 8 Socin. Iunio. consi. 31. nume. 28. Gramma. decission: 43. nume. 4. & decissio. 60. num. 16. Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quęstion. libro 2. centu. 4. casu. 306. & est communis & receptissima opinio vt colligitur ex Hyppo. consi. 70. num. 11. Iul. Clar. in practi. cri. §. falsum versic. sed quid si testis.

Falsitas sine dolo pœna ordinaria non punitur.

Tertio ab hac ordinaria pœna clericus erit immunis, quando falsitas sine dolo commissa fuerit; nempe per errorem, quia falsitas non committitur sine dolo. l. nec exemplum. l. si quis de Curio. C. de fals. tradunt omnes in ca. cum Ioannes. de fide instrumen. Parisi. consil. 169. num. 56. & 60. libr. 4. Ioann. Bapti. Plotus in dict. tracta. de in litem. iur. §. 43. numer. 15. quam asseuerat esse communem opinionem Socin. Iuni. consil. 39. num. 83. libro 2. Et indubio præsumendum est falsi crimen a clerico commissum minime fuisse, quando causa aliqua noninteruenisset. vt eleganter responderunt Socin. Seni. cons. 227. colu. 1. lib. 2. Aymon. consil. 75 nu. 14. Quod omnibus criminibus commune est, ad tollendam, vel inducendam criminis suspitionem, si causa defecerit, vel ea interuenerit. l verum ff. de furt. capit. occidit. 23. quæst. 8. Huc pertinet Ciceronis locus in oratione pro Roscio Amerino dum illum defendit, quod parentem non occiderit causam considerat, & his verbis vtitur. *Nam vt illud incredibile est mortem oblatam esse patri a filio sine plurimis & maximis causis: si hoc verisimile non est odio fuisse parẽti filium, sine causis multis & magnis & necessarijs.* Et idem Cicero in oratione pro M. Cælio ita scribit *Quæ fuit causa quam obrem isti mulieri venenum vellet dare Cœlius. Et paulo post credibile est igitur tantum facinus nullam ob causam esse commissurum.* Accedit etiam ægregia eiusdem Ciceronis sententia in oratione pro sexto Roscio, cuius verba hæc sunt. *Sic enim vita hominum est vt ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere.* Nec ab hoc alienus est celebris Aristotilis locus lib. 2. Rhetori. qui sic loquitur. *Alius locus est à causa, vt si causa extiterit factum esse dicatur, si non extiterit, non esse factum. Nam simul causa est cum eo cuius est causa, & sine causa nihil est*

In crimine hoc cũ per Inquisitionem procedi-tur ordinariæ pœnæ locus non est.

Quarto pœna ordinaria imponenda est, quando iudicio ordinario & mediante accusatione proceditur, secus si per Inquisitionẽ procedatur quia tunc arbitraria pęna est inffligenda. glo. in l. nullum. C. de test. practi. Pap. in for-

ma iura testi. in gloss. verbo. falsitate. num. 4. D. Couarru. in capi. quanuis pactum. 1. part. relectiõ. §. 7. num. 5. de pact. in 6. Iac. Menoc. d. lib. 2. de arbi. iudi. quæsti. Cen. 4. casu. 306.

Nec quãdo falsũ testimoniũ absq; iuramẽto profertur.

Quinto minime locus est pœnæ ordinariæ, quando clericus falsum testimonium dixit, non interposito iuramento ex Bal. sẽt. consi. 106. volu. 1. Ang. consilio. 194. col. 2. in fin. Rober. Maram. in spec. aduocat. in par. inci. sextus actus qui emergit in iudicio. nu. 21. Plotus. d. §. 43. numer. 10: sed opinionem contrariam, quod falsi pœna imponenda sit, quando falsum committitur absque iuramento tenuit Bar. in l. si quis legatum. nu. 3. ff de fals. quam opinionem communem esse fatetur Alex. in l. edi. §. cum autem. nu. 6. ff. de eden. Cur. Seni. in tract. de testi. conclusi. 15. nu. 34. Iuli. Clar. lib. 5. recept. sent. §. falsum. versi. tu scis quam ipso libenter sequor.

B *Ex lege eorum*: Est quidem de hac re Regia. l. 83. Tauri quod iuri communi consonum est. l. 1 §. præterea vbi late Hyppoli. ff. ad leg. Corn. de Siccar. quam tanquã sing. allegat Corset. in sing. in verbo, testis falsus. l. qui falso. vbi glos. ff. de testib. capit. satis. 33. quæst. 5. capi. hæc imago. ibi, Et diuinis legibus prius sanatum fuit Deuter. c. 19. & Dani. 13 tradit latissime Bald. in l. data opera. numer. 20. C. qui accusat non poss. Ias. in l. & si legibus. nume. 6. C. si contra ius vel vtilita. publi. & in l. Diuus. ff. de re iudica. Bossi. in tract. rerum crim. tit. de fals. num. 138. & 169. Hyppo. in l. qui falsam. in fine. ff. de fals. Sic sane in sacris tribunalibus sanctæ Inquisitionis falsidicus testis talionis pœna punitur Iacob. Septim. in catho. institu. capi. 62. nu. 33. vbi allegat instructionem. 4. Toletanam idem Enchirid. inquisi. titu. 28 vbi num 3. allegat constitutionem Papę Leonis decimi, qua decretum est testem falsum, qui innocentem opprimere tanquam hęreticum voluit, curiæ seculari relinquendum esse. Vrget quidem maior ratio in crimine hæreticæ prauitatis, vt talionis pœna imponatur, quam in alijs criminibus cum in eo testium nomina non publicantur capit. fin. de hæreti. in 6. & datur maior ansa ferendi falsum testimonium. Quę pœna locum habet, etiam si accusatus non fuit punitus, nam illũd præter testis intentionem contingit & est veluti per accidens quod non mutat naturam subiecti. l. naturaliter. §. apium ff. de acquiren. rer. dom. notat in terminis Ioan. Rojas in tracta. de hære. 2. par. octaua assertione. num. 160.

Testis falsidicus quibus pœnis in sacrosanctæ Inquisitionis tribunalibus punitur.

In Romana quidem Curia supremus & generalis sacrosanctæ Inquisitionis senatus, minime cõsueuit testes falsos seculari curiæ tradere. Sed alijs pœnis eos punit vt testatur Fran. Peña ad. directorium Inquisitorum. 3. parti. Scho. 128. pagin. 252. ex quo ipse asseuerat, quod quando talis casus euenerit inferiores inquisitores in consulto supremo inquisitionis Senatu, non debent testes falsidicos qui grauiter nocuerũt curiæ seculari puniendos relinquere. Itaque si testes falsi de vera & formali hęresi, contra aliquem deposuerunt, qui vt hæreticus

Praxis supremi senatus inquisitionis Romanæ curiæ.

ticus negatiuus combustus fuit, & eius bona fuerunt publicata, si inquisitores protam graui crimine existimauerint, ad cõdignam punitionem, & criminis vindictã testes sæculari curię tradendos: oportet vt consulant generalem senatum Inquisitionis, quia tam grauis pœna absque expressa lege canonica prætextu cuiuslibet opinionis huius, vel illius doctoris facile imponẽda non est, quia decretum illud Leonis Decimi Pontificis Max. non est vbique receptum, nec volut lex vniuersalis obseruatur, quod si ipsi propia autoritate eos punire decreuerint, pœna perpetui carceris, aut condemnatio ad triremes erit imponenda, productis prius tanti criminis reis, in publicum spectaculum, coram quo eius facinus publicetur. Ita Eymericus in 3. parte. Director. in quisitorum in 12. modo proceſſum fidei terminandi. numer. 209. pagi. 339. colum. 2.

Quibus assimilari possunt illi testes, qui licet non de formali hæresi deposuerint, grauissimum & irreparauile damnum intulerunt horrendaque facta, vel dicta contra aliquem falso affirmarunt, ex quibus vehemẽs hæresis suspitio orta fuit.

Quod si testes leuiter nocuerint, mitiori pœna arbitraria plecti solent. teste Zanchino in tra. de hæreti. cap. 14. Quæ frequentissime ea imponi solet, vt infami tegumento inducti, in publicum spectaculum, vel fidei actionem producantur, & eorũ crimine publicato fustibus cæsi, vel in triremes, vel in exilium, prout qualitas commissi criminis postulauerit, mitti solent. Siman. dict. titul. 62 numero. 91.

Et quod de testibus falsis, scripsimus locum obtinet, in illis qui donis prẽcibus, aut pretio, testes vt falsum testimonium proferãt corrumpunt, imo plus delinquere isti videntur quia prius habent nocendi animum. Idem in eo qui mandauit l. is damnum. ff. de regul. iur. vbi Dec. Cag & alij interprætes Siman. d. ti. 62 nu. 99.

Non potest puniri per eum. Adde Bartho. in l. D. Pius. ff. de falsi. Paul. de Castro in l. nullum. C. de test. quam opinionem communem esse testan. Cur. Iuni: in l. 1. numer. 23 ff. de iud. Ioan. Long. in repeti. l. imperium. nume. 142. ff. de iurisd. omni. iud. Rolan. Valle qui multos allegat con. 12. numer. 48. volu. 2. Capi. deci. 2. nu. 13. Dom. Coua in pract. q. c. 18. nu. 8. Domi. Anto. Pad. in l. transigere. nu. 11. C. de transact. Bos. in pract crimi. ti. de falsi. nu. 10. Iuli. Clar. in practi. cri, §. fi. q. 38. versi. sed hic quæro. & hanc opinionem magis communem esse testantur Mar. in specul. aur. aduoca. 6. par. in 12 actu. nu. 4. & Matt. de Afflict. dicens eam tutiorem esse deciſſi. Neapol. 230. Ioann. Graci. in reg. & fall. reg. 9. nu. 6. Quanuis glo. Cin. Bal. & Sali. in d. l. nullum. contrariã opinionem profesi. fuerint & Fede. cõsi. 93. eãque apud Gallos seruari testatur Guil. Bened. in c. Rainuntius de testa. in verbo & vxorem nomine Adelasiam. num. 434. Sed nostri autoris opinio verior est & communior, & sequenda. Quam vltra supra allegatos comuniorem opinionem esse profitetur, doctissimus Doctor Didacus

C *Clericus falsum testimoniũ proferẽs corã Iudice sæculari, ab eo puniri non potest.*

Doctor Didacus Sahagun laudatur

dacus Sahagun qui in inclita Salmanticensi Achademia vesperorum cathredam iurls Pontificij magno cum nomine moderatur, in elegantissima illa & omnibus numeris absolutissima relectione tex. in cap. fin. de sequestratione nume. 91. bene tamen poterit secularis iudex inciuili causa cognoscere, de falsitate quam coram eo clericus commisit, non quidem ad effectum puniendi ipsũ, sed tantum expediendi causam, quæ coram ipso controuertitur, quod omnes fatentur, vt asseuerat D. Couarr dict. cap. 18. in vltimis verbis.

Laicus falsum testimoniũ coram iudice ecclesiastico dicẽs ab ipso nec nõ à se cluria puniri potest.

Si autem laicus falsum testimonium coram iudice ecclesiastico protulerit poterit ab eo nec non à seculari iudice puniri, inter quos locus est præbentioni, ita tenet Matth. de Afflict. decisi. 219. vbi testatur, ita in facti contingentia decissum fuisse in sacro Neapo. consi. & idẽ sequuti sunt Couarr. & Clar in locis nouissime allegatis, & sic non semel decissum vidi.

Iudex ecclesiasticus procedit cõtra laicos cũ contumelia afficiẽtes, ratione causæ quæ corã meo pendet.

Nec illud prætermittendum erit quod sicut iudex Ecclesiasticus ob offensam eius dignitatem ex periurio contra laicum cognitionem habet: idem asseuerandũ censeo, si a laico contumelia afficiatur & hæc iniuria procedit ex ea causa quæ coram eo pendet, vt nouissime scribit Doctor Segura in director. iudi. Ecclesiæ. 2. p. ca 6. num. 10. Veluti si quis iudici irreuerenter loquatur dicendo ei tu, aut vos, in locis in quibus non viget talis consuetudo, vel nimio conteptu coram eo cõparet aut si cum arrogantia aut digito erecto tendit ad eius faciem, de quibus & alijs contumelijs differit Puteus in tract. fin. di. in verbo, notorium iudici. num. 11. fol. 182. Quod si clerici in hoc delinquerint absque sacrilegi labe, vel alterius pœnæ motu à secularibus iudicibus capi possunt a suis iudicibus sunt remittendi tradit Cassa. in consuet. Bur. glos. in rub. de iustices circa finẽ dicens quod clericus qui irreuerenter loquit vt coram iudice seculari potest capi & in carcerem contrudi.

Pari ratione idem iudicandum existimo quando laici litigantes coram iudice ecclesiastico se ipsos contumelijs & iniurijs afficiunt, vel si immoderate & excessiua loquantur, vel sint insolentes aut coram iudice vocifere tur not. Bar. in l. librarius. ff. de reg. iur.

Forma quæ seruari debet in criminibus irreuerẽtiæ.

Forma vero procedendi & puniendi ea ex irreuerentiæ qualitate mensuranda erit. Nam aliquando expedit, vti verbali correctione aliquando multa seu carceris pœna & hoc frequentius summatim sine processum faciendum est, & procedi debet tanquam in notorijs. Quia crimen omne cõmissum coram iudice pro tribunali sedente notorium dicitur, & iudiciarium ordinem non requirit not. Lucas de Pena. in l. quoties. C. de dig. libr. 12. Paris de Puteo, vbi iã allegaui. Hoc de actu irreuerentiæ puniendo a iudice Ecclesiastico, si vero aliud grauius crimen interuenerit, vt sęueriori pœna plectatur seculari iudici remittẽdum est.

(.?.)

Homi-

Homicidæ.

CAPVT.CXVIIII.

1 *Clericus homicida qualiter puniatur.*

2 *Priuatio beneficij contra clericum homicidam ipso iure non infligitur, sed per sententiam.*

3 *Clericus homicida in quibus causis ab ordinaria criminis pœna excusetur.*

HOmicidium quidem inter grauiora & horribiliora crimina computatur, vt not. Abb. in ca. Cum contingat. in colum. 6. de for. compe. per text. in ca. Quæsitum. de temp. ordin Et in cap. Inquisitionis. de accu. & in cap. Mir. 50. dist. Ideo clericus homicida deponendus est, vt in capi. præsbyter. 81. dist. quod est ex canonibus Apostolorum, & in c. Cum non abhomine, de iudi & in capitu. Inquisitionis. in princip. de accus Committitur autem homicidium per clericum, facto, præcepto, consilio, lingua, siue adhortatione & in quocunque istorum casuum deponendus est vt not. glo. in capit. Sicut dignũ. de homici. in §. Clericos. in verbo consilium per iura de quibus ibi. quam quidem gl. bene nota quia magistra est in materia huius cap. Et post depositionem detrudẽdus in monasterium, vt probatur in dict. capitu. Cum non ad homine. iuncto cap. Tuæ. de pœnis, & voluit per eadem iura Ioan. de Ana. in capitu. 1. penul. colu. de patr. qui filio. occid. & probat aperte text. in dicto. §. Clericos. ex quo insuper benè colligitur quod ista detrusio non debet esse perpetua, nec longi tẽporis, cum ibi Roma. Ponti. disponendo contra homicidas, illius sancti viri Thomæ Archiepiscopi Cantuarien. iubet clericos delinquentes perpetuo, depositos recludi in monasterium, vsque ad septennium, vel quinquennĩ, verum est tamen quod ille. §. Clericos. disponit in clericis, qui consilio perpetrarunt homicidium, qui licet eadem depositionis pœna puniantur, qua & occidentes actu si clerici essent: tamen nemo dubitat in reclusione non ita diuturna pœna punidum consilium præbentem sicut vere occidentem. Intellige tamẽ supradicta, quando iniuste & voluntarie est commissum homicidium secundum Hosti. in summa de homicid. §. Qua pœna. versi. Et hoc intelliges. Item etiam præter hoc clericus priuandus est beneficio per sententiam: quia homicida non est priuatus beneficio ipso iure, vt voluit Inno. in ca. Cum nostris. de cõcess. præb. quod sequitur Bald. in l. Cum fratrẽ. C. de his qui vt indig. & Philip. in ca. sciscitatus. 1. col. de rescrip. & in c. ex parte. lo. 1. colu. 1. eo. ti. Philip. Decius consi. 166. in prin. in 1. vol. cons. incip. Ego Philippus. Et hanc opinionem dicit teneri communiter Ana. & Feli. in cap. Inquisitionis. 1. colum. de accusa. & eandem etiam opinionem sequitur Præpo. in capi. Studeat. 50. distinct. in column. fina. post Gemi. & respondet ad rationes Archi. ibi, & allegat Ioan. de Imo. in dict. capi. Cum nostris. dicentem quod opinio

Innoc.

Innoc. contra Archi. tenetur cómuniter Et vide etiam Anto. Corse. in suis singularibus, in verbo sentétia, EL. 2. vbi dicit quod opinio Inno. communiter tenetur, & respondet ad aliqua iura quæ in contrarium videntur vrgere, quanuis Barba. in capit. Cum nó ab homine de iudi. in col. 2. ad fi. teneat quod committens homicidium est priuatus beneficio ipso facto, per text. quem dicit adhoc formalem in capitu. Ex literis. de excess. præla. iunctis alijs iuribus de quibus per eum. Et aduerte, quod licet Episcopus possit cum homicida etiam voluntario
b misericordiet dispensare, b vt ex text. nota. in capitu. 2. in fin. de cleric. pug. in duel. & in capitu. studeat 50 dist. per quæ iura & per ea quæ notat. Innoc. in ca. 2. de cler. non ord. mi. ita tenet Staphileus in tract. de gratijs expectatiuis. fol. 78. versi. Potest tamen Episcopus. Si autem aliquis impetraret beneficium conferendum sibi in euentum priuationis non posset amplius cum eo Epis-
c copus dispensare c etiam ante litis pendentiam ex quo impetranti iam est quæsitũ ius ad rẽ prout singulariter tenet Domi. consi. 105. in fina. colum. quem ad hoc
3 refert Staphileus, vbi supra. Crederem prẽterea in ista materia clericum in his casibus excusari â pœna ordinaria homicidij, in quibus laicus homicida excusa-
d tur â pœna mortis, d quorum viginti & quinque enumerat Hippoly. in l. 1. ff. ad l. Corneliam. de sicar. â 1. colum. vsque ad 14. & quadraginta quinque ponit Iacobus. Boluen. in repert. §. famosos. l. capitalium. ff. de pœn. folio. vsque ad finem.

Ipso iure. Adde Cardin. in Clem. constitutionem. § cœterum. in fine de electi. Archi. in cap. scripturis 8. q 1. Abb. in cap. vltim not pẽ. de excess. præl. Anchar. in reg. peccatum. 1. oppo de reg. iu. in 6. Feli in cap. sicitatus. colum. 1. & in cap. 2. colu. 3. de reseri. Capella Tholosa. quæs. 207. quam opinionem cómunem esse fatentur insignis Mar. Naua. in manu. ca 27 num. 249. & in ca. si quando. 9. excep. de reseri. Alcia. in capit. cum non ab homine. num. 16. de iudi. Gome. in capi. 1. num. 7. de reseri. & in c. 2. num. 41. de consti. lib. 6. & in reg. Cancella. de anna. posse. qu. st. 42. D. Couarr in Clem. si furiosus. 2 p. relection. §. 3. num. 6. de homici. Cell. in addition ac Collect. in cap. cũ dilecti de accusa. Petrus Folleri. in practi. crimi. fol. 276. nume. 37. Iuli. Clar li. 5. recepta. sententen. §. homicidium Hyppol. in pract. crimina. §. posquam num. 41. & consi. 52. Thom. Ferra. consi. 44. Nico. Ploui. in tractat. de irregula. reg. 44. num. 30. Auth. nostr. in doctri. magistrat. doctri. 120. incip. Homicida. Petr. Abiax. in dicti. election. 2 par. capitu. 30. Ludo. Montal. in tractat. de reprobatio. sententi. Pila articul. 2. numer. 3. Caro. Moli. in reg. Cancel. reg. de infirm. resig. numer. 162. Petr. Plaça. lib. 1. epitom delicto capitulo. 11. nu. 2. Petrus Rebuff in praxi tit. de mod. amitendi benef. numer. 65. Ioan. a Selua, de benef. 3. par. q. 2. numero 9. quam opinionem testatur esse magis comm. Bursa.

A *Clericus homicida non est ipso iure beneficio priuatus.*

consi

consi.14.num.18. volu.1. Et quidem in simplici homicida, qui animo deliberato homicidium nõ perpetrauit, opinio hæc ab omnibus recipitur. vt fatetur Ioann. Igne. in l.necessarios.§.nonalias in lect.num.13.ff.ad Sillania. Sed in homicida qui deliberato animo homicidium commisit, multi contrarium tenuerunt inter quos Ancharan.consi 158. colu. 3.Abb.in capit.at si clerici.colu. 3.num.39.de iud.Felin.in ca.inquisitionis.num de accusa.& cæteri multi quos longum esset eos recensere, dicit tamen Ioan. Igne in loco. nouissime allegato, quod omnes pœnè Canonistæ & Legistæ contrarium tenent, & opinionem contrariam veriorem & communiorem esse fatetur Hyerony. Gab.i. consi. 196. num.4.

Clericus homicida litepẽdẽte suo beneficio renuntia renõ prohibetur.

Qua ratione, poterit clericus interim adhuc pendente lite, & accusatione, eidem beneficio renunciare, prius quam condemnetur glo.celebris in ca.in verbo finita, vt lite pend.in 6. quam doctores ibi approbant & Felin. in d.c.inquisitionis.de accusa Philip.Probus in addi.ad Ioan.Mona in ca.Alma mater de sent excomm.lib.6.nu.6 Petrus Rebuf. in tracta.de pacifi.possessori.nu. 261. Gome. in reg de anna.possessi.quæst.42. nu. 3.Ferra.caut. 44.Barth.Chassa. consil 44. nume.22. Quæ quidem opinio communis est & si nouissime ab ea recedat Caro.Moli.in Reg.Cancellari.18.numero.55. quando talis renuntiatio fieret in faborem certæ personæ cuius meminit D. Couarru. indict.Clementi.si furiosus.2 part.relection.5.3. numero.7. dicens quod opinio, hęc fortasis est de iure verior & equior, ob fraudem; quę manifesta videtur, tandem non audet decidere sed relinquit cogitãdum. Ego quidem minime auderem â communi opinione recedere. Secundum quia sepissime iudicatum est in supremo Romanæ curiæ pretorio vt testantur Rober. Lance in tract. de attentatis.i. part.cap. 5. nu. 7. Petrus Andr. Gammar.de autori legati a latere lib.10 num. 337 Flam.Pari.de resign.benefi 3.part.quæstio. 16. numero 8. & Parisiensis Senatus ita obseruauit teste Roffiniac. de benefi.capite.20. numer.5. Ex quo fit quod accusatus pendente accusatione potest permutare Nauarrus consilio.2 titul.de accusa.& est com. mu.opinio.vt refert Pari.d.quęs. 16.

De iuris tamen rigore (prout nonulli arbitrantur) non tenetur superior renuntiationem hanc admittere, sed poterit supersedere, donec causa fuerit diffinitiue iudicata. ex doctrina Barba. consilio 11. numero.18.volumine.1. Domini. consilio. 105. Boeri. decisio.. numero.5, Petrus Rebuff in comp. de aliena. bono Ecclesiæ pagina.2.numero.4. Tellius Ferdinand.in l.4. Tauri.numer.64.vide tamen quæ dixit supra capit. 92 litera. c. vbi ab hac opinione recessi.

Sunt etiam qui cẽsent effectum huius renuntiationis impediri, si quis prius a Summo pontifice beneficiũ clerici homicidę impetrauit,

uit, in cuentũ priuationis, quod tenuit Domi. dict. consi. 105. existimans renuntiationem hanc nullam esse, nec ex ea impediri, quod lis agitetur, ita vt si priuationis sententia sequatur renuntiatio præcedens inutilis sit, quẽ sequitur noster autor hoc capit. numer. 3. Contrarium tamen ex dict. glo. in d cap. 2. probat glos. in reg. Cancellariæ. 27. colum. 4. Barth. Cassa. consi. 44. nume. 2. Ioan. Staphi de liter gratiæ & iustitiæ. fol. 64. Auff in Capella. Tolosa. decisi. 436. quorũ opinionem magis communem esse testatur Couarru. dicto. §. 3. nu. 7. quem vide.

Nec desunt, qui autument, hanc beneficij renuntiationem inualidam esse, quando fit data scientia prioris impetrationis, ex eo quod in fraudem facta esse censeatur capit. 2. de renun. in 6. Ant. de Butrio consi. 1. con. 43. Sequitur Feli. in c. in nostra. nu. 38. de rescrip. Auff. dict. decis. 436. sed opinio hæc vera nõ est, nec iure fulciri potest: nã is qui renuntiat iure suo vtitur, & ideo nullam fraudem committit, sibi vel amico consule s in d. vero ca. 2. fraus ex eo colligitur, quod non vt sibi consuleret, sed vt impetranti noceret, beneficio renũtiauit, alijsque non leuibus coniecturijs interuenientibus. ideo merito Antoni. de Butr. opinionem falsam esse docet D. Couar. vbi supra. Quamuis Antoni. sequatur Boeri. decisi. 205. nu. 8. Lancelo. de attenta. cap. 5. num. 10. Gamm. de autori. leg. al. tere lib. 10. de dispen. nu. 336. quam opinionem communem esse testatur Flam. Pari. tit. de resigna. benefi. 3. p. lib. q. 16 num. 35. fundamẽta tamen doctissimi D. Couar. neruosissima sunt, nec auderem ab eius opinione recedere.

Ex quibus omnibus sequitur, clericum homicidam omnes beneficij sui fructus suos facere, donec per sententiam priuetur, nec eos restituere tenetur. sicuti Felin. omnium diligentissime explicat in capi. de quarta num. 33. de prescrip. Nicola. Boer. decis. 98 num. 4. Ioann. Igne. in dict. rep. §. non aliâs num. 14. Domi. Couarru. in 4. Decreta. 2. par. capit. 6. §. 8. nu. 7. Quidquid in contrarium voluerint Bald. Ang. Paul de Castro in l. prædonis. ff. de peti. hær. & Paul in di. l. 1. C. de his q ib. vt indig. Hypp. sing. 525. Anton. de Burg. in capit ad nostram. colum. 11. de empti & vendi. Rip in l. vltima. quæstio. 46. C. de reuc. dona.

Clericus homicida pendẽte accusatione, fructus beneficij suos facit.

Notata tamen dignũ est, quod licet clericus homicida prius acquisita beneficia retineat, donec priuetur, non tamen poterit de nouo beneficium acquirere, sine dispensatione ita videtur sentire Inno. in dict. cap. cum in nostris. vbi Anton. colum. 7. censet quod per modum collationis homicida potest beneficium acquirere non autem per viam electionis, idemque asseuerat tenere Calde. in capitul. querellam. de iure iurand. Miles in repet. in verbo irregularis, versi. irregularis. vt homicida Pari. consi. 36. numer. 40. volum. 4. Alber. Troti. de vero & perfecto clerico. libr. 2. capit. 16. num. 9. circa quod vide Martin. Nauarr. in manu. confesso. capi. 27. num. 149.

Procedit quidem Inno. & communis

munis sententia in casu in quo loquitur nempe in clerico, qui iã beneficium quęsitum habet, secus autem si solum haberet ius ad rem, per expectatiuam gratiam quæsitum, quia huiusmodi ius expirat, per irregularitatem contractam ex homicidio, vel alia causa, quod pingui minerua declarat Martin. Nauarr. in dicto cap. si quando. excep. 9. fol. 33.

B *Dispensare.* Adde, quod opinio hæc intelligenda est, cum homicida voluntario, quo ad simplex beneficium obtinendum, vt tradiderunt Feli. & Socin. in dict. cap. ad audientiam. de homi. Ioã. Staph. de liter. gratiæ & iusti. fol. 78. qui secus esse existimat. quo ad beneficium curam habens animarum argum. text. in cap. 1. de fil. præsb. lib. 6. Quanuis Ioann. de Ana. in cap. 2. de cleri. pug. in duello teneat hoc casu Episcopũ posse dispensare, hoc quo ad beneficia, at quoad ordinis ministerium, ad tollendum irregularitatis vitium, ex homicidio contractum, solus Romanus Pontifex dispensare poterit. ita tenuerunt Inno. Hostien. Abb. Soc. nu. 95. in cap. sicut dignum. §. fina. de homi, Siluest. in summ. in verbo irregularitas. ad finem Alber. Troti. lib. 2. de vero & perfecto cleri. c. 26. Ferra. caus. 44. quorum opinionem communem esse fatetur. Villad. de irregul. capit. fin. Quæ dispensatio difficilime obtineri solet, nisi is eam impetrat, qui religiosus est, vel esse velit in aliquo mendicantium ordine, vt testatur. Lud. Gomez. in tractat. de expect numero. 88. & Ioann. Staphi. de liter. gratiæ. foli. 193. columna. 2. Qui etiam referunt, solere Romanum Pontificẽ cum voluntario homicida, etiam publico, quo ad altaris ministerium dispẽsare, hac quidem lege, quod intra triennium minime altari ministret, & deinde extra locum vbi homicidium commissũ fuit.

Episcopus potest dispensare cum homicida quo ad ordines, aut beneficia.

Quod locum habet etiam si homicidium fuerit casuale, quia cũ tali homicida, vt sacris ministret vel ad sacros ordines promouea tur, solus Papa dispensat, tenet Abb. in ca. continebatur. de homi. doctores vbi late Socin. nume. 95. in dict. cap adandientiam de homi Regia. l. 51. tit. 6. par. 1. Episcopus vero bene dispensare potest, cum quocunque homicida, vt in minoribus ordinibus iã susceptis possi ministrare. Ita Innocen. Hostien. Ioann And. Cardi. & omnes in dict cap. 2. de cleri. pugna. in duello hoc ex illo tex. colligentes, quorum opinionem magis communem esse fatetur D. Couar. in Clem. si furiosus 2. par. §. 3. num. 5 quę solum procedit in homicida casuali, nó vero inuoluntario Abb in d. capit. 2. Anan. in cap. ad audiẽtiam vbi Felin. colum. fin. & Soci. numer. 95.

Hodie autem sacrosanctum Concilium Tridentin. Sess. 14. capit. 7. de reforma. sancitum est quod is qui homicidium voluntarium commisit etiam si occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines sit promouendus, nec illi aliquod ecclesiasticum beneficium conferri poterit, etiam si careat animarum cura. Si vero homicidium causale fuerit, vel vim vi repellendo perpetretur, casu quo dispensatio concedeuda sit, tam ad sacrorum ordi-

Concil. Trident. Sess. 14. c. 7. de reformat. interpretatur

num & altaris ministerium, quâ ad beneficia & dignitates, & ea committenda est ordinario, aut ex causa metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita & verificatis præcibus dispensare potest. Et sic sacrosanctum concilium tollit facultatem Episcopis concessam, qua poterant dispensare, etiam cum homicida voluntario, quo ad ministerium altaris, in susceptis ordinibus, si is omnino occultus esset ita Archi. in cap. de his. 50. distin. Ancharra. in reg. peccatum colum. 3. de reg. iu. lib. 6. Federi. consi. 168. Quibus suffragatur tex. in capit. nisi cúm pridem de renun. versi. *si tamen culpa latet* quam opinionem non solum quo ad susceptos, sed suscipiendos ordines, sequitur Ang. in summ. in verbo homicidium. 5. quæstio. 1. eam colligens ex Abb. in cap. ex tenore, colum. 3. de tempo. ordi. quam sequitur Alphons. â Castro religione pietate & literis insignis lib. 2. de potest. leg. pœna. cap. vltim. Quanuis dom. Couarrub. (sub dubio tamen forte) asseueret concilij decretum illud intelligi posse, in homicidijs quæ licet occulta sint, probari tamen possunt, & ea ratione non sunt omnino occulta, & sic innuit, in omnino occultis, quæ nullis testibus probari possunt, nec aliter quâm per propriam confessionem, Episcopum posse dispensare, remaneatque in hoc ius commune in tactum. Sed quod stante Concilio Tridentino etiam in occultissimo homicidio, necessaria sit summi Præsulis dispensatio. tenet Simon Maiolus de irregularitate. libro quinto capite. 48. numero. final. quod verius censeo.

Et vide concil. Triden. Sess. 24. cap. 6 de reformati. vbi Episcopis dispensare permittitur in foro cõscientiæ in omnibus irregularitatibus suspensionibus exdelicto occulto prouenientibus, exceptata ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forũ contentiosum.

Erit sana homicidium vt Episcopus iuxta formam concilij possit dispensare quando non animo deliberato nec inito consilio, sed ex acti denti, & superuenienti casu perpetratum est nempe ex rixa, vel inimicitia ex iniuriosis verbis contracta. ex Cardi. Caietan. egregia sent. 2. 2. quæst. 65. arti. 8. in resp. ad tertium cum his verbis inquit. Quantum famam adauctoritatem dispensandi in irregularit te multum refert, quia priuilegiati quibus concessum vt dispẽsare cum irregularibus, nisi sit ex homicidio voluntario contracta irregularitas possunt dispensare cum irregularibus propter homicidium casuale quanuis culpauile siue dando operam rei licitæ siue debita adhibita diligentia, siue dãdo operam rei illicitæ. Hactenus Caietanus, ex cuius verbis patet episcopum hoc constituto casu posse dispensare, & opinionem hanc tenet Dominicus Perez, in rubrica, titulo decimo tertio, *de los homicillos* libro octauo ordinamen. 256.

Episcopus dispensare. Adde quod istam opinionem Dom. quam autor hoc cap. refert & sequitur suprareproba. quę eo casu veraesse potest quãdo in primis literis impetra-

petrationis, ea clausula apposita est, quod renuntiatio lite pendente, ab ipso priuando facta, cedat in vtilitatem ipsius impetrantis, cuius clausulæ meminit Ioã. Staphi. de liter. gratiæ. fol. 64. Probus in addi. ad Ioann. Monach. in dict. ca. Alma mater. quæ clausula concedi solet, post primam priuationis sententiam, non antea quod in dict. loco Stephanus testatur.

Plures casus quibus homicida à pœna mortis excusatur.

D *A pœna mortis,* Adde plures alios casus, in quibus homicida â pœna mortis excusatur, quos cõgerit. Ioa. Neui. in Silua nup. libr. 1. fol. 18. vsque ad 20. Felin. in ca. quærenti. col. 2. de offi. deleg. Lucas de Pena in l. fi aparitor. C. de coartali. lib. 12. Iaſ. in. l. debitoribus. numer. 15. ff. de re iudi. Ioann. Monto. in promptuar. iur in verbo mors, quo loco septem casus scribit & vide Cosm. in pragmatica sancti Galli. titu. quomodo officium diuin. sit celeb. 5. statuti in glo. incip. *Inclinet.* fol. 206. Ioann. a Villam. in l. Diuus. num. 104. ff. de fideic. Add. Abb. in capite. sane. de celebr. miſ. Ludou. Car. in pract. crimi. fol. 121. Anton. Gome. in tractat. delictor. capit 3.

Venefici.

CAPVT. XCV.

1 *Clericus beneficus qualiter iure põtificio puniatur.*

2 *Veneni, præparatio, animo occidendi contingens, an sit punienda morte non secuta.*

3 *Huius criminis atrocitas quanta sit scribitur.*

CLericus qui veneno quenquam occidit, præter id quod in pœnam homicidij, de qua supra incidit quia vero grauius delinquit quam simplex homicida, digne post depositionem grauiori detrusione & longiori punien dus est. Plus enim est veneno hominem necare, quam gladio, vt in l. 1. C. de male & mathe. Vnde dicunt Butri. & Bald. in l. Nemo. C. de summa tri & fide catholica, quod qui veneno occidit, dicitur proditorie occidere: a quod a refert Ioann. de Ana. in cap. 1. column. 1. de homici. Et idem dicit Bald. in l. Cum fratrem. de his qui bus vt indig. vt refert. idem Ana. in cap. 13. colum. in fin. de sortileg. & Decius in cap. quæ in eccle siarum: colum. 5. num. 14. de consti. qui alia allegans infert ad statutum Ex quo dantur aliqua speb cialia in occidendo veneno, quę non militant in homicida simplici, vt ibi per eos. Et huiustam exe 2 crabilis delicti odio crederem etiam quod clericus qui venenum emit vt daret alicui tamen parauit, & per eum non stetit eadem pęna puniatur, ac si dedisset, b iuxta sententiam Barth. in text. ibi, b in l. 1. in fin. ff. ad l. Pompe. de parric. cuius meminit Ioann. de Annani. in rub. de patri. qui fili, occi. circa principium. & Felinus, in tracta. Quando conatus puniatur, column. 2. num. 9. versicu. falit. s. licet. Barto. ibi seuerius hoc dicat, & nõ curet an stet per emptorem veneni. vel non. quominus occidat. Quod præcipue magis locum sibi vendicat in his Hispaniæ regnis: cum per. l. 7. tit. 8 part. 7. taliter emens ve-

c neum vt homicida puniatur.c
3 Nec hoc alicui videatur crudele, cum tanta sit huius facinoris nequitia: sufficit namque hominibus inter tot armorum genera natis mortem ipsam formidare, absque eo quod in ipso cibo & potu (sine quibus viuere impossibile est) mortis timor misceatur. Quid enim miserabilius est, quã vno eodemque tempore, cũ spe viuendi, & timore moriendi cibum sumere? Vnde vt tantũ scelus ex mentibus hominum euellatur, nulla pœna iniuste potest statui. In vna præterea huius delicti specie debent iudices seuerius animaduertere, si quando forsan compertum habuerint clericum aliquem occidisse, vel occidere procurasse alterum veneno in calice propinato: neque arbitretur quispiam hoc tam ne-
d fandum scelus nusquam accidisse. aIntellexi ego & temporibus istis clericum clerico, & religiosum religioso in calice, dum sacra mysteria celebrarent miscuisse venenum, quanuis diuina misericordia, aut debilitate veneni neminem mori contigeret. Quis enim in tantum nefas committentes non inuehatur, qui cum ipso vitæ æternæ poculo saluberrimo, temporalem miscent interitum. qui insuper cum ipso redemptoris sanguine precioſissimo, quo cunctorum animæ redemtæ sunt, necem corporum inuoluunt? Hoc equidem abominabile scelus pœna traditionis curiæ seculari, ex noua Ecclesię, aut Roma. pontifi. declaratione puniendum dignissime censerem
e e vbi de dilectione Dei, & proximi mandatum, in quo tota lex pendet, infringitur. Et alicui vnquam iudici citra ecclesiæ declarationem propter criminis enormitatẽ opinio Ancharra. & Abb. de qua in cap. seq latius tractabimus, iusta & sequenda videbitur in hoc tali facinore potius quam in aliquo alio locum habere poterit.

Roditorie occidere. Adde Alexand. consi. 145. nu. 6. lib. 7. Cudo. Car. in practica. crimi. §. homicid fo. 34. Bossi. in delictorum tracta. titul. de homici. num. 14. pag. 202. Hypp. in rub. de Siccar. nu. 5. Anto. Gom. in 3. tho. ca. 3. nu. 7. qui pro hac opinione allegat Regiam l. 16. ti. 23. par. 3. A B

Ac si dedisset. Adde vt melius nostris autoris traditionem, & quod difusse nimis, doctores diuersis locis tradiderunt, perfectionis interprætationis causa, duo a nobis casus sunt constituendi.

Tentasaliquẽ veneno occidere quando ordinaria crimi nis pœna puniatur

Primus cum quis tentauit aliũ veneno occidere, & ea ratione, venenum emit sed non propinauit, quia forte pœnituit, vel fuit impeditus, equidem pœna extraordinaria, iudiçis arbitrio plectẽdus est. Bald. consi. 443. li. 3. Ang. in l. 1. §. sit iniuria. ff. de extraordi. crimi. Paris. consi. 167. nu. 13. lib. 4. Crem. sing. 49. Gram. decisi. 2 nu. 7. & cõsi. 36. nu. 19. D. Coua in Cle. si furiosus. 2. p. relicti. n. 11. quo loco scribit, hoc casu intelligendam esse eam consuetudinem, quam toto terrarum orbe vigere doctores testantur nempe conatum ad effectum minime productum. non puniri: intelligendum quidem est, deconatu remoto, vt is non puniatur ordi-

ordinaria criminis pœna, sed extraordinaria.

Secundus casus est, cũ quis ad actum proxmũ accessit vt quia venenum propinauit, sed venenatus adhibitis medicamentis, mortem effugit is ordinaria pœna animaduertendus est. Ita intelligẽdus est autor noster & Doctores ab eo allegati & D. Couarr. d. n. 11. qui tradiderunt in his atrocioribus criminibus, conatum actui proximum, ordinaria pœna puniri, & sic interpretatur gloss. in ca. 1. in verbo, ad mortem, vbi Bald. de præsum. & sentit Bossi. in dict. titu. de homi. numero. 13. & titulo. de mandato ad homicid. num. 14. & in Gallia sic receptum esse testatur Pap. libro 23. Rhapsod. arresto. 1. & 2. Petrus Gregori. in 3. parte syntag. iuris vniuersi lib. 26. cap. 18. numero. 18. qui multa in huius crimin is detestationẽ diligentissime scribit. Ex quo colliges verba authoris non percepisse Petr. Foll. in pract. crimina. cano. 2. part. cap. 23. numer. 3. qui passim non pro ratione, sed ad emulationem carpere conatur.

C *Puniatur.* Adde textus. in. l. 3. ff. de Siccar. vbi. Aug. & Hyppo. de Marsi. & quo pacto hoc intelligendum sit explicat. Gregor. in dict. l. 7. in verbo, *a sabiendas*, & Antonius. Gome. libr. 3. delictorum. capite. tertio. numero. 9.

Accidisse. Adde Caro. Molin. in consuetud. Pari. 1. par. titulo. 1. in princip. numero. 99. qui scribit Imperatorem Robertum vtriusque Siciliæ Regem die. 15. Augu. ann. 1313. scelestissimo mortis genere, nempe Eucharistia intoxicata. interfectum fuisse. D

Dignissime censerem. Hodie sane quod autor noster desideravit sanctissimus Pontifex Sixtus quintus nouissima constitutione definuit aduersus clericos qui venenis medicamentis potionibus, vel alijs modis abortus maturi, siue immaturi animati, siue inanimati fœtus eiectionem procurauerint vel venena aut potiones, ne mulieres concipiat propinauerint, vel consilium præstiterint. deponendi, & degradandi sũt â iudicibus Ecclesiasticis âquibus sæculari curiæ postea tradendi sunt vt capitalem pœnam patiantur. aliæ etiam pœnæ contra clericos & laycos dicta constitutione continentur, quam quia locusistæ exposcit. in studiorũ gratiam scribere constitui.

SANCTISS. D. N. SIXTI Diuina prouidentia. PP. V.

Contra Procurantes, Consulentes, & Consentientes quocumque modo Abortum.

CONSTITVTIO.

SISTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EFFRENATAM Perditissimorũ hominum contra diuinæ legis præceptum de non occidendo peccandi audaciaum, atque licentiam sanctissimis legibus, varijsque constitutionibus sæpius repressam animaduertentes cogimur nos quoque in supremo iustitiæ throno à Domino constituti, iustissima ratione suadente, vetera iura partim innouando, partim ampliando, eorum etiam immanitatem pari pœna proposita coercere, qui immaturos fœtus intra materna viscera adhuc latentes crudelissime necare non verentur. Quis enim non detestetur tam execrandum facinus, per quod ne dum corporum, sed quod grauius est etiam animarum certa iactura sequitur? Quis nos grauissimis supplicijs damnet illius impietatem, qui animam Dei imagine insignitam, pro qua redimenda Christus Dominus noster pretiosum sanguinem fudit, æternæ capacem beatitudinis, & ad consortium Angelorum destinatam á beata Dei visione exclusit, reparationem cœlestium sedium quantum in ipso fuit impediuit. Deo seruitium suæ creaturæ ademit? qui liberos prius vita priuauit, quam illi a natura propriam lucem accipere, aut se materni custodia corporis ab efferata sæuitia tegere potuerint? Quis non abhorreat libidinosam impiorum hominum crudelitatem vel crudelem libidinem, quæ cousque processit, vt etiam venena procuret ad conceptos fœtus intra viscera extinguendos & fundendos, etiam suam prolem prius interire, quam viuere, aut si iam viuebat, occidi antequam nasci nefatio scelere moliẽdo. Quis deniq; nõdãnet grauissimis supplicijs illorũ scelera, qui venenis potionibus, ac maleficijs mulieribus sterilitatem inducunt, aut ne cõcipiant, neu pariãt maleficijs medicamẽtis impediut? Maleficos,

S. Aug. lib. 1. de Nupt. & cõcupisc. capi. 115. Exod. c. 22.

inquit

inquit Dominus ad Moysen, non
S. Hier. in Epist. contra Rufinum patieris viuere: nimis enim impudenter cõtra Dei voluntatẽ se opponunt, qui, vt S. Hieronymus ait, dum natura recipit semen, receptum, confouet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit, dum inter ventris angustias Dei manus semper operatur: idemque corporis creator & animæ est, impie despicit bonitatem figuli, id est Dei, qui hominem plasmauit, fecit & voluit, si quidem vt S. testatur Ambrosius, Non mediocre manus est Dei dare liberos propagatores generis. Diuinum donum est fœcunditas parientis, eodemque tempore dirohoc flagitio priuantur liberis parentes qui genecauerant, vita filij qui generati sunt, matres coniugi præmijs, terra quæ ab his coleretur: mundus qui ab eisdem cognosceretur, Eccl siæ quæ deuotæ numero plebis aucta gauderet.

S. Amb. in cõ. super Lucã Euangel. cap. 1. de Zacha. confir. Conc. To 2. Eod. To. Conc.

VNDE Non immerito sexta Synodo Constantinopolitana sancitum est, vt personæ quæ dant abortionem scientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidę pœnis subijciantur: sed & veteri concilio Ilerdensi cautum est: vt qui conceptos ex adulterio fœtus necare studerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, si postea pœnitentes ad Ecclesiæ mansuetudinem reccurrant, omni tempore vitę suę fletibus & humilitati insistant si vero Clerici fuerint, officium ministrandi eis recuperare non liceat, omnesque tam Ecclesiasticę, quam profanæ leges grauibus pœnis afficiunt eos qui in vtero, matris puerperium interimi, aut ne mulieres concipiant, siue vt conceptos fętus ejciant, nefarie machinantur. Nos igitur post repressam eorum temeritatem qui matrimonij iura violare, & quantũ in ipsi est vinculũ indissolubile disoluere præsumũt, quiue turpioribus quibusdam incestis se inquinare non erubescunt, hoc quoque malum, quantum viribus nobis a Domino traditis contendere possumus, nostris potissimum temporibus exterminare volentes. Omnes & quoscunque tam viros quam mulieres cuiuscunque status, gradus, ordinis, ac conditionis, etiam Clericos sæculares, vel cuiuscuis ordinis regulares, quauis dignitate & præeminentia Ecclesiastica, vel mundana fulgentes, qui de cætero per se aut interpositas personas abortus, seu fœtus immatur tam animati quam etiam inanimati, formati, vel informis, ejectionem procurauerint percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribusque mulieri pręgnanti impositis, ac alijs etiam incognitis, vel maxime exquisitis rationibus, ita vt re ipsa abortus inde secutus fuerit, ac etiam prægnantes ipsas mulieres, quę scienter præmissa fecerint, pœnas tam diuino quam humano iure, ac tam per canonicas sanctiones & Apostolicas constitutiones quam ciuilia iura aduersus veros homicidas qui homicidium voluntarium actu & re ipsa patrauerint, propositas & inflictas (quorũ

omnium tenores his nostris litteris pro expressis, & ad verbum insertis habemus) eo ipso incurrere hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus & ordinamus, ipsaque pœnas leges & constitutiones ad casus præfatos extendimus. Eos vero qui Clerici fuerint, omni priuilegio clericali, officijs, dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis, quæ sic vacatura nostrę & Sedis Apostolicę dispositioni perpetuo reseruamus, ipso facto priuamus, & in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernimus, adeo vt illi qui hoc delictum commiserint, non secus atque ij qui sua voluntate homicidium perpetrauerint iuxta Conc. Tridentini decreta, etiam si crimen id nec ordine Iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, ad sacros ordines promoueri, aut in susceptis ordinibus ministrare nullo modo possint, nec illis aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarũ, conferri liceat, sed omni ordine ac beneficio & officio perpetuo careant, nec non & illos qui Clerici non fuerint, & talia perpetrauerint non solũ pęnas incurrere supra narratas, sed etiam inhabiles ad ordines, & alia prædicta decernimus & declaramus. Volentes quod hi qui foro Ecclesiastico subiecti vt prę fertur, deliquisse comperti fuerint, per Iudicem Ecclesiasticum depositi & degradati, curiæ & potestati sæculari tradantur, quę de eis illud capiat supplicium quod contra laicos vere homicidas per diuinas leges, ac ciuilia iura est dispositum. Præterea: eisdem pœnis teneri omnino statuimus eos qui sterilitatis potiones ac venena mulieribus propinauerint, & quominus fœtum concipiant impedimẽtum præstiterint ac ea facienda & exequenda curauerint, siue quocunque modo in his consuluerint, ac mulieres ipsas, quæ eadem pocula sponte ac scienter sumpserint. Quo circa mandamus vniuersis & singulis Iudicibus ordinarijs, & delegatis, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, quibus contra criminum reos etiam quo ad causas huiusmodi de iure vel ratione delicti, aut personarum legitime cõpetet iurisdictio, ita tamen vt inter eo præuentionis locus sit, vt in his delictis quę vt plurimum in occulto perpetrantur, contra quoscunque non solum per accusationem & delationem, verũ etiam per inquisitionem, ac simplicem denuntiationẽ procedãt ac ad illa probanda testes aliâs de iure inhabiles, eorundem tamen Iudicium arbitrio habita ratione personarum, causarum & qualitatum illarum, ac circunstantiarum quarumcunque admittant, ac in eos qui culpabiles fuerint, prout per nos sancitum est, demum animaduertant.

C. Si aliquis de homicid. volunt. vel causali.

INSVPER Vt immanissimi huius delicti grauitatinon solum temporalibus, verum etiam spiritualibus pœnis prospiciamus, ac prouideamus, omnes & singulos cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existentes, tam laicos quam clericos sęculares & cuiuscunque ordinis regulares, nec non mulieres sæculares, vel quecumque ordinem professas, qui vel quę ve

vti

vti principalis vel vt ſociæ conſciæue ad tale facinus committendum opem, concilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuſcunque generis medicamenta ſcienter dederint, ac etiam ſcribendo litteras priuatas vel apochas vel alias verbis aut ſignis iuuerint, aut conſuluerint (vltra ſupradictas pœnas) ipſo facto, nũc prout extũc excommunicamus, & pro excõmunicatis declaramus. Decernentes ac declarantes, quod per quæcunque Iubilea, & Indulgentias per nos & ſucceſſores noſtros etiam anno Iubilei, aut alio quouis tempore etiam Cruciatæ ſanctæ Iubilei vel quouis alio titulo conceſſas & concedẽdas nec non per quaſcunque litteras Apoſtolicas quibuſuis Principibus, ſeu ad eorum inſtantiam per nos & ſucceſſores noſtros pariter conceſſas & concedendas, ac etiam vigore priuilegiorum maremagnum, vel alias quomolibet nuncupatorum quibuſuis Congregationibus Regularium, aut Epiſcopis vigore Cõcilij Tridentini, vel alias per nos & prædeceſſores noſtros quomodocũque conceſſorum, vel in futurum concedendorum, nec perſonæ ſicut præfetur delinquentes & excommunicatæ præterquam in mortis articulo, abſolui valeant, nec cum ijs clericis qui huiuſmodi delicta perpetrauerint, etiam ſi eorum crimen occultum fuerit ſuper Irregularitate præmiſſorum occaſione contractanec per locorũ ordinarios nec per alios quamuis auctoritate fungentes quam per nos & per Rom. Pont. noſtros ſucceſſores, & tunc non niſi vrgentiſsimis de cauſis diſpenſari poſsit. Ac tam abſoluendi quam diſpenſandi facultatem huiuſmodi etiam quoad forum conſcientiæ in caſibus ſuperius expreſsis nobis & ſucceſſoribus noſtris dũtaxat reſeruamus: Statuentes ſic in præmiſsis vniuerſis & ſingulis per quoſcumque Iudices ordinarios & delegatos etiam cauſarum Pal. Apoſtolici Auditores & S R.E. Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet qualibet aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate in quauis cauſa & inſtantia iudicari & diffiniri debere. Irrituque & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquamquauis auctoritate ſciẽter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, aut alijs legibus aliter forſan circa præmiſſa diſponentibus, aut in caſibus præfatis diſtinguentibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium litterarũ exẽplis etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ originalibus litteris exhibitis adhiberetur. Quodque eadem ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campifloræ de more publicatæ & affixæ, dimiſsis inibi earũ exẽplis poſt quindecim dierum ſpatium a die huiuſce publicationis numerandos, quecumque afficiant, ac ſi vnicuique forent intimatę, cum non ſit veriſimile quẽquam ea poſſe ignorare quæ palam ac publice fuerint euulgata. Nulli ergo omnino hominum li-

ceat hanc paginam nostræ constitutionis, statutorum, ordinationis, extensionis, decretorum, declarationum, voluntatum, & mandati infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem secus id attentare præsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ in monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo. Quarto Cal. Nouembris. Pontificatus nostri anno quarto.

Quæ sane egregia constitutio moderata & limitata fuit â Sanctissimo Gregorio decimo tertio cuius constitutionis tenor talis est.

S. D. N. D. GREGORII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE. XIIII.

Constitutio moderatoria Bullæ feli. rec. Sixti P P. V. contra Abortum quouis modo procurantes.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SEDES Apostolica pia mater assiduæ sentiẽs põderis sibi incumbentis in procuranda salutẽ animarum, pretioso Christi Domini sanguine redemptarum, grauitatem, & magnitudinem, in re tanti momenti, vt par est, magis indies solicita, eundemque optimũ finem semper ante oculos propositum habens, nihil vnquam intentatum pretermittit eorum, quæ ad fidelium animas in viam salutis dirigendas iudicat pertinere. Quare nemini mirum videri debet, si interdum quidem contumacium fidelium audaciam pœnarum seueritate deterret. Rursus eisdem, si ad corredire velint, & peccati veniam humiliter exposcere, maternum aperit sinum viãque ad pœnitentiam eis sternit faciliorem, ac mansuetudine congrua rigorem temperat, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum si quidem fel. rec. Sixtus Papa. V. prædecessor noster, iustitiæ zelo accensus, contra procurantes abortum fœtus, tam animati, quàm inanimis, eiusque grauissimi sceleris participes, & adiutores, nec non contra eos, qui mulierum fœcunditatem impedirent, & sterilitatis potiones, seu venena præberent cõstitutionem edidit, sub dat. iiij. kal.

ka Nouembris, Pontificatus sui anno tertio, per quam vltra diuersos spirituales, & temporales pœnas, etiam inter alia excommunicationis sententiam contra eos promulgauit, sibique & successoribus suis tantum absoluendi facultatem reseruauit, prout in eadem constitutione plenius continetur. Cum igitur postmodum experientia docuerit, ex remedio huiusmodi non eam, quę sperabatur, vtilitatem, & fructum prouenisse, verum potius multis Sathanę malitię ad peccandum inductis, difficiliori ob soli Sedi Apostolicæ reseruatam absoluendi facultatem, reddito ad pœnitentiam aditu, eos â nefarijs huiusmodi flagitijs perpetrandis, non solum non retraxisse, sed etiam plurimorum sacrilegiorum, grauissimorumque peccatorum, & scelerum occasionem dedisse. Nos igitur animaduertentes claudium Ecclesiasticæ disciplinæ, præsertim quoad censuras, & pœnas spirituales ita exercendum esse, vt ad medicinam tendat, non ad perniciem animarum, verumque Pastorem, cuius vicies in Terris gerimus, quantum (diuina eius gratia adiutrice) possumus, imitari volentes, qui venit animas hominum saluare, non perdere, neminique, quantumcunque grauiter, & enormiter delinquerit, viam salutis precluſit, quin potius ad eam assequendam copiose remedia adhibuit, ac nobis reliquit, & simul vtilius censentes, vbi nec de homicidio, nec de animato fœtu agitur, pœnas non imponere durieres is, quę per sacros Canones, & leges prophanas sunt inflictæ. Habita super hoc cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super negocijs, & consultationibus Episcoporum, deputatis matura deliberatione, de eorum consilio, constitutionem prædictam sic duximus moderandam, vt a peccato, & excommunicatione contra personas ibi expressas lata, tam quoad eos, qui hactenus deliquerunt, quam quo ad illos, qui post nostram constitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet presbyter, tam sæcularis, quam cuiuscuis ordinis regularis ad Christi fidelium confessiones audiendas per loci Ordinarium approbatus, plenam, & liberam in foro conscientiæ tantum absoluendi habeat facultatem, eandem prorsus, quam idem Sixtus prædecessor sibi, ac suis successoribus reseruauit. Quo vero ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunque modo auxilium vel consilium eis dantium, in prędicta constitutione contentas, constitutionem præfatam in ea parte, vbi de his agit, ad terminos iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem, auctoritate Apostolica tenore præsentium, tam quoad præterita, quam quoad futura, perpetuo reducimus, perinde ac si eadem constitutio in huiusmodi parte nunquam emanasset. Non obstantibus eadem

prędc-

prædeceſſoris noſtri conſtitutione, quam quoad rel. qua omnia, præter contenta in hac noſtra conſtitutione in ſuo robore omnino permanere volumus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici munitis eadem prorſus fides habeatur in iudicio, & extra illud, quæ eiſdem originalibus haberetur exhibitis vel oſtenſis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum moderationis, reductionis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Romæ in Monte Quirinali. Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, prid. kal. Iunij, Pontificatus Noſtri Anno primo.

Parricidique.

CAPVT. XCVI.

1 *Clerici parricidium vel aliud enorme homicidium perpetrantes, cui pœnæ ſint obnoxi.*

2 *Refertur caſus memorabilis qui cõtingit ciuitate Hyſpalẽ. anno Domini. 1539. menſe Iuli.*

3 *Petri Rebuffi opinio quædam confutatur.*

1 a PArricidium commitentes, [a] vel alias homicidium enorme perpetrãtes, vt ſi Epiſcopum vel præsbyterum occiderent, concludit Abb. in cap. At ſi clerici. in p. in. de iudi. colu. ante pe. poſt Petrum de Ancha in quadã diſputatione ſua, & in repeti. regulæ, ea quæ. 19. quæſt. de regu. iuris & in conſilio. 158. Ex narratis in facto. colum. 2. debere deponi, & tradi ſtatim curiæ ſæculari, non expectata incorrigibilitate, [b] & tradi etiam Abb. in cap. b Cum non ab homine. colum. 7. de iudi. & ibi etiam Bald. Idem Abb. in capi. 1. in fin de homi. & in cap Nouimus de verb. ſignifi. & Barbd. in conſi. 65. colum. 3. lib. 1. Et Feli in cap. 1. in. 16. col. de conſt. vbi in ſimili plura addu cit. Idem Felin in cap. inquiſitionis. colu. 2. in princip. de accuſa. & iſta opinio videtur habere magnam æquitatem, vt delicta puniantur debita pœna, vt dicit Decius in dict. ca. At ſi clerici. in col. 23. verſic Et prædicta. qui dicit vidiſſe illam ſeruari Florentiæ per vnum commiſſarium. Et vide Angelum in tractat. maleficiorum, in parte, & ibi, caput a ſpatulis amputetur. 12. colum. dicẽtem notandam eſſe ſententiam Ancharra. quia de facto vidit eã ſeruari in raptore adulterante quandam mulierem. Et vidi ibi Auguſtinum in additionibus aſſerentem, quod ſtringunt rationes Ancharra. & Abb. & quod ita alias practicauit, quia multi doctores moderni illam partem tenent, & alias fuit cum doctoribus iurii Canonici in maxima diſputatione. qui ſemper volunt defendere clericos. Et vide Floren. in 3. parte, titu. 27. cap. 4. in col. fin. in fin qui refert temporibus ſuis Papam Martinum tradidiſſe

curiæ

curię sæculari sacerdotem quendam degradatum, qui interfecerat Sacristam sancti Petri, vt rapere posset bona Sacristiæ, qui fuit occisus per iudicem sæcularem, quanuis iurisperiti consuluerunt non esse tradendum curiæ propter tale delictum. Et vide Guliel. Benedicti in. 3. parte repeti. cap. Rainutius. de testam. in quæst. de homicidio. vbi dictam opin. Petri de Ancharr. latè examinat in casu occurrenti contra quendam clericum præsbyterum, qui commisit qualificatum homicidium, & in pen. colum. illius, quæst. dicit, quod dicta opinio, per ea, quæ ipse refert, remaneret communior, & quod quanuis non esset communior, videretur magis tenenda quâm alia, ex eo quod fulcitur textibus, & rationibus euidentibus, quæ quidē opinio in casu illo ita fuit seruata. Nam ille presbyter fuit actualiter degradatus & traditus curiæ sæculari, vt constat ex processu ibi ante quæstionem in summa relato. Et ego etiam audiui â fidedigno doctore Parisien. vidisse cum anno Domini. 1530. Episcopum Parisiensem Franciscum Pōcher degradasse quendam sacerdotem ad valuas ecclesię maioris Parisiensis, & tradidisse eū curiæ sæculari, quem susceptum iudex sæcularis damnauit primo ad pœnam absciſsionis manus ante ianuam collegij Eduensis, & demum vt viuus combureretur in platea sancti Ioannis Engreua prout factum fuit ipso vidente. Quam pęnam passus est, eo quod occiderat animo deprædandi rectorem cuiusdam opidi non longè distantis, habitantem in dicto collegio Eduensi, cuius ille famulus fuerat, & vices in parochia gerebat. Et vide Arnaldum Alber. in cap. Quoniam de hæret. lib. 6. colum. 124. qui postquam retulit hanc opinionem, & eius fundamenta per sex colum. præcedentes dicit, quod attenta malignitate modernorum temporū in quibus clerici, & omne genus hominum procliue est ad malum, non esset ponere os in cęlum, seruare istam opinionem in practica, & in hoc consuleretur pacifico statui Reipub. & multi effrenati clerici â malis retraherentur. Et hæc opinio practica fuit, anno. 1536. in mense Iulio, in celebri illa ciuitate Hispalens. per Reuerend. Cardin. Archiepisc. illius iudicē â sede Apostolica delegatum cō tra quatuor religiosos monasterij ordinis sancti Augustini ipsius ciuitatis, qui diabolica suggestione decepti fratrem Ioannem *de las casas*, in sacra Theologia magistrum prouincialem suum occiderunt, qui omnes publicē degradati statim traditi fuerunt curiæ seculari, & furca suspēsi quorum vnus vocabatur frater Alfonsus de *Badajoz*, qui erat prior illius monasterij, alius frater Rodericus *de la Rocha*, & alij duo fratres Andreas *de la Cruz*, & frater Ioannes Piloto, qui eodem die (quia cum magno cordis dolore seipsos accusantes, post damnationis sententiam delictum fuerunt confessi publicē) ê furca depositi. Postea vero, cum maximo honore associantibus fratribus omnium ordinum in propriomonasterio sepulti sunt. Qui autem tanquam iurisperiti fuerunt ad determinationem causæ vocati,

& quo-

& quorum consilio, sententia lata fuit, sunt sequentes. Dominus Sebastianus *Ramirez* Episcopus sancti Dominici, in insula *Spaño!a* licentiatus Ioannes *Suarez de Carnajal*, nostris regalis consilij Indiarum vnus, licentiatus *Brizeño*, eiusdem ciuitatis Hispaleñ. præses, licentiatus Ioannes *Teminno*, eiusdem & totius Archiepiscopatus prouisor, licẽtiatus Petrus *Corral*, illius officialis ac generalis Vicarius, licentiatus *del Corro*, & doctor Petrus *Diaz*, hæreticæ prauitatis inquisitores, & licentiatus *Otalora*, Iudex audientiæ supræmę illius ciuitatis, quam vulgus *gradosi*, vocat. Vt autem de tenore Apostolicę commissionis eidem Archiepiscopo Cardinali super hoc factæ habeatur notitia, tenor literarum in forma breuis super hoc expeditarum talis est.

Dilecto filio nostro Alfonso Basilicæ duodecim Apostolorũ præsbytero Cardinali Hipaleñ. nuncupato Paulus Papa tertius.

Dilecte fili noster salutẽ & Apostolicã benedictionem Exponi nobis fecisti, quod licet aliàs tu certos fratres domus sancti Augustini extramuros Hispaleñ. ord. inis fratrũ Eremitarũ eiusdẽ sancti, qui diabolica (vt creditur) suggestione seducti, nocturno tẽpore eorũ tũc prouinciale in lecto requiescentẽ appensata cõspiratione laqueo suffocatum vulneratumque inhumaniter interfecerant, quil usdam alijs etiam dicti ordinis fratribus sibi ad id opem, auxilium, consilium, & fauorem præstantibus, ne fugam arriperent carceribus mancipari mandaueris & feceris. Quia tamen tu in eosdem malefactores iuxta priuilegia & indulta Apostolica dicto ordini concessa, nullam iurisdictionem habere sciebas, tandiu in præmissis duxisti supersedendum, donec nos & Apostolicam sedem quid super eo fieri oporteret cõsuleres. Consulationi itaque tuæ super hoc nobis porrectæ respondẽtes, circunspectioni tuæ per præsentes cõmittimus & mandamus, quatenus si & post quam (assistentibus tibi ad hoc duobus dicti ordinis fratribus, quos ad id duxeris eligendos) ex actis de & super præmissis coram te hactenus habitis, vel in posterum habendis, tibi legitime constiterit ita esse prout superius enarratur (ne si tam horrendum facinus impunitum remaneat, alij ad similia & deteriora perpetranda inuitentur) contra dictos fratres malefactores, ac quoscunque alios etiã exemptos, quos tanti facinoris inueneris patratores seu culpabilis iustitia mediante procedas. Nos enim tam illos qui ad capiendum & detinendum, inquirendumque & examinandum dictos malefactores, quam etiam executioni demandandi sententiam contra ipsos desuper legitime ferendam, vel alias quomodolibet in eos præmissorũ occasione manus iniecerunt violentas etiam si ad vltimum suplicium deueniendum, excommunicationis sententiam à canone generaliter promulgatam, irregularitatisque & inhabilitatis, aut alias censuras & pœnas ecclesiasticas minime incurrisse, neque incurrere, sicque per quoscumque iudices iudicari, diffiniri & interpre-

tari

tari debere, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi, diffiniendi & interpretandi facultate & autoritate decernimus. Teque & eorum singulos a sententia, censuris & pœnis prædictis, si quas præmissorum occasione ex dicta car ceratione forsan incurristis, Apostolica autoritate tenore præsentium absoluimus. Volumusque vt si locus sit degradationi & traditioni, curiæ seculari, tu vel catholicus Antistes per te eligendus vna cum duobus alijs Episcopi, aut si eorum copia commode haberi non poterit, cum vno Episcopo & vno Abbate ad degradationem huiusmodi procedere valeatis. Non obstantibus præmissis, ac de certo episcoporum numero in degradationibus huiusmodi adhibendo, nec non quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis dicto ordini & illius fratribus concessis, quibus illorum omnium tenores & formas eisdem præsentibus pro expressis habentes hac vice duntaxat illis alias in suo robore permansuris harum seriè specialiter & expresse derogamus. Cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, Die 21. Octobris. 1535. Pontificatus nostri anno primo Blosius. Vigore cuius commissionis dictus dominicus Cardinalis vt seruaret illius seriem assumpsit secum duos prouinciales dicti ordinis, qui vna cum eo in processu & diffinitione causæ assisterent. tamen ꝙ sæpius summiratus quo modo in prædicta cõmissione Apostolica bis conditionaliter dictũ fuerit, videlicet, *Etiã si ad vltimum supplicium esset*, deueniendum, & iterum, *Si locus sit degradationi & traditioni curiæ sæculari:* cum conditio ista in casu præsenti potius erat iuris quam facti, & ideo consultores Romani pontificis quorum cõsilio prędictę literæ emanarunt, melius nosse poterant vel debuerant, an narratione prædicta existente vera & probata prędicti fratres essent post degradationem tradendi curiæ seculari vel non. Nisi forte tacite voluerunt sentire quod Romanus Pontifex concederet dicto Cardinali potestatem arbitrandi, an attenta probatione & qualitate facinaris, & alijs circunstantijs, illi essent tradendi curiæ seculari, vel non. Non obstante quod ille casus non esset expressus in iure, propter quem possit tradi sacerdos curiæ seculari, quam obrem vt quisque valeat super hoc considerare mẽtem pontificis, libuit prædictam commissionem inserere. Contrariam tamen opinionem sequitur & dicit esse communem Areti in d. cap. Cum nõ ab homine. in colu. 9. infi. qui in duabus colu. sequentibus refert fundamenta Abb & respondet ad ea, & eam dicit de iure veriorem Decius, vbi supra, qui etiam refert fundamenta Abb. & quæ ad ea respondet Aret. & dicit, ꝙ pro hac opinione plura adducit & sileuia And. Siculus ibi, & põderat pro ea idẽ Decius tripliciter tex. in dict. c Cũ non ab homine, & hãc dicit esse cõmunem opini. glos. & Docto. Arnal. Alber. vbi supra, in fin dict. columna. 124. versicu. Nihilominus tamen. & sic quod clericus quantuncunque graue delictum commiserit etiam qualificatum nõdebeat actualiter degradari, & tradi curiæ seculari, nisi sequuta incorri-

corrigibilitate, aut in casibus expressis in iure, â qua communi opinione dicit non esse recedendum in iudicando & consulendo quem vide per. 16. colu. sequentes, vbi refert plura fundamenta huius communis opinionis, & tandem respondet ad ea quæ adduxerat pro opinione contraria. Mihi vero (saluo semper meliori iudicio) videtur quod si in aliquibus casibus ob immanitatem criminis, & magnum scandalum populi inde sequutum visum fuerit iudicibus delegatis vel ordinarijs sequendam opi. Anchar. & Abb. quod hoc solum posset habere locum in clericis primæ tonsuræ tantum sic enormia homicidia perpetrantibus, cum illi non possint sic appellari Christi Domini, illisque beneficium (ne per secularem puniantur iudicem) magis ab ecclesia, quam a iure diuino concessum videatur. Quorum numerus vltra mentem Ecclesiæ tantum excreuit, & quorum malitia tanta est, vt grauiora semper fere audatius, & frequentius ab illis, quam ab alijs perpetrentur. In cuius meæ opinionis confirmationem possem alia nõ impertinenter referre, quæ collegit Hispanus noster Ioannes Lupi. in tracta. de libertate ecclesiastica, in. 2. par. q. 5. quę tamen transcribere nolo, cum volentibus ea legere facilitas adsit. In alijs vero sacri ordinis clericis, sacerdotibus maximè communem opinionem sequendam censeo, tametsi iustum iudicarẽ quod hodie per concilium, aut per Roma. Pontifi. aliqui grauissimi excessus annotarentur, in quibus clericus etiam sacerdos post degradationẽ traderetur curiæ seculari vt saltẽ timore pœnæ aliquorum clericorum insolentia temperaretur. Et aduerte, quod Petrus Rebuff. in tractat. de pacificis possessoribus in pagina. 48. videtur extendere text. in capit. 1. de homi. in. 6. dũ imponit pœnam priuationis beneficiorum ipso iure mandantibus alios interficere per assassinos, ad illos, qui interficiunt parentes vel alterum eorum, seu fratres, aut clericum, vt tales etiam ipso iure sint priuati beneficijs. Pro quo allegat Felin. in cap. Inquisitionis. de accusatio. & And. in cons. 3. quanuis ibi Ana. nihil de priuatione beneficiorum scripserit: saluo tamen meliori iudicio ego credo, quod hęc opinio non sit vera, quia non sufficit Doctorum autoritas ad iudicandam priuationem beneficiorum ipso iure propter quancunque grauitatem delictorum: hoc est enim conditoris canonum, non Doctorum scribentium. Nec sufficit, quod Fel. adducit, quia licet sint plures Doctores asserẽtes, quod clericus committens delictũ qualificatum possit tradi curiæ seculari, non seruata forma cap. cum non ab homine, vt ego supra latius scripsi. non sequitur per hoc quod talia delicta qualificata inducant priuationem beneficiorũ ipso iure, cum hoc Doctores nõ dicant, nec ad hoc sufficeret eorum autoritas.

Parricidium committẽtes, Vide multa, quæ circa huius criminis grauitatem & punitionem elegantissimê scribit D. Couarru. in Clemen. si furiosus. 2. par. in initio, A *Nota in huiuscriminis detestationem.*

tio.numer.12.de homicidio Petrus Gregor.3.par. Syntogma. lib.26.cap. 24. De quo eleganter Plato.9.de legibus inquit. *Si possibile esset sæpius aliquem mori iustissimum esset sæpius parricidam interfici.* Et Solon(quod neminem commissurum tâm graue scelus existimasset nihil de eo decreuit, vt Cicero pro Roscio Amerino refert.

B *Non expectata incorrigibilitate.* Adde Alciat.in cap cum nonab homine.num.22.de iudi.qui opinionem istam sæpissimè in practica receptam fuisse testatur eâque communem esse fateturLudo.Carr.in practi.crimi.fol.240 nume.5. secundum nouissimam æditionem D. Episco. Couarruu lib.2.var.resoluti.cap.20.num. 7.quanuis ipse autorem nostrũ sequutus in hoc cap.versic. *Mihi vero*, contrariam opinionem amplectitur, quam appellat communem Petrus Plaça, lib.1.epito.delicto.cap.23.num.43.cui suffragatur tex.in cap cum ab homine, qui in principio docet, inomni crimine, quantuncunque graui secularem iudicem, non posse clericos punire, eos tamen esse deponendos, & si incorrigibiles fuerint, curiæ seculari tradendos fore. Fece Romani Pontificis apertissimum testimoniũ, ex quo manifeste constat, quod etiamob enorme crimen, nisi accesserit pertinatia, traditio fieri non debet & opinionem istam verioré & magis consentaneam pietati Christianæ testatur post huiusoperis secundam editionem insignis Marti.Nauar.consi.17.tit.de priuileg.vbi tacitis confirmat rationibus contrarium diluens. Circa quam disputationem vide late Gregori in l.61. in verbo, *Homicidio* ti.6.par.1. Ferdinand. Mencha.de testamẽ.§.22.fol.75.

Per assassinos alios interfici mandantes.

CAPV.XCVII.

1 *Clericus, huius criminis reus quæ pœna afficiatur.*
2 *In hoc assassinatus crimine propter criminis grauitatẽ indicia, & argumenta sufficere constat.*
3 *Testium dicta lite non contestata & etiam parte absente recipi possunt.*
4 *Clericus assassinus nulla degradatione præcedente, per secularẽ iudicem potest puniri.*
5 *Pœna tex.in cap.1.de homi.libr.6. an in interfectioribus, seu percussoribus locum habeat.*
6 *Pœna etiam dict. cap. 1. an locum habeat contra mandantem, etiã si mors sequuta non fuerit.*

EClesiastica persona alium 1
quem Christianorum faciens interfici per assassinos, vel mandans, vel eos receptans, vel defendens, seu occultans incurrit ipso facto sententiam excommunicationis & depositionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, & beneficia possunt alijs libere per collatores conferri, vt in capite primo, de homiliad.in sexto. Et habet vnum speciale hoc 2
delictũ, vt probari possit probabilibus argumẽtis, vt ibi, vbi vide Phi.in.11.not.tenẽtẽ quod in 3

isto casu ratione periculi valerẽt testes recepti lite non contestata a etiam parte absente & non citata: quia tex. ibi non dicit testibus, sed probabilibus argumen
4 tis. Item aliud quod clericus assassinus potest puniri per secularem, sine eo quod præcedat de
b gradatio b secundum Lapum in dict. cap. 1 & Domi. ibi in fi quia ipso iure videntur degradati: & videtur data vnicuique potestas ipsos capiendi, & per ius videntur spoliati omni priuilegio clericali, vt per Docto. ibi. Et prædictam conclusionem Dominici refert & sequitur Barba. in capi. At si clerici. de iudi. in colum. 31. nu. 129. Refert etiam Hyppoly. in practi. criminali. in §. Examinanda. in colum. 3. Et hoc etiam tenent plures doctores relati in decisionibus Nicolai Boerij. in quæstio. 69. in nu. 18. & vide Ioan. Lup. in tract. de libertate ecclesiastica. in quæstio. 9. vbi dicit quod datur â iure quædam degradatio quæ habetur loco realis, videlicet in dicto capit. 1. de homi. vbi clericus delinquens vt supra, â iure & â concilio habetur pro realiter degradato, vt possit capi & puniri per secularem, de quo vide latius Arnal. Alber. in ca. Quoniam. de hæreti lib. 6. in colum. 147. versi. 8. & vltimo fallit. cum. 11. colum. sequentib. qui primo adducit quinque fundamenta contra communem intellectum doct. ad dict. capite. 1. qui habet quod clerici delinquentes in hoc delicto sunt ipso facto degradati, adeo vt iudices seculares possint procedere contra eos, sicut contra laicos. Et postea bene corroborat hanc communem conclusionem, & respondet ad fundamenta in contrarium adducta. Et no- 5
ta vnum quod ipse dicit in proposito, quod pœna illius textu. non videtur habere locum in interficiente c sed in mandante, & c
quod forte multi in hoc errarent allegat Aret. in hoc sic ponderan
tem in cõsi. 165. incip. Sicut Ioan 6
nes. dicit, colum. 11. versi. Tertio allegant. Aduerte præterea quod pœna illius text. in dict. capi. 1. habet locum contra mandan
tem, etiam si mors non sit secuta d vt probant aperte verba illius, d
dum dicit quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur, quod videtur esse speciale in hoc delicto, vt voluit Augu in additio. ad Ange. in parte. Et Sempronium Rodulphi. in 4. additione: quia alias mandatarius non puniretur pœna ordinaria maleficio non secuto: nisi dicamus secundum eũ post Ioan. And. in regula, in pœnis. de regu. iuris. in 6. quod quo ad pœnas de quibus in dicto ca. primo. facta mandato delictũ est perfectum, & ideo nimirũ si punia tur pœna ordinaria, ac si delictũ esse consummatum & etiam vide tur sequi Philip. in dict. cap. 1. in colu. penul. in versi. in glo. & per prædictũ tex. videtur reprobari de iure canonico opinio Dini. & Ange. in l. Item apud. §. Si curaue rit. ff. de iniur. dum dicunt quod in assassinamento si do pecuniã alicui vt aliquem occidat, homicidio non sequuto non punitur mandans quam decisionem refert. August. vbi supra, & dicit eos verum dicere, quod mandans non punitur de homicido, sed pœna extraordinaria de mandato.

Lite

A *In crimine assassini lite nõ contestata proceditur.*

Lite non contestata. Adde Feli. in cap quoniã frequenter. pen col. vt lite non contest. Hyppo. in practic. §: diligenter, & in l. de vno quoque casu. 50 ff. de re iudic. Gramm. consil. 40. Carr. in practi. crimin. fol. 140. Petr. Fol. in practi in parte, & si confitebuntur. nume. 44. pag 345. licet ab hac opinione discedat Felin. in capit. in nomine Domini. 5. limi. de testib. Gramm voto. 11 Ipse vero teneo primam opinionẽ autorem suquutus, quæ ea ratione fulcitur, quia iuxta communẽ nostrorum traditionem, assassinatus crimen læsæ magestatis celeri æquiparatur, vt tradit late Hipp. consi. 19. vo. 2. Tho. Gram. voto. 9 At in læsæ magestatis crimine, testes adhuc lite non contestata fidem faciunt, vt tradit Hyppo. in dict. l. de vnoquoque Felin & Carr. in locis nouissime allegatis. Sunt quidem multa specialia in hoc crimine propter ipsius atrocitatem statuta, vt inquit Bossi. in practica crimi. titulo de mandato ad homicidium, nume. 46. vbi allegans autorem nostrã dicit, non gustasse perfecte materiam, quę forte nostris annotationibus elucidabitur.

B *Præcedat degradatio*. Adde Hyppol. in l. vni. numero. 107. C. de rap. virgin. Ioann. Igne. in l. necessarios §. non alias numero. 448. columna. 3. folio. 177. ff. ad Syllã. Nicol. Euerard. in locis legalibus folio. 264. Thom. Gramma. voto 8. & 11. Carr. in practica folio. 139. numero. 24. Bartholom. Cassa. in commentar. in consuetudi. Burg. rubric. 1. §. in gloss. *Silna grace*, numer. 50. Antoni. Capi decission. Neapolita 155 nume. 26. quam opinionem communem esse testatur Stepha. Auffe. in Clementin. 1. de offic. ordina. regula. 1. fallen. 18. D. Episcopus Couarrub. lib. 2. vari. resolu. cap. 20. num. 10. Cap Neapolita. decissio. 112. num. 21. Remi. Goni. in tract. de immu. Ecclesiar. fallen. 15. num. 10.

Clericus assassinus vt possit puniri à iudice seculari prius debet ab ecclesiastico declarari assassinũ commisisse.

Notabis tamen vtiliter, quod ad hoc, vt iuste assassinus clericus â iudice seculari puniri possit, requiritur sententia declaratoria, qua iudex pronunciet, ipsum esse assassinum ista est communis opinio teste Carr. in practi. crimin. fol. 289. nume 11. Capi dict decissione. 112. nume. 2. Plaça libr 1. Epitom. delict. capi. 19. num. 27. Qua declaratione facta non requiritur alia sententia, qua imponatur pœna text in capit. 1 de homici lib. 6. sed statim illas incurrit, ita frequentiori doctorum suffragio receptum est, vt scribit Alexand. consi. 166 numero. 5. lib. 7. Et declaratio hæc ad iudicem ecclesiasticum spectat, vt scribit Iul. Clar. lib. 5. recep senten. §. fin. quæst. 36 versic. sed quęro. quanuis apud suos hoc nõ seruetur, & contrarium obseruat Neapolitanum consilium, vt fatetur Capi. decissio 155. nume. 25. Gramma voto. 8. num 11.

C *In interficiente* Adde quod hãc opinionem Aretin. sequutus, tenuit Alberti in capit. 1. de hæreti. libr. 6. quæstione. 11. ad finem. Sed contrariam opinionem, imo quod dictę constitutionis pęnæ percussorem vel interfectorem compræhendant, perspecta legis ratione. tenet Ang. in tractat. maleficior. in parte Sem

pronium mandatorem in principio Ang in l.1.C. de sepul. viola. Capi.decisio.155.Paris de Puteo in tracta.sindi.in verb.inquisitio. Thom. Gramma.voto.9. in fine. D.Couarrub.lib.2.variar. resolu. capitulo.20.numer.10. quem vide pro istius controuersiæ opinionis resolutione.

D *Non sit sequuta*, Adde Ang.consil. 4.Bartho.Cassan in consuetud.Burgund.rub.1.§. videndum, numero.7.Ioann.Andr.in reg. in pœnis de regul.iur.libro.6.Tho. Gramma.dict.voto.9.vbi Matth. de Affict.in constitu.Neapolita. libr.1.rubric.14.numero.16.idem fatetur Capi.decisio.155.& hanc fatetur communem esse sententiam Remigi.de Goni. de immuni.Ecclesiar.fol.143.Iuli.Clarius lib.5.recep.sentent.§. assassinum versicu.scias etiam. eandem opinionem amplectitur Carr. in practic.crimin.rubr.de homi.§.2.numero.12.& §.5 numero. 8. Licêt Ang dict.consilio.14.& in l.item apud Labeonem.§.sicurauit ff de de iniur.existimat pium esse quod iudex pœnam ordinariam in mitiorem commutet.

Sed quia diffusê nimis (ne dicam confusê, â nostratibus articulus iste disputatur,) pro perfectiori declaratione, tres casus â nobis constituendi sunt. Primus in casu textus in dicto capit. 1.de homi.libro.6. nempe in proprio crimine assassinij, cum tractatur pecunia data, vel promissa, de occidendo homine Christiano, per ministerium alicuius infidelis, ex gente assassiorum. Erant quidem assassini populi quidam ex Syria, qui ità a pueritia instruebantur, vt Regis inimicos, aut domini sui cui obtemporabant, eius mandato incautos percutiebant, aut occidebant, ita testatur Volaterran.libro.11 capitulo de sectis Syriæ D.Couarrub. libro.2. variar.resolutio.capitulo.20.numero.10 & quanuis de assassinis multi multa tradiderint, qui tamen ij fuerint, & vnde originem traxerint Paulus Aemylius Veronensis libro quinto de rebus gestis Francorum in Ludoui. Iuni.& in lib.7.in D.Ludo.vita dilucide, & ægregie explicauit asserens, quod ideo Assassini appellabantur quia princeps, qui illorum factionis ab illis eligebatur Arsaci da diceretur & videndus est etiã Polid.Virgi.lib.15.Historia, Ang. quidem hoc casu, punitur mandans homicidum, etiam affectu non secuto atque punitur cognatus pœna mortis ordinaria ex dicto capit.1.vbi Francus D.Couarrub.in dict.Clementi.si furiosus.2 part.in initio.nume.9.qui ægregie scribit hoc non tantum esse cognatum, quantum delictum consummatum, ex mandantis latere, cum per eum non steterit quinhomicidium sequatur Iacob.Menochius de arbitri.iudicis. quæstio. libro.2. centur. 4. casu. 360. numero.41.Petrus Plaça libro primo epitom.delictorum capitulo 10.num.9.

Assassini ex plicatur.

Qui fuerunt Ass

Secundus casus quando loquimur, de assassino ex communi & frequentissima interpretatione, qua intelligimus assassinum, qui pecunia accepta, vel promissa, aliquem occiderit, iste igitur assassinus siue Christianus, siue Infidelis, si ad actum occidendi deuenerit, & conatum omnem adhibuerit, itaque quod per

eum

eum nõ steterint, quin occiderit pœna ordinaria punitur ex decisione tex. in dict. cap. 1. ita scribit vltra alios Mat. de Afflict. in cõsti. Neapoli. lib. 1. rub. 12. numer. 16. And. Tiraquell. in tractatu. de pen. legum causa 37. num. 4. Cassane. in consuetud. Burg. rub. 1. § videndum n. 7. qui asserit hoc vidisse obseruari Mediol. & aliquãdo obseruatum fuisse in consilio Neap. fatetur Gramma. voto 9.

Tertius casus, quando is mandans tentauit mãdatarium, vt pecuniam acciperet & occideret, & mandatarius recusauit, hoc casu solum mandans punitur extra ordinaria pęna, cum talis cognatus remotus sit ab ipso effectu. Hæc est communis sententia, vt constat ex Doctorum traditionibus quos supra allegauimus.

In criminalibus capitalibusque causis accusatores, aduocati Procuratores testes contra reos in secularibus tribunalibus sti terunt.

CAPVT XCVIII.

Quòd nouè æditũ est, lateque eo interpretatur Bonifacij Octaui, ægregia constitutio quæ secunda est tit. de hom. lib. 6.

1 *Clerici criminales causas agitare prohibentur.*

2 *Clerici præmissa iuris protestatione coram secularibus iudicibus, accusationẽ possunt proponere.*

3 *Iure positiuo statuta est irregularitatis pœna cõtra clericos, in causis capitalibus accusantes.*

4 *Clericus qui non præmissa protestatione accusat, mortalem culpam contrahit.*

5 *Clericis prohibita est accusatio in causa sanguinis.*

6 *Si omissa protestatione, non imponeretur pœna mortis, vel membri mutilationis, clericus accusans non esset irregularis.*

7 *Clericus tunc facta protestatione, accusare poterit, quando suã vel suorum iniuriam accusat, non verò aliàs.*

8 *Clericus ab irregularitatis labe immunis est, accusans in præmissa protestatione, quibuscunque verbis vtatur.*

9 *Tacita protestatio, in accusationibus proponendis a clericis, non liberat ab irregularitate sed expressa requiritur.*

10 *Clericus, facta protestatione irregularitatem non contrahit, quanuis ea prætermissa, iudex capitalem pœnam imponat.*

11 *Protestatio excusat ab irregularitate, quanuis euidentissimum sit, quòd iudex capitalem pœnam imponit.*

12 *Quando causa ciuilis est, protestatio non requiritur, & quãuis ex accidenti contingat mors, vel membri mutilatio, clerico quo ad irregularitatem nos nocet.*

13 *Clericus omittens protestationẽ, irregularitatis notam non afficitur, quãdo iudex secularis: contra iuris sanctiones reum condemnauit.*

14 *Protestatio necessaria non est, quando accusatio coram iudice Ecclesiastico proponitur.*

15 *Clericus qui habet animum protestationi contrarium, an incidat in irregularitatem.*

16 *Clericus qui omisit protestationẽ in capitali accusatione, irregularis efficitur, quanuis animo nequaquam consentiat quod capitaliter reus puniatur.*

17 *Clericus qui præmissa dicta protestatione, criminis reũ, quẽ fortefraganti crimine reperiuit, iudici seculari puniendum tradidit irreris non est.*

18 *Clerici in criminalibus causis, ad uocationis munere fungentes, sequuta morte, vel membri mutilatione, irregulares efficiuntur.*

19 *Nec clerici præcedenti casu excusarentur, si protestati fuerint, quod non intendunt, vt pœna mortis, vel mutilationis membri infligatur.*

20 *Clerici vtrum in fauorem rei, aduocationis munus possunt sine irregularitatis metu exercere.*

21 *clerici in criminalibus causis corã iudicibus secularibus, testes esse prohibentur.*

22 *Clerici in reorum fauorem, in dictis causis, testimonium proferre possunt.*

23 *Clericus non potest esse testis corã iudice seculari, absque sui iudicis licentia.*

24 *Cõsuetudo quædã Curiæ Gratio napolitanæ, quæ obseruatur in testimonijs Clericorum corã secularibus iudicibus proferendis reprobatur.*

25 *Testimonium Clerici, vel Regularis, absque sui iudicis & superioris facultate prolatum, firmitatem obtinet.*

26 *Iudex Ecclesiasticus non debet, nec potest, in criminalibus controuersijs, clericis facultatem præstare, vt coram secularibus magistratibus testimoniũ proferãt, quod si præstiterit non est illi obtemperandum.*

I

MVltis quidem iustissimisque causis, sacris constitutionibus clericis interdictum est, criminales concertationes agitare, denigratur quidem ex hoc sacer dotalis candor, eius quæ puritas nimis contaminatur. Vnde Concilio Toletano vndecimo, anno Domini sexcentesimo sexagesimo can. 6. ita decretũ fuit *His à quibus domini sacramenta tractanda sunt iudicium sanguinis agitare non liceat, quod si quisquam immemor horum præceptorum aut in ecclesiæ suæ famulis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit ordinis honore priuetur. Et loco sub perpetuo quoque damnationis teneatur relegatus ergastulo.* Quem locum Gratianus intexuit in capit. his â quibus. 23. quæstio. 8. Propterea quidquid continetur in capi. clericis & in cap. sententiam. ne clerici vel monachi ius nouum nõ continet, sed ad vetustiora iura refertur.

Et ideo neq; accusatores, aduocati, procuratores, testes ve esse in dictis capitalibus causis in secularibus tribunalibus possunt ca. postulasti. de homi. c. 1. 50. distinctio textu. in dict. capite. sententiam sanguinis. capite. ex literis. de excessibus præla. capi. aliquantos. capit si quis post acceptum. 51. distinctio. quod si his

consti-

constitutionibus contrauenerint irregularitatis labe afficiuntur.

2 Possunt tamen clerici absque irregularitatis nota, in dictis causis accusare, dummodo protestati fuerint, quod non ad mortem, nec membri mutilationem procedatur, de quo stat Bonifacij Pontificis Maximi ægregia constitutio quæ secunda est titulo de homici. libro. 6. quam hoc loco quia accommodatissimus est, & mire conuenit huius practicæ argumento, multis aductis, pro virili elucidauo. Est quidem materia hæc vtilissima & in forensibus actionibus frequentissima.

3 Primo, iure tantum humano Pontificio statutum esse, quod propter criminalem accusationem, simpliciter prolatam condemnatione sequuta, clericum irregularitatem contrahere, vt in dict. capite postulasti. de homici. vbi est communis sententia & in dict. capite. 2. Ex quo deducitur posse Summum Pontificem, eam irregularitatem iam contractam dispensatione tollere, vel à principio accusationem licitam facere, vt animaduertit insignis Couarru. in Clementi. si furiosus. 2. part relect. §. 5. nume. 1. de homicidio.

4 Secundo, clericum qui absque dicta protestatione accusationē proposuerit, mortalem culpam contrahere, cum in materia graui iura sacra violet scribit Martin. Nauar. in manu confessor. capitul. 27. num. 226.

5 Tertio prohibitam esse clericis hanc criminalem accusationem, etiam vbi causa sanguinis agitatur. d. cap. postulasti. cap. accusast. de accu. vbi clericus accusatur pœnitentiam agere compellit. non tamen ita grauem, si pro bono pacis accusasset.

6 Quarto quod si protestatione omissa, non sequeretur effectus accusationis criminalis nec imponeretur pœna mortis, vel mutilationis membrorum, non esset clericus irregularis, etiam si alia sanguinis vindicta imponeretur. tenet Abb. in dict. capite sententiam. & in dict. capit. clericis. ne clerici vel monachi & in capit. si aliquis. de homi. sequitur Silues. in summ. in verbo Homicidium. 3. versic. secundo quæritur.

7 Quinto notatu dignum est, quod dicta criminalis accusatio protestatione interueniente clericis permissa est, quando suas causas iniuriasque proprias fuerint prosequuti, secus vero si alienas colligo ex text in dict. capitu. 2. ibi, *Suis malefactoribus*, & ibi, *Petunt emendam sibi fieri*, & ibi, *De suis malefactoribus*, & ita post alios tenet Fran. ibi quam esse communem sententiam fatetur Martin. Nauar in manu. confessor. c. 27. nu. 116. Quæ sane ita intelligēda est, vt nihilominus clerico permissū sit protestatione facta, absq; irregularitatis metu, delictū aliquod præcogitatum, in maximum rei publicæ detrimentum, aut proximi grauissimum damnum, in medelam potius, quam ad criminis punitionē cautē denuntiare, quando aliter quā per denunciationem, non potest tali malo prouideri sic tenet Caietan. in 2. 2. quæstion. 33. articulo. 7. Marti. Nauarr. in capitulo. inter verba. 11. quæstion. 3. Corra. 58. Couarru.

in dict. Clementin. si furiosus. §. 5. numer. 4. Quibus suffragatur text. in dict. capi accusasti de accusa. ibi *Nisi pro pace*. Quę singularis est interprætatio ad text. in dict. capit. 2.

8 Sexto, clericus præmissa protestatione, immunis est ab irregularitate, modo vtatur in accusatione verbo conqueror, vel accuso, nihil sanè interest tenet Ioã And. in dict. ca. 2. sequitur Ioan. de Anani. in dict. capit. postulasti de homi. num. 3. Socin. in dict. ca. ad audientiam num. 55.

9 Septimo, quod sacerdos non incurrit irregularitatẽ, si expressè fuerit protestatus, non tamen sufficit quod tacitè id faciat, vt colligitur ex dict. capitu. 2. ibi, *Protestando expresse*, & ibi ad hoc notant doctores maxime glo. in verbo, *Protestãdo*, quæ dicit quod cautè faceret clericus si de hac protestatione faceret fieri publicum instrumentum, Praxis tamẽ iam recepit, eam sententiã quod protestatio in limine querellæ, vel accusationis fiat.

10 Octauo, nec illud est omittendum, liberum esse clericum ab irregularitate, præmissa dicta protestatione, etiam si ea omissa iudex ad pœnam sanguinis, vel mẽbri mutilationis præcesserit, vt expressè in dict. capi. 2. probatur vbi concors est nostrorum sententia.

11 Nono, quod dicta protestatio supradictum effectum operatur etiam si nõ solum verisimile sed certum sit ex qualitate criminis in accusatione propositi ad mortem processurum ita not. Ioann. Andr. Abb. & Felin. & omnes in dict. capitu. postulasti Felinus. in dict. cap ad audientiam de homi. num. 54. Decimo est quidem in hac materia obseruandum, quod hęc protestatio tunc necessaria est cum clericus quempiã apud iudicem secularem accusat ratione alicuius sceleris, vel delicti perpetrati. Secus vero si causa ciuilis foret, licet ex accidenti contingerit, quod iudex secularis, vel eius ministri clerici aduersarium, defacto resistentem, interficerent, vel aliquo membro muti lauerint, non sane hoc clerico iustè petenti, & nihil de hoc existimanti imputari debet. tex. ægregius in dict. capi. postulasti de homi. vbi Anani. & docto. not. & D. Couar. in dict. §. 5. 12

Vndecimo, & quod singulariter circa illius tex. interpretationem notandum est quod scribit Ioan. Ana. in dict. cap. postulasti, censens non imputari clerico accusatori, etiam non protestanti, mortem vel mutilationem membri reo accusato contra iuris præcepta illatam. Non quidem fuit in culpa clericus, qui ea ratione protestationem omisit, quod manifestè compertum haberet nullam corporalem pœnam a iudice irrogari, & hoc sequitur Couar. dicto §. 5. nume. 3. 13

Duodecimo (& quod libenter prætermississem nisi vidissẽ multos in hoc alucinari) quod nunquam ea protestatio facienda est quando accusatio coram iudice ecclesiastico proponitur, etiam si delictum henormissimum sit, & propter illud clericus qui de illo accusatur pœna realis degradationis sit puniendus ita deducitur ex dict. cap. 2. & excommuni: doctorum traditione. 14

Deci-

15 Decimo tertio illud præmissis apte conuenit quod aliquorum calculis probatum est, quod vsque adeo iam sæpê dicta protestatio ab irregularitate clericũ protestantem liberum reddit, quod etiam si animum habeat protestationi contrarium irregularis nõ erit iudicandus. Sic tenet Felin. in dict. capitulo postulasti. quem sequitur D. Couarrub. dicto. §. 5. numero 1. Nam per solam voluntatem sine opere exteriori irregularitas non incurritur, vt multis in locis istarum annotationum probauimus.

Opinio quædã insignis D. Did. Co. confutatur.

Sed opinio hęc nullo modo placet labitur in hoc egrægius D. Couarrub. sequor in hoc Ioan. And. Domi. & Petr. in dicto capitu. 2. Ioann. And. in dict. capit. postulasti, & hanc sequitur Nauar. in manuali cap. 27. num. 226. Nec Ioã. And. contrariam sententiam amplexus est vt D. Couarrub. censuit sed potius contrariam, vt cõstat ex allegatione Dom. & petr. in dictis locis & ex ipsius verbis clarê perpenditur, quia ipse se remittit ad Hostien. in summ. titul. de homi. § qua pęna. versi. si verum. vbi latissimè hoc defendit. Et huic opinioni minime reffragatur, quod voluntate sola irregularitas non contrahitur, quia in proposito casu, cum voluntate concurrit quærimonia, & accusatio exterior dicta quidem protestatio mendax & fallax est, nec talis est, qualem sacrum ius canonicum requirit ad irregularitatis labem excusandã, & quibus hoc contingerit oportet dispensationem impetrare, vt non semel fatetur consuluisse Martin. Nauarr. dict. cap. 27. num. 226.

16 Decimo quarto nec erit obliuioni tradendum, non posse clericum ab irregularitate excusari qui protestationem omisit, eo quod in animo non habuit, quod iudex ad mortem, vel membrorũ mutilationem, procederet, sed potius contrariam voluntatem, quæ voluntas cum in animo retenta fuit, nihil operari potest, cum actus exterius directê contrarius sit tenet glos. sing. in dict. cap. 2. quã communem esse asseuerat D. Couarrub. d. §. 5. quę procedit etiam in animæ iudicio, vt scribunt Calde. & Franc. ibi licet Andr. Tiraquell. post leges connu. glo. 5. cõtrarium fuerit opinatus â quo in hoc cauendum est.

17 Decimo quinto supradictis addendum est, quod adeo protestatio ab irregularitate liberat, q non solum locum obtinet, circa quærellam, vel accusationem, verum etiam procedit respectu personalis capturæ, nam si clericus reum quem infraganti crimine reperuit capiat, & iudici ad debitam punitionem tradiderit, modo dicta protestatione vsus fuerit irregularis non erit, ex quacunque corporali pęna â iudice impo sita. Fran. post alios in dict. cap. 2. Socin. in di. ca. ad audientiam, nu. 52. & 53.

18 Nec clerici, vt in huius capitis limine scripsi, aduocati nec procuratores in dictis capitalibus causis esse possunt. Sunt sane irregulares si mors, vel membri mutilatio inde sequatur. text. glossa. & Doctores in dict. capi. aliquantos 51. distinct. & videtur tex. in cap. illud. 23. quæstione. 4. & tradunt vltra ordinarios interprætes Syluest. in summ. in verbo, homicidium

dium.3.versi.secundo quæritur. Maiolus de irreg.lib.2.ca.9. nume.1. Alber.Troti. lib.2.de vero.& perfecto.cleri.capi. 23.numer.4.

19 Imo clericus minime ab irregularitate liberatur,si causam accusatoris tanquam eius patronus, vel aduocatus sequendam susce-pisset,etiam si dicta protestatione,de qua hoc capite abunde dictum est vteretur singulariter tenet Ioann. Imo in dict. cap.postulasti.cuius opinionem communem esse testatur insignis D.Couar.dict.§.5.

20 *Clericus an pro eo in capitalicausa possit patrocinum præstare*

Sunt etiam qui censet, non esse clericis concessum,etiam in fauorem rei aduocati munus exercere.glos.in dict.ca. aliquantos, vbi Archid. Spec. in tit. de dispensatione §. iuxta.versi. Item si quis. idem in tit.de aduocato.§. obijcitur. versi. in causa autem. Albert.Troti.in dict.ca 23. Præterea dicebat Hosti.in c.1.de postulan.quod licet accusati defensio clericis aliquando permissa sit capi.reos.23 quæsti.5.cap.inter alia.de immu.eccles. eos tamen ab ea abstinere ortatur,nam contingere enimpotest quod ipsorum culpa,imperitta,vel negligentia, accusatus damnetur vel nimijs subtilitatibus, aut calumnijs allegationibus non solum absoluatur,sed accusator tallionis pœna puniatur. Vnde ipseHostien. in dict.capit ad audientiam de homi.commemorat quendam clericum in criminali causa sucepisse fratris sui patrocinium,adque adeo solerter eam defendisse,vt absolutus fuerit, clericum vero irregularem effectum, quia accusator fuit decapitatus. Quæ opinio verissima est quandonon solum clericus reum defendit sed petit accusatorem calumniantē puniri,qui si â iudice occidatur, vel mēbro mutiletur, clericus irregularis efficitur: Si autem tantum reum defendit,iustamq; operam defensioni dans nec petit accusatorem puniri,licet postea,a iudice tallionis pœna imponatur non erit clerico ad irregularitatem imputandum licet nulla in defensione rei accusati,circa accusatorem vsus sit protestatione cum defensio accusati de per se, non tendit ad accusatoris mortē sed tantum ad tutelam &licitam accusati defensionem. Sic colligo ex Hosti Maiol.Couar.in locis iam allegatis.

Non est tamen in hoc silentio prætermittendum,quodlicet clericus aduocati,vel procuratoris, munere fungens dictis causis,solum contrahat irregularitatem, quando secuta est mors,vel mēbri mutilatio, grauiter tamenin alijs sic delinquens,ab ordinario pro facti qualitate plectēdus est, sunt quidem munera hæc clericis interdicta,vt precedentibus capitibus late probauimus.

Est etiam clerico interdictum in dictis criminalibus causis testimonium proferre.glos. in capit. testimonium. 11. quæstio.1.& in cap.de cætero de testib.nemo sane est qui tantum cōperetur sanguinis iudicio,quantum ipse testis a quo totius criminis veritas elicitur,& super cuius attestatione firmatur sententia,& ea ratione si ex eius testimonio mors fuerit illata,irregularis efficitur, etiam præmissa dicta protestatione,vt scribit Felin.in dict. capit.

21 *Clericus in causa criminali nō potest esse testis.*

postu-

postulasti. post glo ibi & est glo. notanda, quæ in laico loquitur in cap. 1. 51. distin & in clerico glo. in cap. testimonium. 11. q 1. Abb. in c. de cętero colum. 1. de testib. Grottus in tracta. de testib. num. 69 quam communem esse sententiam profitetur D. Couar. dict. §. 3. num. 5. Iul. Clar. in practic. criminali. §. fina. quęsti 24 versi. sed quid. Nec refragari potest respectu laici, quod is inuictus, & coactus & iudicis præcepto compulsus, testimonium protulerit, nam etiam si quis per vim vel metum, qui in virum constantem cadat, cogatur delinquentem exhibere & rebelare, semper erit irregularis, si ille puniatur pœna mortis, vel membri mutilationem, quia licet vis illa excuset â peccato, non vero ab irregularitate tenet Tauir. in summa in verbo irregularitas. 2. num. 22. Maio. de irregulari. lib. 2. capi. 8. num 2.

Si autem ex tali testimonio, dicta pœna non fuerit secuta, sed alia mitior, vel arbitraria vel quia innocens erat accusatus fuit absolutus, nihilominus clericus pro modo culpæ iudicis arbitrio, puniendus est, & sic receptum vidi. Nullam vero clericus pœnam patietur, si in ea causa criminali, in qua testimonium protulit, de pœna sanguinis non agebatur, Abb. not. 1. in capit. de cætero de testib. & ibi doctores, & ita debet intelligi text. in dict. capit. testimonium. quæ sic intelligit glos. in capi 1. 51. distin. & vide text. in cap. quandoque. 14. qęst. 2. Saluberrimum tamen consilium est, ꝙ in quacũq; crimi. causa clerici testimonium nõ proferant.

22 Procedunt quidem quæ prædixi mus quando clericus testimonium profert, in laborem accusatoris secus si clericus producere tur intestem, in fauorem rei quia cum hoc prohibitum non sit nullam pœnam incurrit. Imo vnum censeo perpetua memoria dignum quod nouum est nec memini me legisse apud aliquem quod licet ex tali testimonio quod directe & principaliter ad probandam rei innocentiam tendit, ex accidenti tamen ex causæ processu, accusatoris calumnia detegitur, ideoque tallionis pœna imponitur non imputabitur clerico ad irregularitatem, satis sane ei inoscendum est, cuius testimonium non ad mortem accusatoris, sed ad tutelam rei accusati tẽdit, & id quod præter eius intentionem contingit, est veluti peraccidens, quod subiecti naturam non mutat. l. naturaliter. §. apud. ff. de acquirẽd. hęredi. Quę doctrina mire confirmatur ex supra traditis, circa patrocinium clerici pro reo in criminali iudicio.

Sed ad hoc vt clericus iuste pos- 23
sit suum testimonium proferre, necessaria est sui ecclesiastici iudicis facultas, vt seruari de consuetudine affirmat Frã. Mar. decis si. 777. n. 4. Quod iure cõsẽtaneũ est, quia nec in causa ciuili clericus testificari potest, nisi dicta facultas præcesserit, quãuis si de facto deponat licet male faciat, minime tamẽ eius testimoniũ vitiaretur. gl. fi. vbi Abb. & omnes in capi. 1. de iuram. calum. Idem in religiosis seruandum est glos. in auth. de monach. §. cogitãdũ. col. 9. sed hoc tẽperandum est vt procedat in iudicijs non vero in

contra-

contrarijs, quibus clerici libere sine alicuius pœnæ metu iurare possunt. Deinde nec licentia requiritur quando clericus vult testificari coram alio iudice ecclesiastico, qui non sit suus, ex Abb sententia in dict. ca. 1. Quo loco scribit, quod non tantum Episcopus, sed alius Prælatus inferior potest dictam licentiam concedere quod verum censeo in ciuilibus controuersijs, non autem in criminalibus causis ad tutelã defensam rei accusati, quia tunc ab Episcopo, vel ab eius Vicario generali, maturo iudicio & prę uia causæ cognitione concedenda est, non vero ab inferioribus iudicibus qui causarum criminalium non habent cognitionem & hoc iure vtimur.

24 *Reprobatur consuetudo quædam curiæ Gratian.* Vnde nullo modo iure defendi potest, cõsuetudo quam semper in curia Gratianopolitana & in alijs inferioribus curijs Delphinatus receptam vidisse testatur Guido Pap. decisio. 65. nume. 2. nempe quod si clerici nollunt in causa ciuili, coram seculari iudice dicere testimonium, cogi ad id possunt modica coertione, ab eodem iudice seculari, nec ad id adeundus est iudex ecclesiasticus nec Abbas, vel alius Prælatus respectu monachi nollentis testificari. Quod si causa fuerit criminalis suorum Prælatorum licentia desideratur. Est tamen illa cõsuetudo iniqua, & sacris canonicis constitutionibus contraria & ideo merito releganda est.

25 Fateor tamen iuri consonum esse quod in dictis curijs seruari testatur. Guid. Pap. præcitata decisione in prin. quod si clerici vel monachi absque suorum superiorum consensu testimonium protulerint siue in causa ciuili vel criminali eorum depositiones non ex hoc vitiari nec inualidari, quod optime fulcitur autoritate glo. Abb. & aliorũ in dict. cap. 1. de iuramen. calumn. supra allegat.

In criminali causa contra reum nec debet nec potest iudex Ecclesiasticus licẽtiam clericis præstare, vt ferant testimonium. & si defacto ea præstiterint, non est obtemperandum tenet Antiquisimus Gofredus in summa titu. de testibus cogend. inno. in ca. dilectorum. eo titu. Imo singulariter scribit Ioann. And. in nouel. ibi, quod laicus qui ad clericatum aspirat, etiam in foro seculari cogi non potest, vt in dictis causis testificatur quẽ sequitur Addi. Guido. Pap. d. decis. quod summæ in nititur æquitati, sed praxis forẽsis non recepit. 26

Truncationes mẽbrorum per se faciẽtes, aut faciendas iudicantes.

CAPV. XCIX.

1 *Clerici membrorum trunciationes faciẽtes, vel faciendas esse iudicantes ab officio & beneficio sunt deponendi.*

2 *Quod autem dicatur membrum, remissiue traditur.*

CLericis in sacris ordinibus constitutis ex Concilio Toletano iudiciũ sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus ne aut 1

per

per se truncationes membrorum faciant, aut iudicant faciendas: quod si quis tale quid fecerit, honore priuetur & loco, verba sũt texe. in capit. Clericis. ne cleri. vel monac. Concilium autem illud Toletanũ, de quo supra mentio fit, duodecimum est in Canone. 6. Vnde pœna delicti huius est depositio ab officio & beneficio, quia secundum expositionẽ Ioan. Andreæ, verbum text. honore exponitur, id est ordine, & verbum loco, id est, beneficio: & sic vult text. quod priuetur ordine & beneficio, & per consequẽs deponatur secundum Abb. ibi, in 1. notab. qui sequitur expositionem Ioan. Andr. Et aduerte quod cum pœna ista imponatur
a facienti, vel iudicanti [a] truncationem membrorum, quod etiã si membrum debilitaretur facto vel sententia clerici non punire tur ista pœna, quia per id non effi
b citur irregularis, [b] ita sentit Abb. ibi. item etiam est aliud aduertendum, quod videtur tex. imponere hanc pœnam clericis per solũ iudicium, & sic per solam sententiæ prolationem, sine eo quod sequatur illius exsecutio. Ego tamen credo quod mens conditoris canonis fuit punire clericum quando succedit exsecutio, & sic crederem per solam sententiam non ita acerrimè puniendum:
c Quod autem dicatur membrum
2 [c] quia hæc materia in varijs locis late describitur, sufficiat ad illa lectores remittere, quę quidem inter alios copiosius colligit Corsetus in repertorio Abbatis,
A in parte, membrum.

Prelatus vel cleri

IVdicanti. Adde quod tunc prædicta pœna incurritur quando clericus ipse personaliter pœnã truncationis membrorum infligerit, si vero iurisdictionem haberet temporalem, vel esset Prælatus & proprij muneris ratione committeret, alicuius causę cognitionem alteri. vt iustitiam façeret, etiã si talis iudex ordinarius, vel delegatus, cui causa commissa est, accusatum morti traderet Prælatus vel clericus habens tẽporalem iurisdictionem qui talẽ delegationem fecerit nullam irregularitatẽ contrahit tex. ęgregius in cap. vlti. ne cleri. vel monachi in. 6. Sed quid ex contrario an Prælatus, vel sacerdos possit cognoscere de causis criminalibus ad puniendos laicos excommission e Principis secularis tex. celebris in cap. in Archiepiscopatu de rator. expresse probat hãc delegationem firmitatem obtinere & quod eius ratione iure poterit talis delegatus de his causis cognoscere, & sententiam proferre hanc lege, vt sententiã sanguinis minime proferat quẽ tex. præter alios interpretes dicit sing. Aretin. consi. 58. col. 3. & 5: quo loco scribit çenseri huic delegato commissam causã quo ad ipsam ordinariam criminis punitionem nec enim videtur Princeps aliquam remissionem facere eo quod causam ei delegauerit qui sanguinis iudicium non poterit proferre cum hoc casu is delegatus teneatur punitionem dimittere committenti quem sequitur Couarru. in Clemen. si furiosus 2. par. relecti. §. 5. num 8. quo loco aliqua circa hoc notatu digna scribit.

cus, qui iurisdictionẽ habet temporalẽ potest alteri criminales causas iudicandas remittere.

Clericus an ex delegatione Principis secularis possit in criminibus cõtra laicos procedere.

Item tunc huius capitis pœna imponenda est, quando clericus super

Clericus absq; ir-

regularitatis nota, cõsulere potest generaliter vt pro aliquo crimine mortis pœna imponatur.

super facto cõtingenti. & in iudicio iam deducto, iudicat mortis pœnam, vel mutilationis membrorum faciendam esse, alioquin si extra contingentiam facti, nulla irregularitatis pœna, vel alia incurritur. Nam & clerici de iure respondere possunt, & opinari quod certis casibus vltimũ supplicium, vel membri mutilatio imponatur. Et ea ratione scribentes tractatus, commentarios, vel criminalia, consilia quibus iudices instruunt pro futuris criminibus, vt aliquas pœnas corporales inferant, non sunt irregulares iudicandi Nam clericis interdictum non est leges & statuta facere, quæ criminales controuersias concernãt, aut Principi consulere, vt committentibus certa delicta irroget mortis pœnam, vel aliam corporalem glo not. in capit ex literis. in verbo, consului. de excessi. Præla vbi Abb. & omnes sequuntur Inno. in ca. ad audientiam. de homi. Specula in ti. de dispensa. §. iuxta. versi. Quid si iudex. Abb. in capit. 1. de furt. Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre Siluest. in sũma. in verbo Homicidium. 3. quæstio. 5. versi quartum. Maiolus de irregu. lib. 2 cap. 9. nu. 9. & est communis sententia.

In sacræ Inquisitionistri bunalibꝰ huius capitis sanctio locũ non obtinet.

Præterea huius capitis pœna limitanda est, vt locũ minime obtineat in sacræ Inquisitionis tribunalibus, nã quis quis siue Cardinalis, siue Episcopus aut sacerdos qui interfuerit sacrosanctis Inquisitorum congregationibus in quibus tractatur de aliquo delicto, iam in iudicium deducto, in quo pœna sanguinis imponenda est, consulẽdo, vel suffragium præstando, nullam irregularitatem incurrit, ex Summi Præsidis indulgentia propter fidei fauorem ita decreuit Paul. 4. Pontifex Maxi. die. 29. Aprilis anno 157. vt refert iudiciale Inquisitorum. 4. decreto Simon Maiolus de irregularitate lib. 2. d. c. 9. numer. 8.

Puniẽdum. Hæc sane opinio Domini Episcopi mihi nunquã placuit. Tum quia est cõtra expressa verba tex. in dict. capit. clericis. ne clerici, vel monachi ibi. *Aut iudicet inferendas.* Tum quia Speculator cuius autoritas apud nos est maxima contrariam sententiam tuetur titulo de dispensatione. §. iuxta propositiones. quem sequitur Petrus Folleri in pract. crimi cano. 2. par. cap 24. sic sol. iudicis sententia damnatum intestabilem reddit & testamentum prius factum tollit l. si quis filio ex hæredato. §. irritum ff. de iniusto rup.

B *Ioã. Ber. opinio de qua hoc capit. reprobatur*

Irregularis Adde Calderi. Abb. & Cardi. in cap. 1. qui cleri. velvo uen. Cardi in Clemen si furiosus quęst. 31 de homi Steph. Auffe. in Capell. Tholosa quæst. 207. quam opinionem communem esse fatetur D. Couarru. in dict. Clement. si furiosus. 3. par. in initio. mum. 9. Quæ secundum illũ procedit, etiam si membrum corpori adhærens, omnino inutile sit, adhuc in hoc casu nulla afficitur percusor irregularitate, Sed verior est contraria opinio quam tenuerunt Cardi. Abb. & Prępo. in dict. c. 1. Siluest. in sũm. in verbo homicidiũ. 3. ver. Tertium. & eã sequitur rationibus confirmans insignis. Marti. Nauarr. in manu. confesso. c. 27. nu. 207.

C

C. *Couarru. opinio confutatur.*

Dica-

Membrũ quod pro prie dicatur.

D *Dicatur membrum.* Adde Bar. in l. publicorum. nu. 13 ff. de publi. iudi. vbi Imo. & doctores qui illa proprie membra esse censent, quibus diuerso & proprio officio corpus mouetur aut iuuatur, vt oculo, ad videndum, pedibus ad progressum, auribus ad audiendum, manibus ad palpandum, naribus ad adoratum, lingua ad sermonem, idem Bald. affirmat in capi. 1. de noua forma. fideli. nu. 5. quod manifeste Aristot. autoritate constat lib. 1. de par. anima. ca. 5. text not. in l. idẽ Offilius. ff. de ædili ædi. l. non sunt liberi. ff. de sta. homi. Idéq; Diuus Paulus insinuat ad Roma. ca. 12. dicens mẽbra in corpore distinctam operationem habere. *Omnia autem membra* (inquit) *non eundem effectum habent.* Quod latius explicat D. Couarru in dict. Clement. si furiosus 3. p. in initio. num. 8.

Caietani & D. Soto opinio quædam confutatur.

Ex quo sequitur lapsum fuisse Caietan. existimantem, abscindẽtem digitum irregularem esse, quem sequutus fuit Domi. Soto. lib. 2. de iusti. & iur. quæstio. 1. arti. 1. eo quod digitus sit membrũ cuius contrarium manifeste docet Bar. & doctores in dict. l. publicorum. Bald. in dict. cap. 1. Feli. in c. cum illorum de senten. excomm. & in ca. Ego enim colum. 2. de iureiuran. Gonsa. à Villadiego de irregula. cap. de percussore. colum. 1. Anto. Rubeus cons. 83. Cassa. in consuetud. Burg. rubr. 1. §. 5. quam sententiam aduersus Caieta. & Sotũ communem esse testantur Martin. Nauarr. in manu confessor. capite. 27. numer. 206. & eius discipulus non pœnitendes D. Couarru vbi paulo ante allegaui. Cui communi sententiæ suffragatur di. l. idem Offilius, vbi decissum stat quod habens digitum abscissum habet abscissam partem membri, non vero membrum & dict. l. nó sunt liberi. ff. de statu homi. ex qua colligitur, habentem equo plures digitos, non habere equo plura membra.

Abscindens cartilaginẽ aurisnon est irregularis.

Deducitur etiam ex supra traditis abscendentem cartilaginẽ, quæ circa aurem est, non incurrere huius capitis pœnam nec irregularitatem, ea ratione, quialicet auris membrum sit, illa vero cartilago potius ad decorem & membri tutelam quam ad peculiare auris obsequum a natura ipsa ingenita est, quod ex Bald. collig D. Couarru dict. nu. 8.

Abscindens mamilã mulieris nõ est irregularis.

Nec ab hoc loco alienum est, inquirere, vtrum sit vera doctrina Bal qui in l. data opera. num. 75. C. qui accusa non poss. scribit mamilam in fœnis membrum esse de qua merito dubitat insignis D. Couarru. in prȩcitato loco intelligens veram esse quo ad latã significationem, non vero quoad germanam & propriam & ea ratione censet non esse irregularẽ, qui mamillã fęminę abscinderit cuius opinio mihi sũmę placet qu in sũma innititurequitatequę in pœnalibus amplectenda est,

Duellum alijs sponte offerentes, seu oblatum suscipientes.

CAPVT. C.

1 *Clericus huius criminis reus est deponendus.*

POena huius delicti est depositionis, vt in capi. 1. de cle pug. in due. quod procedit siue cleri-

1 a

clericus fuerit victor siue victus poterit tamen episcopus cum eo dispensare, si mors vel mutilatio membri non fuerit inde secuta, vt ibi. Et aduerte, quod pœna illius text. procedit quando talis clericus sponte iniuit duellum, secus autem si aliquo facto necessitatis, licet necessitas fuerit euitabili, quia tunc necessitas alleniat culpam & non punietur pœna depositionis, sed mitiori, quia text. ille requirit actum spontaneum ad incurrendam pœnam depositionis, secundum Abbatem. ibi.

Duellorũ grauitas, necnõ & pœna ex Tri. conci. explicatur.

A *Depositionis.* Adde Roland. Valle consi. 4. numer 22 volum. 1. Et ex hoc colliges clericum qui hoc crimen commisserit non esse suspensum vt existimauit Sil uest. in sum. in verbo suspensionem. versi. 11. Tabi. ibi. sed verũ non est quia text in cap. 1. de cleri. pug. in duello, solum dicit deponendum fore & ideo merito eos reprehendit Martin. Nauar. in manu. confesso. ca. 27. nu. 156. Et de materia duelli vide, vltra alios Andr. Alciat. in tractat. de singulari certamine Naua. in manuali confesso cap. 11. num. 39. & capit. 15. num 9. & multa congerit Petrus Gregorius Tholosanus. 3. par. Syntag. iuris titu. 48. cap. 15. per totum. Et nota quod duellorum vsus â diauolo fuit institutus, vt cruenta corporũ morte, animarum etiam pernicie lucretur. Proterea in tanti criminis detestationem nouissimę pœnæ in sacro Concilio Trientino statutæ sunt Sessione. 25. cap. 19. de reformati. vbi contra Imperatores, Reges, vel alios Magnantes, qui in terris suis inter Christianos duellum concesserint, eo ipso sunt excommunicati, & dominio ciuitatis, vel castri, aut loci, in quo duellum fieri permisserint, si ab Ecclesia obtinent priuati sunt, si loca vero fęudalia sunt directis dominis acquiruntur. Ille vero qui duelli causa, in arenam descenderint, nec non qui illorum nomine ibi intersunt (quos patronos vocant) excommunicationis ac omnium bonorum suorum proscriptionis ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrunt, & vt homicidæ iuxta Sacrorum Canonum sanctiones, sunt animaduertendi: quod si in ipso conflictu decesserint sepultura ecclesiastica priuati sũt. Qui veroconsilium dederint vel suasserint, vel vtspectatores interfuerint excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo ligantur.

Concil. Tri. Sess. 25. c. 19. de refor. quod de pœnis duellorũ loquitur explicatur.

Circa vero caput nostrum & dictum Tridentini decretum, illud est consideratione dignissimum. Minime locum esse pœnis dictis locis statutis, ex quibuscunque singularibus, certaminibus, pugnis ve innito etiam consilio factis, etiam si percussio, vel mors contigerit, dummodo duellifor ma non seruetur, nempe loci destinatio, armorum præfixio, patronorum & spectatorum constitutio, & alia quæ in his impijs spectaculis â charitate Christiana alienis, adhiberi consuetum est. Cum enim dictæ constitutiones pœnales sint, & in duellis loquantur, non sunt alia singularia certamina extendẽdæ reg. odia. cum similibus de regu. iur. in 6. Quod manifeste

nifeſte, ex dicto ſacro Concilio colliges, quod tantum loquitur de duello, antiqua ſolennitate faciendo, & ita pœnam infligit contra locorum dominos, ſi duella ſuis locis fieri permiſſerint. nec non contra patronos, quorum ope tam immane ſcelus perpetratur, & contra eos qui incauſa duelli, tam in iure, quam in facto conſilium præſtiterint. Vides lector candide, quo pacto loquitur, de iure duelli, & ſic de eo duello, quod impijs illius legis ſeruatis efficitur, & ità cenſeo quod iudicabitur, in caſu grauiſſimo qui nunc pendet in Curia Regia hoc anno. 1579. & poſt hæc ſcripta compertum habui, ita fuiſſe iudicatum à ſapientiſſimis viris. Ideoque nota quia multoties continget.

Sed quia tanta eſt quorundam hominum malitia, atque verſutia, vt ſanctiſſimam ſacroſancti Concilij Tridentini conſtitutionem: ſicuti iuſtiſſimas alias leges, mille artibus elidere contendũt, aduerſus quos Sanctiſſimus Gregorius Pontifex Decimus Tertius hanc edidit conſtitutionem, quam hoc aptiſsimo loco, cum familiaris non ſit in legentium gratiam ſcribere conſtitui, quæ continetur in ſumma conſtitutionum ſummorum Pontificum folio. 754. incipit. Ad tollendum quę ſacrum Concilium tantum de duellis publicis loquẽs ad priuata duella extendit.

POENA EDVELLA ET MONOMACHIAS committentium.

GREGORIVS EPISCOPVS SERuus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

XXXIII.

Duella ſunt prohibita iure canonico & Concilij Triden. Seſſ. 25. cap. 19 & l. ciui li. l. vnica C. de gladiatoribus li. 11.

AD TOLLENdum deteſtabilem Duellorum vſum Concilium Tridẽtinum excommunicationem, & alias grauiſsimas pœnas in concedentes locum ad Monomachiam ac pariter impugnantes, nec non Patronos, conſulentes, ſuadentes & ſpectatores ſalubriter quidem decreuit, ſed creſcente hominum malitia facinoroſi non deſunt, qui quod publice prohibitum eſt, priuatim exequi non dubitent, dum ſe pœnas prædictas hoc modo eludere poſſe arbitrantur. Nos ad hæc coercen-

da plenius, euidentiusque prouidendum esse rati, considerantesque Duellum priuatũ non minus cruentum, & animæ, & corpori noxium esse quam quod publice perpetratur, Auctoritate apostolica statuimus illos, qui ex condicto statuto tempore & in loco conuento Monomachiam commiserint, etiam si nulli Patrini, soci ve ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæ ve prouocatoriæ litere, aut denuntiationis chartulæ prædecesserint, cẽsuris, & pœnis omnibus â dicto Concilio propositis teneri perinde, ac si publico, & consueto abusu singulare certamen iniuissent, Volentes etiam locorũ Dominos si certamen ex condicto huiusmodi permiserint, aut quantum in se fuerit non prohibuerint omnesque illud fieri mandantes instigantes auxilium, consilium, vel fauorem dantes, equos, arma pecuniã commeatum, & alia subsidia scienter sub ministrantes, aut ex composito spectatores, vel socios quouis modo sese præbẽtes, eisdem censuris, & pœnis subiacere. etiam si illi qui ad locum destinatum pugnari accesserunt, impediri pugnam non commiserint si per ipsos non steterit, quominus illa commitatur. Non obstantibus priuilegijs, immunitatibus & exemptionibus, cæterisque contrarijs quibuscunque Constitutionibus tamen, & alijs sanctionibus Apostolicis hac de re disponentibus in suo robore duraturis.

Datum Romę apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octagesimo secundo. No-

no Decembris Pontificatus Nostri anno vndecimo.

Ex ea sane constitutione magis nostra fulcitur opinio que verissima est terminis Tridentini Cõcilij sed statuta nouissima illa constitutione diuersum erit iudicandum & circa quam consule Martinus Nauarrus. consilio. 1. & 2. titulo. de pignorib. vulga. ægregie ibi probantem per superiorem constitutionem absolutionem excommunicationis tam publici quam priuati duelli Pontifi Maximo esse reseruatam quanuis Concilio Tridentino minime reseruatio diffinita fuerit.

Sed mitiori. Adde quod hæc autoris opinio, ex eo vera non videtur, quia si loquimur de duello quod inter nobiles nouissimis temporibus fit, nulla necessitas clericum compellere potest adhoc singulare certamen subeundum, cum maxime â suo sacro instituto fit alienum. Nec iactura honoris necessitatem inducit, vt scribit Prępos. in rub. de cleri. pug. in duello & opinionem istam sequutus est Petrus Roll. in pract. crimina. canon. 2. par. capite. 27. numero. 1. quæ practica opere isto absoluto, ad manus meas peruenit.

B *Ioann. Ber. opinio de quainhoc capite cõtinetur.*

Naues ad pugnam gubernantes, & conflictum personaliter exercentes, ac alios ad pugnam incitantes.

Cap.

CAPVT. CI.

1 *Clericus propter hæc tria crimina depositionem meretur.*

2 *Clericus, qui in bello interfuit, quando efficiatur irregularis.*

1 PRopter hæc tria delicta deponendus est clericus, vt in cap. Quod in dubijs. de pœnis. adu erte tamen quod in defensione bene possunt clerici gubernare naues, & alios ad pugnam defensionis incitare & in tantum confligere in hostes, quod eos dimittant, vt placuit Inno. ibi. Abb. autem in eo. cap. videtur eius sententiam restringere, videlicet quod si necessitas non erat ineuitabilis, licet clericus interfit bello causa defensionis: si sequitur mors, vel mutilatio membri ex percussione sua, efficitur irregularis, a secus si percussione aliorum. Ego tamen crederem quod Innocen. potest simpliciter intelligi, quo ad terminos text. quem declarat; quia ad hoc vt non patiatur pœnam depositionis, de qua ibi, sufficit quod clericus prętendat defensionem, licet causa non esset ineuitabilis. Quantum vero ad irregularitatem incurrendam seruabitur consideratio Abb. nec contradicit sententiæ Innocē. quia ipse nihil de irregularitate disponit iudicio meo b.

2 a

b

A *Irregularis qui in bello iusto hominem interficit.*

Efficitur irregularis. Adde tex. optimum in capi. petitio. de homi quo loco apparet quam esse irregularem si adhuc in bello iusto propria pugnauerit manu & aliquem occiderit aut membro mutilauerit idem probat gl. in cap. Scitatis. 7. quæsti. 1. quæ sententia communis est, vt profitetur D. Episcopus Couarru. in Clementin. si furiosus. 2. part. relecti §. 3 numer. 2 de homici Et circa huius capitis materiam vide latissime S. Thom. & Caieta. 2. 2. q. 40. arti. 2. Abb Card. Hen. Felin. & doctores in dict. cap. petitio Floren. 3. par. ti. 18. capi. 2. §. 6. Martin. Nauarr in manu confess. cap. 27. num. 215. Maio. de irreg. libr. 5. capit. 49. & optime Greg. Lup. in l. 52. in verbo, *Deuenyr.* titu. 6. par. 1. quo loco alios allegans disputat. An summus Prę sul possit facultatem clericis concedere, vt absque irregularitatis metu possint in bello pugnare.

Iudicio meo. Vide Petrum Follerium in practi. crim. cano. ca. 52. licet immodeste & in verecunde autorem istum alioqui doctissimum somniasse dicat. B

Violentiæ quæ illatores.

CAPVT. CII.

1 *Clericus in personis, rebus seu beneficijs violentiam inferens, qualiter puniatur, breuiter & diluci de per totū caput explicatur.*

CLerici violentiā inferre 1
solēt, aut possunt in per 2
sonis, rebus, seu beneficijs. Primo casu, quando ab ipsis fuerat vis illata personis citra homicidium, tunc pro qualitate iniuriæ ac damnorum, ac consideratis his, quæ in arbitrarijs pœnis considerandæ fore infra trademus, iudicis arbi-

trio puniri debent. Si quando vero contingat clericos eripere aliquem de manibus familiæ, qui sententia iudicis ducebatur ad mortem, vel aliud corporale supplicium, tunc quidem distinguendum est. Nam aut manifeste apparebat illum condemnatum iniquè, & tunc videtur nullam imponendam pœnam [b] propter hoc vt sentit Alber. in l. addictos. C. de episcop. audi. per tex. in capi. Hi qui. 14 quæstion 6. vbi bona glo. & melior in capi. Reos. 23. qu. sit. 5. facit quod notat Archi. in ca. Cum homo. 23. quæstio. 5. & vide Hyppol. in l. lege Cornelia. colum. 10. num. 23 ff. ad l. Cornel. de Siccar. in practica causarum criminalium, fol. 56. nume. 41. in verbo. attingam. vbi refert dictam conclusionem Albert. & ponit alia, per quæ potest corroborari. Si tamen in tali ereptione cõdemnati clerici scandalum fecerint, vnde detetiora contingat quam in iusta hominis occisione, tunc bene crederem eos puniendos per suum iudicem iuxta scandali & perpetratorum mẽsuram. Si vero damnatum iuste, eriperent, tunc puniendi sunt. Idem quando esset dubium iuste an ne damnaretur, cum præsumere debent clerici pro iudice damnante. In hac autem illicita ereptione aduertere debent multum iudices circa modum eripiendi, an cum armis, & scandalo id fiat, an etiam ruptis carceribus, vel non: & alia considerare, quæ solent similla leuiora, vel grauiora facere hæc delicta in laicis. [c] Aduertendum tamen est quod si clericus eximit à carceribus captũ prodebito, tenebitur ad id quod fisco, & priuato debebatur, per id quod notat Bart. in l. Quoties de exactoribus tribu. lib. 10. Fabe. in §. Pœnales. instit. de action. ibi col. 17. versi. 3. circa prędicta. quod intelligerem verum pro illis debitis, pro quibus erat incarceratus, vel recomendatus: non vero tenebitur omnibus creditoribus licet obstet generalitas notabilis decisionis Bald. in dict. l. Addictos dum tenet quod eximens aliquem de manibus curiæ, tenetur ac si fideiussisset pro eo in omnem casum. Secundo vero casu videlicet quando clerici res inuaserint violenter, tunc si erat res temporalis propria vel aliena, cuius possessio erat apud alium constituta patiuntur pœnã legis. Si quis in tantam. C. Vnde vi. quæ etiam habet locum in clericis, vt sentit glos. in capi. 1. de dolo & cont. cui assentitur ibi Abb. in 6. colu. versi. Quo ad tertium. quod confirmatur ex traditis per Felin. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. colu. 4. versi. quęritur primo, videlicet quod leges Imperatorum & Regum cõprehendunt clericos: & melius ex quæ ibi not in col. 23. versic. Sequitur etiam. Tertio autem quãdo in beneficijs faciunt violẽtiã tũc qui temeritate dignitates personatus, aut alia quęcunq; beneficia ecclesiastica occupare nõverentur, hoc ipso, ius (si ꝙ indignitatibus vel beneficijs taliter occupatis, vel ad eacõpetebat) amittunt. Ita disponitur in ca. Eũ qui. in fin. de præbend. lib. 6. Si vero beneficium cui animarum cura imminet. vi occupat clericus, beneficio simili cum cura quod primitus obtinebat, est ipso iure priuatus, vt voluit ibi text. in princip.

Inferre

Clerici Regis vassalli, qui regnũ illatis violẽtijs perturbãt ab eo expelli possũt.

INferre solent. Adde singulariter circa caput hoc, quod vltra pœnas eos dispositas, si clerici vassallis Regis violentias intulerint, a quibus desistere nollunt possunt a Regno expelli & priuari iure originis. tex. in l. quicunque. C. de Episcop. & cleric. vbi Paul. not. Bartholom. Cassa. in consuetudin. Burg. rubri. i. §. 5. in glos. *Sin la graci.* nume. 81. Petr. Auenda. de manda. Regul. 2. par. cap. 7. nume. 12. Vnde apud supremaRegia tribunalia receptum est quod si Ecclesiastici iudices vim intulerint, nec eorum mandatis parere volunt, eis præcipitur, vt a Regno exeant cuius praxis meminit D. Couarru. in practi. quæstio. capi. 35. num. 3. Guil. Benedi. in cap. Rainuntius. de testam. in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiã.* 2. decisio. num. 460 de testamẽ. Caro. de Grassa. lib. 2. Reg. Fran. iure. 7. column penult. & eius pœnæ mentio fit in l. 5. titul. 1. libr. ordin. antiqui.

Interpretatur decimus casus censurarũ scenæ cõtra Mar. Nauarro.

Quanuis insignis vir Marri. Nauarr. in manu confessor. capi. 27. nume. 67. ex casu decimo censurarum cœnæ colligit, imo dicit iam ibi diffinitum esse, vt nullo modo liceat secularibus iudicibus, Episcopis non parentibus suis iussibus præcipere, vt â Regno exeant, & non solum iuuentes, sed & lectores iussa exsequentes, & opem ad id ferentes, & consulentes, censuris ligantur si vero iuuerent curiamRegis exire, vel alium locum, qui non esset eorum diœcesim non ligantur dictis censuris. Ego tamen (salua in omnibus Romanæ Ecclesiæ dignissima censura) & interrim quod ipsa contrarium iudicauerit, & non vltra, existimo, dictum decimum casum cœnę, nullo modo Regiæ potestati derogare, sed tunc procedere cum Episcopi & alij prælati superiores iniuste, & nulla legitima causa subsistente a Regno expellantur. ita ex eo colligitur cũ loquatur contra percutientes, interficientes, vulnerantes, vel verberantes & hostiliter insequentes. S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos. & Sedis Apostolicæ legatos, & sic verba quę statio subijciuntur cum dicit, *Aut Deos deijcientes*, &c. Intelligẽda sunt deijcioneviolenta, & iniusta, sicut sũt percussiones. verbera & alia de quibus in principio loquitur.

Suprema Regis hispaniarũ tribunalia, potestatẽ habent cognoscendi per modũ (vt dicunt) violentiæ in causis spiritualib⁹

Pro quorum interpretatione animaduerti oportet, quod apud nos illud est frequentissimum, & vsitatum, a tempore quod hominum excedit memoriam, quod potentissimi Hispanorum Reges eorumque suprema tribunalia, iudicibus Ecclesiasticis obuiant, ne post, vel contra appellationem vim vllam faciant appellantibus imo cognunt eos deponere omnia in eum statum quo tempore appellationis res habebat. Si vero laicus per ecclesiasticum iudicem grauatur, eo quod ispe illius causæ de qua controuertitur, iudex non sit competens, si appellationem interposuerit, literæ Regiædantur, quibus præcipitur iudici ecclesiastico ne amplius de causa illa cognoscat, sed potius ad iudicem secularem remittat, vel mittat, processum ad Regiam curiam, qua visa si causa spectat ad secularem iudicem, non agitur de appellatione de-

ferenda, sed inhibetur iudex ecclesiasticus, causa vero ad secularem remittitur, si autem ad ecclesiasticum pertinet ei remittitur, declaraturque nullam vim inferre ita Regijs instructionibus missis ad suprema tribunalia dispositum est. Quarum meminit D. Couar. d. ca. 35. de quo stat hodie. l. 36. titul. 5. libr. 2. Regij ordinam. noui. Et vide doctissimum Gregor. in l. 13. titu. 13. par. 2. in verbo, *Ninfuerça*. Qui quidem forensis vsus non tantum in his Regnis, sed etiam apud Gallos est frequentissimus, prout testatur Auferr. in add. repet. Clementin. 1. de offici. ordin. reg. 2. fallen. 30. Carol. de Grassa. lib. 2. Regul. Fan. iure. 7. Et apud Lusitanos idem seruari asseuerat ægregius Martin. Nauarr. in capite. cum contingat. i. remedio, columna. 2. de rescrip. dicens non tantum hoc concessum esse supremis tribunalibus, sed inferioribus iudicibus, qui cognoscere possunt, de omni. vi noua contra clericos modo intra annum & diem querela proponatur, iuxta illorũ Regiam. l. ordin. li. 2. ti. 1. §. *Epondera*.

Reges eorũque iudices, an de vi & possessione beneficiorũ, & mortis priuelegijs possint cognoscere.

Quæ quidẽ praxis, ex eo non vulgariter fulcitur. nã licet inter doctores sit cõtrouersũ, an semotis priuilegijs, vel consuetudinibus, Reges eorũ quæ iudices de vi & possessione beneficiorũ, & aliarũ spititualiũ rerũ cognoscere possint. Et tamen exploratissimi iuris & saltim ex tacita Summi Põtificis approbatione, possunt Reges de huiusmodi vi iudicare, de quo legẽdus est Guido Papa decisiõ Delphi. q. 1. & 71. & 85. Frã Marchin. q 190. & 512. Vbi scribit curiam sic semper seruasse Idem frequentissime obseruat Curia. Burdega vt memoriæ protulit Boeri. quæst. 69. nu. 23. Idem in Curia Neapolit. consuetudine receptum esse fatetur Afflict. de cision. 2. num. 10. & 11. & decision. 24. numer. 9. Gramma. decision. 78.

Et in Mediolanensi Senatu vt testatur Andre. Alciatus consil. 24. numer. 1. Quod vniuersa Gallia idem obseruat, sicredimus Petro Rebuff. in commen. consuetudin. Fran. 3. tomo titul. de possessioni. benefic. 8. articul. glos. 2. Guill. Benedict. in capitu. Rainunt. de testament. 12. parte. in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam numer. 39. Similiter in Senatu patriæ Pedamontium idem receptum est tradit Iacob. Menoch. de recuperand. possessione. 15. remedio numer. 210. Osancus quem post hæc scripta legi decision. Pedamon. 30. Et apud Hispanos idem refert Martin. Nauarr. in dict. capitu. cum contingat. 1. remedio fol. 3. versic. octauo facit. Petrus Auendan. de manda. Regum 1. par. ca. 1. num. 32. quem frequentissimum vsum multis probat Ioan. Igne. in l. necessarios. §. & non alias 2. p. col. 1. 2. & 3. ff. ad Sillani. Roland. Valle cõsi. 23. col. 1. & 2. li. 1. & hãc dicit communem & veram opinionẽ Ripa in Rub. de iudi. n. 90. circa quam legendus est Menoch. vbi supra & Marcus Anton. Natte. consi. 411. vol. 2. nu. 1.

Deinde huic praxi suffragatur tex. optimus in capite. filijs. 16. quæst. 7. quod habet Archiepiscopis, vel Episcopis negligẽti & obuiare rectoribus, qui Ecclesiarum

siarum iuris patronatus bonis abutuntur Regiam adiri posse vbi glo. in verbo, *Reges*. Addit hęc verba. *Vt corrigat cum per Ecclesiasticum iudicem cogi non potest*. Et quã uis Abb. in cap. qualiter & quando. in 2. column. de iudi. aliter text. illum interprętetur dicens text. illum per iura noua correctum esse. Equidem nulla est correctio, in his quæ ad vim & violentiam pertinet. Imo omnium fere Regnorum antiquissima consuetudo probat quæ non contra voluntatem Apostolicæ sedis, secundum ipsam fuit introducta.

Rursus conducit text. ægregius in capit. Regum. 23. quæstion. 5. *Regum* (inquit) *officium est proprium facere iudicium atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos*. Et habetur Hierem. 21. ca. 21. & 22. & est optima. l. 13. titu. 13. par. 2. ibi, *E para defenderlos, que no reciban mal, ni fuerça*. text in ca. Princeps. 23. quæstio. 5. cuius autoritate scribit Guil. Bened in dict. cap. Rainuntius. in dict. verbo, *Nomine Adelasiam* numer. 454. quod vbicunque ecclesiastica potestas defficit, aut quia non potest, aut quia Prælatorum dissimulatione non vult, secularis potestas se intromittit ne delictorum attrocitate pax publica turbetur.

Quæ iura quomodo sint interprętanda, elucidaui ann. Domini 1584. defendens causã huius Complutensis Achademię, a seditione quæ quorundã culpa contingit dicto ann. die vero Sancti Nicolai, quę sexta est mensis Decẽbris vt in nostra iuris consultatione quę in Archiuo Collegi serbatur latius continetur. Causa vero illa agitata fuit coram D. Licencia to Ioan. Gomecio Regiæ tunc curiæ iudice integerimo & in corruptissimo, qui iam ad Regium supremum consilium, multis ei nominibus debitum est promotus.

Licen. Ioann. Gome. Regius consiliarius laudatur.

Idem manifestissima ratione comprobatur, nam si remedium hoc, ac veluti fortissimum scutum, aduersus ecclesiasticos iudices, longe a Romana curia iudicantes non adhiberetur, possent quidem pro libito suo quem velent excommunicare & excommunicatum denuntiare, & quibus volent locis interdicere, sine aliquo iuris remedio quam quod â Romana curia post longam vexationem, cum maximisque expensis traderetur.

Præterea rem hanc fulcit, nam si res hæc recto animo perpenda tur, non solum non afficitur iniuria iudex ad quem est appellatũ, ex hac violentiæ cognitione, sed summo honore prosequitur nam Seculares Principes eorum quæ Senatores minitia cognoscunt de iustitia, vel iniustissime appellationis ad Summum Præsulem deffe rendæ, ad hoc vt ab ipsis sententia confirmetur, vel reuocetur: sed solum ad finem pronunciandi an fiat, vel ne per iudicem vis appellanti, qui quidem finis faciliorem causæ appellationis exitum parat, cum forte iudex qui appellationi deferre tenetur, iniustissime sententiam exequatur, superiorem vilipendens, & partem grauans. circa quæ omnia videnda sunt quæ doctissime de more scribit Nauarrus. in dict. capitulo. cum contingat, primo remedio

& D.Couarruuias.dict.capituo. 35.

Suprema Hispaniarũ tribunalia in causis violentiæ ex pẽsis possunt multare.

Quod vsque adeo procedit, quod in huiusmodi cognitione, locum habet, expensarum condemnatio contra vim inferentẽ, ita tenet Benedict.in loco nouissime allegato. numer. 310. Gregor.& Auenda in dictis locis.

Clericus qui timet corã suo episcopo cõparere Regis auxiliũ potest implorare.

Hinc etiam emanat,quod si clericus iuste timet coram suo Episcopo,vel eius vicario comparere,potest Regem eius consiliarios supremos adire,ab eis quę literas Regias petere,quæ concedi solent. Quibus præcipitur ne grauetur,sed quod seruato iuris ordine prædicti Ecclesiastici iudices procedant, vt asseuerat Osancus dict decisi.30.

Hispaniarũ Reges ius habẽt cõtra episcopos & Ecclesiasticos iudices vim inferẽtes expellendi à suis regnis,et priuandi illos amissione rerum temporaliũ.

Quæ sanè non temere aduximus,sed vt ex hac Regia potestate,sic iure fulcita, intelligamus, posse Reges nostros integerimos eorumque senatores, Episcopos,alioſque ecclesiasticos iudices violentiam partibus litigantibus inferentes, nolentes ab ea desistere â Regnis suis expellere,& eos priuare amissione rerũ temporalium, quas in his regnis obtinẽt,nam alias inutilis foret dicta Regia potestas si trangressores debitis pœnis non puniren tur.Sicut quidem Romanus Pontifex,non censetur derogare iuri Christianis Principibus siue iure,siue immemoriali consuetudine quæsito,sic per dictum casum decimum cœnæ, minime credendum est voluisse tollere eam potestatem,imponendi pœnas,quæ necessariæ sunt ad dicti iuris execution em . Pro quo mire facit, quod scribit, Guidus Pap. decisio. 1.delphi.nempe Martinum Papam (cuius bullæ tenorem ibi scribit) declarasse ad instantiam Caroli Regis Francorum se per illam suam sanctionem qua graues pœnas statuit, aduersus clericos quoquo modo conuenientes,vel se conueniri patientes coram iudicibus secularibus non intellexisse in illis casibus in quibus Rex â tempore immemoriali cognoscebat,

Sing.interpretatur Decimusquartus casus censurarũ cana.

Nec etiam superioribus ad Regiæ potestati reffragatur, alius casus nempe.14. Bullæ Cœnę Domini ibi,*Vel alias executionem literarum Apostolicarum,vel executorialium sub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quo ad nos informando* (vt ipse aiunt) *supplicauerint, aut supplicari fecerimi*.Nam verba illa intelligenda sunt,quando literarum Apostolicarum executio,ob eam causam impeditur,vt iurisdictio Ecclesiastica perturbetur Hoc sanè alienum est a Regibus nostris eorumque senatoribus, qui pro ipsorum religione,Pontificum decreta colunt,& venerantur,secus vero quando ad tollendam vim & oppressionem,di &o saluberrimo,& summe necessario remedio vtuntur præcitatus casus minime denegat. Alienum prorsus est a summi Prę sulis mente quod voluerit quemquam opprimi aut grauari sic ægregie declarat Martin. Nauarr. in manu cap.27.num. 69.&.70. Frater Anto.Corduba in summ. quæstion.35.

Parique ratione intelligendus est locus ægregius concilij Tridentini. Sess. 25. capite. 2. de reformati qui cum statutat formam ab Ecclesiasticis iudici-

dicibus in excommunicationibus proferendis seruandam his verbis inquit. *Nefas sit seculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico iudici ne quem excommunicet, aut mandare vt latum excommunicationē reuocet, sub pretextu quod contenta in presenti decreto non sunt obseruata, cum non ad seculares, sed ad ecclesiasticos hac cognitio pertineat* Locum enim tunc obtinet, quando seculares magistratusve luti iudices appellationes tanquam spirituali iurisdictione obtinentes intenderent excommunicationem reuocare, aut temperare, secûs autem si ad tollēdam vim ab ecclesiasticis iudicibus illatam dicto remedio vtertur. ☞ Quod summe notandum est.

In causis criminalibus quarū cognitio ad inquisitores pertinet, nec non in ciuilibus bonorum publicatorū locum non habet auxilium vulgariter dictū

Et licet dictum remedium salubberrimum & præstātissimum sit, ad propulsandas iniurias iudicū ecclesiasticorum, tamen speciali iure sanctitum est Regijs constitutionibus, ne quispiam secularium iudicum, quantuncunque dignitate, ac potestate sit præditus, conoscere vllo modo possit, de causis ciuilibus aut criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquisitores hæreticæprauitatis, & ad iudices bonorum publicatorum etiam sub prætextu subleuandi vi oppressos. Sed qui dicti casibus appellare voluerit adire tenetur sacrosanctum senatum supremum sanctæ Inquisitionis de cuo statRegium decretum datum Burgen. die. 7. Martij. anno. 1508. innouatum a. no. 1553. circa quod legendus est D. Episcopus Iacob. Septima. in chatol. instit. tit 36. num. 2.

B *Pœnam.* vide Prouer. cap. 24. *erue eos* (inquit) *qui ducuntur ad mortem & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.* cap. non inferenda 23. quæsti. 5. tex. in. l. prohibitum vbi Bartol & docto. & in l. defensionis facultas C. de inre fis. & in l. quoniam iudices vbi glossa. in verbo, resistere. C. de appellati. gloss. & Doctores in ver. denuntietis in cap. ex literis de offi. deleg vbi Inno. Abb. Decij. & alij tradiderunt glos. in l. non videtur data in verbo, qui iussu ff. de regu. iur. Din. in reg. quod quis de reg iur. lib. 6. Ias. post alios in. l. vt vim num. 19 ff. de iusti. & iur. vbi Dec. col. 2. num. 25. tradit Ange Areti. in tract malefic. in verbo *fama publica*, versicul. secundo quæro, & in parte, *presente Gato, & appellante* versic. Quod autem Hyppo. in l. 1. num. Burg. Rubr. 1. §. 7. gloss. *de simple res consue* numero 15 cum sequen. & latissi. Carru in pract. crimi. fol. 173. numero 19. secundum nouissimam æditionem Thom. Gramma. voto. 51.

In laicis. Aduerte lector candide quod ad hanc arbitrariam pœnā clericis, pro hoc crimine clericis imponendam diligenter iudices ecclesiastici perpendere debent, quæ pœnæ iure Cæsarum aduersus laicos statutę sunt, vt in de colligant, an maior vel minor pœna sit infligenda vt voluit notat Innocen. in capit. qualiter & quando de accusati. & doctores communiter in cap. at si clerici, & in cap. cum non ab homine de iudi. Petrus Folleri. in practi criminal. can. in verbo. & si confess. nume. 154. Quas quidem pœnas, propositis quibusdam conclusionibus elucidabo.

C *Eripiens reum a potestate iudicis, vel ministris aut à carceribus eximens quibus pœnis puniatur, septē assertionibus interpretatur.*

Prima conclusio Eripiens vio-

lentum raptorem, nondum confessum, conuictum, vel condemnatum, punitur pœna decem librarum auri text. in aut. vt omnes obedi. iudi. §. arripiatur autẽ nullus coll. 5.

Cardinalis obiãs condẽnato, an a morte liberet.

Secunda conclusio. Eximens confessum & condemnatum de crimine, tenetur crimine lesæ Maiestatis tex. in l. cuiuscunque vbi Bar. ff. ad leg. Iuli. Magesta. tradit Bart. in l. ad dictos. C. de Episcop. audi. & in extraua. ad Repri. in verbo, *tangat*. Ias. in l. 1. §. Prætor. vbi Alexandr. ff. nequis cum qui in ius voca. est vi eximat Aug. Aretin in tractat. malefici in verbo, *famapublica*, num. 55. Hyppol. in l. 1. in princip. ff de quæstionib. & in l. 1. in princi. de Siccar. & in Repeti. rubri. ff. de fideiussor. numero. 16. & in sing. 273 Cœpol. in tractat. cautel. 1. Guilli. Benedict in capite. Rainuntius. in verbo, *Mortuo itaque testatore*. el 1. numero. 180. Iass. in §. pœnales Instit. de actionib. 102. & ibi Gome. numero. 48. Ioann. Bernar. in regu. & fallen. regul. 97. vbi dixi Petrus Dueñ. reg. 281. quæ opinio communis est, de iure Regio probatur in l. 5. titul. 12. libr. 3. ordin. veter. & in l. 14. titu. 29. par. 7. & l. 11. titu. 13 lib. 4. For. Ideoque iudex ecclesiasticus grauissimis pœnis clericum condemnauit qui in causa huius secundæ propositæ conclusionis delinquerit.

Est tamen circa hoc consideratione dignissimum, ꝙ siue priuilegio, vel consuetudine Cardinalibus indultum est, ꝙ si damnatum ad mortem & ductum iam ad patibulum obient possunt eũ eximere & liberare tenet Bal. & Salicet. in dict. adductos. Cæpola caut. 2. Mari. Socin in tractat. de citatione articul. 35. quæstio. 5. Hyppo. in l. colu. 1. 3. C. de fals. & in sing. 237. Barba. in cap quærenti. num. 19. de officio delega. quanuis ipse in tract. de præst. Car. non na quæstione contrariũ teneat.

Tertia conclusio. Eximens reũ maleficæ artis seu magicę punitur pœna vltimi supplicij. l. fina. C. de malefic.

Quarta conclusio. Eximens in carceratum vel captum a iudicis familia, in alijs omnibus casibus quam supra traditis puniendus est eadẽ pœna qua reus ipse qui fuit liberatus. l. 1. C. de his qui latro. occulta.

Quinta conclusio, Eximens aliquem violenter de carceribus qui non est reus alicuius criminis, sed solum incarceratus erat pro debito, siue publico, siue priuato, tenetur creditoribus satisfacere ex proprio patrimonio text. ægregius in l. quoties C. de exactori. tribu. lib. 1. not. autor noster hoc capite & Gom. Arias. in l. 64. nu. 9. Tauri.

Sexta conclusio. Eximens violenter & de facto aliquem de carceribus, qui nullum crimen commisserat, nec pro aliquo debito erat incarceratus, multari potest pecuniaria multa, secundum potestatem iurisdictionis. vt in rub. ff. si quis ius. d. non obten. & ibi Bar. in pœn. quæst tradit Specula. in tit. de sent. prola. §. species. versi. Nunquid titulus. & Puniri debet iudicis arbitrio. l. 1. §. effractores. ff. de effractori. & expilla. Ias. in l. 1. ff. nequis eũ qui in ius vocatus est vi exi. Greg. Lup. indict. l. 14. in verbo, *Deuiare scibit*

Septi-

Iudici, vel eius ministris resistens quibus pœnis in his Hispaniarum regnis punitur.

Septima & vltima conclusio, resistés iudici, vel eius ministris, vel eos offendens, grauissimis pœnis puniendus est tradit Guid. Papa. decis. 557. de quo multa scripsi in iuuentute mea in anno ta. ad istum Dominum Episcopū in regul. 382. Hodiè vero in his Hispaniarum Regnis committés crimen resistentiæ, vel iudicem percutiens eo casu, quo secundum criminis qualitatem, erat corporalis pœna imponenda, per vias publicas ignominiosè ferendus est, & per octo annorum spacium ad Regias triremes mittendus, nisi delicti grauitas, maiorē & grauiorem pœnam postulet: de quo est. l. 7. titu. 12. lib. 8. ord. noui.

D *In clericis.* Adde Iac. Men. de re cu. poss. remed. 9. nu. 101. & 277.

Literas ad alios directas aperientes, & ad uersarijs oſtēdentes.

CAPVT. CIII.

1 *Aperiens literas, easque aduersario mittentis ostendens, in falsi pœnam incidit.*

2 *Clericus scelus hoc comittens, qualiter puniatur.*

3 *Aperiens literas vt legeret, easque minime alijs ostendens extraordinarie punitur.*

1 APeriens literas, & aduersario mittentis ostendens incidit in pœnam falsi, a ita Barto. in l. Qui testamentum ad l. Cornel. de falsi. ff. per. l. 1. §. is qui depositam eo. tit. & sequitur Panor. in cap. Cum olim. lo. 2 de offi. de lega. vbi vide glos. & Felin. num. 2 Syluest. in verbo falsarius. §. 1. in summa sua, & Iaſ. in §. pœnales. num. 26. institu. de actio. & Augustin. in addit. ad Angel. in tracta. de malefi. in verbo, falsario, 2 numer. 10. & Iason in l. Non dubium. in colum. antepe C. de legi. Clericus vero hoc faciens, incurrit pœnā depositionis; ita scripsit Roma. con. 365. incip. Quæritur primo, qua pœna. circa fin. hoc solo fundamēto motus, quod de iure Canonico pœna falsi est depositio in clerico, per text. in cap. Ad falsariorum. de crim. fal. sed salua eius autoritate hoc non videtur verum, quia ille textus non imponit pœnam depositionis clerico pro qualibet falsitate sed quando vtitur falsis literis Papæ: b non ergo videtur posse illud extendi ad hoc delictum. Vnde crederem, clericū in hoc puniendum esse arbitrarie, consideratis his quæ in arbitrarijs pœnis considerāda inferius declarabimus. Si vero aliquis aperuit literas vt videret, & alijsnō ostendit tunc non tenetur pœna falsi, sed extraordinarie punietur. ita Bart. & Rom. Panorm. & Iason. vbi supra, & idem notat Felinus, post Inn. in dict. cap. Cū olim, qui dicit quod isto casu pœna est arbitraria. Vnde idem dicendum est in clerico.

IN *pœnam falsi.* Vide Iaſ. in l. admonendi, in repet. numero. 150. ff. de iureiur. Martin. Nauar. in cap sacerdos. num. 10. de pœn. disti 6. Et eadē pœna plectendus est, qui de alienis literis sigillum remo

alienis li teris pœna falsipu nitur.

remouet Barto. in l. Paulus. ff. de falſ. Ioann. Bertachi. in tracta. de Epiſcopo. 1. par. verſicu. vlterius quæro. num. 36. Hieron. Gig. in tract. de crimine læſæ mag. lib. 1. quæſt. 21. nu. 12.

Eſt quidem huius capitis pęna tanto crimini condigna. *Nã fraudulenter ambulat*, (inquit Sapiens Prouerbi. 11.) *quiſquis reuelat arcana. Et cum eo* (inquit idem Sapiens prouerb. 20.) *qui reuelat myſteria, & ambulat fraudulenter; & dilatat labia ſua ne commiſcaris.* Et Eccle. c. 27. *Denudare* (inquit) amici myſteria, *deſperatio eſt animæ infelicis* Reuelare ſanè ſecreta grauiſsimum crimen omni æuo iudicatũ fuit. Ferunt apud Ethnicos Siſyphum illud ob id quod Deorum arcana hominibus patefecit, apud inferos eam pęnam ſubſtinere, nempe, vt ingens ſaxum ad montis cacumen deferat, â quo proijciat, & iterum ſtatim repetat, & in huiuſmodi labore perpetuo aſſiduus ſit, autor eſt Seruius ad Virg. libro. 6. Aeneidos ſic Tarquinius Romanorum Rex M. Tullium. Duum virum quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ cõmiſſum corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abijci iuſsit teſtis eſt Valerius Maxi. lib. i. tit. de cultu Deorum. Et apud Egyptios reuelanti ſecreta hoſtibus, lingua abſconditur Diodo. lib. 2:

Conſiliarius ciuitatis reuelans ſecretum qua pœna puniatur.

Vnde (mea ſententia) recte de more ſcribit Bald. in l. nullum, num. 5. C. de teſtibus quod ciuitatis conſiliarius, ſiue Decurio, qui ſecreta detexuerit, cũ ratione iuramenti & officij tacere debuit, quare periurus cum ſit ab officio, & dignitate amoueri debet idem Bal. in tit. de pace Conſtan. in verbo, *Credentia*. Sequitur Cæpo. conſi. crimi. conſil. 39. numer. 29. qui Patauij ita deciſſum fuiſſe teſtatur Hyppo. conſili. 1. num. 9. Villadiego in tractat. de legato. 3. par. quæſtio. 1. num. 36. Curia Piſana in 3. parte in princ. & magis in ſpecie ſcribit Ang. in l. Athletas. §. calumniator. nume. 4 ff. de his qui. not infa. ſcribẽs ciuitatis conſiliarios detegentes ſiue reuelantes, ſecreta ſuæ ciuitatis eſſe preuaricatores, & hoſtes. Circa quod multa congerit, Quinti. Mando. in tract. ingratitudinem. c. 62. cauſa. 13.

Canonicus reuelans capituli ſecreta quæ pœna plectẽdus eſt.

Ex quibus aſſeuerandum cenſeo canonicos, qui capituli ſui ſecreta reuelant, ſi iuramento ab eis præſtito de non reuelando cõ traueniunt, pęnis Sacrorum Canonum contra periuros clericos ſancitis de quibus ſuo loco cum autore dixi ſunt plectendi: ſi vero nullum præſtiterunt iuramentum pro modo culpæ pęna arbitraria puniendi ſunt. Dubitari tamen poteſt circa huius capitis argumentum vtrum clericus a pęna eius excuſetur, ſi ad propriam vitam vel alterius tuendam crimen hoc commiſſerit, & verius cenſeo non licere literas aperire & aduerſarijs, oſtendere falſum committendo non quidem faciẽda ſunt mala, vt inde bona eueniunt alioqui liceret periurium, & falſum committere ad vitam defendendam quod nullus audet aſſeuerare ita ſcribit Simon Maiol. in tractat. de irreg. lib. 5. 35. illud vero negari non poteſt licere huic literas has defferenti eas minime qui mittuntur tradere, &

re & alijs licitis modis contende re ne ex eis malum aliquod ſibi cõtingat. Quodſi hoc trãsgreſſus fuerit, quia qualẽqualẽ excuſationem habet, minime ordinaria criminis pena plecteretur ſed benigniori iudicis arbitrio imponenda erit.

Falſis literis Papæ. Adde Hoſtiẽ. in ſumm. tit. de ſchiſma. §. Quapę na num. 10.

Eccleſiaſticos viros, vt ſua reſignent beneficia, ac ne citati ad curiam accedant capientes.

CAPVT. CIIII.

1 *Clericus huius criminis reus qualiter puniatur.*

1 PErſonæ Eccleſiaſticę hoc vt fiat procurãtes, ſi fuerint prælati inferiores eo ipſo obtentis beneficijs ſunt priuati ita diſponit text. in Clemen. multorum. de pęnis. intellige tamen quod per ſolã capturam factam ad finem quodquis renunciet, ſi tamen in effectu nõ renunciauit, non incurrit capiẽs iſtam pęnam. Sic declarat Cardi. ibi poſt Zenzeli in. 6. quæſt. & idem dicit poſt Paul. ibi. in quæſ. 10. quando liquido poſſet probari quod detentio non fuit cauſa quod captus non accederet ad curiam, quia tunc capiens non incurrit pœnam.

ANNOTATIO.

ADde caſum vndecimum cenæ Domini.

Incendiarij.

CAPVT. CV.

1 *Clericus, qui hoc crimen commiſerit cum certa pœna in iure expreſſa non ſit, arbitrio iudicis eſt puniendus.*

INcendiariorum malitiam peſsimam de populatricem ac horrendam appellat tex. in cap. Peſsimam. 23. quæ. 8. & in eo deſcribitur pęna laicis incendiarijs imponenda per eccleſiam quæ grauius eſt: & de ea late ſcripſit Auguſt. in addition. ad Angelum. de maleficijs, verbo incẽdiario. n. 6 1. Clericis tamen delicti huius pœna inflingenda in canonibus ſcripta non reperitur, forſam enim non ſunt arbitrati conditores canonum aliquem clericorũ in tantum ſcelus incurſurum, abſque vlla ſui vtilitate ſeu voluptate, ac magna aliorum iactura, ideo erit arbitrio iudicis relinquẽda, iuxta doli ac loci, & damnorum qualitatem & quantitatem, qui ſemper etiam in hoc attendere debebit, qualiter cuiuſcunque regni leges in hoc animaduertant, vt vbi fuerit legum cenſura grauior, ibi etiam ſit pœna ſeuerior.

ANNOTATIO.

VIde multa, quæ de huius criminis grauitate & deteſtatione tradit Hoſti. in ſum. iſto tit. §. Et qua pœna Abb. Felin. & Doctores in cap. tua nos. de ſentent. excomm. Ludo. in practica. crimina.

min.cap.103.pagi.352.Iaco.Menoch.de arbi.iudi.quæstio.lib.2.centu 4 casu 390.& latissime Petrus Grego.3.par syntag li.36.cap.19. Et nota quod incendiarius loci sacri vel monasterii ipso iure excommunicatus est si tamen locus sacer non est excommunicandus erit ita Abb.& doctores in cap.conquesti.& in cap.ua.de senten.excommuni.quam esse communem sententiam fatetur Martin.Nauarr.in manuali.c.17.nu.100.

Raptorum & ecclesiarum, violatorumnō satisfacientiū, sepulturis interesētes, eorumque eleemosynas recipientes, ac de eorum rapina participantes.

CAPVT.CVI.

1 *Raptor manifestus vel violator Ecclesiæ nisi ablata restituat, firmā & plenariam securitatem emendandi præstiterit beneficiū pœnitentiæ ei est denegandum.*

2 *Clericus, qui aliquod huius capitis delictum perpetrauerit, est deponendus.*

3 *Episcopus non potest clericum depositum propter aliquod istorum criminum restituere, sed solus summus Ecclesiæ Præsul.*

4 *Raptori vel violatori qui in morte pœnituerunt, qui tamen non potuerunt, satisfacere, licet sepultura denegetur, non tamen cemēterium.*

5 *Clericus, qui prædictos raptores seu violatores ad pœnitentiam aliorum criminum admisit, immunis est à pœna.*

MAnifestus raptor, vel Ecclesiæ violator nisi prius ablata restituat si potest, vel emendandi firmam & plenam securitatem fecerit, beneficium pœnitentiæ ei pœnitus denegatur. Qui autem infanitate, obstinatamente non pœnituerit vel emendauerit, & in morte securitatem præstare nequieuerit, solennitas pœnitentiæ parum ei prodesse videtur. Sed de peccato contrito corde viaticum non negatur. ita tamē quod nullus clericorum sepulturis illius interfit, nec eius eleemosynā præsumat recipere. Quod si aliqui clericorum vel præsbyterorum contra hoc in vita vel in morte pœnitentias dare attentauerint, aut sepulturę eorum interesse, vel eleemosynas accipere: aut si aliqui eorum huiusmodi rapinę participes inuenti fuerint patiuntur ordinis sui damnum irrecuperabiliter. ita disponit text. in ca.2.de raptoribus & incend. Et sic clericus in hoc delinquens debet deponi, & priuari beneficio: vt not.Abb.ibi. In quantum autem supra dicitur quod damnum ordinis, & sic depositio fit irrecuperabiliter, dicit Abbas ibi post Ioan.And. quod hoc ideo dicitur, ad denotandum quod episcopus proprius non potest clericum propter hoc depositum restituere. sed requiritur dispensatio Papæ: quod etiam notat Antonius, licet eum Abbas non alleget. In beneficio tamen credit

Abba.

Abbat. quod poterit Episcopus dispensare, allegat tex. in capit. Salonitanæ. 63. distinct. & borũ tex. in ca. 2. de cleri. pug. in duel. vbi Episcopus dispensat cum homicida in beneficio, & ad ibi dicta se remittit. Itẽ aduerte quod licet raptori vel violatori prædictis qui pœnituerunt in morte, quando non potuerunt satisfacere, denegetur sepultura in ecclesia, cœmeterium tamen non denegatur, vt per glos. fin. ibi. Clerici tamen etiam in sepultura cœmeterij non debent interesse, vt notat. Abb. vbi supra, in fina. verbis quod etiam voluit Anto. ibi. Dum autem supradictũ est, quod talibus non est danda pœnitentia in vita, nec in morte sub pœna supradicta. Intelligant tamen sacerdotes quod possunt admittere dictos raptores, seu violatores ad pœnitentiam aliorum criminum sine metu pœnæ, si ipsi velint de ipsis pœnitentiam agere, vt per glossam & Doctores ibi, quãuis illa ad vitam æternam non sit fructuosa, vt per eos ibi.

4

5

Sortilegij.

CAPVT. CVII.

1 *Sortilegij qui dicantur.*
2 *Clericus propter hoc crimen qualiter puniatur.*

1 SOrtilegij (vt beato Isidoro placuit) illi sunt, qui sub nomine fictæ religionis per quasdã, quas Sanctorum, seu Apostolorum vocant sortes, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum in spectione futura promittunt, a vt habetur in ca. vno. 26. quæst. 1. Pœna clerici sortilegi, b secundum Antonium de Butrio in cap. At si clerici. de iudi. est quod depositus tradatur curiæ seculari, pro qua allegat tex. in capit. Admoneant. 26 quæst. 7. & sic addit ipse quartum casum ad gloss. in ca. Ad. abolendam, de hereticis, in quo quis statim post depositionẽ traditur curiæ læculari, sed Abba. ibi in colum. 13. credit quod Antoni. in hoc non bene dicat: quia illud capit. Admoneant. nõ dicit quod sortilegus debet seculari curiæ tradi, sed quod debeat degradari si clericus est, & quod cum materia sit odiosa, & valde exorbitans, debet intelligi de degradatione verbali. Vnde Abbas videtur concludere, quod pœna huius delicti sit illà de qua in capit. Tuæ de pœnis. Et quod istud delictum compræhendatur sub verbis (magis sceleribus) in dict. cap. positis, & sic quod clericus in hoc delinquens, verbaliter degradetur, & in monasterium detrudatur, & istam opinionem Abba. contra Anton. sequitur Aretin. in cap. Cũm non ab homine. columna. 10. de iudi. versicul. Addit etiam. Et sequitur etiam Decius in cap. At si clerici. column. 22 de iudici. versiculo. Quartus casu. Arnaldus in repetition. capit. Quoniam. de hæreti. in. 6. in column. 114 versicu. Quarto fallit, & videtur eundem Abbas. in cap. 2. de sortile. in glos. 1. vbi ex ea, & ex tex. colligit vnũ valde notandum videlicet quod in pœna imponenda sortilegis, vel eos cõsulẽtibus debet animaduertere iudex ad qualitatẽ. & quantitatẽ delicti

a
3
b

delicti, & adnimum delinquentis, & secundum hoc pœnam imponere, quandoque acerrimam, quandoque grauem, quandoque leuem, ex quo videtur quod non potest dari certa regula, cuius opinionem sequitur Paul. Grillan. in tract. de sortilegijs, in q. 11. in colum. 2. versi. Clerici vero Quem vide in illo tract. quia per quindecim folia & amplius, plura colligit in materia sortilegiorum, quorum aliqua concernunt clericos quæ quidem transcribere nolui. Et vid ehodie decretum Concilij Late ranens. sub Leone decimo celebrati, in nona sessione, vbi disponitur quod clerici qui inuenti fuerint culpabiles in sortilegijs per inuocationem dæmonum incãtationibus, ac diuinationibus, superstitionibus, arbitrio superiorum infamia notẽtur. Si vero nondestiterint, deponantur atque in monasteriumad tempus arbitrio superiorum prę finiendum detrudantur, beneficijsque & officijs ecclesiasticis priuentur. tex. autem in Canone 68. concilij Agatensis proijcien dos ab Ecclesia iubebat clericos magos, aut incantatores siue facientes filacteria.

A Sortileg & diuinatores acriter confutãtur.

Vtura promittunt. Nulla fere hodie est frequentior disputatio, quam quæ de sortilegijs, & diuinationibus suscipitur, obvanas inanium hominum superstitiones & opiniones, qui vt desiderijs suis impie satisfaciant, minime verentur, grauissima hæc crimina, quę lex Dei acriter detestatur & punit, perpetrare. Sunt quidem qui per sortes inquirũt futura contingentia, vel præsentia, & præterita quę per naturã cognosci non possunt, vani & falsi, & operam dãt illicitæ ac superstitiosæ rei, quæ non caret suggestione dęmonium, vt ait. Sãct. Thom. & Caietan. 2. 2. quęstio. 95. artic. 8. Sylvest. in sum. in verbo, superstitio quęstio. 9. Et isti sunt qui Dei permissu elementa concutiunt, & turbant mentes hominum, minus confidentium in Deo: ac sine vllo veneni haustu, violentia tantum carminum interimũt, vt dicit Diuus Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei habetur in cap. nec mirum. §. magi. 26. quæst. 5. Pręterea non immerito. l. vlti C. de malefi. & Math. communis salutis hostes hos appellat. Et eum late pateat de sortilegijs, & diuinatoribus argumentum, vt breui oratione consequi nequeat, fontes indicabo vnde copiose petatur differunt quidẽ latissime Paul. Grilla. integro tracta. de sortilegijs Zauchinus de hęreti. capi. 22. vbi Campegius Alberti in tract. de agnoscend. asser. quæst. 11. num. 3. Alfons. á Castro lib. 1. de iusta. hęreti. puni. c. 13 Sanct. Thom. 2. 2. quæsti. 95. Alexandr. de Ale. 2. p. quæst. 185. Sima. in cath. insti. tit. 62. Alber. Pignius. lib. 8. de libero homi. ca. 4. Locatus in opere iudi. in verbo, *Diuinationes*. Schil lacensis in tracta. de fide catho. in ca. 1 cum multis sequenti. Bernardus Commensis in lucerna Inquisitorũ in verbo, *Sortilegi*. Vnum tamen vel alterũ circa hoc non prætermittam. Primo, quod Chiromantia, quæ per manuum lineas diuinat, non caret summa superstitione de quo legẽdi sunt Paul.

Chiromantia quæ per

manuum lineas diuinat nõ caret superstitione.

Paul. Grillan. de sortilegijs. q. 3. num. 14. Alphon. Castro lib. 1. de iusta hæreti. puni. capit. 13. Fran. Casonus tracta. 1. de indicijs ex persona. cap. 6. nu. 4. & hanc elegantissime, & longa manu refutat Petrus Ciruelus lib. peculiari de reprobatione superstitionum.

Astrologia iudiciaria, quæ interrogatoria nũcupatur, superstitione nõ caret.

Nec caret superstitione, vt locus sit pœnis de quibus in hoc capite disseritur Astrologia iudiciaria, quæ interrogatoria nuncupatur, de qua loquitur Ptolomæus (si is est) in Centiloquio sententia 14. quam grauiter refutauit etiam Petrus Ciruelus lib. 4. fontis Sapientiæ Picus Mirandula. lib. 4. aduersus Astrologos capit. 13. Ex quibus hæc verissima assertio colligitur, nempe quod pars hęc astrologiæ iudiciariæ, quæ interrogatoria appellatur, cum nulla nitatur ratione naturali, illicita & superstitiosa est, quæ tunc hæresim sapiet, quando certo aliquid pronuntiare audeuit, ex his rebus, quę naturaliter sciri minime possunt.

Et generaliter quando crimen sortilegij perpetrantes Inquisitorum hæreticæ prauitatis iudicio subiaceant vide Alphon. â Castro lib. 1. de iust. hære. dict. capit. 13. Iacob. Septiman. in catho. illis & eruditissimis insti. capit. 62. Vide extra. constitutionem Sixti Quintij Pontifici. Maximi quam retuli infra capite. 108.

B

Laicihuius c. crimencommittẽtes qua pœna, à iudice Ecclesiastico puniãtur.

Pœna clerici sortilegi. Pœna vero laici ab ecclesiastico iudice pro hoc crimine imponenda ea quidem est quod si seruus fuerit verberetur, si vero liber pœna perpetui carceris punitur text in capit. contra Idolorum. 26. quæstio. 5. notat Roma. sing. 660. Felin. in cap. cum sit nume. 20. de foro competenti. Consuetudo tamen iam recepit, vt publi caignominiosa pœna imponatur Nempe vt qui scelus hoc commisserint publice fustigentur ducanturque per vias publicas cũ mythra melleque vncti & plumis circundati, vel circa Ecclesiam, vel domum Episcopi in Scala collocentur, vt ab omnibus deludantur. ita scribit Abb. in cap. 1. de sorti. per text. in cap. Episcopi. 26. quæst. 5. ibi, *Et si aliquem virum aut mulierem huiusmodi sceleris sectatorem inueniunt turpiter de honestatum de parochis suis deijciant* l. 4. ti. 32. part. 7 ad finem ibi. *O le ponen en deshonrra en la picota, ò le desnudan haziendole estar al sol, vntandolo de miel porque le coman las moscas algunahora del dia.*

Consulentesque aruspices, Incãtatores, Ariolos, augures, Sortilegos, ac eos qui artem magicam profitentur.

CAPVT. CVIII.

1 *Clericus, qui hoc crimen commiserit qua pœna puniatur.*

PResbyter, diaconus, vel quilibet de ordinibus clericorum, qui fuerit de prædictus consuluisse prędictos vel aliquos ipsorum, ab honore dig-

nitates suæ suspensus, monasterij curam excipiat, ibique pœnitentię perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat. Ita sanxit quartum Concilium Toletanum in canone. 28. quod refert Gratianus capite siquis Episcopus vigesimo sexto quæstione. 5.

☞ Iam vero ad exstirpanda crimina grauissima, quæ hoc capite continentur, nec non aduersus exercentes artem astrologię iudiciarię, & alia quæcunque diuinationum genera librosque de eis legentes vel detinentes sanctissimus Pontifex Sixtus Quintus elegantissimam, & vtilissimam edidit constitutionem cuius series talis omnibus nota est. Sed quia Catholicum illud Concilium nullam pęnam diffiniuit contra clericos blasphemos non habentes beneficia Ecclesiastica, ideo Sanctissimus Pius Quintus Pontifex Romanus lege lata sanciuit, quod clericus blasphemus non habēs beneficium pecuniariam vel corporali pœna pro iudicis arbitrio puniatur hoc pro prima vice. Pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradatus mittatur ad triremes fuit cōstitutio ædita Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto. Kalend. Aprilis quæ continetur in libro proprio motu folio. 36. vbi decretum est clericum qui ter hoc crimen commisserit ad triremes esse condemnandum. Laycus vero licet in tribunalibus Ecclesiasticis certis pœnis ibi statutis puniendus sit hodie vero frequentissime pro modo culpæ arbitraria pœna punitur. ☞

Peccatores, qui sibi confessi sunt, signis aut verbis prodentes.

CAPVT. CIX.

1 *Sacerdos hoc graue scelus committentes cui pœnæ sit obnoxius.*

2 *Confessionem sacramentalem qui nouit, omnis eam celet.*

3 *Sacerdos dicitur reuelare confessionem si diceret quod talis habet peccata nominando eum à quibus non potest ipse eum absoluere, sed pœnæ ordinariæ in hoc casu locus non est.*

4 *Sacerdoti dicenti, se habuisse licentiam pœnitentis ad reuelandum confessionem, an credi debeat.*

SIcut enim mortalibus cunctis immortalem illam vitā amantibus expedit, vt quæ non puduit committere scelera fateri non erubescant, sacerdotibus, vti veris animarum medicis, & quibus solis illis mederi concessum est. Sic enim summe cernitur, necessarium

sacer-

sacerdotibus ipſis, reuelatorum ſibi ſcelerum, ſecretum indicere, vt tanto apertius ſua pandant facinora perpetrantes, quanto ſecurius illa propalare cognouerint, pauci quidem animę ſuæ ſalutem (cum famę, rerum ac vitę diſpendio quærēt. Hinc eſt quod eadem cura qua in ſacris canonibus confeſsio peccatorum fieri prȩcipitur, reuelari prohibetur, ac vltra prohibitionem contrarium facientibus, condigna pęna conſcribitur. Vnde Gregor. ſtatuit quod peccata ſibi confeſſa reuelans deponatur, & quod omnibus diebus vitæ ſuæ peregrinando pergat, vt in cap. Sacerdos. de pœnit. diſtinct. 6. Eadem etiam depoſitionis pœna impoſita fuit per concilium generale, & vltra id fuit additum quod propterhoc depoſitus in arctum monaſteriū ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudatur, [a] vt in capi. Omnis vtriuſque. de pœni. & remiſ. & ſi timetur de fuga, poſſet detrudi inſtrictum carcerem, vt notat [a] ibi Abbas. in ſecunda columna ſeptima notabi allegando textus in capite. Vt famæ de ſententia. excommunicationis. quod ſecutus bonus illę præſul Veronenſis Ioannes Matthęus in ſuis conſtitutionibus titulo nono capite tertio. Clericum hoc facinus perpetrantem beneficijs officijſque eo ipſo ſuſpenſum, priuatum perpetuiſque vinculis voluit, ac declarauit. Et nota quod ad celandum confeſsionem non [2] ſolum tenetur qui illam audiuit, verum etiam interpres, & ille qui caſu illam audiuit, & is cui de licentia confitentis sacerdos ceuelauit, & qui fingit ſe confeſſorem eſſe & qui latenter abſconditus confeſsionem audit [b]. [b]

Item ſacerdos qui dimidiam confeſsionem audiuit, vel quia ias poſt auditam confeſsionem non abſoluit, vt notat Florentin. referendo Petrum de Palud. in 3. par. tit 17. ci. 22. in §. 1. in fin. & in §. 2. Et Silueſt. in ſuma, verbo confeſſio. lo. 3. §. 1. Vnde bene crederem quod ſi aliquis prædictorū, qui clericus eſſet, reuelaret peccata ſic audita puniendus eſſet prædicta ordinaria pœna, [c] quia omnes illi vere dicuntur audire [c] confeſsionem, licet interpreti & illi qui caſu audit vel cui de licentia reuelata eſt confeſsio, vel qui abſconditus audiuit, non poſſet dici quod vere fuit pœnitens cōfeſſus. Sufficit enim quod verum eſt illos audiſſe peccata in confeſsione dicta, & quæ ſoli Deo in pręſentia hominis dicebantur, quanuis bene verum ſit quod nō omnium prædictorum par ſit culpa vel dolus in reuelando, quod operabitur vt in detruſione monaſterij vel carceris mitius ſe habeat Iudex cum vno, quam cum alio. Et aduerte quod dicitur ſacerdos reuelare confeſsionem, ſi diceret quod talis habet peccata [3] (nominando eum) â quibus ipſe nō poteſt eū abſoluere, vt notat Florenti. in dict. §. 1. referēdo Petrum de Palude, qui etiā addit idem eſt ſi ſacerdos dicat, ego audiui talem (nominādo etiā eum) in confeſsione, & nō abſolui illū Crederem tamen quod in his duobus caſibus ſacerdos non eſſet puniendus dicta pœna ordinaria [d] quia non poteſt vere dici quod [d]

reuelauerit pecca confitentis, licet sit verum reuelasse confessionem, & iura in dict. cap. Sacerdos & in capit. Omnis imponunt pœnam reuelanti peccata, non vero reuelanti confessionem, vt patet ex eis, quamuis bene crederem ipsum alias bene puniendũ iuxta qualitatem delicti. Sacerdoti vero bonæ famæ, & honestæ vitæ dicente se habuisse licentiam pœnitentis ad reuelandum confessionem, credi debet: cum talis actus licentię secreto fieri soleat, & nullo interueniente teste ad hoc saltem vt transferat onus probandi in asserentem sine licentia reuelasse. ita placuit Lapo in allegatione. 94. incipien. Quidam præsbyter. in colum. 2. qui dicit hoc pręsertim procedere quando tertius accusat sacerdotem de reuelatione. Quando vero idem, qui peccata confessus est, tunc forte dicit secus esse quem vide declarantem quomodo possit contra sacerdotem probari, quod sine licentia reuelauerit confessionem. Et vide etiam eundem asserentem post Hostiẽ. quod sacerdos affirmet se aliter sciuisse illud quam per confessionem, quod vt puniatur pœna dict. c Omnis. oportet vt probetur quod per confessionem illud sciuerit. & vide Abb. in dict. capit. Omnis. in vltima quęstiõ. vbi refert do Hostiẽ. sic dicit quod nisi sacerdos doceat aliunde illud habuisse, pręsumendum est illud habuisse in confessione, nõ tamẽ punitur pęna ordinaria illi? text. sed pęna arbitraria, quia aperte nõ cõuincitur de delicto. Et illud dictũ Hostien. dicit sing. Barba. in 2. vol. cõsi. 70. incip. Sapienter non fallor in colum. 7. in princi Et sic ad euitandam pęnã arbitrariam tenebitur sacerdos probare quod aliunde sciuerit quod videtur procedere in proprio sacerdote, vt text. ibi loquitur & Docto. Si vero confessor sit vigore specialis priuilegij assumptus, el de licentia proprij sacerdotis, non esset prę sumptio contra eum nisi peccatum diceretur commissum eo anno quo extraneus sacerdos inculpatus confessionem audiuit. Sed in hoc tãdem non potest dari certa doctrina: hanc enim præsumptionem qualitas peccati, cõfessoris, & pęnitentis augebit aut minuet.

4

Detrudatur. Vide optimã l. 35. titu. 4. par. 1. & ibi doctissimum Gregor. in glo. in verbo. *Encerrado* Et sic hodie clerico, qui crime hoc commisit, peregrinationis pœna imponenda non est, quia peregrinatio clerici per orbem ignominiosa nõ illi soli est dedecori, sed vniuerso clero. text. in cap. diaconi. 93. distinctio. not. Calder. con. 1. de vita & honest. cleri. Quæ ratio (vt existimo) fuit incausa, vt Concilium illud catholicum ea omnis vtriusque sexus de pœni. & rem. peregrinationem in cap. Sacerdos. de pœni. distinct. 6. statutam in monasterij detrusionem cõmutaret.

A *Sacramẽtalis confessio de crimine cõmittendo facta an possit reuelari.*

Erit tamen clericus (vt multi autumant) ab huiusmodi pœna immunis, cum crimen aliquod committendum in rei publicæ damnum sibi detegitur nam cum confessio sit de crimine commisso. non vero de committendo, la-

do, sacerdos eo modo quo securius, & cautius fieri possit, ne tale crimen perpetretur, reuelare debet: qui prodesse & non obesse possit. ita Archidiac. in dict. cap. Sacerdos. Hostien. Ioann. Andr. Ancharra. & Abb. in dict. c. omnes vtriusque sexus Dec. in cap. cum non ab homine. colum. 3. de iudi. Ripa in tracta. de peste. §. fi. num. 115. Siluest. in summ. in verbo, confessio 3 quæstio. 5 quam esse communem sententiam fatetur. Mart. Nauarr. in dict. cap. Sacerdos. 3. quæstio. num. 116. Hieron. Gig. in tract. de crim. Lesæ Magest. lib. 2. cap. 18. num. 11. qui hanc opinionem dicit esse communem Canonistarum & eam esse magis communē testatur Cardin. Albanus in lucubrationibus ad Bar. in l. vt vim. num. 22. ff. de iusti. & iur. Sed in contrariu mest communis Theologorum Schola in 4. sent. distinct. 21. vbi Gab. 1. quæstio. 3. Adria. in 4. in tract. de confess. sigillo Caieta. in opusculo. 27. quæstion. cap. 15. Domi Soto in relectione de secreto membro 3. quæst. 4. conclusione 2. Ioan. a Medi. in tract. de cōfessi. c. de confessione celanda. quā opinionem tenuerunt ex nostris viri & doctrina & antiquitate venerandi. Host. in summa de pœni. §. quoniam. Collecta. & Cardi col. fin. in dict. cap. omnis vtriusque sexus. & eam sequitur Mar. Nauarrus nunc feliciter vibens & cum his merito adæquandus in dict. capite sacerdos. numero. 120. & hanc esse frequentissimam Theologorum traditionem fatetur D. Episcopus Couarru. in 4. lib. decretali. 2. part. capi. 5. §. 12. num. 10. quam ipse libenter sequor illud asseuerans teneri sacerdotem præfacto damno publico obiare, si potest id efficere, aliter quam confessionē reuelando.

Confessio sacramētalis an matrimonij fauore possit reuelari

Sunt etiam ex nostris, non pœnitendæ autoritatis viri, qui censent, clericum esse excusandum ab huiusmodo crimine, quando sacramentalem confessionem in iudicio patefecerit, vt matrimoniū aliquod probetur, quia hoc casu, archanum sacramentalis cōfessionis reuelari liceat. ita scribit Rom in l si non speciali. pen. col. C de testa dicens ad hoc esse glossa. sing. in c. tua nos. in verbo, *constiterit*. de sponsalib. quam dicit esse sing. *Ias.* in l. 1. §. huius studij colum. 2. ff. de iusti. & iur. & in l. reprehendenda. C. de insti. & substi. & in l. patre furioso. colu. 2 ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Cardin. Alban. ad Bart. in d. l. vt vim. nu. 23. Cuius opinionis error ex iam dictis comuincitur, nullus quidem fauor quantumcunque publicus, considerari potest, vt tanti sacramenti Sigillum, naturali & diuino iure inductum violetur. & ideo iustissime dictam opinionem increpat D. Couar. d. §. 10. num. 9. & ante eum Fortuni. in l. 1. §. huius studij. nu. 21. ff. de iusti. & iure Nemo sane publicum bonum inquirere debet, aut damnum impedire, per media illicita, vt per mendatium, aut fornicationem, aut aliud huiusmodi, quale est confessionē sacramētalem reuelare, q̄ semper illicitum est. Nec prædictæ opinioni repugnat glo. in dict. c. tua nos. de spōsalib. in verbo qualiter, tibi cōstituerit. nā si diligēter inspiciatur minime scri-

bit confessionẽ factam in foro pœnitentiali, posse adducivt in foro iudiciali probationem faciat, sed tantum in eodẽ foro pœnitẽtiæ, vt nõ obscure insinuãt verba illa *Hoc ei confessus fuit pœnitẽtiali iudicio in quo cuilibet est credendũ*, exponit verbũ *in quo* (idest) *in quo iudicio pœnitentiali*, & non iudiciali cũ de hoc foro nulla mentio facta fuerit, & ideo ad illud, non potest fieri relatio.

Sacramẽtalis confessio cõsensu ipsius confitẽtis si in eius fauorẽ tendit patefieri potest.

Vnus tamen casus iure permissus est quo sacramentalem confessionẽ impune sacerdoti reuelare licet, nec alius excogitari potest, & is est quando tales reuelatio fit ex propio confitentis consensu, ita tenuit D. Tho. in 4. dist. 21. & ibi Paluda. q. 3. & alij Diuus Antoni. in 3. p. ti. 22. §. 1. Ioã â Medi. in tract. de confessi. ca. de licẽcia confitentis ad reuelandũ confessionẽ Archi. & doctores in c. ipsi Apostoli. 2. q. 7. Cardin. Sancti Sixti. in d. c. sacerdos. vbi Martin. Nauarr. nu. 151. Ioan. And. in c. lect. de renũ. Abb. & doctores in c. significasti. de adulter. Lap. alleg. 94. Felin. in c. Matth. de Simo. & in c. veniens. in primo colu. penul. de testib. Ripa. in dict. tract. de peste. §. fi. nu. 108. Calderi. consi. 2 de testib. Hypoli. in l. i. §. idem Cornelio. ad finẽ. ff. de quæstiõ. Adri. vbi supra allegaui quã opinionem communem esse testantur Feli. & Ripa in locis iã allegatis & cũ eis Couarru. dict. §. 10. nu. 11. & non dubito hanc esse magis communem opinionem Theologorum & Sacrorum Canonum interpretum cui suffragatur tex. in dict. cap. lectę. de renun. & in capi. nemo, & in capi. Matthæus. de Simo. capit. significasti. de adulter. capit. officij de pœni. & remiss. & nouissime opinionem istam fatetur esse communem Ioseph. Mascard. quem post hæc scripta legi in tract. de probati. volum. 1. conclusi. 377. nu. 10. Et potissima ratio est, quia hoc casu cessat obligatio celandi confessionem quæ in eo versatur ne ex reuelatione eius redatur nimis odiosa & honerosa, vbi vero eius sigillum ex confitentis consensu reuelatur, non solum non reditur odiosa sed forte vtilis & sic cessat occultationis necessitas argum. tex. in capit. cum cessante de appella. l. adigere. §. quãuis ff. de iure patrona. Quæ opinio verissima est licet Scotus Duran. Ioan. Maior. & Alma. ad fin. in 4. senten. distinct. 21. cõtrariumtenuerint asseuerantes, arcanum sacramentalis confessionis, nec expressa licentia confitentis detegi posse. & ex nostris sequitur Collest. in dict. capi. omnis. num 63. quę opinio & Christianæ religioni & Sacramẽto pœnitentiæ expediret quod obseruaretur, vt scribit D. Couarru. in loco præcitato licet ipse primã & communem, & in puncto iuris veriorẽ esse arbitretur â qua ipse recedere non auderem. Quę passim admittenda non est, sed tunc tantum quando hic expressus confitentis consensus in non vulgarem vtilitatem suam, vel alterius tenderet ita ægregie animaduertit Medina vbi supra, & Nauarr. in dict. capitu. sacerdos. numer. 158. Domi. Soto in relectione de secreto quęstione vlti. conclusione. 5. Et tunc quidẽ sacerdoti reuelanti confessionẽ integra fides dabitur. vt ex multorũ doctо-

doctorũ allegatione resoluit Anto. Gabriel. li. 1 cõmuni. opinion ff. de testib. conclusio. 1. & tradit Lap. alleg. 94. in c. testimonium. num. 35. de testib. quam opinionem fatetur esse comm. Fran. Vi ui. in suis commu. opin. in verbo, confessio.

Sacerdos an possit pœne facere sacramẽtalẽ confessionẽ illius qui fatetur se hæreticum esse.

Non tamen deficiunt, qui existiment posse sacerdotem sacramẽtalem confessionem reuelare, quando aliquis se hæreticum esse confitetur, & minime vult de tam graui crimine pœnitentiam agere, nec alios prodere, quos hæreticos esse scit ita tenet Alberic. n, 8. post Rainer in rub. C. de hæreti. Sed opinio hæc falsissima est, quia hoc casu sacerdos obligatur sigillo sacramenti, quod ei nullo modo frãgere aut aperire licet. Neque potest vnquã, tam graue periculum hæresis Ecclesiæ imminere, quod non sit grauius huius confessionis secretum reuelare sic tenet Hostiẽ. in sum. de pœnit. §. in quo tenentur. Archi. in dict. cap. sacerdos Theologi omnes in 4. distin. 21. Nauarr. in dict cap. sacerdos. num. 119. Alber. de agnoscendi assertioni. q. Ioann. â Medi. de pœnit. de confess. celã. Soto de secreto mẽb. 3. q. 4. & opinionem istam communẽ esse testatur Iac. Sep. in cath. inst. ti. 42. nu. 14. qui tamen sequẽti numero asseuerat, tunc licere sacerdoti hæresim in confessione detectam reuelare, cum hæretici simulata confessione, hæreses suas persuadere conantur ipsi sacerdoti, cui confitentur quod nõ nullos hæreticos Lutheranos tenuisse dicitur in qua sola specie, verus esse potest, volgatus ille versiculus. *Crimen hæresis quod neque confessio celat.*

Quod si sacerdos extra casus supra constitutos Sacramentalem confessionem reuelauerit, vltra id quod grauissimas luet pœnas nulla fides eius testimonio adhibenda est, ex Baldi. testimonio in l. Archigerontos. C. de Epis. audi. vbi Paul. de Cast. Fel. in ca. 1. de excep. Tinda in tract de testib. fo. 20. quæ sententia communis est & contradictorem non habet. scientia quidem quam sacerdos ex Sacramentali confessione habet, nihil prorsus ad iudicialem controuersiam spectat. c. dilectus. de excessib. prælat. ca. 2. de offi. ord. Et hac ratione si sacerdos intestem, producatur iurare tenetur se nihil scire quia vere non scit, vt homo, sed tanquam Deus ita tenet Abb. & communis in d. c. omnis & in c. si sacerdos. de offic. ord. & in c. qualiter de accusa. & in ca. cum dilectus: de excessi. prælator. Mar. Naua: in d. c. sacerdos. nu. 141. Iuxta illud Bernardi. *Nil minus scio quod per confessionem scio.*

Sacerdoti reuelãti sacramentalẽ cõfessionẽ nulla fides est adhibenda est.

Est autem perpetua memoria dignum quod solum peccatum illud dicitur de tectum in pœnitẽtia, quando illud quis confitetur quærens salutem animæ suæ. secus autem si sacerdoti patefaciat diceus illud secretum dicere ei in pœnitentia. ita tenent Innoc. doctores in d. c. omnis quã dicit esse cõmunẽ sententiã Mar. Naua: in c. inter verba. 11. q. 3. cõclu. 6. Corr. 58. n. 55. Vbi dicit ꝙ in hoc multi decipiũtur, quia huiusmodi archanũ nõ magis obligat quã aliud extra sacramẽtale cõfessionẽ idẽ in c. sacerdos. n. 39. Imo ꝙ notatu dignũ est, id procedit etiã

Peccatũ illud dicitur de tectũ ꝙ quis Sacramẽtali confessione fuit confessus non vero illud, ꝙ aliunde secretissime sacerdos nouit vt pœnæ huius capitis sit locus vel non.

si quis arcanum aliquod reuelauerit, flexis genibus, inicipiens a signo crucis, in forma confessionis ita resoluit Domi. de Soto in d. tract. de ratione tegendi. 2. membro. q 7. pag. pen. Caieta. 1. 2. q. 7. artic. 1. qui addit idem esse etiam si incipisset a generali confessione dicens. *Ego peccator.* &c. quia quando quis non confitetur omnia sua peccata, cum intentione se ipsum accusandi, nullum est Sacramentum atque ideo, non interuenit sigillum Sacramentalis confessionis. Vnde si clericus huiusmodi arcanum reuelauerit, licet mortalem culpam contrahat non tamen in foro exteriori huius capitis pœna puniri debet.

Sacerdos iubente superiore, decretum debet peccatum, quod Sacramentali confessione nouit, si extra illam compertum habuerit.

Nec silentio prætermitendũ est, sacerdotem absque metu pœnæ dicere posse, imo superiore iubente, teneri ad dicendũ quæ per confessionẽ nouit, si alia via id compertum habuerit, hac lege vt ita patefaciat ac si nullatenus per confessionem nosset, siue illa nouerit ante confessionem, siue post ita tenet S. Th. in d dist. 21. quem omnes sequuti sunt vt fatetur Naua. in d. ca. sacerdos, nu. 161 & in d c. inter verba. corro. 66. num. 206.

Sacerdos qui absolutionem sacramẽtalẽ impẽdisse fatetur, minime dicitur sigillũ confessionis violasse.

Nec erit omittendum. quod minime dicetur clericus sigillũ confessionis sacramentalis violasse, si alicui sacramentalem absolutionem impediisse fatetur cũ frequentissime publice præstari soleat ea obsolutio, nec ex hoc peccatum aliquod detegatur. Est tamen satis controuersum, an sacerdoti hoc asseueranti, integra fides sit præstanda (puta) si asserat aliquem hæreticum absoluisse vel testificetur de innocentia alicuius viui, vel difuncti. Quod dubium videtur fuisse diffinitum in Concilio Tarraconensi, quod nouissime refert Fran. Pegñ in annotationibus doctissimis ad Director. *Inquisito.* 2. par. lib. 2. Shotio. 20. ex quo manifeste constat lei fidem integram non esse denegandam. Nec hoc prorsus a iuris regulis alienum videtur, quia sicut ratione officij creditur notario, vel alio circa illa quæ ad suũ munus spectant. capi. ad audientiam. de præscrip. vbi Abb. num. 5. l. si quis. Decurio. C. de falsis. §. si vero. in authen. de instr. cautela & fide. pari igitur ratione idẽ in hoc casu videtur affirmãdum. Nec refert quod vnicus sit testis, quia aliquando vnico testi spectatæ, vitæ integra fides præstatur cap. Nobilissimus, vbi glo. & Archid. 96. distinct. cap. 18. q. 3. & suffragatur gl. in l. Titio fundus ff. de condi. & demost. & in cap. expedit. 12. q. 1. circa quod multa tradit Gramma. consi. crimi. 13. num. 13. Quæ opinio summa innititur æquitate, & clementia prorogatiua, & innocẽtiæ fauor, hoc postulare videntur, cum proniores maxime in his criminibus esse debemus ad absoluendum, quã ad condemnandam. Mea tamen sententia contraria opinio verior est, & ideo amplectẽda, quæ aperte colligitur ex Narbonensi concilio cap. 28. quod celebratũ fuit circa annos Domini 1280 quo ita scriptum est. *Vtrum autem soli confessori credi debeat de absolutione, seu pœnitentia defuncti, seu viui, licet satis videatur quod non, nequid tamen Ecclesiæ possit impingi, Domini Pappæ responsio exspectetur.* Hactenus Concilium, cuius decisio-

cisione, antiquatum fuit concilium Tarracon. supra allegatum Esset quidem nimis difficile quod propter testimonium solius confessoris, in retam ardua, a iuris regulis, & legitimo procedendi ordine recederetur. Deinde euidentissima damna in rei publicę perniciem sequerentur Fateortamẽ quod in causæ progressu dictum confessoris in fauorem rei maximi fore momenti, vt asseuerat
B Fran. Pegñ. Schol. 20.

Confessionem audit. Adde S. Th. & Palud. in 4. dist. 21. vbi est receptissima Theologorum sentẽtia quod tam clericus, quam laicus, licite siue illicite, siue mediate, siue immediate, confessionem sacramentalẽ dixerit, ad celandã illam tenetur. tradit optime Mart. Nauarr. in d. c. sacerdos. num. 42. Reges namque adquencunque transeat cum onere suo transit l. 2. & 3. C. quibus casib pig. tacite contra c. post alias. de decim cap. ex literis de pig. vt confessio simul ac facta est. ita vt sacramentalem formam habeat, illud onus annexum habet, quod omnino taceri debeat, ergo adquencũque perueniat, cum onere suo transit.

C *Pœna ordinaria.* Vide Hostien. & Collect. in c. omnis vtriusque sexus. Mart. Nauar. in d. ca. sacerdos. q. 1. num. 41. cum multis sequentibus vbi multa ex his quæ hoc capite adducit autor elegan ter explicat.

D *Credi debet.* Vide Fran. de Ripa in tract. de peste vlti. par. nu. 108. Catel. Cottam in suis memor. iur. in verbo, Iuramentum probat difficultatem. post mediũ & opinionem istam communem esse fatetur. Fran. Viui. in tract. comm. opini. in verbo, *Confessio seu ea quæ fuerunt dicta sacerdoti.* Quem vide. & post huius operis secundam editionem legidiẽ tenere Iacob. Menoch. lib. 1 de presun. q. 58. num. 15. quam sequitur Hyppo. in practi. §. dilignier. nume. 99. Est quidem hec communis sententia intelligenda quãdo aliquis tertius ipsum præsbiterũ accusseset eo quod reuelasset confessionem alias quidem sip se qui confessus fuit contraclericum querelam proponeret dicens ipso inuito confessionẽ manifestum feciſſe tunc non est locus huic præsuntioni sed ipse accusatus probare tenetur exceptiõnem propositam quod sinon fecerit condemnauitur Inno. & Ioan. Andr in ca. super his de accusa. vbi Edi. nume. 16. sticẽdo. in addi. ad Lappum allega. 89.

Nec erit circa huius capitis argumentum pretermittendum quod confessionis releuatio probatur, quando confessor alicuius pœnitentis crimen alijs manifestum fecit & confessus asserat ille suam confessionem reuelasse si sacerdos no probat aliunde compertum habuisse condenabitur ita tradunt Host Cardi. Abb. in cap. omnis de pœni & rem. quorum opinionem communem esse testetur Marti. Nauarr. in c. pen. de pœnit. distin. 6 nume 164. idem testatur Mascard. de proba. 3. ip. con. lusi. 1289. incip. Sacerdos nu. 5. non tamen hoc casu pœna criminisordinarij imponenda estcũ crimen ex presumptione tantum probetur Inno. in c. quia verisimile de præsumpti. Nauarrus. vbi supra.

Pœna ordinaria, Vide Grego. Lup. integritate vitę, & bonis omnibus commendandum in .l. 35. tit. 4. part. Non tamen prætermittam, quod cum huius capitis materiam ad secundam æditionem pararem, grauissima febris me incautum, nihil tale metuentem arripuit ann. 1579. die vero. 23. Augusti cuius tanta grauitas fuit, vt iam, iam in vltimo vitæ spiritu fuerim constitutus, & cum medici de mea salute desperarent, Deus Optimus Maximus tanquam verus medicus sua inefabili clementia, post plures menses me pristinæ saluti restituit, propter quod sempiternas gratias agam.

E

Blasphemi.

CAPVT. CX.

1 *Vehemens in blasphemos inuectio.*
2 *Clericus propter blasphemiæ crimen qualiter puniatur.*

1 BLasphemiæ scelus temporibus istis ex hoc (vt pie credendum est) tot calamitatibus plenis satis in vsu est. Cumque hoc magis, quâm alia crimina ipsum Deum creatorem omnium offendat, ac ad illud perpetrandum nullus alliciat carnalis appetitus, nec auaritiæ sitis vlla commoueat, nulla denique instiget astrorum influentia, mitiori plectitur pœna. Sæuiunt humanæ leges communes ac Regiæ in falsam monetam fabricantes, extra regna res vetitas deferentes, inque latrunculorum aures, consuetudinaria pœna consurgit: mutilantur manibus, ac pedibus ob leuiora sæpius homines Sola blasphemantium lingua peccat impune, quos Iudæis deteriores vocat Hosti. in summa. de excessibus prælator. §. clericus, quia frustratim decidunt membra illius, qui eos proprio sanguine redemit, cuius corpus saltem Iudæi integrum reseruarunt. Qui in lege veteri blasphemabat nomen Domini lapidibus opprimebatur a ab vniuerso populo: quæ a pœna ab ipso omnipotente Deo imposita est, quo tempore nondum Deus talia ac tanta concesserat hominibus dona. Nunc autem quando Deus homo factus (vt hominibus amissum reddere honorem) vitam & sanguinem præstitit, blasphemijs passim ab eisdem hominibus inhonoratur nec qui blasphemat pœnam, sed qui reprehendit periculum subijt: &, quod deteriùs est, audientes qui ad vindictam, seu ad correctionem saltem moueri debent, prouocantur ad risum. Iustinianus ille, & si nō inter omnes Christianos Principes sanctior, vltimo supplicio blasphemos damnari censuit, pares eos nefandi criminis reis iudicando, & iustè quidem. Quid enim magis nefarium, quid enim naturæ ipsi magis aduersum, quam vt creatura in suum inuehatur creatorem. Quid a brutis ipsis alienius, quorum nullum quauis innata feritate vigeat, suum offendit benefactorem, nec in offendendo solū se gratum ostendere credit, nisi defendat opportunitate concessa, ac membris ferè omnibus sui corporis se debitorē fateri conetur. Cumque lingua id fari natu-

ra

ra non dederit, eadem saltem benefactoris pedes lambendo fatetur. O seculum infelix, ô ætas iã omnino lutea, ô homines Christianorum nomen vsurpantes, ad maiorem in die iudicij confusionem, & in gehennæ pœnam. Insurgit quisque vestrum ac furit si Principem suum terrenum si dominum, amicum, famulum, fideni queseruum iniuria afficere audit. Si creatorem ac redemptorẽ vestrum, & præsentis vitæ huius, (quę vobis tam dulcis est, quia futuram timetis amaram) largitorem & auctorem, ac futurum iudicem asperrimum blasphemare auditis, obmutescitis? Vbi fides vbi religio? Quid prodest Christiani sanguinis antiqui iactantia quæ vobis solum ad neophitorũ improbatum seruit contemptũ? Dedecus aç infamiæ notam censetis, si quorum cibis ad tempus nutrimini (etiam eum vitæ iactura) iniuriam linquitis inultã. Non ne maiorem ignominam oporteret iudicare illius per quem estis, quicquid estis, blasphemiam patienter audire, ac tepide reprehendere, & blasphemantium sæpius cœtibus admisceri, ac quo blasphemi conueniant fauore ludos? O nobiles (quos sæpius non parentum virtus, sed rapinæ, violentiæ, alijsque ignobiles actus ad diuitias primum, ac inde ad nobilitatem euexerunt) qui inimicos amicorum vsque ad necẽ ex lege quadam nobilitatis persequinimi, & inimicos Dei & creatoris vestri intra familiam alitis, defenditis, substinetisque. In quo fiduciam cœlestis regni possidendi ponitis, si inimicos vestros, quos Deus diligere præcipit, odio habetis suos autem suum nomen blasphemantes diligitis? O ignaui, ac infelices iudices, qui potestate diuina in terris vtimini, quorum iussis ob id cęteri homines natura pares, & meritis ępius meliores obtemperant, quo negotiorum maiori deceret versari solicitudine, quam vt diuini nominis blasphemos insequeremini, captos nullo personarum discrimine, nulla legalis pœnæ dispensatione puniretis? O summa pietas, qui solus bonus es, & cuius solius omnia opera bona sunt, non possum nisi cum Dauid scisciatari. Vsque quo Domine improperabit inimicus, irritabit aduersarius nomen tuum? ac cum eo deprecari. Vt exurgas Deus & iudices causam tuam, & memor sis improperiorum tuorum eorum, quę ab insipientibus fiũt tota die. Maior quidem erit pietas, si tanti criminis perpetratores viuentes paterno affligas amore, vt resipiscant, quam si mortuos eos cruciari iubeas in æternum vt loquelam damnatorum quam viui fari cœperunt, perpetuo luctu nunquam fari prętermittant, non in tuę gloriæ diminutionem, sed in suę potius miseriæ calamitatisque augmentum. His igitur in demonstrationem huius criminis grauitatis, sic prælibatis, ad pœnam clericis illud committentibus infligendam veniamus, quæ quidem tanto grauior in eis esse deberet, quanto ab ipsis grauius quam a laicis in hoc delinquitur, ea potissimum ratione. Nam præter id quod sicut & cæteri hominum manu ipsius Dei teneantur, eius stipendijs, vnigeniti filij sui Domini nostri patrimonio particulariter alun-

tur,

tur. Et tex. in c. Si quis per capillum. 22 q. 1. contra clericum statuit in hæc verba. Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit, vel alio modo contra Deum blasphemia vsus fuerit, si in aliquo ordine ecclesiastico est, deponatur, cuius canonis antiqui pœnã tanquam vetustate collapsam cessare censuit Host. b in summa de male. in §. blasphemantes. versic. grauior etiam, & hodie arbitraria pœna censuit puniendum clericum blasphemantem: cuiusse ntię videtur adhærere Ioann. And. Ancha. Ant. & Car. in. c. 2. de maled. vbi Abb. dicit quod ita communiter dicitur. Quanuis contrarium scripserit Bonifacius de Vitellinis in suo tract. malefici rum fo. 13. in rubri. de pœnis blasphemãtium Deum & Sanctos, neminem pro sua opinione referens. Cum autem clericus rebellis fuerit vel sæpius hoc delictum commisserit, tunc degradandum eum i xta dispositionem dicti canonis scripsit Hosti. in supra de quo meminit Guiliel. benedicti in 3. p. rep. ca. Rainunti. in q. de homi. nu. 39. colu. 16. fol. 48. ex quo videtur velle solum data incorrigibilitate vel consuetudine blasphemandi clericum esse deponendum pro isto crimine, cuius in hoc sententię adhæsit Alexand. in con. 72. in 1. volu. col 4. versic. Prętereadum referendo Hostien. vbi supra, dicit quod clericus propter hoc non potest deponi, nisi sæpius sit consuetus, qui plus audet affirmare, quod non sufficeret probare quod bis velter blasphemauit an hoc vt dicatur consuetus blasphemare pro quo allegat Cinum in l. 2. C. de re credi. & quod talis cõsuetudo blasphemandi debet probari per testes non singulares, pro quo refert Cinum Ioann. Andreę. Paul. de Elea. & Antoni. in varijs locis. Panor. autem in dict. cap. 2. demale. dicit, quod ita graue potest esse delictum, quod fieret depositio, & allegat text. in dict. ca. Si quis per capillum, & de consuetudine blasphemandi nihil dicit, ex quo videtur tenere quod quãdo grauis esset blasphemia tunc habeat locum pœna canonis antiqui de quo supra. Pœnam vero in dicto. cap. 2. de maledi. descriptam clericus non subire. c Host. c tenet in sum illius t tu. & Ioann. Andr. & Panor ibi eo capit. 2. licet Alexand. in dict. consil. referat Host. aliter tenere & corrupte, quia oppositum tenuit eius ad quod allegatur ab Alexand. Hodie vero in Concilio Lateranensi a sub Leone. 10. celebrato, cle- d ricis blasphemantibus pęna decreta est sub his verbis. Quicunque Deo palam seu publice male dixerit, contumelioſisque atque obscęnis verbis Dominum nostrum Iesum Christum vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expresse blasphemauerit si clericus vel sacerdos fuerit, eo ipso, quod delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorũ quæcunque habuerit fructibus (applicando vt infra) vnius anni mulctetur & hoc sit pro prima vice, pro secunda vero si ita deliquerit, & conuictus, vt prędertur, fuerit, si vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, si autem plura, quod ordinarius maluerit id amittere cogatur. Quod si ter

tio

tio eius sceleris agatur, & conuincantur dignitatibus & beneficijs omnibus quęcunque habuerit eo ipso priuatus exsistat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaque libere impetrari, & conferri possint. Distributio vero prædictorum fructuum (vt ex dict. cap. Concilij colligi potest, in alio casu quo etiam amissionem fructuum imponit) in fabricas beneficiorum huiusmodi, vel pauperum eleemosynas facienda est.

A

Blasphemiæ grauitas explicatur.

Lapidibus opprimebatur, quam graue, quã enorme, sit blasphemiæ crimen, nullis verbis potest explicari. Impij quidem blasphemi qui cum Deo Opti. Maxim. ob innumerabilia beneficia illis collata, Christiana pietate gratias agere tenerentur, diuinum numen execrantur. Propterea (vt par est, multis criminibus contaminantur, quia vt præclare Propheta inquit Abissus abissum inuocat. Et quanta sit huius criminis grauitas, atque attrocitas, acceruissima & varia mortis genera blasphemis diuinitus illata, exemplo esse nobis possunt. Ob blasphemiam, filius mulieris Israelitidis, præcepto Domini lapidibus fuit obrutus, eo quod nomen Domini blasphemasset Leuit. capi. 24. Ob blasphemiam, seruorum Sennach. Regis Assyrorum, Angelus Domini 185. millia hominum de exercitu eius percussit. 4. Regum c. 19. Ob blasphemiam Holofernes fœminæ manu victus fuit Iudit. 12. Ob blasphemiam, Hieremiæ populus gladio, & fame cõsumptus est Hieremiæ c. 44. Ob blasphemiam Antiochus in sanabili & inuisibili plaga percussus fuit. 2. Macha. c. 9. Ob blasphemiam Ninacor. cum armis suis ruit. 2. Macha. c. 15. Ob blasphemiam. Gygas Israelem blasphemans a Ionatha occiditur Regu. 2. c. 21. Ob blasphemiã, qui Beelzebub consulerunt consumpti sunt igne a cœlo demisso Reg. 4 ca. 2. Ob blasphemiam, Core Datam, & Abiron negantes Moysen esse constitutum ducem populi deuorati a terra fuerũt. Nec omittendum est quod in huius criminis detestationem dicere solebat Aragonum & Scilię Rex prudentissimus, propterea Deũ tantoperein blasphemos sæuire, quod cum homines decipiunt, interponant Deum ipsum tanquam criminis mediatorem. Et varias pœnas diuinæ vltionis blasphemis illatas, diligenter recenset Boeri. decis. 301. & multale ctu non indigna circa instius criminis punitionem scribunt Iul. Cla. lib. 5. recep. sent. §. blasphemia D. Couar. in c. quamuis pactum. 1. par. relecti §. 7. num. 8. cum seq. de pactis. lib. 6. Rep. inqui. in verbo Blasphemus Conrra. Brunus lib. 5. de hæret. c. 20. Fran. Episcop. Squillacensis in tract. de fide Catho. c. 16. Alber. in tractat. de agn. assertio. q. 27. per totam & q. 6. n. 14. & q. 22. n. 63. Alphon. Castro lib. 1. de iusta hær. puni. c. 12. Simanchas in Catho. insti. tit. 8. Iac. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. cent. 4. casu 375. Auiles in c. prætor. c. 25. gl. 1. qui legendi sunt.

Et multis etiam Pontificum decretis statutę pœnæ sunt in blasphe-

phemos nam vltra decretum Leonis Decimi in Lateranensi Concilio Sess. 9. quod hic author allegat Iul. Papa Tertius seuerum rescriptũ in blasphemos ædidit anno Domini. 1554. incip. *In multis de prauatis.* Et postremo Piu. Quintus Pontifex Maximus in bulla seu motuproprio incip. *Cum primũ Apostolatus officium.* Vbi de pœnis tũ clericorum quã laicorũ agit.

Blasphemiæ crimen est mixti fori.

Est quidem nostro instituto notandum, blasphemiæ crimen mixti fori esse, & ea ratione blasphemantem tam per iudicem ecclesiasticum, quam secularẽ puniri posse tex. in c. 2. de maled. quẽ ad hoc not. elleganter Barth. So. cons. 119. li 4. & tenet fere omnes nouissime allegati, si vero iudex ecclesiasticus prius de hoc crimine cognouerit, pœnamque leuem imposuerit, iure optimo poterit secularis iudex, de huiusmodi causa iudicare, supplebitque vsque ad condignam condemnationem. tenet Bal. in auth. clericos. colum. 2. C. de Episc. & cler. & in l. 1. col. 6. C. de summ. tri. & fide cath. Matt. de Affli. in const. Regn. Sciliæ. tit. de *Patere nis.* lib. 1. nu. 28. Itaque mitior ab eo pœna imponenda est, quam si â principio cognouisset, vt scribit Nic. Boe. decis. 259. Rob. Mar. in Speculo aduocatorum. 6. par. nu. 97, fol. 147. insignis Couar. lib. 2. var. resol. ca. 10. nume. 6. Petrus Auen. in ca. prętor. 2. p. ca. 5. n. 18. Qua ratione, oportet quod iudices ecclesiastici, in puniendis his criminibus contra laicos, nõ benignitate, sed potius rigore vtantur, ne ansa detur secularib⁹ iudicibus, vt seuerius eos puniant, in inominiam ecclesiasticorum tribunalium.

Et licet opinio ista verisima sit & communis, in actionibus tamen forensibus, nunquam vidi hoc pœnæ suplementum, a iudice laico imponi. Tum quia ipse non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici ad supplendam pęnam. Tum propter maximam incertitudinem quæ versatur, in discernendo, quomodo, & quando pęna legitime suppleatur vel nẽ. Tum quia ad iudicem Ecclesiasticum tanquam digniorem, spectat hęc declaratio & semper declarauit, condignam pœnam impositam fuisse.

Inquisitores hæreticæ prauitatis in blasphemiæ crimine aliquãdo iurisdictionem obtinent.

Quandoque tamen, hæreticæ prauitatis Inquisitores in hoc blasphemiæ nephando crimine, cognitionẽ habent. Nẽpe quando blasphemia cum hæresi connexionem habet ita Cardina. in Clementin. 1. §. sane de vsur. Fran. Squillacen de fide catholi. capit. 16. Alberti. de agno. asser. quæst. 6. n. 24. & q. 22. nu. 63. & q. 27. & 36. n. 18. Matth. de Affli in dict. const. Sciliæ lib. 3. rub. 54. Nicol. Boeri. decisio. 301. Gramma. decisio. 50. D. Couarru. vbi supra allegaui Alphons. â Castro Camorensis. lib. 1. de iust. hæreti. c. 12. & est communis & verisima opinio circa quam multa scribit Iacob. Septiman. in catho. instit. capit. 8.

Blasphemiæ hæreticales quædicãtur.

Et quia sepissime controuerti solet, quæ dicuntur blasphemiæ hæreticales: quidem sunt, quæ huiusmodi verbis concipiuntur, ab nego Deum, non credo in Deum quæ vernaculo sermone sonant. *Descreo en Dios, reniego de Dios, o de la fee, o de la Cruz, o de la crisma, de la frente, o reniego de la puridad*

dad de nuestra Señora. Habent qui dem verba hæc nefanda, infidelitatis significationem & fidei cõfessioni opponuntur. Aliæ vero blasphemiæ quæ Hispane sonant *Pese à Dios, por vida de Dios, mal grado aya Dios, o despecho de Dios.* Et similes hęreticales non sunt, quia fidei confessioni non opponuntur, quamuis grauissimæ blasphemiæ sunt, qui anegant aliquid in Deo quod ei conuenit, vel tribuunt Deo quod minime ei conuenit & ea ratione earum punitio ad ordinarios iudices pertinet. text. not. in capit. 2. de maledi. & tradit Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 13. arti. 1. & Quod libr. 9. art. 14. Castro. in d cap. 12. Domi. Soto de iusti. & iur. libr. 8. quęst. 2. artic. 3. quem vide.

Pœna quæ soleat imponi in blasphemiæ crimine ab Inquisitoribus

Pœna autem quæ imponi solet ab Inquisitoribus pro his blasphemis, in quibus cognitionem habent, ea quidem est, quod si blasphemus infimæ sortis fuerit flagellis cæditur cum publica pœnitentia in publicoque spectaculo lingua ferro, vel ligno compræhensa cum abiuratione de leui ad triremes Regias pro graui blasphemia condemnatur. Si vero fuerit nobilis pœna pecuniaria mulctatur, & ad tempus in monasterium detruditur ita testatur D. Ioan. Rojas quondam Inquisitor Valentinus nunc vero reuerendissimus Patensis Episcopus de hæreti. 2. par. nu. 176.

In alijs autẽ blasphemis ęquiori b Inquisitores solẽt condẽnare blasphemũ, vt aliquo die festo, in Ecclesia dũ diuina munera celebrãtur, stet nudo capite sine chlamyde, nudis pedib⁹, sine veste succinctus, dextera proferẽs ardẽtẽ faciem, & sacris peractis, legitur publice sententia contra ipsũ lata. Inducuntur etiam ieunia, prę cationes, & pecuniaria multa solet imponi, vt refert D. Episcop⁹ Simã. in catho. instit. ti. 8. nu. 11.

Proferes verba hæreticalia per iocũ quapœna plectendus sit.

Sed iocus iste accomodatissime exposcit, vt tantisper de illis qui per locũ hęreticali verba proferunt differamus. Et illud in primis scitu dignum est, ꝙ quãuis regulariter dictum vel factum ioco sũ pœnã non mereatur l. sicut sepe. C. de liber causal. 1. §. Diuus ff. ad leg. Corne. de Sicar. l. obligationũ substantia. §. vlti. ff. de action. & obligatio. c. 1. de senten. excommuni In crimine tamẽ hæresis longe aliter iudicandum est nã siquis aliquid in Deum, vel in fidem, vel in Sanctos prorũpit pęna condigna plectendus est. Cardin. in Clemen. 1. §. hæreti. q. 1. n. 7. Nicol. Arela. in tract. de hęre. notaui. 28. Fran. Squilla. in tract. de fide catho. c. 19. nu. 3 in fi. Pal. Rub. in allega. hęresis. §. 4. in fine Siman. de instit. catho. tit. 17. nu. 22. & 23. Rojas in sing. fidei. 103. quia vt recte scripsit Gerson. p. 2 tract. vltim.

Non patitur ludum fama, fides, oculus.

Sed vtrum qui talia verba proferunt sint ab Episcopo, vel hęreticę prauitatis Inquisitoribus plectendi, multi & non infimę autoritatis viri dubitant. Sed mihi prouabilior ea sententia videtur, vt ab Inquisitoribus plectantur, nam ex eo quod quis hęreticalia verba profert, statim illorum iurisdictioni se submittit, & ideo ad eos pertinet iudicare, & discernere, an serio, vel ioco se verba prolata fuerint

rint, ita tenent Cardin. & Ioan. Rojas in præcitatis locis quam sententiam communiorem appellat Fran. Pegña, ad Directorum inqui. 3. par. Scho. 17. Negari certe non potest, quod qui hæc nephanda in Deum vel Sanctos proferunt suspectos fieri, vnde iure consonum est: quod inquisitores contra eos procedant.

Qua vero pœna istius criminis rei plectendi sunt, in iure diffinitum non est, ideo arbitraria pœna erit iniungenda. Est quidem iuris exploratissimi, non esse eos tanquam hæreticos plectendos, sed leuius quia minime interueniunt quę ad hæresim constituendam necessaria sunt, vide licet, error in intellectu, & pertinacia in voluntate. Punientur igitur pœna pecuniaria pijs locis erroganda, vt scribunt Villadiego & Rojas, vbi paulo ante allegaui. Quæ quidem pœna augenda, vel minuenda est, iuxta personæ locãtis qualitatem. Perpendi etiam debet locus, scãdalum, si aliquod inde ortũ fuit, nec non qualitas personarum audientium, & ideo si viri Theologi & religiosi, coram laicis hæc dicteria, & facetias protulerint, seueriſsime sunt plectendi.

Est igitur circa hoc diligenter præcauendum, non esse facile fidẽ accommodandã, illis quiper iocum hæreticalia verba dixisse asseuerarent, sed maturiori consilio res expedienda erit, ne hac sumpta occasione, impij & sceleratissimi homines, & qui verè hæretici sunt, condignas tanti criminis pœnas effugiant. Nec debent Inquisitores faciles esse ad credendum talem excusationem, vt pie satis & eleganter scribit Cald. in tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, in rubr. de hæreti. credenti. nu. 6. quem vide.

Qui verba Sacræ scripturæ ad iocosa trahunt libelloſque cõponunt, (ques paſchinos appellãt) ab Episcopis & Inquisitoribus possunt puniri.

Quæ sane sunt obseruanda aduersus eos, qui verba Sacræ scripturæ ad iocosa, scurrilia, & inania trahunt nec erubescunt sæpe numero ex diuinis verbis impudenter (vt vulgus loquitur) *Paschinos*, componere, sunt quidem diris & grauissimis pœnis coercendi cum Spiritusancti verba Sacrosancta, in ludibrium conuertantur, cuius criminis perpetractores ab Episcopis puniendos esse, seueriſsimis pœnis præcipit Concilium Trident. Sessi. 4. in fine dicens. *Post hæc temeritatem illam reprimere volens, quæ ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba & sententiæ Sacræ scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractationes, superstitiones, impias & Diabolicas incantationes diuinationes, sortes, libellos etiam famosos, mandat & præcipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum ne de cætero quisquam quomodolibet, verba scripturæ Sacræ ad hæc & similia audeat vsurpare, vt omnes huius generis homines temeratores, & violatores verbi Dei, iuris, & arbitrarij pœnis per Episcopos coerceantur.* Hactenus Catholicum Concilium. Et quanuis ibi horum criminum punitio Episcopis demandetur, quando vero hæresim sapiunt iure optimo Inquisitores ad punitionem, & coertionem illorum procedunt, vt iam prædiximus. Nouissimè vero dicti libelli famo-

mosi siue *Pasquines*, prohibiti sũt ab Reuerendissimo D. Gaspar Quiroga Cardinali & Archiepiscopo Toletano regula decima in Catalogo librorum prohibitorũ ædito hoc anno 1583. in princip. inter alias regulas quas ad hæreticorum labes exstirpandas, tanquam generalis horum regnorũ inquisitor prudenter condidit.

Supradictis addendum erit, an qui animo indeliberato, veluti per lubricum linguæ, in blasphemiam, vel hæresim prorumpit, nec quidem puniendi videntur quia non facile lubricum linguæ ad pœnam trahendum est. l. 1. C. si quis Imp. maled. l. famosi. ff. ad leg. Iul. Maiestati cap. quod autem ait. 22. quęstion. 2. not. Zanchin. in tract. de hære. cap. 7. numero. 9.

Sed verius est crimen hoc non esse inultum relinquendum, sed eos qui per lubricum linguę deliquerint, extraordinarie puniendos Lap. & Cardin. in dicta. Clementi. vni. de vsur. Campegi. apud Zanchin. capite 7. Albertinus in tract. de agnoscend. asser. quæstio. 3. numero. 10. Villadiego de hæreti quæst. 1. numero. 7 Rojas eod. tractat. 1. part. nume. 66. plectendi quidem erunt pecuniaria pœna in vsus pios eroganda, vel alia arbitraria, consideratis his qualitatibus, & circũstantijs de quibus paulo ante agebamus. Erit tamen magni momenti ad dictam pœnam minuendam, vel nullam infligendam, quando qui ea verba dixit, statim palinodiam recantauit, & pœnituit, licet grauiter erit reprehendendus, & summe monẽdus, vt deinceps caueat.

Excusabitur autem is qui blasphemiam, vel hæreticalia verba cum esse in æbrietate protulit, nã perinde de eo iudicandum est, ac de furioso & mente capto, l. recipiendum. §. delinquunt. ff. de pœni. l. omne delictum §. per vinum. ff de re milita. cap. a crapula de vita & honest. clerico. Zanchi. de hæreti. cap. 7. num. 10. cessante vero æbrietate grauiter est corrigendus.

Erunt etiam a pœna immunes dormientes, cum furiosis æquiparentur. l. 1. §. adipiscuntur. ff. de acquirend. pos. & ideo non sunt puniendi Clem. vni. de homi. tradit latissime Tira. de pœnis causa. 5. num. 1.

Similiter non punientur pena ordinaria qui iracundiæ calore incensi in blasphemiam proruperint Gos. Abb. Antiq. Ioa. Andr. Abb. Henri. & omnes in c. 2. de maledi. quorum doctrinã multis ornat. Andr. Tiraqu. de pœnis causa. 1. nu. 14.

Censuit Host. Adde optime D. Couarru. in dict. cap quanuis pactum. 1. par. §. 7. nu. 10.

Clericos non subire. Adde Abb. in cap. 2. de male. vbi autor hic allegat qui num. 8. opinionem istam communem esse fatetur idẽ etiã profitetur Iacob. Septim. in catho. instit. cap. 8. num. 12. Iul Clar. in d. §. blassemia versi. sed quæro. Et potissima ratio est quia clericus non facit publicam pœnitentiam tex. in cap. 1. de bigami. & in ca. de his 50. dist. & in c. præsby. 82. d. Ne grex fideliũ scãdalũ patiatur nêve dignitas sacerdotalis vilescat cui sũma reuerẽtia debetur, vt ostẽdit Chry. l. 3. de sacer. & Amb. l. de dig. sacerdotali

D *Concilio Lateranensi.* Adde quod de dicti Sacrosancti concilij cõstitutionem eminerunt & ad literam referunt Mart. Naua. in c. in ter verba. ii. quę. 3. corol. 57. nu. 148. D. Coua. in dict. §. 7.

Apostatæ.

CAPVT. C XI.

1 *Apostasiæ triplex species cõsituitur.*
2 *Clericus Apostata qualiter puniatur.*

1 PRæmisso prius q̃ est triplex species Apostasiæ ut per gl. in c. 1. de Apostat. & ibi Inn. & per Hostiẽ. in summ. eiusdẽ ti. in. §. Quot species scilicet perfidiæ, in obediẽtiæ, & irregularitatis. Omissa prima specie quia magis videtur pertinere ad materiam hæresis.

2 Quę fuerit pęna antiquorũ canonum illius qui religionis professionẽ apostatauit posuit Cõciliũ Arelatense secundũ, Canone finali, in hæc verba: Si qui post sanctã religionis professionẽ apostatant, & ad seculũ redeũt & postmodũ pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pęnitentia communionem pœnitus non accipiant, quos etiam iuuemus ad clericatus officium non admitti, & quicunque ille sit, post pœnitentiam secularem habitum nõ præsumat, quod si pręsũpserit, ab ecclesia alienus habeatur. Pęna clerici apostatæ in secũda specie scilicet inobedientiæ est quod infamis efficitur durante Apostasia, & â testimonio repellitur & excommunicatur, vt notat Hostiẽ. vbi supra, in §. Qualiter puniantur. per tex. in capit. Si quis â vero. 3. quæst. 4. Et in c. Si autẽ vobis. 11. quæst. 3. Et si non resipuerit, degradatur secundum eũ. Vide tamen Abb. in dict. capi. 1. vbi aliter distinguit, videlicet quod si quis non vult obedire Papæ seu eius canonibus, credendo eũ non habere potestatẽ, punitur vt hæreticus. Si vero hoc facit ex contẽptu, debet deponi, & si fuerit incorrigibilis, traditur curię sæculari & poterit excõmunicari. Si autem inobediens est ex alia qua concupiscientia, tunc mitius punitur. Pœna insuper apostatæ in tertia specie irregularitatis quæ fit multis modis secundum Innocen. in dict. c. 1. post gl. ibi, scilicet quando quis recedit ab ordine suo, siue sumptæ religionis dimittendo tonsurã, vel coronã, vel accipiendo vxorem, vel abijciendo religionis vestẽ, vel clericalem, redeundo ad seculũ, est quod illa durante reppellitur ab accusatione & testimonio, & est infamis ipso iure, vt in c. Alieni. 2. q. 7. & in c. Beatus. 3. quęst. 4. secundum Hostien. vbi supra. Nec potest ad dignitatem eligi, vt in cap. Legi. 16. quęsti. 1. & clericus admonitus si se non correxerit, deponendus est, vt in capite. Sine ornatu. & in capite. Præcipimus. 21. quæstio. 4. & in c. Sin autem, cum duob. sequent. 16. quæsti. 3. secundum eum ibi. Item quod caret priuilegio clericali, vt in cap. 1. eo tit. vbi tex. dicit quod clerici qui relicto ordine clericali, & habitu suo in Apostasia tanquam laici conuersantur. si in criminibus comprehensi teneantur, non liberantur per censuram ecclesiasticã. Quæ

pœnæ

pœnę prȯcedunt quando cȯſtat de Apoſtaſia. Si vero de illa fuerint grauiter infamati, deficienter probatione cȯpelluntur per eccleſiaſticam diſtrictionē ad ſe purgandum, vt in cap. Tuæ co ti tu Quando autem clericus non poteſt induci ad reſumēdum male dimiſſum habitum, tunc poteſt incarcerari ſub graui cuſtodia, ita quod ſolum ſibi vita miſera reſeruetur. donec a ſuæ pręſumptionis nequitia reſipiſcat, vt ſunt verba tex. in cap. A nobis eodem tit.

Schiſmatici.

CAPVT. CXII.

1 *Clerici huius tanti criminis rei, qualiter puniantur.*

1 CLerici faciētes ſchiſma contra epiſcopum, puniuntur per Concilium Carthaginiēſe ſecundū in canone octauo ſub verbis huiuſmodi: Si quis præsbyter a præpoſito ſuo excommunicatus, vel correptus fuerit, decet vtique apud vicinos Epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſsit audiri, ac per ipſos ſuo epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſe ſuperbia (quod abſit) inflatus, ſe cernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cūm aliquibus ſchiſma faciens ſacrificium Deo obtulerit, loco amiſſo Anathema habeatur, & locum amittat. Nihilominus, & de ciuitate, & congregatione in qua fuerit longius repellatur. Nunc autem ſchiſmaticus clericus degradatur, & & traditur curiæ ſeculari, ita voluit Bonaguida, quem refert Ioānes And. in cap. Cūm non ab homine de iudi. motus per text. in cap. de Liguribus 23. quæſtio. 5. quod intelligitur de incorrigibili vt per gloſſ. in dict. capit. Cum non ab homine de iudic. quod etiam ſequitur ibi Ioann. Andr. vt refert Abb in capit. At ſi clerici de iud columna. 13. & probatur in eodem. capit. de liguribus, dum dicit, ſi contempſerit & permanſerit, per publicas potſtates opprimatur, & ita etiam intelligit Decius in cap. At ſi clerici in columna. 2. verſi. Quintus caſus de iudicio. dicit tamen Ioannes. Andreas, vbi ſupra vt refert Abbas dicto loco, quod ſi eſſet ſchiſma contra Eccleſiam Romanam, poſſet procedere dictum illud Bonaguidæ quia tunc poſſet includi ſchiſma, ſub caſu hęreſis, quod non placet Abba. in diſtincte, ideo ipſe diſtinguit. Aut enim ſchiſmaticus credit eccleſiam eſſe penes alterum tantum ex pluribus qui gerunt pro ſummis Pontificibus, & tunc eſt ſchiſma ſine hæreſi Aut credit eccleſiam poſſe conſiſtere penes duos inſolidum, & tunc eſt ſchiſma cum hæreſi, & hoc vltimo caſu poſſet ſaluari opinio Ioann. Andreæ, & idem dicit quando plures erigerent capita cōtra eccleſiam Romanam facientes nouam ſectam, & noua ſtatuta, quia tunc etiam eſt ſchiſma cum hæreſi. Et iſtam diſtinctionem Abb. ſequitur Areti. in cap. Cum non ab homine. col. io. de iudi.

ANNOTATIO.

ADde quod Apostasia est temerarius â statu fidei & obedientiæ, vel religionis recessus, sic tradiderunt Alexand. de Ales part. 2. quęstio. 183. & Sanct. Thom. 2.2. quęst. 12. art. 1. Et vtrum infidelitas hęretici & apostatę sint duæ infidelitatis species distincte tradit San. Tho. 2.2. quęst. 12. arti. 1. & latissime Melchior Canus lib. 12. cap. 9. de locis Theologicis. Et vide multa circa huius criminis punitionem vltra ordinarios interpretes quæ tradiderũt Alphon. â Castro libr. 1. de iusta hæreti. puni. cap. 7. & 23. Iacob. Septim. in catho. insti. ca. 7. Arnal. Alber. in rep. rub. de hæreti. lib. 6. q. 11. Bern. Com. in lucerna in verb. Apostata. Nicol. Arela. in tract. de hæret. not. 44. elegantissime Cano. dict. cap. 9.

ANNOTATIO.

Not. contra schismaticos.

ADde quod schisma est illicita ab vnitate discessio, vel est scisura, quæ vnitati opponitur vt scribit Alexan. Alens. 2. part. quæst 182. & S. Tho. 2 2. quæst. 39. Et nota quod schisma summum malũ est & â Deo grauius punitum quã parricidiũ aut idolatria, vt optime probat Optatus Episcopus Mileuitanus libr. 1. cõtra Parmenium Irenæus lib. 3. aduersus hæreses capi. 64. Schisma quidem & hęresis sunt sorores, vt explicat Origines, in Ezechielem, Homelia. 9. cum nullum schisma sit quod non cõfingat hæresim, vt in capit. inter 24. quæstione 3. Et vt scirent homines quam graue, & detestabile sit hoc crimẽ ostẽdit Dominus Datã & Abiró quos terra viuos absorbuit hæc & alia multa ex sacris literis cotra schismaticos referunt Cape. in fine Hierarchiæ Ecclesi. Faber contra Lutherum tracta. 6. tex. 8. Brun. lib. 5. de hæret. cap. 18. & vide latius circa istius capitis materiam Sylvest. & Caiet. in summa. in verbo, schisma Fran. Picum lib. de fide Theodor. 17. Pelag. li. 1. de planctu Ecclesiæ artic. 65. Alphon. a Castro lib. 1. aduersus hæres cap. 9. Iacob Septiman. in catho institut. cap. 56. Petrum Rebuff in pract. benefic. 3. par. de modis amittendi benefic. nu. 29. & nouissime post primam huius operis æditionem plura congesit Ioann. Rojas in tracta. de hæreti. 1. par. num. 498. Palat. Rubi. de Regno Nauarræ par. 5. §. 7. Locatus in opere iudi. in verbo schisma.

Hæretici.

CAPVT. CXIIII.

1 *Hæreticus quis dicatur remissiue traditur.*

2 *Clericus hæreticus ipso iure est beneficio priuatus.*

3 *Clericus hæreticus est degradandus & seculari curiæ trandendus.*

4 *Bona hæretici clerici confiscantur, & Ecclesiæ a qua stipendia recepit applicantur.*

PRæmisso prius quis dicatur hæreticus, cũ non sit præsentis speculationis, quia varijs in locis hoc doctores enucleãt, præcipue Hostien. 1

Hostien. in summa.de hæret.§.1. & Bonifa.in tract.maleficiorum. rub. De crimine hæresis. Et doctor noster Hispanus Didacusde Villadiego in suo tractatu contra hæreticam pravitatem in. 1. quæst. & Arnal. Alber. in repe. Rubri. de hæreti.in 6. fol.1.in 1. quæst.Vna pœnarum qua damnatur clericus hæreticus est quod ipso iure est priuatusbeneficio,a vt probat text.iuncta glos.in capit. Quo iure.8. dinct. & ibi notat. Prępo.post.Domini.& notat Cõ postel.in capitu. Quod sicut. de electio. in colum. 11. dum dicit quod crimen hæresis ipsofacto inducit priuationem.idẽ etiam notat Ancharra. in cons. 288.incip. Vltra alia solenniter.vt refertFelin.in capitul.2. de rescrip. in 3. column. Et notatNicolaus deMilis in suo repertorio,in verbo hæretici.ex quo resultat primus effectus,quod non poterit renunciare post commissum delictum. Secundus quod agenti petitorio pro beneficio quod semel habuit obstat exceptio quod sit hæreticus.Notat Abb.referendo Inno. in capi. inter dilectos. de excess. prælat.prope fin.& prędicta conclusio,videlicet quod hæreticus sit priuatus ipso iure beneficio, fuit potissimum fundamentũ dominorum de Rota,qui tenuerunt quod regulaCancellariæ.32.quę disponit quod impetrans beneficium pacifice possessum debet exprimere ea de quibus ibi, non habet locum impetrante beneficium hæretici, vt refert Guiliel. Casador.in decis Rotæ per eum collectis,in decis.14.qui ita dicit fuisse iudicatum permaiorem partem dominorum de Rota licet alij quatuor eorum fuerit in contraria opinione,perquem poteris videre fundamenta, vtriusque opinionis. Et vide Phili. in ca. Vt commissi prope fide hæreti.libr.6.vbi dicit referendo Domi.& Imo.quod clericus hæreticus rediens ad fidem,ante sententiam recuperat beneficium,b secus autem si post,quia tunc non nisi ex dispensatione. Alia &principalior pœna est quod degradatus traditur curiæ seculari,c vt in capit.Ab abolendam de hæret. Quod fallit, nisi talis hæreticus velit se corrigere, vt in ca pen. de hæret.Et notat Abb.in dict.capi. Ad abolendam. & ibi Ioann. de Anan.quia tunc depositus detruditur in carcerem, vt concludit Abb.in capi.At si clerici. de Iudi.colum.12.Idem Abb. & Ana.in dict.cap.penultim. & Domi.in cap.1 in 5.not. de h re. in 6.& iu c.Nec licuit.17.distinct. & not.Philip.in ca.Vt commissi in 4.nota de hæret li. 6. Decius in dict.cap.At si cler.colum. 21. versic.Et quando. Et nota quod etiam si non sit tradendus curiæ seculari clericus hæreticus, sed perpetuo carceri mancipandus, debet,degradari,d vt notatur in cap.1.de hæreti.in 6.maxime per Arnal.ibi.in 6.nota. Si tamen semel deliquit & se correxit, & postea iterato delinquat nihilominus traditur curiæ seculari. ita Domini.in d.capi nec licuit per text.in capite.Super eo de hære. lib.6. Sequitur Felinus.in dict. capit. At si clerici. co um. fin.& voluit ibi Abb.in dict.column. 12.versi. Ad tertium Vide.l. ante penulti titul.6.par.1. Quę videtur ponere tres casus in qui-

bus ista materia hæresis clericus traditur curiæ seculari, quando fuerit inuentus in hæresi, aut abe iurauit eam, e & fuit relapsus, aut quando se compurgauit, & reincidit in eam, & degradatio hæretici potest fieri per episcopum proprium solum vt in c. 1. de hæret. in 6. vocatis alijs personis de 4 quibus ibi. Est alia & tertia pœna quam clericus hæreticus patitur, quod bona eius publicantur, & Ecclesiæ â qua stipendia f receperat applicantur, f vt dispo nitur in cap. Excommunicamus lo. i. 6. damnari vero de hæreti. Vbi vide glo. in verbo, Stipendia, declarantem quod si clericus habeat plura stipendia in varijs Ecclesijs, tunc bona diuidentur pro rata inter eas, quam ibi sequi tur Anto. Et quia ille tex. non aperit cui applicentur bona cleri ci hæretici non habentis Ecclesias, vide ibi Abb. in 1. colu. credentem quod tunc debeat appli cari episcopo loci, qui distribuat ea in pios vsus, quod sequitur Ana. in 2. colum. Quando autem talis clericus habet bona emphy teoticaria â domino temporali, tunc illa deberent applicari do- g mino rei emphyteoticæ, g vt vide tur velle Oldra. in consil. 17. incip. Thema tale est. Quidam cle ricus. Cardin. tamen in Clemen. 2. de hæræ. in versiculo. Inquisitoribus, in 7. quæstio. post bonam huius articuli examinationem concludit verius esse dicendum quod emphyteosis clerici damnati applicatur Ecclesiæ, sicut & alia eius bona, quia non apparet ratio diuersitatis: erit tamen talis emphyteosis obnoxia domino temporali, quo ad hoc quod ei debeatur sua pensio, quæ vide respondentem ad fundamenta. Oldraldus. quanuis Felinus. indict. capite. excommunicamus, in prin. non bene referat Cardinalis. dum dicit post Ancharranum & Annan. quod bona etiam patrimonialia clerici applicantur fisco ecclesiæ, nisi in illis recognosceret dominium vtile â domino seculari: quia illud non confiscabitur, sed reuertetur ad dominum directi, quia vt supra diximus loquêdo in emphyteosi in qua clericus solum habet dominium vtile & dominus secularis directum, contrarium expresse tenet Cardi. Ad quod bene aduerte, ne decipiaris in prædicta limitatione Felin. quam supra dictis verbis succinctis scripsit & vi in hoc quod latius scribimus infra in verbo. Bonorum publicatione. Clerici vero credentes, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi subiacẽt, ita vt post quam quis eorum fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intra annum, ab officio & beneficio deponatur, vt in c. Excõmunicamus. §. Credentes. versi. Si vero clericus. de hæret. Ex ratione, quia in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Inquantum autem supra dicitur credentes, intelligendum est de credentibus hæreticos esse bonos viros, nam alias clerici credentes erroribus hæreticorum cum ex hoc dicantur hæretici, pœna hæreticorum de qua supra puniendi sunt. & ita intelligit illud verbum credentes, Anton. in capi. Excommunicamus. cl. 2. eod. tit. quem sequitur

Ioann,

Ioann.de Anan.in dict.§.Credentes.quem ibi vide colum. penul. & fi.declarantem etiam qui dicãtur credentes, receptatores, & fautores. Et nota quod prædicta pœna depositionis imponiturclericis vltra alias pœnas impositas in tex.ibi,quas etiam habere locum in clericis dicit Hosti. ibi, quem refert & sequitur Anan.hodie fautores & receptatores hæreticorum sunt excommunicati ipso iure, vt patet in bulla quæ legitur in cenaDomini,&sic etiam erant tempore Hostien prout refert Ana ibi. Et vide Sylvest.in summa.in parte hæresis.lo.1. ver sic.Octauo quæritur. qui colligit.14 pœnas hærericorum,quæ omnes clericos comprehendunt exceptis sex,aut septem:quia illæ concernunt hęreticos habentes liberos,& vxores.

Hæreticus an sit ipso iure beneficio priuatus vel per sententiam priuantur.

A *Riuatus beneficio.* Adde quod opinionem contrariam quod clericus hæreticus nõ sit ipso iure priuatus beneficio sed per sententiam priuandus.tenuit Alphõ. a Castro lib.2 de iust. hæret. puni.capit.9. ea potissimum ratione motus quia iura quibus hæc pœna statuitur non imponunt aliqua verba latę sententię vt patet in capite.ad abolendam.& in capi. excommunicamus. §. credentes. de hæreti. cuius quidem opinio benignior est & fortasis verior,vt asserit Iac.Sept. in catho.insti capi.45.num.26. & vide D. Episcopum Couarru. libr. 2.vari.resolu.capit. 8. numer.4. Quãuis Petrus Rebuff.in pract. benefi.3.part.de modis amittendi beneficia numero.4. hanc autoris opinionem sequutus pro ea ponderat tex.in dict capi ad abolendam.§.1.ibi.*Et sic omni beneficio spoliatus* Quæ quidem verba executionem inducunt,probantque priuationem ipso iure infflingi. exhis quæ adducit Anton.de Butrio in capitul. vltimo.columna 2.de postu.Felin.in capit.Rodulphus.quę opinio mihi verior videtur.

Quæ hodie nouissimo iure est confirmata nam Pius Quintus Pontifex Maxim.rescripto quodam incipi, cum ex Apostolatus quod habetur in literis Apostolicis,pro officio sanctæ Inquisitionis fo.115.vbi diffinuit omnia beneficia,cuiuscunque generis fuerint, vbicunque vacantia propter hæresis crimen â quocunque commisso ordinationi & dispositioni Sedis Apostolicæ esse reseruata,exqua reseruatione aperte supponit ipso iure ea beneficiavacare. Et hunc pertinet id decretum de quo meminit . Locatus infine operis iudicialis impręssi Rom.1570.pag.473 quo cautum asserit quod cum hæreticorum beneficia,vacent â die commissi criminis, si ea resignentur nullum ius resignatarijs acquiritur,quia hæretici omne ius suum amisserunt,& ideo sunt reseruata ordinationi Apostolicæ quod refert etiam F.Pegñ.in director.inqui.lib.3.Scholio.155.

Sicque collatio beneficij hęretico facta est ipso iure nulla, vt multis probat Lamber.de iure patrona.lib.2.part.articul.69. quęstio.in princ. in fine ex quo fit, vt omnes fructus perceptos restituere teneatur cũ ius nullum habuerit vt scribit Alphons. â

Castro.lib.2.de iusta hęre.peni. capitul.9.

Fateor tamen sententiam declaratoriam necessariam esse in qua opinione fuerunt Innoc. in cap.cum in nostris de concessi. præbend.Compost.in cap. consi derabimus .de election.Anchar. consi.293 num 4.Alciatus in ca. 1.de iudi.numer.37.Iacob. Menoch.dearbi,iudi.lib.2.centu.5. casu.416.num.64.

Filij Hereticorũ & eorũ receptatorũ, ipso iure beneficijs priuãtur

Quinimo filij hæreticorum& eorum receptatorum,priuantur ipso iure beneficijs obtentis tempore commissi criminis , vt est communis opinio teste Ioann. Lup.de Regno.Nauarræ.5. part. §.8.quem refert Couar. dict. nu. 4. & de ea ęgregie disputat Fran: Pegñ.ad Director.inquisi.libr.3. Scho.46.fo.180. Fatetur tamen D.Episcopus Siman in catho.institu.cap.29.num.7.pia & benigna consideratione,receptum esse,quod nec per sententiam priuentur,& asseuerat ita pronuntiatum fuisse per inquisitores Valisoletanos,& opinionem istam dicit mitiorem & benigniorem esse Iul.Clar.lib.5.recep.senten. §.hæresis.versi.Item clericus.

B *Recuperat beneficium.* Adde septem requisita , quæ omnino necessaria sunt,vt hæreticus semel lapsus nihilominus retinere possit beneficium ecclesiasticũ quę congerit PetrusRebuff.in pract. bene 3.par.de modis ammittendi benefi.num.6.cum sequent.& vide nouissime F. Pegñ. ad Direct.inqui.3.par.Schol.155.

C *Traditur curiæ seculari.* Adde Iac. Septim in catho.insti.c.45. n.25. Paul Grill.in tract.de hæret.q.7. Gũd.a Villad.eodẽ tractat. q .19. Fuit aliquando controuersum an in die festo hæc traditio curiæ secũlari facienda est,& omni prætermissa disputatione , semper mihi earum inquisitionum ritus placuit in quibus, huiusmodi sententiæ diebus festiuis solent pronunciari. nam vt scribit Io. And.in cap.vt commissi.de hęresi. ti.lib.6. expedit multitudinem populi congregari advidendam reorum crutiatus & pœnas,vt inde discant timere homines, & a malo committendo longe repellantur vnde valde conueniens videtur vt hoc publice & diebus festiuis fiat.cum maior tunc adsit populi confluentis multitudo. Et forte propter hoc Hispania nostra publica fidei acto diebus festiuis solet celebrari.de quo stat instructio facta Mantuæ Carpentanorum ann.1561.capi.77. in hæc verbalatinitati donata. *Vbi reorum processus conclusi fuerint,& ordinata sententia,Inquisitores diem feriatum in quo fiat publica fidei actio,assignabunt quem diem significabunt capitulis Ecclesiæ & consistorio ciuitatis,& vbi fuerit Regius Senatus intimabitur etiam præsidi,& auditoribus,quiomnes inuitabuntur , vt fidei actionem committentur iuxta consuetudinem cuiusque loci.Curabunt autem inquisitores vt hæc tam commodo tempore fiat,vt executio sententiarum eorum qui tradendi sunt curiæ seculari possit fieri ob euitanda incommoda.* Hæc ibi celebrat sane in Hispania,hæc actio fidei tanta autoritatẽ & majestate, vt videatur horrendũ ac tremendum spectaculum,& sic veluti imago futuri iudicij quo nihil esse potest ad terrorẽ incutiẽdũ aptius ex quo plures vtilitatis oriuntur.

Hæreticorũ tradito secularicuriæ an die festo fieri possit.

D *Debet degradari.* Not. quod apud antiquos valde dubitatũ & *Clericus in perpe-*

contro.

tuum carcerē detrudendus an prius debeat degradari.

controuersum fuit an sacerdos qui ob crimen hæresis in perpetuum carcerem erat detrudendus, prius foret â suis ordinibus actualiter degradandus, sed iam rem diffinuit Vrbanus Quartus summus Ecclesiæ Præsul rescripto incipi. Consultus. 5. quæstion. vt refert Fran. Pegñ. ad Directo. inquisit. Scho. 65. fo. 185 his verbis, Quæstioni vero qua quæritur vtrum constitutus in sacris deprehensus in hæresi, & propter hoc immurandus perpetuo priûs sit ad ordinibus â suo Episcopo degradandus, ante quam tradatur huiusmodi pœnitentiæ, respõdemus quod talis qui est perpetuo immurandus priûs debet â suis ordinibus degradari hæcibi. Quæ sane degradatio realis & actualis esse debet Directori inquisi. 3 par. in decimo modo terminandi processum fidei fo. 333. Albertinus in c. quoniam de hæretic. lib. 6. in princi. num. 55. Campegi. apud Zanchi. in tractat. de hæreti. cap. 20. versi. obserua denique, & licet hæc de iure verissima sunt cum tamen dispensari soleat, cum illis qui in perpetuũ carcerem solent condẽnari, ideo non realiter, sed verbaliter tantum degradari solent, quod sancti officij benignitas laudabiliter introduxit, vt testatur Franc. Pegna dicto Scholi 65.

E *Aut abiurauit eam.* Fuit sane olim salubriter institutus abiurationis vsus, ob continuas frequẽtesque hæreticorum fraudes impias, vt abiurationis robore adacti & quasi firmissimo vinculo alligati cogerẽtur in vnitate & puritate ęcclesię permanere ne eis lẽdas hæ liberum esse impune quoties vel lent recedere, vt grauiter constituit. Leo huius nominis primus epistola 84. vt refert Conrrad. Brunus lib. 3. de hæret. capi. 6. & abiuratio res antiquissima est in Dei ecclesia de qua fit mentio in prima Nicena Synodo cap. 8. eiusdem abiurationis meminit Cõcilium Ephesinum sub. Celestino primo celebrato, & concilium Laodicenum. cap. 7.

Antiquissimũ est in Dei ecclesia abiurationis vsus ad repellendas hæreticorũ fraudes.

Et ex sacris concilijs & multorum sanctorum patruum testimonijs hanc catholicam veritatem probat Grati. in cap. Saluberrimum & in cap. donatum. 1. quæst. 7. vbi nullus hæreticus ab Ecclesiæ vnitatem recipiendus est, nisi prius hæresim abiuret & anathematizet quod labentibus seculis idem semper cum hærecis redeũtibus obseruatum est, vt in Concil. Constancienſi. cap. 19.

De qua abiuratione multa, disserunt Zanchin de hære. capit. 20. nu. 2. vbi Campegius Bernar. Comen. in lucerna in verbo, abjuratio. Albe. de agnoscen asser. quæst. 30. num. 6. Siman. in insti. Catho. tit. 1. & in enchirid. tit. 53 Ioan. Rojas in sing. fide. 11. & in tracta. de hæreti. 2. par. asser. 41. num. 331. Et est de hac abiuratione singularis locus in Concilio Tolosano cap. 11. & in Concilio Narbonensi. c. 6 & in conci. Biterrensi. c. 29. Quod vero author hoc loco scribit clericum tradendum esse curiæ seculari si relabatur in hæresim post abiurationẽ, intelligendum est, quando abiurauit de vehementi, secus dicẽdum est, si de leui tantum nam quamuis reincidat in hæresim, siue abiuratam siue aliam, non putatur relapsus neç relapsorum pœnis

Ioan. Bernard. pinio quædã dubia interpretatur.

plectendus est, capi. accusatus in prin. de hæreti. lib. 6. Siman. d. ti. 1. n. 9. Rojas dict. sing. 1. licet opinionem contrariam tenuerit Ancha. d i. c. accusatus not. 6. Matth. de Affli in const. Regni Sciliæ ti. 1. col. 8. quam egregie confutauit. F. Peg. ad Direct. inquisi. lib. 2. Scho. 64. dicens eam esse falsam neque vsu receptam quia misericordia Sancti officij eam excludit.

F *Applicantur.* Vide Regiam l. 2. tit. 26. par. 7. Bal. in l. si quis presbyter. C. de Episc. & cler. Petrum de Anchar in ca. cum secundum leges. de hære. li. 6. Fel. in ca. vrgentis de hær. Bru. lib. 5. de hær. c. 6. Lud. Car. in pra. cri. in tra. de hæret. fol. 275. nu. 13. Bona vero patrimonij clericorum hæreticorum deferuntur Episcopis, qui in vsus pios ea distribuere tenentur vt asserunt Anc. Ab. An. Mari. Soci. in Fel. in c. excommunicamus. i. §. 1. de hære. Ioan. Lup. in rep. rub. de don inter vir. & vxor § 39 Sed quod bona immobilia clerici committentis crimẽ hæreseos pertineant ad Principem secularem probat Oldral. consi. 17. 10. And. in addi. ad Specul. tit. de fœud. §. pen. Petr. de Ancha. in c. ea quę. q. 22. de re iudi. lib. 6. Guil. Benedi. in c. Rainunti. de testa. in parte & vxorem num. 242. Iac. Sept. in catho. insti ca 9 nu. 91. Rupella forensi. inst. lib. 3 fol. 307. Bos. tit. de hæret. nu. 33. Quibus suffragatur quod Felin. in c. irrefrabili. §. cæterum. col. 1. de officio ordi. scribit dicẽs ideo ad Principẽ Secularem pertinere bona hæreticorum quia ad eum expectat executio confiscationis pœnæ huius criminis. Quæ quidem opinio in Hispania seruatur, vbi bona siue mouilia, siue immouilia, etiã clerici hæreseos damnati, etiam habentis ecclesiasticum beneficium, ad fiscum Regium pertinent atque ita praxis obtinuit, quæ iuri consona est cum præter Oldrald. & aliorum sententiam Rex ipse Catholicus curam non vulgarem habet, constituendi summum illud prętorium catholicę fidei propugnaculum, quod in eius curia, & apud ipsum Principem totius Hispanię causas ad debitam tanti criminis punitionem expectantes tractat, cui præest vnus ex Summis Præsulibus qui Regis non vulgaribus expensis, per totã Hispaniã, non sine Summa Christianæ rei publice vtilitate, constituit acmittit eruditissimos, & summæ integritatis viros, hęreticæ prauitatis Inquisitores, ad labem hæreticorum extirpandam. Quo fit, vt mirum non sit, bona omnia hæreticorum ad Regium fiscum deferri, ad tot expẽsarum subministrationem, itaque cautum est extrauaganti constitutione Bonifacij, vt referunt Bosi. & Simanças in locis iam allegatis.

Hæretico rumbona quibus applicantur.

Fuit quidem, vt hoc obiter recenseam, sanctissimum inquisitionis officium primum in Hispania Beato Dominico commissum ab eoque prima exordia sumpsit anno Domini. 1200. qui cum esset illustri (vt fama est) Guzmanorum familia ortus & sanctitate insignis, & Theologiæ peritia præclarus, & verbi Dei orator celeberrimus, fidei Zelo incensus magna omnium admiratione, aduersus Albigensium & aliorum hæseres munus hoc exercuit.

Sanctæ Inquisitionis officiũ quãdo iãHispania initium habuit.

cuit. Postea in Italiam transmigra uit, & cum Beato Francisco non vulgarem familiaritatem habuit. & hi sanctissimi viri duas clarissi mas religiones, veluti duo clarissima sidera constituerunt & officium inquisitionis suis filijs exercendum, relinquerunt, quod in Italia adhuc, vt audio, exercent. Postea vero, vt fidelissime Historiæ nostræ testantur in Hispania Ferdinandus Aragoniæ & Castellæ Rex huius nominis quintus anno 1476. munus hoc abstulit a fratribus Dominicanis, & secularibus clericis tradidit. Qua tempestate a Catholico Rege authoritate Apostolica concessum fuit hoc munus Illustrissimo Cardinali Mendocio, qui consilio sapientissimorum, & piorum virorum. leges & ordinationes eius composuit.

In regno tamen Franciæ, vt ad rem readem, ex consuetudine generali in ductum est, vt bona immouilia clerici ad degradationē, vel perpetuos carceres condemnati ad Regem spectāt, vel ad dominum temporale imperium ibi habentem, mouilia vero Episcopo adiudicantur cuius consuetudinis meminit Masuerius in practi. rub. de pœnis §. Item condēnatio facta ad carceres. Oldrald. consi. 27. colu. 2. Ioan And. in add. ad Specul. titu. de fęud. §. penversi. Quadragesimo quęritur Auferi. in addi. ad Capellam Tholosa. quæ. 150. & ita seruatur vsu & stilo curiarum, vt fatetur Petrus Reb. in præm. consti. Fran. 1. thom glo. 5. num. 35. & hæc cō suetudo fuit confirmata arresto magni consilij, vt habetur in tra. arrestorum in stylo Parlamenti arresto. 50. & de hac consuetudine nouissime meminit Petrus Gregorius Tholosanus syntag. iur. 3. parti. lib. 31. cap. 31. nu. 7.

Domino rei emphiteoticæ. Vide C Carr. & doctores quos ipse refert dict. fol. 275. num. 14.

Hæreticis, receptatoribus, defensoribus & fautatoribus eorum Ecclesiastica sacramenta adhibentes, ac eos Christianæ sepulturæ tradē tes, & eorum eleemosynas ac oblationes recipientes.

CAPVT. CXV.

i *Clericus horum criminum reus cui pœna sit obnoxius.*

POena clericorū in hoc delinquentium est, vt suo priuentur officio, adquod numquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali, vt in capite excommunicatus. in §. Credentes. versi. Sane clerici. de hæret. Quæ pœna procedit etiam in clericis regularibus, quibus & alia adiungitur, videlicet vt sua sibi priuilagia non obseruentur in illa diœcesi in qua talia prę sumpserint perpetrare, vt ibi. Et nota Hostien. in summa de hære.

in. 5.

in.§.Quæ pœna in fin.verſic. Tales etiam . Intellige tamen hoc quod dictis priuilegijs ſolum delinquentes in hoc ſpoliantur, nõ vero tota religio ſecundum Anton ibi,quem refert, & ſequitur Anan.ibi.penul.colum.licet alij Doctores aliter hoc intellexerint ſecundum eum. Item nota quod licet tex.in dict.§. Credentes,imponat pœnas de quibus ibi credentibus,receptatoribus, & cæteris ſi ſatisfacere contempſerint intra annum. Clerici tamen in caſu huius noſtri capitu.debẽt abſtinere ab exhibitione ſacramentorum,& traditione ſepulturæ & receptione eleemoſynarũ, poſtquam tales credentes, receptatores,& cæteri fuerint denuntiati,etiam intra terminum illius anni qui datur ad alias pœnas incurrendas ita videtur intelligere verſicu. Sanê clerici, prædictum Hoſtien.vbi ſupra,licet tex. hoc non dicat,qui forte ex eo ad hoc motus fuit, quia poſtquam ſunt denuntiati excommunicati propter tale crimen,deneganda ſunt eccleſiaſtica ſacramenta,& ſepultura.Item aduerte,quod tales nõ ſolum non in eccleſia,nec in cœmeterio,nec alibi admodũ chriſtianorum ſunt tumulandi, ſed ſunt iactandi in ſignum damnationis ſecundum Anan.ibi,penultim.colum.in princip.Ex quo videtur quod clerici incurrerent prædictam pœnã quomodocunque intereſſent ſepulturæ prædictorum,quia text. ibi dicit: nec eos Chriſtiani præſumant tradere ſepulturæ,pro quo etiam facit quod ſupra diximus,in verbo raptorum &c.prope fin.

ANNOTATIO.

VIde multa lectu non indigna,quæ de ijs receptatoribus & fautoribus hęreticorum congerit Lud.Card.in pract crimin. tract.de hęreticis.§.vlti fol. 280 Paul.Grill.in tractat.de hæretic. quæſt.9.Gund.á Villadiego eodem tract.quæſtio.16.Ber.Com. in lucerna in verbo Fautor,&in verbo,defenſor,locatus in opere iudi.in verbo,Fautores Zanchin.de Hęreti.cap. 5. & duodecim pœnas contra Fautores hæreticorum congeſsit directoriũ 2.par.§.credentes numer.5.Pius Quintus Ponti.Maxi. reſcripto quodam incip. ſi de protegendi, quod continetur imbullario literarum Apoſtolicarum.fol.117. grauiſsimas pœnas ſtatuit,contrá hæreticorum defenſores quas ibi vide.

Excõmunicationis maioris vinculo innodati per annum, vel multo tempore contumaciter ſteterũt.

CAPVT. CXVI.

Quod nouæ æditum eſt.

1 *Excommunicatio grauiſsima ſemper iudicata fuit, cuius veluti imago apud Ethnicos fuit.*

2 *Excommunicati,quibus bonis careant.*

3 *Tex.in c.1.de ſenten.excomm.lib. 6.con-*

6. contra impium Lutherum interpretatur.

4 Annalis perseuerantia in excommunicatione operatur, vt excommunicatus, pro confesso, & conuicto, in criminalibus habeatur

5 Perseuerantia annalis in excommunicatione, non inducit beneficiorum priuationem.

6 Defenduntur Regiæ Hispanorum constitutiones, Prima, & secunda, titul. 5. libr. 8. ordin. noui, pœnas aduersus excommunicatos statuentes.

7 Iudices Ecclesiastici cõdemnare possunt, pecuniaria multa excõmunicatos laicos, qui pertinaciter in excõmunicatione permanẽt.

8 Iudices Ecclesiastici, nullũ emolumentum percipere possunt, ex pecuniaria pœna, contra laicos excommunicatos illata, nisi illam quæ Regijs constitutionibus illis competit.

9 Perseuerantia annalis in excommunicatione, ex causa ciuili operatur quod excommunicatus pro confesso habeatur.

10 Annalis perseuerantia in excommunicatione, minime, præcludit viã excommunicatis, quin possint innocentiam suam ostendere.

11 Tex. in capit. rursus. 11. quæstio. 3. interpretatur.

12 Sacrum Concilium Tridentinum 25. cap. 3. de reform. & alia iuris communis loca, ei consona interpretantur.

13 Perseuerantia in excommunicatione, vltra annum operatur, vt excommunicatus ecclesiasticis beneficijs priuandus sit

14 Anno lapso excommunicationis, quantum tempus à iudice exspectandum sit antequam, ad declarationem, & priuationẽ beneficiorum procedat.

EXcommunicatio non ĩ solum apud Christianę fidei cultores sed apud Ethnicos fuit veluti eiꝰ imago quę grauissima semper iudicata fuit Plato enim Pphilosophus omnium grauissimus ad fi nem lib. 9. de legio. sic loquitur. *Si quis de vi parentibus allata damnatus velutus fuerit primum quidem ex vrbe eti imago grediatur in exiliumque perpetuũ profuitapud fiscatur ac sacris omnibus arceatur. Eum autem qui non se arcuerit Agronomi verberibus cædat & omnino, vt hi quidem voluerint. Reuersus vero ex exiliomorte multetur. Si quis vero ex liberis hominibus cum tali viro cõmederit, vel viberet, vel re alia quacunque cum eo communicauerit atque adeo si cibiamfactus eum sua sponte tetigerit: neque in templum ingrediatur, neque in forum, neque omnino in vrbem priusquam purgetur Putet. n. se cum homine scelesto communicauisse.* Hactenus Plato Quæ omnino fere similia sunt nostrę Christiane religionis excommunicationi. *Excommunicatio grauissima*

Apud Athenienses etiam antiquitus publicitatæ erant quędã detestationes veluti in eos qui viam non mostrassent erranti vt testatur Tullius lib. 3. offi. in quarum detestationum locũ succesit excommunicatio, vt scribit Erasmus Chiliadis primæ centu. 2. cap. 84. *Apud Athenienses imago quædã fuit nostræ excommunicationis. Similiter apud Romanos*

Romanos etiam his diris exsecrationibus vsos fuisse, vt qui illis esset obnoxius grauissimas pœnas dare maximisque calamitatibus & ærumnis affici necesse erat,

erat, vt commemorat Plutarcus in Crasso ibi refer. Acteiũ Trib. Pleb. his diris execrationibus Crassum in Parthos proficiscente confixisse. Ex quo est illud Lucani lib. 3. Pharsalci: Crassũ que in bella secutos Sæua Tribunitię vouerunt prælia dire.

De his etiam execrationibus meminit Tullius lib. 1. de Diuinatione. *M. Crasso quid acciderit, videmus dirarum obnuntiatione neglecta.* Et de huiusmodi diris mentio fit â Plinio. lib. 28. capit. 2. & a Liuio. lib. 6. tertiæ Decadis qui sic loquitur. *Qui victus acie excessisset, eum ne quis vrbe tecto mensa lare reciperet diram & execrationem in populares obtestationemque quam sanctissimam potuerunt aduersus hospites composuerunt.* Hactenus ille. Cæsar etiam cõmentarijs belli Gallici mores Druidum referens his verbis descripsit. *Si quis aut publicus, aut priuatus eorum decreto non steterit sacrificijs interdicunt: hæc pœna apud eos grauissima. Quibus ita est interdictum h numero impiorum ac sceleratorum habentur, ab ijs omnes decedunt aditum eorum sermonemque defugiũt, ne quid contagione incommodi accipiant neque horum vllus communicatur.*

Excõmunicati quibus bonus & meo lumẽtis careant.

Hactenus Cæsar in quibus vide nostrę excommunicationis imaginem. Nam excommunicati primum sacrificijs interdicuntur capitulo si quis Episcopus capi. placuit. & alijs multis. 11. quęs. 3. Deinde his communicati prohibetur sermone, mensa, & consuetudine, aut alio quouis modo capit. sicut. capit. excommunicato capite. qui communicauerit. 11. quæstion. 3. Excommunicati etiam proprio & peculiari vocabulo impij appellantur capi. cæterum. 24. quæstion. 3. Excommunicatis etiam petẽtibus ius denegatur cap. intelligimus. de iudi. capit. exceptionem. de excepti. cap 1. eo titul. in 6. capite. 1. de rescrip. eo. libr. Nec ad honores dignitates vel beneficia admittũtur capitulo postulastis capi. sequenti de cleri. excommuni. capitulo. cum bonæ. de ætate & quali capit. cum dilectus. de consuetudin. capi. ad probandum desẽten. & re iudi. Quod etiam indignitatibus secularibus locum obtinet capit. per venerabilem. versi. *Sed nunquid enim*, ibi, *Sacrilegium quencumque, vel excommunicatum.* Et rursus versi. *Sunt enim notoria.* Vbi etiam not. Abb. Cardi. in capitu. perpendimus nu. 40. de sẽt. excommuni. Deci. in capitu. dilecti. colu. 1. de excep. tradit Andr. Tiraquel. lib. 1. de retracta. §. 1. glos. 9. num. 171. Sunt quidem excommunicati infames. Vt dicit glos. in cap. 1. versi. nisi iuxta in verbo infanti. quo tẽpore miles. & in cap. 1. §. vlti. in glos. vlti ma. ad finem tit. per quos fiat inuesti. & est text. optimus in capi. infames. 6. quæstio. 1. quem dicit esse sing. Rom. sing. 678. & quomodo hoc intelligendum sit, vide Innocen. & doctores in capi. testimonium. de testib. Roman. singu. 685. Et excommunicati Sathanæ malinisque eius Angelis traduntur ca. omnis Christianus 11. quæstio. 3. Et tamquam membra putrida â Chatolica Ecclesia abijciuntur. capit. nihil. ead. causa & quæstion. Et multa in execrationem excommunicationis vide per Paul. Diaconum. li. 23. rerum Romanarum Theophylact.

tact. 1. ad Timot. capi. 1. Lindanũ lib. 4 Panopoliæ Euangelicæ ca. 53. Confessi. Poloni. de fide & Symbolo. c. 31. Sot. lib. 4. senten. distin. 22. Iaco. Septim. in cath. instit. tit. 27. D. Episcop. Couarr. in capit. Alma. mat. r. 1. par. relecti. in inni. Tiraquel. vbi iam allegaui.

3 *Tex. ino. 1. de sen. excõm. li. 6. con Nephandum Lutherũ interpretatur.*

Est igitur excõmunicatio horribilis & pertimescenda pœna, sed impius & nefandus Lutherus omnia tentans euertere ex capi. 1 de senten. excommuni. lib. 6. quo cautum est medicinalẽ esse excommunicationem, argumentatur & inter impia sua deliramẽta, hoc quoque tradidit excommunicationem non priuare bonis spiritualibus nec communionibus, neque suffragijs Ecclesiæ, cũ alioquin si priuaret, mortalis esset non medicinalis ideo plus diligendam esse (inquit) quam timendam. Nefanda quidem blasphemia contra Diuum Paulum Apostolum, sacraque cõcilia, & contra catholicæ Ecclesiæ traditionem. Et vt hanc argumentationem longe repellamus animaduertere oportet, quod excommunicatio medicinalis ex fine esse dicitur, quia eius finis est mederi peccatori, morbo peccati laboranti. Ideo nempe excommunicatio contra eum profertur vt resipiscat, pœnitent, & Ecclesiæ satisfaciat, neque quod spiritualibus bonis priuet lethalis est iudicanda, Nam corporales medicinæ, tametsi corpus multi alioquin malis afficiant, mederi tamen dicuntur, est igitur medicinalis excommunicatio, si ea innodatus, minime contempserit sed probe attendens quod mali egerit pœniteat. Istum esse excommunicationis finem constat ex Diuo Paulo. 1. ad Thimoth. 1. *Tradidi* (inquit) *eos Sathanæ, vt discant non blasphemare.* Et ex eodem Paulo. 1. ad Corint. cap. 5 *Indicaui eum tradere Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus fiat in die Domini.* Sic interpretatur Origi. lib. iudiciũ. *De Ecclesia* (inquit) *per sacerdotem pellitur, vt notatus ab omnibus erubescat, & conuerso eueniat ei, illud quod sequitur, vt spiritus saluus fiat in die Domini.* Imo etiam si cor illius induratum sit, contra quem prolata fuit excommunicatio, ita quod ei fuerit lethalis, nihilominus tamen dicitur medicinalis reliquis Ecclesiæ mẽbris, & per eam consulitur incolumitati totius reliquæ communionis. Nam vnum peccus morbidum omne peccus inficit, ideo separandum est, ne reliquas oues contactu suo inficiat. Nam vt elegãtissime scribit Diuus Hieronymus apud Gracia. in c. resecandę. 24. q. 3. *Resecandæ sunt putridæ carnes, & scauiosa, ouis à caulis repellenda ne tota domus massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant intereant.* Plato enim Diuinus libr. 9. de legibus ait. *Quos insanabiles legislator esse senserit, vltimo supplicio hos afficiet, non ignorans, satius forehis qui insanabiles sunt, mori quam viuere, ac si vita priuantur dupliciter prodesse cæteris. Nã horum exemplo à peccato cæteri deterrentur, & improbis hominibus ciuitas ipsa mundatur.* Et Parens eloquentię Cicero in Philippica octaua præclare (inquit) *In corpore si quidem eiusmodi est, quod reliquo corpori neceat, vri ac secari patimur, vt membrorum aliquod,*

aliquod, potius quam totum corpus intereat. Sic in reipublicæ corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferum amputatur. Vt bene ille cecinit. *Prius tentanda, sed immedicabile vulnus. Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur.* Et secundum istum germanum intellectũ post alios, intepretatur textum illũ D. Couarru. in dict. capit Alma mater. 1. par. in inni. num. 9. Vnde igitur perfide & insane Luthere, colligis excommunicationẽ ipsam diligendam esse, & non timendam, non aliter quidem diligenda est, quam â sanis pharmaca, vel ab innocentibus inquorum hominum pœnæ. Pœna sane quę facinorosis hominibus imponitur, medicina est improbitatis, vt elegantissime docet Plato. li. 9. de legib. scribens nullum supplicium lege factam ad malũ tendit, sed duorum alterum fere semper solet efficere, nam aut melior aut certe minus prauus qui pœnas dederit fieri solet. Vide etiã circa hoc argumentum Diuum Chrisostomum ad populum Antiochenum Homelia. 6.

Non est igitur, vt ex superioribus apparet, excommunicatio pœna er dicans, sed pœna disciplinę nec est pœna vltima delictorum sed vexatio quędã, d. ns probum intellectum, quę in eum scopum dirigitur vt excommunicatus corrigatur, salutemque spiritualem modis omnibus quærat vt sic satisfaciat ecclesiasticæ disciplinæ, quod si excommunicatus ea induretur, aliama ioraphar maca adhibenda sunt capit. 1. de sentent. excomm. lib. 6. capi. excommunicamus. §. qui autem & §. quia vero de hæreti. capit. notandum. 24. quastion. 3. l. placet. & ibi gloss. Bald. & doctores. C. de sacrosancti. Eccles.

Ideo ægregia est doctorum nostrorum disput. tio quæ huius capitis argumento conuenit, qua pœna plectendus est, qui per annum, vel vltra, excommunicatione innodatus perseuerat. Et quia multis difficultatibus est inuoluta, propositis his assertionibus, pro nostra tenuitate elucidauimus.

Prima assertio, Annalis perseuerantia in excommunicatione in criminalibus causis, solum operatur, vt excommunicatus habeatur pro confesso, & conuicto, de crimine cuius causa fuit excommunicatus, atque ita pœnam non auget scribit Abb. in cap. 1. de iudi. num. 25. quam opinionẽ communem esse testantur Ripa. ibi. num. 77. Alciat. nu. 54. D. Episcopus Couarru. in dict. capit. Alma mater. 1. par. relect. §. 7. num. 10. Iacob. Menoch. de arbi. iudi. q. lib. 2. centu. 5. casu. 416. num. 11. eamque sequitur Auferi ad Capell. Tholosa. quæstio. 366. Ioa. Lup. in cap. per vestras. de dona inter vir. & vxor. §. 18. nume. 24. Paul Gril. in tractat. de hæreti. quęstio. 8. ad finem quæ manifeste probatur in capit. rursus. & in cap. quicunque 11. quæst. 3. & iuri consona est nam quanuis sola contumacia ad condemnationẽ non sufficiat, vt in cap. nullus. de præsump tamen quia cum tali cõtumacia concurrit dicta perseuerantia in excommunicatione sufficit, quia vehemes inducitur prę sumptio quæ ad condemnationem sufficit cap. afferte de præsumpt. & ita tenendum est quid

4 *Annalis perseuerantia in excõmunicatione operatur vt excommunicatus pro confesso & conuicto in criminalibus causis habeatur.*

quid

quid contra communem reclamet Decius in dict. cap 1.2 lectura. num. 19. & Ioan. de Selua de benefi. part. q. 4. num. 53.

Ex qua assertione duo â nobis sunt annotanda. Primo pertinacem per annum in excommunicatione, priuatum esse ipso iure vel priuandum beneficio ecclesiastico, si crimen ab ipso commissum ea priuatione dignum fuit quod doctores supra allegati cómuni consensu profitentur. Secundo non esse dictum contumacem excommunicatum priuatũ, vel priuandum ecclesiasticis beneficijs, si crimen de quo accusatus fuit non est ea pœna dignum quod similiter doctores præcitati fatentur.

5 *Annalis per seuerantiain excõmunicatione, nõ inducit beneficiorũ priuationem.*

Secunda assertio annalis excõmunicatio, licet non inducat beneficiorum priuationem, si alias pro illo crimine ea priuationis pœna iure statuta non est, poterit tamen talis excommunicatus, etiam intra annum arbitraria pœna puniri. ita scribunt Ioan. And. & Feli in ca. postulasti de hõmi. D. Couarr. dict §. 7. & quanuis. de ea dubitet Iacob. Menoch. dicto casu. 416. dicit tamen ibi, q̃ si iudex esset Ioan. And. & aliorũ opinionem sequeretur ad coercendam pertinaciam, & audaciam eorum qui tanto tempore, excõmunicatione inodati fuerũt

6 *Defendũtur Regiæ Hispanorum constitutiones prima & se*

Hinc sequitur iustissimas esse Regias nostras constituti nes, quibus decretum est, laicos qui per mensem excommunicatione permanserint â seculari iudice esse multandos, quod si per sex mensis contumaces fuerint grauiori pœna plectantur, quod si per annum insorduerint longe acrius pũniantur. l. 1. & 2. tit. 5. li. ordina. noui. Sic etenim stat in Neapolitano Regno Synodalis constitutio in ordine. 51. quæ incipit. Item quod non nulli, qua sancitum est, quod manentes in excommunicatione per mensem soluere tenentur vnum auri Alorenum de qua meminit Petrus Folleri. in practi. crimin. cano. in verbo, nõ comparentes n. 61. *cũda tit. 5. li. 8. noui ordi.*

Nec quidem hoc exemplo caret nam in Concilio Triburiensi antiquitus patres decreuerunt. *Vt qui post excommunicationem non fuerint ad pœnitentiam inclinati, per Secularem Principem puniantur, Vt quos Dei timor non corrigit saltim pœna temporalis corripiat.* ita Concili. Triburi. cap. 3.

7 *Ecclesiastici iudices cõdẽnare possunt pecuniaria multa laicos, qui indurati animis, in excõmunicatione permanent.*

Possunt etiam ecclesiastici iudices (imo maiorem ad hoc iurisdictionem, & potestatem habẽt) punire laicos pecuniaria multa, qui per tempus illud Regijs legibus expressum excommunicatione fuerunt innodati. quod sic clari, & explorati iuris est, vt nulla in digeat probatione, & ita foren si vsu receptum est. Sicque absolutionis tempore, post Eccleſiæ satisfactionem solet pecuniaria pœna imponi, quę iuste exigi potest, & in pios vsus conuerti, vt præcedentibus annis cętus Cardinalium Paulo Tertio Pontifici maximo respondit vt testatur D. Episcopus Simanchas in catho. instit. tit. 27 num. 5.

Est tamen consideratione dignissimum q̃si excõmunicatus satisfeceritalteri cui° causa fuit excõmunicatus absoluẽdus est pœna non solutaq; ab eo postea exigi potest prestita absolutione D. Cou. in 4. decre. 2. p. c. 6. §. 8 nu. 17.

8 Non tamen licet ecclesiasticis iudicibus, ex proprijs sententijs contra excommunicatos contumaces latas commodum aliquod extraordinarium reportare, sed pecuniariam condemnationem in vsus pios Ecclesiæ, vel pauperum conuertere, licet aliquando contrarium iniustissime vidi iudicari sed iam placata fuit illa tempestas, apud nos vero cum dicta Regia constitutione prima tertia pars pecuniariæ condemnationis, quæ contra excommunicatos contumaces profertur, ad Prælatos se alios ecclesiasticos iudices, qui excommunicationem protulerunt pertineat, iuste ab eis exigi potest sicuti aliæ pœnæ quæ legibus, vel statutis eis tribuuntur ita scribit D. Præsul. Calagurritanus infra. capi. 140. & ibi dixi.

Iudices Ecclesiastici nullũ emolumentum percipere possũt, ex pœna cõtra excõmunicatos imposita, ni si illud ex Regijs legibus eis cõpetit.

In hoc autem amplissimo Archiepiscopatu Toletano quapœna puniendus sit clericus, vel laicus in tribunalibus ecclesiasticis qui in excõmunicatione per annum steterit, vide in Synodalibus consti. capit. 2. rub. de senten excommu. lib. 5.

9 Tertia assertio, perseuerantia in excommunicatione per annum, etiam in causa ciuili efficit, vt excõmunicatus habeatur pro confesso, hanc conclusionem sic constitutam tradit D. Episcopus Couarru. in dict. capite. Alma mater. d. §. 7. licet ad eius probationem nulla autoritate, sed sua (quæ maxima est) innitatur quinimo aliquos pro ea allegat, qui vel non dicunt, vel contrarium scribunt, vt est Ripa quem statim allegauo. Verissima tamẽ est hęc sententia, quam ea neruosa ratione corroboro, nam si dicta perseuerantia excommunicatione, dictum effectum in causa criminali operatur, in quo clariores probationes desiderantur, vt in l. fi. C. de proba. multo fortius operari eum debet, in causa ciuili. vnde labitur Ripa. in d. c. 1. de iud n. 77. qui hãc opinionem in causa ciuili improbauit.

Perseuerantia annalis in excõmunicatione operetur vt excõmunicatus ex causa ciuilis, proconfessio habeatur.

Quarta conclusio, annalis perseuerantia in excommunicatione, minime excõmunicato viam recludit, quin possit innocẽtiam suam ostendere ita ægregie tenet Anto. de Butrio in dict. c. 1. de iudi. vbi Ripa. n. 77. gl. not. in dict. c. rursus. 11. q. 3. sentit. Innocen. in di c. cum bonæ. nu. 2. versi. *Post talem*, de ætate & qualitate Prædicta quidem perseuerantia, solum prodest accusatori fisco, vel acto ri, vt ab honore probandi accusationem, vel propositam actionẽ releuetur, cuius probationis loco lex, hanc cõtumaciam induratam excommunicatione, subrogauit. vnde poterit reus quę ad suam innocentiam concernunt modis omnibus probare. l. 2. C. de requi reis quod multis comprobat loã. â Neuiza. cõsi. 60, n. 2. 3. & 4. Et innocentiæ probatio nũquam excluſa censetur, etiam si iam lata fuerit sententia vt optime probat Dec. in cap. ex parte. in 2. nu. 7. de offi. delega.

10 *Perseuerratio annalis in excõmunicatione, minime excõmunicato viam precludit, vt suã innocentiã possit ostendere.*

Nec huic assertioni reffragatur tex. in dict. capite. rursus. qui probare videtur hunc perseuerantem in excommunicatione, nullatenus audiendum esse. quẽ ad hoc perpendit Barba. in dict. cap. 1. num. 134. qui text. ille loquitur quando excommunicatus non solum neglexit suam proba-

11 *Tex. inc. rursus. 11. q. 3. interpretatur.*

re inno-

re innocentiam, & priuatiue & improprie contempſit, ſed poſsitiue, & proprie, vt quia pluries monitus renuit verbis vel facto, ſuam innocentiam purgare, ideo mirum non eſt quod lex pœnitus eum excludat, ita text. illum interpretatur Iacob. Menoch de arbi. iudi. quæſt. lib. 2. cent. u. 5. caſu. 416. quem vide.

12 *Egregie interpretatur cõci. Trid. Seſ. 25. c. 3. de ref.*

Quinta aſſertio, perſeuerantia annalis in excõmunicatione redit excommunicatum de hæreſis crimine ſuſpectum Concil. Tridenti. Seſſ. 25 cap. 3. de reform. Præſumitur quidem is, perperam de poteſtate clauium Eccleſiæ ſẽtire inquit ſacroſanctum Concilium *Excommunicatus verò quidem, ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolum ad ſacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiantur. Sed ſi indurato animo, cenſuris annexus, in illis per annum inſorduerit, etiam, contra eum, tanquam de hæreſi ſuſpectũ procedi poſsit.* Hactenus Concilium circa quod, aliqua lectu non indigna notanda cenſeo.

Primo, quod non ſolum eius ſãctio procedit, quando excommunicatio lata fuit ob cauſam criminalem, verum etiam ciuilem, nã pertinacia hæc vniformis eſt, nã ſemper & in omni caſu, perſeuerando dicitur contemnere, imo maior videtur contemptus excõmunicationis ex cauſa ciuili: quã criminali, quæ pro leuiori cauſa lata fuit, & quæ minus eũ retardare deberet, quin ad iudicem iret, quã pro criminali quæ ob pœnã corporalẽ forte imponẽdã, magis excõmunicat⁹ timeret Quod ex verbis concilij clare perpẽditur, ibi, *Quæcũq;*, quæ verba comprehendũ excommunicatum, tã ex cauſa criminali, quam ciuili, cum paulo ante concilium decreuerit, ob vtranque poſſe excommunicari.

Secundo, quod quatenus concilium ait, *Per annum inſorduerit.* intelligendum eſſe de anno perfecto l. vrbana familia. §. per noctare. ff de verbo. ſigni. not. Francus in ca. cum contumacia. de hæreti. lib 6. not. 2.

Tertio, ꝙ licet excommunicatus, qui per annum integrum indurato animo, ſtetit in excommunicatione, de hæreſi ſuſpectus ſit non tamen tanquam hæreticus eſt condemnandus. gloſ. ſing. in cap. contingit. de dolo, & contumacia eſt quidem ſuſpitio hæc leuis, vt ſcribit autor directorij Inquiſitorum. 2. p. q. 47. ſequitur inſignis Couar. in dict. ca. Alma mater. §. 7. Iacob. Septim. in catho. inſtit. tit. 27. nu. 4.

Quarto, ꝙ licet dicta ſuſpitio leuis ſit, ſufficiens tamẽ eſt ad purgationem indicẽdam, quam ſi excommunicatus ſubiurẽ nolluerit, ſed excõmunicatione permãſerit, tunc veluti hæreticus pertinax eſt condẽnandus. ca. excommunicamus. §. qui autem. de hæreti. cap. cum contumacia. eo. tit. in 6. tradit Inno. & cœteri in capi. vltim. de pœnis Hoſtien. Henr. Cardi. & Felin. in dict. §. qui autem. Hoſtien. in ſumm. tit. de hæreti. colum. 3. Calderi. conſi. 5. tit. de hæreti. Fran. in dict. c. cum cõtumacia. Ripa in dict. c. 1. de iud. nu. 77. Gonſalã. Villadiego de hæreti. quæſt. 91. Capell. Toloſa. vbi Auff. deciſio. 361. Alberti. in rub. de hæreti. lib. 6. quæſ. 13. num. 34. Brunus. lib. 1. de hæreti.

capit. 4. Ioann. Lup. in c. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. §. 18. nu. 24. Carreri. in practi crimi. in tract. de hære. nu. 21.

Quinto, quod si causa excommunicationis, ex eo emanauit quod de hæresi suspectus quis sit, ab hæreticæ prauitatis Inquisitoribus vocatus, suterfugiens iudicium, comparere nolluit & ob contumaciam, excommunicatione fuit innodatus, in qua integro anno permansit, hoc sanè casu, vt hęreticus est puniendus tex. ęgregius in dict. cap. cum contumacia de hære. lib. 6. & ad idem in simili est tex. in cap. excommunicamus. §. qui autem. de hæret. & in auth. Gazaros. C. eo titu. l. 32. tit. 9. part. 1. tradunt vltra ordinarios interprætes direct. Inquisitorum. 2. par. quæs. 47. Capell. Tholosa. vbi Auffe: quæsti. 365. Ad hoc tamen quod dicta pœna imponenda sit requiritur, quod is sit verus contumax, quod si fictus contumax fuerit, dicta decisio locum non habet, vt optime resoluit Gundi. â Villadiego de hæreti. quæsti. 12. Couarr. dict. §. 7.

Imo & quod existimo perpetua memoria dignum, quod si anno lapso, ante condemnationem qui contumax fuit, compareat in iudicio suamque innocentiam voluerit ostendere, audiendus est, ad effugiendam bonorum confiscationem, ita tenet Andr. de Iser. in dict. auth. Gazaros. numero 31. Quod si iam condemnatus & captus fuerit, & tanquam vere pœnitens voluerit se Ecclesiæ reconciliari audiendus est, & si ostendat legitime impeditum fuisse, ita vt contumax nō fuerit, omnem pœnam effugiet, quod si de legitimo impedimento non docuerit, sed solum innocentiā obiecti criminis docuerit, sententia reuocabitur, quo ad corporalem condemnationem & infamie notam, non vero quo ad bonorum confiscationem. l 2. & pen. C. de requi. re. Quod facilius admitti debet, quando cōtumax ipse spō te se carceri exhibuit, vt sanctæ Inquisitionis decreto diffinitum esse testatur D. Episcopus Iaco. Septiman. in catho. insti. capit. 2. nume. 20.

Sextoerit etiam memorię commendandum, quod cum annalis perseuerantia in excommunicatione, solum suspitionem hæresis inducat, & ideo non erit locus bonorum confiscationi, nisi postea vere hæreticus excommunicatus apparuerit, quia quando bona hæreticorum publicantur locum id obtinet, in vero hæretico non vero in suspecto. ca. accusatus. §. porro. de hæreti. tradit, vltra interprętes ordinarios Zanchinus in tractat. de hæreti. capi. 25. de confis. bono. Balne. reg in iudi. inquisit. in verb. *Bona hæreticorum*. Iacob. Menoch. consi. 159. num. 16. volum. 2.

Sexta & vltima assertio, perseuerātia in excōmunicatione, vltra annū operatur, vt excōmunicatus priuandus sit beneficijs, & dignitatibus ita tenet Abb. in dicto. ca. 1. de iudi. n. 25. vbi And. Alciat. nu. 78. quę manifeste probatur in cap. cum bonæ, de ætate & qualita. circa cuius interprętationem labitur doctissimus Ripa. in dict. capite. 1. numero. 78. scribens q tex ille loquitur quando Pontifex Maximus de plenitudine procedit, prout in casu il- 13 *Perseuerantia ex cōmunicationis, vltra annū operatur, vt tex communicatus ecclesiasticis beneficijs priuādus sit.*

ſu illius tex. Nam nunquam pręſumendum eſt ſic Principem vel le procedere. Imo nomen hoc ab ſolute poteſtatis, cum iuri contrarium ſit merito a iure conſultis omnino oblegãdum eſſe, multis rationibus, & clariſsimorum virorum teſtimonijs prouabi in meis annot. ad iſtum dominum Epiſcopum in regulis & fallen. reg. 219. verſic. Quarto amplia. Nec reffragatur conſideratio Decij in dict. cap. 1. num. 19. in 2. lecti. â communi recedens aſſeuerans, tex. illum requirere perſeuerantiam & contumaciam triennalem, nam vt recte reſpondit Alcia. dict. cap. 1. num. 37. is tex. in dict. cap. cum bonę. non inducit diſpoſitionem ſuper triennio, ſed ſuper temporis diuturnitate, vltra annũ. Vnde videmus quod ante biennium ſufficeret vt in c. vltim. de pœnis qui tex. & ſi loquatur de laico attamen idem in clerico iudicandum eſt, cum vel nulla ſit differentia vel ſi aliqua eſt, fortius clericus ligatur cum is magis parere teneatur, vt ſcribit Cardin. â Turrecrem. in cap. miſſas totas. num. 2. de conſecra. diſtin. 1. Mart. Nauarr. in capi. 1. §. ingratus. nu. 4. de pœni. diſt. 5.

Quæ quidem aſſertio locum obtinet, etiam ſi excommunicatio lata fuit ob cauſam ciuilem, nã vt ſupra ſcripſi pertinacia hęc vniformis eſt, nec quo ad hoc inſtitutum attendi debet an procedat, ex cauſa criminali, vel ciuili: ſolum perpendi debet crimen illud, ab illa contumacia & perſeuerantia prouenies. Hinc conſtat longe erraſſe Abb in dict. c. 1. nu. 27. Ripam num. 77. Roma. ſing. 303. Ang. de Clauaſsi in ſumma in verbo. Excommunicatio vltimo. nu. 17. aſſeuerantes: excõmunicatum ex cauſa ciuili, & in ea perſeuerantes etiam per mille annos, non poſſe ſuis beneficijs priuari, quos omnes iuſte reprobat Iacob Menoc. de arbi. iudi. quæſti. li 2. centu. 5. caſu. 416. nume. 55.

Dubitari tamen ſolet per quod temporis ſpacium iudex expectare debeat excommunicatum lapſo anno ante quam ad declarationem vel priuationem beneficiorum procedat circa quam cõtrouerſiam Abb. in di. cap. 1. num. 25. de iudi. verſiculo fateor. ſentire videtur per triennium expectandum eſſe. vt in cap. cum bonæ, de ætate & qualitate ſed Abb. non loquitur taxatiue prout nec taxatiue ibi loquitur Andre. Alciatus nume 37. Quo circa totum hoc iudicis arbitrio relinquendum eſſe cenſeo, ſequor in hoc doctiſsimum Iac. Menoch. de arbi. iudi. quæſtio. lib 2. centu. 5. caſu. 416. num. 66. 14

Anno lapſo excommunicationis, quantũtẽpus a iudice expectãdũ ſit ante quam ad priuationẽ beneficiorũ procedat.

Prudens quidem eccleſiaſticus iudex, elapſo aliquo tempore poſt annum, excommunicatũ citari pręcipiet, vt coram eo cõpareat, ad allegandum quas defẽſiones habet, vt hæreticus declarari non debeat, cum tandiu excommunicatione fuerit ligatus, quod ſi nullum alleget impedimẽtum, nec iuſtã cauſam, quæ ei ſuffragari poſsit, hæreticus declarabitur, & priuatum eſſe beneficijs & eccleſiaſticis, dignitatibus, hãc praxim. docet Gundi â Villadiego in tractat. de hæreti. quęſtio. 12. in fine Ioann. Annani. in capite excommunicamus. §. qui autem. in fine de hæret. Auferi

ad Capell. Thol. quæstion. 366. ad finem.

Falsarij.

CAPVT.CXVII.

1 *Clerici falsarij literarum apostolicarum qualiter puniantur.*
2 *Vitians siue falsans literas delegati apostolici vel aliorum inferiorum iudicum, qua pœna corripiatur.*
3 *Literarum autem regiarum falsarij cui pœnæ sint obnoxij.*
4 *Clericus, qui falsis literis apostolicis vtitur, officijs & beneficijs priuatur.*
5 *Apponens manum in Apostolicis literis, etiam literam vnicã corrigendo, vel punctum, exceptis officialibus quibus commissum est, eo ipso excommunicationis sententiam incurrit à qua Papa tantum absoluit.*

1 CLerici qui falsarij literarum Apostolicarũ fuerint deprehensi, & per se falsitatis vitium exercuerint, omnib⁹ ecclesiasticis officijs & beneficijs priuati, & per ecclesiasticum iudicem degradati seculari potestati tradunturpuniendi, a secundum legitimas constitutiones, per quas laici de falsitate conuicti puniuntur, vt in capi. Ad falsariorũ decrim. falcid. & pœna laicorum videtur esse deportatio, & omnium bonorum publicatio in libero homine, vt per glosa. ibi allegando textu. in l. 1. §. final. ad l. Corneliam, de falsis licet in l. Vbi falsi. C. eod. dicat. quod crimen falsi debet puniri capitali supplicio, si id exigat magnitudo commissi, & licet iure communi in hoc casu nõ videatur apposita pœna mortis expresse: in his tamen regnis dispositum est quod falsans epistolam, priuilegium, vel bullam Papæ, vel qui facit, vt alius id efficiat, debet mori, vt in l. 6. tit. 7. par. 7. Vnde non est dubiũ tunc quod hodie iudex secularis damnabit tunc talem clericum ad pœnam mortis. Et vide Concilium Constantiense in. 18. Sessione in, capit. 3. vbi statutũ est quod omnes qui dolum & fraudem se falsitatem aliquam circa literas bullandas dict. Synodi committerẽt & illi etiam qui in hoc consentirent, aut alia fieri procurarent, vel literis falsis scienter vterentur, incurrerent censuras illas ecclesiasticas & pœnas quas falsi ficatores literarum Apostolicarum, & qui illis literis scienter vtuntur, nec non participes incurrunt iuxta canonicas sanctiones: & licet prouisio illius concilij circa literas eius solum modo & non infuturum videatur disponere, argumento tamen illius videtur idem esse iudicandum, si pro tempore casus similis occurreret, cum videatur esse eadẽ ratio, literarũ vero Cancellarię vel pœnitentiarij Papæ falsarij qualiter puniantur, vide Host. Ioan. Andr. Butri & alios in capit. ex literis. de fin. instrumen. Vitians autem siue falsans literas Iudicis delegati apolici non debet ità acriter puniri. Pano. in capite. Olim. in 2. not. ex text ibi, de rescrip. Et vide Feli. in capi. 2 de rescrip. colu. 9. vbi se remittit ad

a 2

plene

plene dicta per Maria. in dict. ca. Ad falsariorum. Fallantes autem literas inferiorum Iudicum, si criminaliter accusantur, depositionis ab ordine & priuationis omnium beneficiorum, detrusionisque in monasterium pœnas substinere debent. notat idem Panor. vbi supra allegans text. in capit. Si episcopus. 50. dist. qui tex. statuit contra presbyterum, aut diaconum qui chartam falsauerit, quod depositus ab officij honore in monasterium detrudatur, & eũdem tex. (& si corrupte alleget) sic intelligit Hostiẽ. in summa de crimi. fal. §. fin. in falsario literarum episcop. Falsarius autem per modum inquisitionis conuictus, tam in literis episcopi, quã capituli ab officio & beneficio suspendendus est, siue suspendẽdus nũciandus secundum Hostiẽ. vbi supra, donec indulgentiam Apostolicæ sedis mereatur obtinere,
3 pro quo allegat tex. in cap. Tam literis. de testi. Literarum autem Regiarum falsarij degradantur, & illis aliquis character imponitur, & in exilium mittuntur extra prouinciam, vt in c. Ad audiẽtiam. de crim. fal. Idem transcriptum fuit in l. antepe titu. 6. par. 1. quæ declarat quod exilium debet esse extra regnum vel dominium Regis in cuius literis deliquit, quod extendit procedere in falsario cuiuslibet Principis secularis. Hostien. in summa de cri. falsi. §. fin. versi. Si quis autem. motus ea solum ratione, quia de similibus idem est iudicium, per iura vulgaria quæ ipse refert.
4 Qui vero Apostolicis literis falsis vtitur, officijs & beneficijs priuatur, vt in dict. capite. Ad falsariorum. Vnum tamen nota, quod si tales velint se purgare allegantes ignorantiam, audiendi sunt, si se purgant, & deceptorem exhibeant. ita tenet Archi. in ca. In memoriam. 19. distinct. quod ibi sequitur Card. de Turrecremata, in §. Ad quartum. qui respõdet ad dictum capit. Ad falsariorum, dum dicit non excusare ignorantiam: quod intelligitur de ignorantia supina, vel quandonõ vult exhibere deceptorem. Et vi 5
de Hostien. in summa, in titu de crimine falsi. §. Porro versi. Sed hodie, vbi dicit quod hodie præceptum est quod in literis domini Papę, nec in magno, nec inmodico audeat quis manum apponere, etiam literam vnicam vel punctum vnicum corrigendo exceptis officialibus, quibus hoc est cõmissum: alioquin manum opponens ex canone lato in curia, ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, quæ non potest per aliquem extra sedem Apostolicam relaxari. Cuius verba ad literam refert & sequitur Floren. in 3. parte. titulo. 24. capit. 16. & sequitur etiam Feli. in cap. 2. §. Stylus. de rescrip. qui etiam dicit quod tales falsarij excõmunicantur in processum annali per Papam in die Iouis sancti, & allegat constit. Martini. 5. quam ad literam Florenti. scribit in dict. 3. parte. titulo 24. cap. 72. vbi aperte patet quod excommunicantur omnes falsantes literas Apostolicas, bullas & supplicationes Sumi Põtificis, se Vicecancellarij, seu gerentis officium, vel vices Cancellarij. Et nota quod Floren. in dict. c. 16. referen Richar. dicit quod qui ludo

& non intentione vtendi literis Papę, quarum efficacia iam expirauit, aliquam literam in eis formatam reformaret, vel punctum faceret, vel aliquid in ea immutaret, non esse excommunicatus ipso iure. Contra quod tamen arguit ipse, vt videre poteris, licet Felin. simpliciter secutus fuerit vbi supra hanc declarationem Richard. & Floren. quem ibi corrupte allegat in vtroque loco per eum citato.

Clericus qui falsũ literis Apostolicis cõmisit curiæ traditus eſt.

Raduntur puniendi. Vide Regiam l. 60. tit. 6. par. 1. & ibi insignem Gregori. Lup. & eundem in l. 6. ti. 7. par. 7. in glo. *De Papa, ò de Rey.* Matth. de Afflict. decisio. 22. num. 2. Quam quidem pœnã, præteritis diebus receptam vidimus in Regali curia, contra quosdam clericos qui literas quosdã falsas confecerant, fingentes esse Summi Pontificis, quarum literarum ratione, multi ingradibus prohibitis cõstituti, matrimoniũ contraxerunt. Et huius criminis ratione, post realem degradationem, seculari curię traditi fuerũt & publice suspensi. Vnde apud Hispanos inuiolabiliter obseruari debet decisio. tex. in ca. ad falsariorum de crimine falsis quamuis reguliter non seruari affirmat Ioann. de Anan. in rub. de falsis circa finem quem refert Iulius Clar. in pract. cri. §. fi. quæsti. 36. versi. videmus.

Decisio tex. in c. ad falsariorũ. de Crim. fal. apud Hispanos seruatur.

Et nota, quod huius criminis rei excommunicantur in cœna Domini, in quinto casu his verbis. *Excommunicamus omnes falsarios bullarum, seu literarum Apostolicarum, & supplicationum, gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecãcellarium, seu gerentes vices eorum, aut demandato eiusdem Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum, signantes supplicationes easdem. Extendentes constitutionem fœlicis recordationis Innoc Papæ Tertij, quæ incipit ad falsariorum, cum omnibus pœnis in ea cõtentis, ad falsificantes, seu mutantes supplicaciones, per nos seu demandato nostro signatas, & datas, sine nostra, aut Datarij nostri licentia.*

Pœna tex: in cap. ad falsariorũ locum non obtinet inclerecis qui falsum cõmittũt in literis Episcoporũ Nũtij vel pœnitẽtiariæ.

Illud autem notandum censeo non esse locum dictæ pœnç, si literæ Episcoporum, vel Nũtij falsificantur, vel etiam literæ Pœnitentiariæ, quia hæc non sunt literæ Papæ, sed eius commissarij cõstituti viuæ vocis oraculo. ita ægregie scribit Martin. Nauarr. in manu confessi. cap. 27. nu. 62.

Nec incurrit dictam pœnã qui subreptitie, vel obretitie impetrat literas Apostolicas, vel post impetrationem illis vtitur, quia constitutiones Romanorum Põtificum, quæ circa impositionem dictarum pœnarum disponunt, loquuntur de falsificantibus: & diuersum quidem est falsum conficere, vel falsis literis vti in dict. cap. ad falsariorum, de crimine. falsi tradit Nauarr. dict. c. 27.

Qui mutat punctũ vel corrigit literas Apostolicas, si sententia non mutatur an immunis sit à pœna.

Erit etiam â dicta pœna ordinaria immunis, qui dictarum literarum Apostolicarum muttat punctum, vel corrigit literam aliquã quando non mutatur substantia, vt scribit Ioann. Gerson. in 2. p. Alph. 32. ca. Quidam. fo. 118. Martin. Naua. in manu confesso. dict. cap. 27. contra Hostien. in summa de crimine falsi. §. porro. versic. sed hodie. & Caieta. in summa in verbo

verbo. Excommunicatio. ca. 26. quorum opinionem saltim quo ad forum conscientiæ reprobat Nauarr in d. loco. Idemque ipse asseuerandum censeo, quo ad iudicium exterius. Nam cum falsitas hæc nemini sit nociua, puniri non debet saltim pœna ordinaria. Vt tradit Specul. in tit. de teste. §. 1. versi. Item quod aliquid. Bar. Paul. & Ias. num. 10. in l. si ex falsis. C. de transactio. Bar. in l. eos. colu. 2. ff. de falsis Angelus in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. & consi. 194. Deci. in l. 1. §. credendum. nu. 7. ff. si cert. peta. & col ligitur ex glos. in l. damus. in verbo *Priuatas*. C. de falsis quam communiter doctores sequũtur, vt fatetur Alexand. consil. 145. column. 1. libr. 6. idẽ fatetur Barba. consi. 52. num. 4. lib. 3. Socin. cons. 103. num. 1. & 2. lib. 1. Viui. lib. communi. opinio. in verbo, falsitas quę memini. & est communis practica qua aduocati sæpe vtuntur, vt testatur Cur. Iuni. defend. 4. p. in prima causa amissionis fæudi quæstio. 10. Iul. Clar. in pract. crimi. §. falsum. versi. itẽ excusatur, qui plures allegat qui eam communem esse fatentur, & ægregie de more eam declarat, & ita interpretari debet opinio D. Episcopi Ioann. Bernardi. de qua in ho. ca. nume. 5. opinionem tamen nostram Apostolicæ sedis censuræ libenter submitimus.

Qui in moneta falsum committit incidat

Sed an puniatur huius capitis pœna clericus, qui in moneta sũmi Prę sidis falsum commisit. Vi *Summi Pontificis* de Ab. in cap. tua. num. 4. de pœnis asseuerantem, eum deponendum & in carcerem mittendum esse, negatque hoc casu locum habere traditionem curiæ seculari *in pœnã* quia tex. in dict. capi. ad falsarios rum. Loquitur tantum de falsarijs literarum, ideo cum pœnalis & odiosa sit illa constitutio, ad alios casus extendenda non est. *falsi.* ca. is qui de senten. excomm. lib. 6. l. penul. ff. de pœnis. Sed cum hoc falsi crimen quod in moneta Romani Pontificis perpetratur grauissimum & atrocissimum sit ab Abb sententia recedere videtur. D. Didac. Perez. in l. 23. titu. 19. li. 8. ordin. versi. Quarto principaliter. Ego tamẽ Abbatis opinionem libenter sequor. *tex. in c. ad falsa ricrũ de*

Conspiratores.

CAPVT. CXVIII.

1 *Clerici hoc crimen perpetrantes qualiter puniantur.*

CLerici conspirantes aut conspiratores, aut iniurias ponentes Episcopis aut clericis ẽ gradu suo propriopenitus abijciantur, vt in capitu. Si qui clerici. & in capit. Si clerici 11. q. 1. Et in capi. Con iurationum. ea. caus. & quæstio. & habetur ille tex. in cõcilio Calcedonensi in canone. 18. qui contra fidem homenagij negat Episcopum suum dominum esse, vel in foro sæculari disponit contra eum de rebus spiritualibus quæstionem, aut qui in uasori suo, & socijs causam & consilium prę stat ab officio & beneficio deponitur vt in c. Grauem. de excel. præla. & vide text. in capit. Si quis sacerdotum 11. quæsti. 1 qui clericum suo Episcopo inobedientem

aut ei insidias parantem, aut contumeliam, calumniam, seu conuicia inferentem, deponi iubet, & curiæ tradi. Sed aduerte, quod ille text. de incorrigibili[a] intelligitur, vt concludit Abb. in capi. At si clerici. de iudi. colum. 13. sequendo glos. in capitu. Cum non ab homine de iud. & in capi. Si quis & in ca. Si quæ sunt. 2. quæs. 7. & in c. Nouimus de verb. signi & dicit quod ista opinio tanquam mitior communiter approbatur per Doct. in capit. fina. de testi. cogen. & in capi. Cum non ab homine de iudi. quem refert & sequitur Decius, ibi, col. 21. versi cu. Tertius casus, qui respondet ad verbum mox, positum in dict. cap. Si quis. quandoque intelligitur cum interuallo, vt l. Sed & si conditione. §. Seruus. ff. de hæredit. insti. & in cap. 2. vbi glo. 20. q. 2. & tradit Alexan. in l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. oblig. & eam dicit communem sententiam Arerin. in dict. cap. Cum non ab homine. de iudi. colum. 2. versi. Tertius casus, & vide Præpo. in cap. clericus. 3. quæs. 4. qui post Archi. notat gl. ibi, ad hoc quod clericus conspirationem faciens cõtra proprium episcopum nõ traditur curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis. & vide eundem in cap. Hi qui. ea. cau. & quęsti. vbi notat ibi text. pro illa glo. dum text. disponit quod clericus persecutor episcopi fit infamis, & tradi-

Regia l. 60. ti. 6. p. 1. interpretatur.

tur exilio, non tamen præcipit illum curię tradi. Et vide. l. 60. titul. 6. part. 1 vbi ponit istum casum inter eos, quibus clericus traditur curię seculari, & videtur lex illa ex pluribus causibus disiunctiue positis in dict. capi. Siquis sacerdotum, solũ ad duos casus pœnam illam reducere. Primo *quando el clerigo deshonestasse à su Obispo, y no le quisiesse obedecer.* Secundo, *si le acechasse en qualquier manera para le matar* Et illa l. nihil dicit de incorrigibilitate, [b] quasi vellit, in illis duobus casibus seruare dispositionem illius capitul. Si quis sacerdotum, quæ quidem interpretatio legalis videtur in Hispania seruanda, quũ sicut doctorum expositionibus, ac consuetudine temperatur rigor antiquorum canonum, multo melius videtur hoc faciendum ex lege principis magna deliberatione promulgata, & tunc posset merito dubitari qua pœna esset clericus puniendus, qui propter tale facinus traderetur curiæ seculari.

[b]

ANNOTATIO.

VIde multa quæ circa huius capitis argumẽtum scripsit Hiero. Gig. in tracta. de crimine lesæ Maiest. lib 2. Rub. quo modo, & per quæ &c. quæstion. 22. A

De incorrigibili intelligitur. Adde Siluest. in summ. in verbo, degradatio, & opinionem istam communem esse fatentur Augusti. Arim. ad Ang. in tracta. malefi. in verbo. *Et caput.* nu. 42. Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. 5. fi. q. 35. versi. Hinc infertur. B

De incorrigibilitate. Nota quod dicta Regia Partitarum lex intelligenda est secundum ius canonicum & receptam & communem traditionem nempe, vt sit necessaria incorrigibilitas.

Lesæ

Lesæ Maiestatis rei.

CAPVT. CXIX.

1 *Episcopus, presbyter, vel diaconus, qui lesæ maiestatis crimen commiserit qualiter puniatur breuiter, & dilucide per totũ caput explicatur*

1 EPisc. præsb aut diaconus qui & domini sui regnũ peruerse & dolose tractauerit & in mortẽ ipsius aliquo machinamẽto insidiatur, debet degradari: ita dicit tex. in c. Si quis laicus. 22. q. 5. quẽ tex. dicit nota. Ab. in c. At si cleric. in prin. in fin. verbis de iud. ad hoc quod præsby. vel alius cleri. vel epis. degradatur, pro cõspiratione facta contra principẽ, seu dominũ terræ, & allegat Do. in c. Petit. de iu. iur. & dicit posse hoc intelligi de actuali degradatione propter immanitatem criminis, arg. l. Quisquis. C. ad l. Iul. maie. Barb. autẽ in d. c. At si cler. in prin. in fin. verbis, scribit quod vidit istũ casũ de facto, & cõsuluit cõtra doctr. Abb. & quod d. c. Si quis est palea, & intelligitur de degradatione verbali, & quod non habet locũ in cler. quia nõ põt dici reus maie. laici, a quia nõ est subditus laici, a & refert Car. in c. Vergẽ. de hære. & vt aliquis dicatur reus lesæ maiest. oportet vt sit subditus, b per ea quæ ipse allegat. Et reperies illud cõsiliũ suũ in 3. vol. in cõ. 21. A Ioue prin. Et vide Arn. Alb. in c. Quoniã. de hær. in 6. in q. 11. ver. Septimo fallit, vbi postquam per quinque ferẽ co. tract. de isto art. dicit cõcludẽdũ clericũ nõ teneri crimine lesæ Maiest. tẽporalis. Dicit tñ (saluo meliori iudicio) & sacrosanctæ sedis Apostolicæ autoritate, quod clericus siue Episc. tale crimẽ grauissimũ cõmittens, erit degradãdus, & beneficijs spoliãdus, & cõsequenter curiæ seculari tradẽdus, & remittit se ad ea quæ latius dicet in eod. c. in 15. q. vbi in 2. co. d. ver. hinc sũpta. mouetque s. An cleric. vel Epis. rebellãs cõtra Regẽ cõmittat crimẽ Lesæ Maiestatis, & concludit etiam q non, & respondet ad c. Si quis laicus (præsuppositoq il le tex. esset decretũ autenticũ quod non est) quod ille tex. procedit quando Episco. vel clericus præstitit iuramentum fidelitatis, vel homagium domino temporali, & tandem in co. 6. ver. Quid ergo, dicit quod licet clericus vel Episco. non cõmittat crimẽ Lesæ Maiestatis, per hoc non remanebit impunitus, imo si est rebellis Regi seu domino, degradatus & spoliatus beneficijs, vel episcopa. tradit curiæ seculari propter immanitatẽ criminis allegat dict. c. Si quis laicꝰ. & Ro. hoc consulentẽ per illum cõsi. 366. Quæritur, qua pœna. & in singu. 701. Dicã tibi dubia. Sed aduerte quod Ro. in dictis locis nihil dicit de traditione curiæ seculari, sed vtitur verbo illiꝰ tex. scilicet degradetur. Vnde miror q al legauerit pro sua opinione Ro. nisi sẽ serit hoc voluisse Ro. dũ dicit, degradetur, sed hoc non est verum: nã non vbicunq, in iure dicitur degradetur, intelligitur, & tradatur curiæ seculari. Postea verovalde dubitat q verbũ degradetur in dict. c. positum, capiatur proprie pro actuali degradatione sed pro verbali c & relinquit cogitãdum. Et vide Matth. de Affli. super. 1. c li. constitutionum vtriusque Siciliæ, fo. 114 in rub. vbi clericus in maleficijs debeat conueniri, vbi disputat q. Vtrum clericus beneficiatus commitẽs crimen rebelionis contra Regem possit priuari suis beneficijs per Epis. copũ suũ, & tandem concludit q ex circunstãtijs cũcurrentibus in rebelione tali poterit Epis. arbitrari, & sẽtẽtiãdo declarare clericũ in hoc delinquẽtẽ priuãdũ esse suis beneficijs ecclesiasticis, dũ tamẽ procedatur seruato ordine iuris. Tu autẽ vltra prædictos doctores. aduerte quod in syndo Tole. 16. â sexaginta & vno Epis. celebrata, Anno domini. 693. sub Rege *Flauio Egica Sisbertus* Tolet. sedis

Epis-

Episcopus loco & honore priuatus fuit, eo quod prædictum Regem non tantum priuare regno, sed & cum alijs compliçibus interimere diffiniuit, atque gẽti eius vel patriæ inferre conturbium & excidium cogitauit, vt patet in dicta synodo, in c. de Sisberto episcopo, in quo pœna dict. Episcopo propter prædictas causas imposita per hæc verba describitur. *Ipse vero Sisbertus pro sui iuramenti transgressione, facinorisque tãti machinatione secundum antiquorum canonum institutionem qua præcipitur, vt quisquis inuentus fuerit alia feciſſe, & viuente Principe in alium attendiſſe profutura regni ſpe, à coubentu catholicorum excommunicationis ſententia repellatur, honore ſimul & loco depulſus, omnibuſque rebus textus, quibuſque in poteſtatem prædicti principis redactis, perpetui exilij ergaſtulo maneat relegatus.* Ita nempe vt secundum eorundem antiquorum canonũ decreta in finem vitę suæ tantum communionem accipiat excepto si Regia eum pietas ante absoluendũ crediderit. Simili quoque & cæteris qui de religiosis cuiuslibet sit ordinis aut honoris deinceps contra principem talia egisse vel diffiniſſe reperti extiterint censura mulctandi sunt. Ex cuius nempe synodi dispositione aperte colligitur qua pœna sit clericus puniendus qui contra Regem machinatus fuerit, cum illius synodi patres pœnã illi episcopo per eos infflictam ad alios clericos similia perpetrantes in futurum extendi sanxerunt, in qua visi sunt non nouam pœnam statuisse, sed antiquos canones fuisse imitatos, qui tamen canones nullibi referuntur. Et mirandum est quod nullus Doctorum quos ipse in hac materia hucusque legerim de prædicta synodo faciat mentionem, nisi eos excusare velimus ea ratione, quod illa. 16. synodus Toletana non omnibus familiaris est, vt patet ex eo quod in omnibus impressionibus Conciliorum hucusque factis solũ ter decim concilia Toletana impressa leguntur, quamuis Gratianus aliqua ex dicta synodo in suo opere Decretorum intexere visus est.

REus *Maiestatis laica.* Adde latissime Hiero. Gigan. in tract. de crimine Lesæ Maiestatis lib. 1. quæs. 63. per totam fol. 111. vbi latissime examinat, an clericus coniurationẽ faciens contra Principem, crimen lesæ Maiestatis cõmittat quẽ vide. A

Vt sit subditus. Adde glos. in in Clem. pastoralis. in glo. magna versi. Nota de re iudi. Bald. cõsi. 139. vol. 1. & in l. si omnes. §. si vero. C. de Episco. & cleri. & in l. data opera colum. C. qui accusar. non poss. Ioan. de Imo. in dict. Clemen. Pastoralis. colu. 2. Hypo. in l. de minore in prin. colu. 2. ff. de quęst. Caro Rui. consi. 23. colum. 2. num. 6. volu. 1. Barba. consi. 70. colu. 3. volum. 4. Cepol. consi. 17. columna. 5. Nicol. Boeri. in tract. de Sedi. §. Præsuppone etiam. num. 2. Ioan. Igne. in l. necessarios. §. non alias. n. 417. ff. ad Sillani. Gramm. voto. 10. num. 32. Martin. Laud. in tract. de crimi. Lesę Maiestat. quæst. 22. Hieronym. Gigan. eodem tract. lib. 1. quæstio. 68. num. 5. Bosi. B

Cleticus an dicatur committere crimẽ Lesæ Maiestatis.

in

tract. delictorum de crimine Lesæ Maiesta. num. 86. & vide Iulium Clar. lib. 5. recep. senten. §. Lesæ Maiesta. versi. hinc infertur & eo. li. §. fi. quæst. 36. versi. quero nunquid. Vbi dicit quod licet clericus proprie non dicatur cõmittere crimen Lesæ Maiestatis tamen plures seculares Principes seruant contrarium, quia cũ in grauiss imo crimine agatur de ipsorũ vita, & statu, non solẽt clericos ad ecclesiasticos iudices remittere sed examinari faciũt, & torq;ri, & quãdoq; etiã suspẽdi. testatur quæ q̃ in ciuitate Florẽtiæ fuit propter crimen hoc suspensus quidam Archiepiscopus. Guill. etiam Benedi. in c. Rainuntius. in verbo. *Et vxorem nomine Adela.* 2. decisio. num. 160. & sequenti scribit, quod Francię curia pro criminibus Lesæ Maiestatis, falsæ monetæ, fractionis salvæ guardiæ Regiæ, bannit clericos de Regno quoties delinquẽdo, rem publicam grauissime offendũt. Sed nimis periculosa hęc sunt, & merito â Christianis Principibus cauenda, quibus non licet sacra clericorum priuilegia violare, qui etiam in his atrocissimis criminibus retinet, vt ab ipsis puniri non possint. deoque tenentur eos, suis competentibus iudicibus remittere, circa quod videas Bald. in §. si clericus. de pace tenen. & eius viola. & nostrũ doctissimum Gregor. in l. 57. in glo. *Quege la dio* tit. 6 p. 1. in versi. An autem princeps.

C *Sed pro verbali.* Adde quod opinionem istam communem esse fatetur Cur. Iunior. consi. 159. n. 1. quem refert Villalobos in commun. opinio. litera num. 99. Et licet Abb. in c. at si clerici. in prin. in vltim. verbo. tenuerit, clericũ qui commiserit crimen lesæ Maiestatis post degradationem sæcu lari curiæ tradendum esse, tamẽ communis opinio est in contrarium teste Bosio in tracta. delictorum titulo de foro cõpeten. num. 137. & tit. de crimine lesæ Maiestat. nume. 86. Iuli. Clar. li. 5. recep. senten. §. final. quæstion 36. versicul. quęro nunquid.

Seque de suis criminibus gloriantes.

CAPVT CXIX.

1 *Clericus crimẽ hoc perpetrans, qualiter puniatur.*

QVoniam secundũ Isidorum lib. 2. de summobono capit. 39. Ad comparationem mali fit deterius, quando non solum flagitia committuntur, sed etiam. de ipsis flagijs vanitate laudis perditi extolluntur. Quid enim peius est, quam in flagitijs miseros gaudere, de quibus iam debent copiosius deplorare? ideo merito clericus qui de suo criminis gloriatur suspendi debet ab officio & beneficio. ita disponit text in capit. Quam sit. de excess. præla. Et licet Abb. ibi discedat â summario illius tex. in quo Ioann. And. post glos. ibi videtur ponderare scandalum quod fuit ortum propter gloriationem illius clerici, & dicat sequendo Innoc. quod ibi ille clericus fuit punitus tanquam maledicus detractor & leuis, & quod quodlibet illorum sufficeret

ret ad imponendam illam pœnã. Ego tamen ſemper crederem cõſiderandam eſſe qualitatem â iudicibus illius delicti de quo gloriatur, locum, vbi, & perſonas coram quibus gloriatus eſt. Et an illa gloriatione reſultet præiudicium alterius honori vel famæ, vt ſic ſecundum hoc mitius vel acrius puniatur. Quis enim dubitat longe aliter puniendum eſſe clericum, qui furtum feciſſe gloriatur, quam qui adulterium vel inceſtum, & qui adulterium ſimpliciter feciſſe ſe iactat quam qui illud cum perſona certa quã nominat commiſiſſe dicit, qui publice, quam qui occulte, qui iocoſe & inter amicos, quam qui in rebus ſerijs & inter extraneos? Præterea in ſimilibus delictis clericorum mea ſententia iudices aduertere debẽt, vt non ſolum tales clerici pœnas iactãtiæ ſuſtineãt, ſed etiam illorum famæ quibus detractum eſt conſulatur. Et ex hac ſumpta occaſione poſſet quęri. An clerico glorianti ſe adulterium commiſiſſe cum certa mulieri, vel quid aliud perpetraſſe, ex quo iniuria alteri perſonæ irrogaretur, poſſet ad petitionem ſeu querellam illius imponi pœna (cum aliter verum eſſe nõ conſtet) vt coram eiſdem perſonis, vel alijs dicat illud â ſe dictũ falſum eſſe, & nunquam accidiſſe. Quæ quęſtio deciſſa videtur per ea quæ ſupra notauimus in verbo, Maledici.

A A *B officio & beneficio.* Adde Iacob Menochi. de arbi. iudic. quęſt. lib. 2. centu. 4. caſu. 332. numer. 1.

Habita informatione ſummaria.

CAPVT. CXX.

1 *Capi nemo poteſt ſine cauſæ cognitione.*
2 *Iudex, qui innocentem clericum capi fecit, puniendus eſt.*
3 *Traduntur multa, quæ à iudicibus in ſummarijs informationibus, præ oculis ſunt habenda.*

CLericum capturam iuſtum eſt vt præcedat informatio ſummaria delictorum, cum in alijs delinquentibus id ipſum etiam requiratur. a Ad captură enim perſonæ maxime in criminali non poteſt procedi ſine cauſæ cognitione, vt notat Ioan. Andr. in capitul. Si clericus. de ſenten. excomun. in 6. Et ſequitur Anton. & moderni in capitul. primo, de iudi. & notat Areti. ibi, in colum. 7. verſi. Iſta concluſio. Nec informatione leui capiendi ſunt ſeu in carcerandi clerici, cum ſola relaxatione â carcere nequeant per iudicis reſtitui ad ſuæ famæ integritatem. Quia vt plurimum homines in captura facta magis capti culpam, quam iudicis leuitat ẽa eſſe cõſiderantur. In liberatione vero non innocentiam rei, ſed iudicis in inquirendo deſidiam, aut in admiſsione præcum, ſeu munerum facilitatem interueniſſe ſæpius audẽt proclamare Quo fit, vt apud plures idemfere operari ſolet quod quis pro crimine aliquo incarceretur ſeu damnetur, præcipue cum præter

1

a

id

id quod ex iniusta captura non leuis clerico irrogetur iniuria(quæ tanto est grauior iudicanda quanto captus maiori erat insignitus honore, crimenque sibi impositum grauius) ipse clericalis status non parum offenditur, qui quidem ordo sactissimus sicut ab omni crimine vero expiandus est, sic nullius falsi impositione maculandus. Non præterea sic facile solent effugere clerici, ac eludere iudices, vt contra eos leuiter ad capturam procedere sit
2 necesse Cum ob admissa facinora, membrorum numquam, vitæ vero rarissime periculum timeãt Iudex vero qui temere capi fecit innocentem clericum, præter id quod puniri debet, vt voluit Bal. in l. 1. C. de his qui latro. diuinam non effugiet vltionem, nisi capto sic iniuste satisfecerit, quia innocenti subdito (quem paterno amore tractare debuerat) potestate Dei quam in subditorum sus cepit commodum honoris ac rerũ iacturam intulit leuitate quadam, aut ferali motus animo. In
3 hac igitur informatione summaria recipienda delictorum, non parum inuigilet prudens ac correctionis amator iudex. Ea enim est ferè semper totius causæ fundamentum, neque fiducia quadam ignaua, testium examinationem cuius tabellioni commitat nam magna exinde succedunt in commoda. Sæpius enim testes tabellionis solius vultum parum reueriti, inquisiti siue accusati odio pro veris dubia firmare audent, aut eundem excusare volentes quę dicunt fucare contendunt, ac sæpius reticent veritatem. Accidit insuper aliquando quod cum ignorantia tabellionis, aut versutia male interrogantur, plura quę rem ipsam principalius concernebant occultantur. Expedit præterea plurimum diligentem per ipsum iudicem fieri examinationem, quia cum post summariam informationem testium captura reisequatur statim præcipua cura est capti ac suorum fautorum inquirere qui fuerunt summariæ informationis testes, ipsosque inuentos terrere minis, aut blandicis allicere, vt quæ dixerint declarẽt seu restringant in ipsius capti fauorem, quod ipsi testes facilius concedunt & faciunt si leniter vidẽt quod examinati fuerint â iudice vel tabellione. Et quia contingit aliquoties vt iterum examinati testes in plenario iudicio affirmare audeant, quæ scripta sũt non dixisse (quod & si non plenam pariat capti liberationem, non est dubium quin iudicis conturbet animum, ac tabellionis quodammodo lædat opinionẽ.) Solent prudentes iudices in criminibus grauibus, & quæ non leuis momenti personas concernunt, adhibere secum aliquem honestum ac prouidum virum, quo etiam præsente testes examinentur. Ob vnum præterea inter alia horter iudices omnes, vt non leuiter testes examinent in summario isto iudicio, sed omnia plene scisciterẽtur ab eis, & scribi faciant per notarium, quia cum in summaria hac examinatione testes maiori gaudeant libertate, facilius ac liberius ea quæ norint explanat, quampostquam licuit fautoribus rei illos alioqui, terre seu corrũpere. Quod

autem

autem non sit citanda pars, dum huius informationis testes examinandi sunt, nemo iudicum ignorat: & si ad id desideratur autoritas doctoris, notat Bald. in l. Mouentes. de delato. lib. 10. in fine.

Clericorũ incarceratio maturo præcipiẽdaest, & quæ desiderentur vt iuste fieri possit.

Requiratur. Est quidẽ clericorum incarceratio, maturo consilio facienda, quę in atrocibus criminibus aliquam honoris iacturam parit, vndê Demosthenes in Epistola secunda de suo reditu se excusat quod iudicium Athenie sium effugisset his verbis. *Iam obdiceſſum meum ira ſci mihi non poteſtis neque ideo abij quod de vobis diſparerem aut vſpiam aliũ, Reſpicirem ſed primum carceris ignominiam, animo ferebam grauiter.* Et ideo consideratione dignissimum est, non esse præsbyteros in carcerẽ cõijciendos, nisi aduersos eos duo, vel tres testes dixerint testimonium, quia nec accusatio contra illos recipienda est, nisi sub duobus aut tribut⁹ testibus, vt Apost. inquit. 1. ad Timot. & in ibi Tho. c. accusa. 2. q. 7. quod male seruãt iudices Ecclesiastici, Apostolicas traditiones, & sacra canonica iura in præsbyterorum oprouium violantes. Non tamen diffiteor, quos sepenumero perpensa qualitate criminis, & delinquẽtis, & attentis alijs circunstãtijs, plurimum circa capturam præsbyterorum deferendum est iudicis arbitrio, & circa materiam huius ca. vide. Bal. in l. quod euitandi. ad finem. C. de condi. ob turp. cau. Sali in l. nullus. C. de exhib. reis doctores in c. si clericos. de sent. excom. lib. 6. Feli. in cap. cum non ab homine. colum. 2. de iudi & in ca. accedens. 2. §. quoniam frequenter. verb. *Tu nota*. col. pe. vt lite non contest. Ange. Areti. in tracta. malefi. in verbo, *fama publica*. colu. 2. Mar. Soc. in tract. de citatione in. 2. artic. prin q. 24. Petr. Foller. in pract. cri. in parte. *Capiat informationem*. fol. 14. Bosi. in tract. delicto. de ca. reorum. nu. 3: & ti. de iudi. ante tortur. nu. 180. Anto Gom. li. 3. resolu. c. 9 co. & 2. Frã. Mar. & decisi. 946 & 912. Boer. decisi. 215. num. 34. vbi refert quatuor que ad capturam reorum necessaria sunt. Hinc est, quod si quis capiatur non præcedente informatione, debet dimiti á carceribus, sine aliqua impensa tenet Bal. in l. si pacto quo pœnam. C. de pactis, vbi Ias. Ang. Are dict. colum. 2. & est tex. optimus in l. vlt. §. nullo tempore. ff. de lib. homi. exhiben. His etiam proximũ est, quod iniuste in carceratus nõ potest pro alio delicto retineri. Bart. in suis. quæst q 6. tradit idẽ Bar. & doctores in l. sed eximendi. §. 1. ff si quis eum qui sequuntur alij multi effectus ex iniusta incarceratione, quos tradit Hyppo. in l. 1. col. 6. ff. de quæst.

In causis fidei maior ad capturã criminis obiecti informatio quam in alijs criminibus desideratur.

In causis vero fidei, quia de grauissimo damno agitur, maior criminis obiecti informatio, quam in alijs criminibus desideratur, ideo moribus receptũ est, quod quando ex testium depositionibus constat delactos esse tanti criminis reos fiscalis sancti Officij ab Inquisitoribus petit, quod rei capiantur, qui peritorium habito consilio, quid in hac re faciẽdum sit deliberant, & si plusquã semiplena probatio ex actis processus appareat, eos comprehen

diu

di iubent tradit Siman. in Enchir. tit. 25. num. 1 & 2. & in Catho. in sti. tit. 24. num. 12. Ioan. Rojas in tract. de hæret par. 2 asser. 1 nu. 12 Qui procedendi modus præscriptus est Inquisitoribus. Hispaniæ Madri. instructione anno. 1561. c. 3. his verbis latinitati donatis *Inquisitores visa informatione simul si præsentes fuerint, deliberet de captura, quæ magis iusta videretur, si fieret cum consilio consultorum eius inquisitionis, si commode fieri posset, & videretur inquisitoribus conueniens, & necessarium, & quod decretum fuerit, in actis referatur. Et quãuis optimo iure, soli inquisitores personalem capturam decerne possunt, securius tamen videtur, vt peritorum consilium interueniat, nam cum ex ea nõ modice fama lædatur, non nisi grauissimo consilio, & summa deliberatione ad eam deueniendum est.*

Quod si reus delatus insignis fuerit autoritatis, videlicet nobilis literis conspicuus vel religione condecoratus, etiam si sufficiens præcesserit informatio, nó est ad capturam deueniendum nisi supremus sanctæ Inquisitionis Senatus, prius consulatur, quæ forma præscripta est Inquisitoribus Hispaniæ Madr. instructione ann. 1561. cap. 5 in hæc verba. *Si Inquisitores de captura consenserint, iubeantque eam fieri, sicut decreuerant, quod si negotium fuerit magni momenti, propter personas insignes vel ob alias causas, prius quam suum decretum executioni mandent senatum consulant, vbi vero suffragia non fuerint conformia, res ad senatum remittatur, vt his prouideat quod fieri conuenit.*

Qui quidem præscriptus ordo, minimê seruari debet, quando verisimiliter fuga rei timeretur, & periculũ esset in mora, & quãuis hoc manifestissimum sit, vt nulla probatione indigeat, vide tamen Reper. Inquisitor in verbo *Cacer.* & in §. *Viso de carcere*, & sequen. Zanc. in tract. de hær. c. 19 nu. 1. Siman de inst. catho. titu. 16. Ioan. Rojas in tractat. de hær. 2 part asser. 1. Fran. Pegñ. ad direct. inqui. lib. 3. Sch. 17. Locat. in verbo, *Carcere* qui de hoc argumento latius diserunt.

Eos citari personaliter.

CAPVT. CXXI.

1 *Clericus proleui crimine, in carcerem detrudendus non est, sed personaliter citandus.*

2 *In citatione causa à iudicibus est exprimenda.*

3 *Citatio personalis, in quibus casibus fieri potest.*

CVm enim non passim, nec pro quocunq; leui crimine deceat clericũ in carcerẽ detrudi, tum propter sui ordinis dignitatem, tum etiam, quia in eis non sic facile fuga timeri solet, ideo honestius est dum aliud non sua criminum grauitas) personaliter citari eos,[a] cum hoc in criminalibus iura permittant, vt in capi. 1. de iudi. in 6. qua quidem citatione personali prudentes vti solent, & possunt iudices ecclesiastici quoties expensas ac itinerislabo rem ac moram in tribunalis loco faciendam, in pœnam delicti clericis intendunt inferre. Sunt enim aliqua flagitiaquæ satis tali

pœna purgantur. & quia Ioann. Andre. & Philip. placet in dict. ca. 1. citationem personalem non valere, non expressa causa, siue ordinarius sit iudex, siue delega.
2 tus. Cauti debent esse iudices vt causam in citatione describant,
b b necitatis præbeant iustam causam appellandi, quam crederem sufficere generaliter exprimere, videlicet compareas super quadam criminali causa dequa inculparis responsurus, absq; eo quod delictum in citatione narretur.
3 Aduerte tamen quod Innoc. in d.c.1. quem sequitur Philip. ibi, voluit, quod in illis tantum casibus in quibus non admittitur procurator, possit quis compelli ad comparendum personaliter, & non indistincte in omni culpa criminali, ex quo videtur nimis restringere facultatem citandi personaliter clericos, quia secundum istam doctrinam, raro aut nunquam expediet aut licebit talem citationem facere, quia si tale crimen est in quo iura non admittunt procuratorem, cumillud pro graui reputetur, tunc magis expediet capere quam citare clericum. Cum vero procurator admittitur, tunc non licet facere citationem personalem, & sic erit superuacaneum consilium personaliter citandi. Sed licet prædictorum doctorum sententia sit vera, videlicet quod in causa qua quis potest per procuratorem litigare non cogatur adcomparendum personaliter. Crederem tamen quod liceat iudici ecclesiastico saltem ex officio procedenti in quacunque causa criminali cum prętendit clerici correctionem, cogere eum ad personaliter comparendum, vt illi aut verbalem correctionem faciat, aut aliã salubrem pœnitentiam imponat, iuxta qualitatem excessus, neque ex hoc grauamen aliquod sibi inferri prætendere possit, licet causa esset talis, in qua ipse per procuratorem posset litigare. Non enim hisce iuris subtilitatibus arbitror esse subtrahendam superioribus clericorum potestatem, euocandi eos ad personalem correctionẽ eis inferendam, quoties hoc arbitrati fuerint expedire.

A *Iudices Ecclesiastici laicis præcipere possunt vt personaliter corãillis comparent in his criminibus quibus iurisdictionẽ cõtra illos habẽt*

Personaliter citari eos. Ad de quod non solum ecclesiasticis iudicibus, clericos citare personaliter permissum est, prout in hoc capite autor differit, verum & laicos quibus præcipere possunt, vt coram ipsis personaliter compareant, in his sane criminibus, quibus iurisdictionem habent, vt probaui in annota. ad istum D. Præsulem in reg. & fallẽ. reg. 397. vers. sed nouum dubium, vbi videnon enim hic repeto ne actum agam.

Hoc de clericis, & laicis, Episcopi vero ob eorum dignitatem quę maxima est, in Dei Ecclesia, compellendi non sunt, vt personaliter compareant, nisi ob causam ob quam deponendi sint vel officio priuandi, etiam si ex officio, aut per Inquisitionẽ, seu denunciationem, vel accusationem, seu alio quo vis modo procedatur. Vt nouissime decretum est, in Concilio Tridentino. Sessi. 13. capite 6. de reformatione. Et dictæ Episcoporum causę, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debent, corã Pontifice

Episcopi compellẽdi nõ sũt vt personaliter cõpareãt

tifice Maximo, ac eius integerrimo iudicio (quod post omnipotentis Dei primas obtinet) terminandæ sunt, vt in dicta Sessione. 13. capit. 8. de refo. & in eodem conc. Sessio. 24. cap. 5. de reforma. minores vero Episcoporum causæ in concilio prouinciali tãtum terminandę sunt, vt ibi est diffinitum.

B *Citatio personalis, qua sit in cansis fidei, causæ expressirnẽ non requirit.*

Et causam in citatione describant In citatione vero, quę fit in causis fidie nulla causa exprimenda est, sed sufficit, quod generaliter reo præcipiatur, vt sistat coram Inquisitoribus, quia volunt, ab eo quædam scire ità scribit Simancas de Insti. Catho. titul. 44. nume. 12.

Capi.

CAPVT. CXXII.

1 *Clericus propter crimina capi potest, & in vinculis detineri, etiam si de crimine ciuiliter agatur:*

2 *Clericorum captura non nisi fidelibus ministris committẽda est.*

3 *Clericus sine sui superioris mandato an per laicum capi possit.*

4 *Clericus coniugatus quamuis cum vniqua & virgine, qui tamen tonsuram & vestes clericales non detulerit, potest per secularem iudicem capi.*

5 *Episcopus potestati seculari clericum in ipso crimine inuentum, capiendi licentiam generalem concedere potest.*

1 CLericos propter delicta posse capi, & in vin
2 culis detineri, etiã si de crimine agatur ciuiliter probatur aperte in capi. Dilectis de appellationib. & ibi notant Abb. & Phili Francus, & Decius 2
n. 1 notab. Quoties vero clericorum flagitia talia sunt, vt carcere digna iudicentur, curare debent omni solicitudine iudices, vt talibus ministris capturam eorum committant, qui secrete ac diligenter circa illam intendant, eã vę pecunijs non redimant, aut dissimulent: longe enim magis officit delictorũ correctioni clericorum errare capturam quam laicorum, nam præter id quod sine ea crimina (vt expedit) puniri non possunt, temporibus istis infelicibus, si ordinariorum manus effugere, valet clericus flagitiosus, & ad sedem ipsam Romanã accedere, facilem obtinet contra omnes iudices inhibitionẽ, qua non modo aliquoties criminis impunitatem consequitur, sed summam suscipit audaciam coram iudice (qui dudum illum capi præceperat) deambulandi nõ minori frontis tranquilitate, quã cæteri bonis moribus imbuti, solent incedere. Habeant insuper prælati omnes ac eorum vicarij ad capturas prædictas faciendas, fidelem ac prudentem ministrum, cum competenti familia cui semper necessaria tribuantur, ne egestate coactus, pecunijs facile corrũpatur. Qui sane & si laicus sit clericos poterit capere suorum prælatorum iussu, sine metu excommunicationis, vt in capite. Vt famæ. de senten. excommu. An autem per laicum possit capi clericus sine sui superioris mandato? 3
dicendum est, quod vt obuietur delicto cõmittendo per eum, non

b est dubium, b vt Abb. tenet in capit. Cum non ab homine. de iudi & sequitur Decius ibi, colum. 3. versi. Secundus casus. Et Aretin. ibi, col. 3. referendo eundē Abb. in capit. Si vero. de senten. excō. post. Innoc. ibi. Post delictum autem commissum, vult idem Abb. quod si est timor fuge, possit cle
c ricus per laicum cap. c Andr. Sicu. & Aretin. ibi, column. 3. tenēt contra Abb. quos refert ibi Decius colum. 3. & 4. quorum opinionem veriorem asserit in puncto iuris, licet ipse respondeat ad fundamenta adducta per ipsos cō tra Abb. Vide bonam decisionem parlamenti Delphinalis. numer 73. incip. Iudex secularis, vbi deciditur quod iudex secularis potest capere, vel capi facere clericum inflagranti crimine,
d d & incarcerare absque metu excommunicationis, si ibi non est iudex ecclesiasticus qui eum ca-
4 piat, vel capi faciat, dummodo re
e mittat cum itatim. e Si tamen clericus est coniugatus, quamuis cum vnica & virgine & non est in habitu, & tonsura clericali, po test eo capi per iudicem secularem,
2 etiam in præsentia ecclesiastici, nec tenetur remittere, nisi cognito, an debeat gaudere priuile-
5 gio, vel non, vt ibi. Nota etiam in proposito, quod episcopus po test concedere licentiam generalem potestati seculari, capiendi clericum inuentum in ipso crimine, non vt capiat diffamatum de crimine, & non deprehensum in eo, secundum Areti. vbi supra, in colum. 3. versi. Nunc quæritur. post Ancha. in reg. Ea quæ. in 11. quæst. de reg. iur. in 6. licet aliud senserit Anto.

Posse capi. Adde quod ad hanc capturam faciendam necessaria non est brachij secularis implo ratio, liberum quidem & permissum est Episcopis, alijs quæ eccle siasticis iudicibus, qui ad hoc iurisdictionē habent, clericos propria autoritate capere, etiam si in eo loco temporalem iurisdictionem non habuerint, nisi quando eorum potestas non sufficeret, ad capiendum clericum contumacem & rebellem. text. egregius in cap. cum Episcopus. de offici. ordin. lib. 6. & opinionem istam communem esse fatetur D. Episcopus Couarruuias. in practi. quæstion.. capite. 10. numero. 2. versiculo. Quarto non est. Quod in his Hispaniarum regnis est receptissimum.

A Episcopi & alij superiores vel inferiores qui in clericos iurisdictionē criminalē habent propria autorita te clericos capere possunt.

At impius ille Carol. Molineus qui nullum lapidem non mouet, vt ecclesiasticæ iurisdictioni & potestati, omni sumpta occasione, temere aduersetur in cōsuetudi. Parisi. tit. 1. §. 41. num. 66. scribit minime licere Episcopis, alijs ve Prælatis clericum etiam in Ecclesia delinquentem, propria autoritate capere, sed capturā istā secularis iudicis potestate faciendam esse, tex. quē autoritatem inquit in dict. cap. cum Episcopus. nullam habere nisi in locis in quibus Summus Præsul temporalem habet iurisdictionem. idem sequitur Iacobus. de Belloui. in repeti. capite. Romano. contrahentes. numero. 92. de foro compe. libro. 6. sed opinio hęc non solum impia sed falsissima est, & ideo merito ab ea recedit D. Episcopus Couarruuias. dict. capit. 10. nu. 1.

Contra Impium Carolum Molineū

Licet

☞ Licet quidem clericus pro crimine capi possit, non vero pro causa ciuili & debito pecuniario tenêt doctores post glo. ibi in c. dilecti. de appella. Inno. in ca. vt fame de senten. excommu. Ioann. Andr. per text. ibi in capit. si clericos. de sen. excommu. quam est communiter receptam fatetur Rod. Suarez in l. 2. titu. *de los gouiernos*. quæst. 5. Baeça in tract. de inope debitore. cap. 17. numer. 1. cum quidem milites temporales hoc priuilegium obtineant, iustissimum est cœlestes milites eo frui glos. in l. miles ff. de re iudi. vbi Barth. & Ias. num. 11. Aug. Imo. Alex. & Ripa. num. 7. hanc opinionem comm. esse profitentur. Couar. lib. 2. vari. resoluti c. 1. n. 2. staphi. de lit. gratiæ. fol. 154. colu. 2. Gygans in tract. de pens quæst. 35. Gom. in compendi vtriusque sig. col. fin. Castillus in l. 66. Tauri in verbo, *desarraygar* qui omnes adducût tex. in ca. Odoardus, de solutio. sed quod misere deplorandum est, non nulli iudices Ecclesiastici, sui muneris & instituti immemores, aliquando non obseruãt. Nec me incontrariam sententiam mouet sacro sancti Concilij Triden. decisio. sessio. 25. c. 3. de refor. mati. nam quanuis ibi definitum sit, posse iudices eccle siasticos contra clericos & laicos in ciuilibus controuersijs, inqualibet parte litis ad personarum capturam procedere, id quidem obseruandum: quãdo propter contumaciam, vel aliam legitimam causam, ad iuris communis obseruationẽ fieri expediat, non vero ad eius violationem: nec credendum est sub illo verborum inuolucro, tãtum clericorum priuilegiũ, cum ipsorum, imo sacri ordinis iniuria derogari ita optime declarat Licẽ. Humeda in Scholijs ad Grego. Lopez in l. 23. ti. 6. par. 1. glo. 5. contra Azebedo in l. 5. ti. 1. lib. 2. noui ordi. minime tamen hæc sententia procederet, quãdo sub sit, ℣ clericus vult fugere. vt not. Coua. li. 2. resol. c. 1. 9. Bap. seuer in tract. de debitore sus. q. 6. quintę quęs. prin. Nec haberet locũ quãdo nõ esset suspectus de fuga, sed tantum bona occultaret, vt resoluit Baeza. d. c. 17. nu 12. Deficit communis sententia quãdo obligatio descenderet â criminali causa, scilicet quando ob malam administrationem clericꝰ debitor mansit, & creditori nollit satisfacere, tunc incarcerari potest ex Abb. sententia in d. c. Odoardus. quẽ sequitur Grego. in d. l. 23. Postremo de deficit in clerico in minoribus ordinibus constituto Couarr. dict. lib. 2. varia. resoluti. c. 1. nu. 9. nisi is beneficium Ecclesiasticũ habeat, quia tunc gauderet priuilegio. d. ca. Odoardus.

Et quibus grauiter reprehẽda est Parisiẽsis curia quæ cõtra sacram clericorũ immunitatẽ facit clericũ prodebito ciuili capi. vt notat Chas. in cõs. Burg. rub. 5. §. 2. versic. additio.

Illud etiã inter doctores cõtrouersũ est, vtrũ ecclesiastici iudices, incriminibꝰ mixti fori possint propria autoritate laicos capere, & in propriũ carcerẽ mittere, ℣ elegãter disputat & resoluit. D. Coua. dict. c. 10. Ferdinan. Mencha. li. 3. de testa. §. 21. n. 17. tradidi ipse in anno. meis ad istum Domi. Episcopũ. in reg. & fallẽ. reg. 397. Iul. Clar. lib 5. recep. sent. §. fin. q. 37. versicu. vnum tamen volo.

Concil. Triden. Sess. 25. ca. 3: de reformatione interp.

Iudex Ecclesiasticus vtrũ in crimi nibus mixti fori possit laicus propria autoritate capere & in carcerem mittere.

volo, quo loco fatetur communem esse sententiam Episcopos cęterosque iudices ecclesiasticos, non habere huiusmodi potestatem, & dicit ita seruari in Mediolanensi dominio, & comunis hæc sententia Regijs legibus in his Hispaniarum Regnis fulcita est, vt dictis annotationibus probaui, vide tamen quæ scribo infra c. 149. dictis vero annotationibus defendi, posse ecclesiasticos iudices, dictis criminibus cõtra laicos, vti personali citatione vt condignis pœnis puniantur, & forensis praxis hæc iam recepit.

B *Laicus quando clericum capere possit.*

Non est dubium. Adde Innocen. in c. Si vero. de senten. excõmu. qui in ea est sententia, quod si laicus videt clericum alterius iniuriam præparatum, & non adest Prælatus suus, si clericum ipsum alias compescere non possit, poterit tunc sine excommunicationis metu, capere ligare, & in carcerem mittere, vt iudici suo tradat. Quem sequitur Lucas de Pena in l. generali C. de Decuri. li. 10. Frã. Auiles in c. prætor. c. 47. in gl. incip. *Casado.* Iac. Meno. de arbi. iudi. quęs. lib. 2. centu. 2. casu. 180. numero. 18. & opinio ista communis & verissima est, licet ab ea recedat leuissima argumentatione Andreas Alcia. in in capite. cum non ab homine. de iudi. num. 18.

C *Per laicum Capi* Adde Aretin. in cap. cũ non ab homine. de iud. qui hanc opinionem communem esse fatetur licet ipse minime eam aprobet eandem etiam cõmunem esse testantur Bossi. in tract delictorum. cap. de captura. num. 38. Alcia. in cap. cum nõ ab homine numer. 63. de iudici. Iuli. Clar. lib. 5 recep. sentent. §. fina. quæstio. 28. versi si vero, Iacob. Menoc. de arbi. iudi. quæsti. lib. 2. cen. 2. casu. 180. num. 18. circa quam vide Licen. Mexia in pragm. taxæ panis. fol. 83.

D *Clericus infraganti crimine repertũs à seculari iudica capi potest.*

In fraganti crimine. Adde doctores in cap. vt famę. de senten. excommuni. Archi. in cap. Pręsbyter. 81. Lapp. allega. 126 num. 4. Luc. de Pen. in l. generali. C. de Decuri. lib. 10. Bernard. Laur in tracta. de potestate secula. super Ecclesi. perso. num 20. tomo. 5. tract. diuer. docto. vbi dicit opinionem istam consuetudine esse approbatam, Flori. in l. 4. ff ad leg. Aqui. Ang. in tract. malefi. in parte. *Quod fama publica.* num. 65. Bald. in dict. l. si qua per calumniam. C. de Episcop. & cleri. Et hoc non solum permittitur iudici seculari, verum etiam quicunque priuato, vt ad iudicem suum ducat, vt not. per Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de fur Bald. in dict. l. si qua per calumniam. Ang. d. verbo. *Quod fama publica.* dict. nume. 65. Auiles in dict. ca. prætor. ca. 47. in verbo, ò *Clerigo.* nu. 4. & est communis opinio, vt refert Iuli. Clar. dict. quæs. 28. versi. si vero loquimur.

E *Remittat cum statim.* Nota circa hunc locum, quod in hoc casu in quo loquitur autor remissio statim facienda est, non spectatis præceptis iudicis ecclesiastici, vt doctê scribit Petrus Auenda. de mand. Regum Hispaniæ prima part. capite. 22. numero. 2. solent quidem seculares iudices, intra viginti & quatuor horarum spacium, clericos infragantibus criminibus repertos, suis ecclesiasticis iudicibus

cibus remittere. Securius tamen est, vt quam citius possint id faciant. Sed ad secũdas aliquorum iudicium secularium conscientias, notatu dignum est, nullum sacrilegium dictos iudices committere, si vltra viginti & quatuor horas, clericum captum tenuerint. quando id tempus attentis circunstantijs, personæ, causæ temporis, & loci ad præparandam hanc remissionem necessarium est, quod prudentis iudicis arbitrio relictum est. Sicut â sacrilegij labe minime is excusaiur, qui ante 24. horas potuit remittere, & minime fecit. nec enim cum signo tubę ignominiosæ ista clericorum remissio facienda est, alias seculares iudices in excommunicationis laqueum inciderent ita Domi. in cap. si iudex laicus de senten. excommu. lib. 6. Felin. in capit. Ecclesia sanctæ Mariæ nu. 102. de consti. sequitur Auenda in tract. de iniuria num. 15.

Clericus cum seculari iudici remittitur nõ ignominiose remittẽdus est.

Ideoque inniqua consuetudo ea iudicãda est, quæ in aliquibus prouincijs inualit, vt clerici ad suos iudices, cum maxima ipsorum clericorum ignominia (imo cum maximo sacerdotalis ordinis dedecore remittuntur) nam plerumque cum mitra in capite, vel tubis sonantibus remittuntur, quod quandoque seruatum fuisse in ciuitate Perusij refert Ang. in l. Iuli. circa finem. ff. ad leg. Iuli. de vi. pub. solent etiam aliquando iudices seculares, eos remittere ligatos cum maxima populi multitudine. Alij vero (quod peius est) faciunt eis radi capud, ne videatur corona clericalis, & eos tanquam laicos impie suis iudicibus remittunt, vt testatur Pari. de Puteo in tract. sind. fol. 22. nume. 5. Refert que ipse in eod tracta. in verbo, *Remissio* fol. 391. quod quidam Regens qui remisit clericum, ad Episcopum cum catena in collo priuatus fuit officio quem refert Carau. super ritu magna curię. 235. num. 7. & sequen. In Mediolanẽ si dominio prædictę remissiones absque dedecore & ignominia, ipsorum clericorum fiunt, vt scribit Iul Clar in pract. crimin. §. fi: quæst. 36. versi. quæro quo modo sic in Hispania eas sæpe fieri suũ. testis. Sed quoties ea remissio. fit â iudice seculari clericus ipse remittendus erit, cum custodibus, expensis ipsiusmet clerici. quemadmodum not. Aufr in Clemen. 1. de offi. ordi. quæst. 2. nu. 22. idem in Capell. Tholosa. decisio. 273 Nicol. Boe. decisio. 303. columna. penul. D. Episcop. Couarru. in pract. quæstio. cap. 33. num. 5. Quod si clericus pauper sit, remittendus erit expensis ipsius Epis. secũdũ. eosdẽ Quando vero ea remissio fit â iudice seculari, cum causæ processu, minime ecclesiasticus iudex cessare tenetur, est quidẽ de hoc communis opinio, vt testantur Decius in cap. at si clerici de iudi. Gramma. consi. crim. 42. nu. 1. Viuius lib. commu opin. in verbo, Iudex laicus. Iuli. Clar. in practi. crimi. quęstio. 36. versi. fina. Sunt quidem acta processus, coram in competenti iudice facta, quæ nullã fidem faciunt.

(.?.)

Ab Ecclesijs, ad quas confugerunt, extrahi.

CAPVT.CXXIII.

1 *Sacerdos an ecclesiarum sacrorum que templorum immunitate, gaudeat.*

1 QVod hoc non liceat ecclesiasticis iudicibus, inter alia primum persuadere videtur Ilerdē sis Concilij capitulum octauum in hæc verba disponens. *Nullus clericorum seruum aut discipulum suū ad ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat, quod fecerit, donec digne pœniteat à loco cui honorem non dedit segregetur.* Pater igitur quod si dominus vel si magister tenetur ecclesiam reuereri, & prodominica aut magistrali disciplina non licet illis aliquem de ecclesia extrahere, multo minus licebit iudici ecclesiastico ad incarcerandum clericos, & imponendam eis pœnam id efficere. Et hoc credit verius Cardin. in capit. Inter alia de immunita. Eccles. vbi respondet ad aliqua fundamenta, quę primo in contrarium adduxit. Hoc etiam tenet Rom in consi. 227. Spectabilis domine. Idem in consi 234. Aduertendum quia dico. vbi hoc probat ratione triplici: Prima, quia canones, non distinguunt laicum â clerico. Secunda, quia est maior ratio in clerico quam in laicone extrahatur, quia Ecclesia est propria domus clerici, iuxta. l. Plerique. de in ius voc. ff. Tertia, quia hoc priuilegium est concessum loco ipsius Ecclesię, & sic habet locum in quolibet ibi reperto, quod limitat in dict. cōsi. 227. nisi clericus cōmisisset delictum ex enumeratis in dict. ca: Inter alia. Abb. tamen pluribus rationibus & fundamentis allectus in di cap. Inter alia. in colum. 4. putat verisimum clericos Non gaudere immunitate Ecclesiæ. Si iudex Ecclesiasticus causa disciplinę, & non odij velit eos arcere ab Ecclesia & punire & extrahere vt duci faciat ad carcerem. Vide Cardi. in cleri. 1. de pœnit & remis. in quæst. 7. vbi refert Lauren. dicentem, quod opinio Innocet. volentis clericum posse extrahi ab ecclesia, propter homicidium, & deponi, & in monasterium detrudi, posset procedere, vbi monasterium non esset nimis arctum, nec esset carcer perpetuus, ex cuius opinione videtur dari quædam media via, quod clericus possit extrahi ad pœnas citra detrusionem in arctum monasterium & carcerem perpetuū sustinendas. Vide tamen Ioan. de Vischis, in tracta. de immunita. Eccle. in 2. colu. cum duabus sequen. vbi refert. opin. Abb. de qua supra, & tandem ibi, & in fo. fin. colum. 1. tenet contra illum, & concludit in prima & secunda & tertia conclusionibus, quas ibi facit, quod iudex ecclesiasticus non potest extrahere clericum subditum, nec illi pœnam corporalem imponere quo adforū contentiosum, nec potest etiam causa disciplinæ arcere illū nec pœna corporis aflictiua contentiose punire, licet aliud sit in foro pœnitentiali quando delictum est publicum, dum tamen nó extrahat

trahat de Ecclesia, & ista videtur verior & communior opin. Abb. tandem vbi supra reliquit cósuetudini, quæ in hoc multum debet attendi secundum eum. Quæ quidem iam videtur recepisse, vt clerici á suis iudicibus extrahantur [a] ab ecclesijs, a Quod nempe & si nullibi hucusque legerim, hoc limitandum censerem, nisi in casibus vbi clericus post degradationem tradendus esset curię sæculari, tunc enim aut non extrahendum cum crederem, aut si extrahatur, post degradationem & verbalem in sentencia traditionem curiæ sæculari ad ecclesiam reducendum esse iudicarem æquissimum, vbi tandiu solum immunitate gaudebit, quandiu in ecclesia fuerit moratus, sicut & alijs contingit facinorosis laicis.

B *B Ecclesijs.* Adde quod idem fatetur D. Couar. lib. 20. variarum resolu. cap. 20. num. 16 Remig. de Goni. in tract. de immu. Eccle si fall. 21. fo. 161. V bi in fine dicit quod opinio Abb indistincte ser uatur & sic frequentissima consuetudine receptum est quod cle rici minime Ecclesiastica immunitate gaudeãt quia se vidisse ser uari & practicari. Iul. Cla. lib. 5. recep. senten §. fi. quæsti 30 versi. vlterius quæro. Marti. Nauarr. in manuali. cap. 25. num. 22. quo loco dictam consuetudinem limitat, quo ad iudicem ecclesiasticum, non quo ad seculare, quem dicit non posse ab Ecclesia extrahere ob delictum, clericum in minoribus constitutum, licet post Concilium Tridentinum Sessi. 23. cap. 6. in eum habeat iurisdictionem, non sane is debet esse terioris conditionis quam alius laicus, & post secundã huius operis editionem nos hoc loco allegans idem tenentem legimus Io. Gutierr. in practi. q. 4. libro. 3. quæstio. 3.

Incarcerari.

CAPVT. CXXIIII.

1 *Clericorum incarceratio nõ passim nec leuiter facienda est.*

2 *Carcer immundus, neque cum secularibus personis, clericis constituendus est.*

3 *Carcer tormentus est.*

4 *Clericus afflictiuo corporis carcere, detinendus non est, nisi talis præcedat informatio quæ secũdum excessus qualitatẽ, quæstionibus sit subijciendus.*

5 *Si clericus sit incarceratus solum ad custodiam, sufficit quod de crimine præsumptiue constet.*

6 *Lite pendente apud iudicem ecclesiasticum clericus initiatus prima tonsura, detineri debet reclusus in carceribus.*

7 *Carcer, qui non solum ad custodiã, sed ad afflictionem corporis ordinatur, secundum delicti mensuram, personæque qualitatem est dandus.*

8 *Carcer, qui in pœnã criminis imponitur, qualis sit constituendus.*

9 *Pœna carceris quando pro delicti pœna imponitur, absque plena probatione nemo, incarcere est detinendus.*

CLericorum carceratio sicut non passim, nec leuiter facienda est, quia eius prę iudicium est irretracta

retractabile, vt not Bald. in l. 1. C. in te. resti. postu. & refert Felin. in cap. Cum super. colu. pen. de re iudi. sic nec, dum casus exigit, omittenda, eos namque plus solet punire, quam custodire carcer in pluribusque delictis illa eũ præcipua acvtilior pœna, quę nulla valet appellatione reparari, quanuis superiores velint delinquentibus fauere, quæ insuper iudices illam imponentes nõ auaritiæ nota commaculat, sicut pœ
2 næ pecuniariæ efficere solẽt. Curare tamen debent ecclesiastici iudices, vt sacerdotum, ac in sacris constitutorum carcer, nõ immundus seu squalidus sit, neve eos cum secularibus personis simul detineri consentiant. Cum insuper carcer sit tormentum, a vt placuit Bal. in l. 1. de custo. reo
3 rum & in l. prima. de his qui al li-
a ber. perue. non pos. Et etiam cõpedes fortes, vt dixit Bart. in d l.
4 1. de custo. reorum. Aduertere debet iudex ecclesiasticus ne cleri cos captos (in sacris maxime) afflictiuo corporis carcere deti-
b neat, b quando nontalis prȩcedit informatio, alijs ve est qualitas excessus & personæ, vt ad tortu ram deueniri possit, ac debeat. Triplex prȩterea genus carceris
5 cõsiderari potest. Aut enim ideo iudex incarcerat, quia solum custodire prætendit captum, dum de delicto tractatur, & tunc sufficit quod constet saltem præsumptiue de eo: & in tali casu præcipue fidelitas custodum, & securitas loci procurari debent, sine eo quod capro solatia moderata tollantur, ac communicatio amicorum & aliorum interdicatur: nisi delicti grauitas & qualitas aliud suadeat. Si vero aliquis primę tõ
6 suræ clericus seculares iudices timens (vt quotidie contingit) carceri ecclesiastico se offert, procuraturus inde secularium iudicum inhibitionem, ac suorum scelerum impunitatem, aut leuitatẽ, pœnæ, tunc caueant ecclesiastici iudices, ne leuem carcerem & ad libitum petentis assignent, sed intra palatium episcopi, & in soli tum carcerem illum detrudant. c Aliter enim quando ecclesias pro carceribus illis assignãt, pluc ra indeproueniunt incommoda. nam quandiu ibidem commoran tur, eas ludis, blasphemijs, & obscœnis actibus polluunt, notuque inde exeuntes grauiora sæpius scelera illis â quibus liberari satagunt, perpetrant.

Multotiesque in ecclesiarum ja nuis positi, vel per cœmeteria deambulantes seculares iudices irrident, ac perfricata fronte contemnunt, ex quo sæpius irritati illi eos ab ecclesijs extrahunt, & in contemptum ordinis & censu rarum, vinculis grauibus subijciunt, ac quandoque procommissis illos laicorum pœna plectuntur. Vt autem hæc omnia & alia quæ referri possint incommoda cessent, debent ecclesiastici iudices (victis omnibus importunitatibus ac respectib9) tales sic oblatos clericos solito carcere mancipare, ac iuxta delicti qualitatẽ, de quo inculpantur, illis custodiã & vincula adhibere, quamuis nullus illos accuset, nullaque ab eis sit de delicto informatio recepta. Hoc nãq; & taliũ clericorum tẽperabit facinora (quorũ pars magna ob nihil aliud quã ad impunitatẽ scelerũ tõsurã recipit) & in

secularibus iudicibus ecclesiæ obedientiam nutriet. Vt autem carcerem & custodiam criminis qualitati commensurare valeant iudicibus omnibus consulerem, vt statim â iudicibus secularibus informationem criminis, quam contra ipsos habent amicabiliter exigant, quam illi libenter præstare solent, quando zelum iudicis ecclesiastici intelligunt. Aut si illam denegauerint. ipsi exofficio eam pro viribus requirant, aliter enim si in talium detrusione desides extiterint, præter superiora incommoda, euenit sæpius vt postquam eos a Iudicum secularium manibus inhibitione liberarûnt, si ipsos iam sui fori pronunciatos punire voluerint, â loci carcere aufugisse, & tanquam securos ab vtriusque fori iudicibus (quia a primis censura, a reliquis vero fuga liberauit) grauioribus se enormitatib⁹ immiscuisse comperient. Aut carcer nõ solum ad custodiam ordinatur, sed ad afflictionem corporis, vt quia iudex intendit sola carceris pœna punire delictum, & tunc dari potest asperior, iuxta excessus mensuram, personæque qualitatem. Vtilis namque vt præmisimus, in clericis (quos a membrorum mutilatione sacri canones effecerunt immunes) carceris pœna cẽsetur, & qua afflictione præterita purgantur vitia, præsentia impediuntur fieri, futura sæpius post liberationem sui memoria vitari solent. Aut in supêr carcer in pœnam criminis per sententiam imponitur, & tunc non modo securus, sed & qui pœnam condignam ingerat applicandus est, dum tamen in hoc debitus seruetur modus, iuxta ea quæ infra describentur in parte, Ac in perpetuum carcerem. Vnum insuper aduertant iudices, quod vbi ex constitutione aut consuetudine pœna carceris est statuta de licto, tunc non est aliquis in carcere detinendus sine plena probatione delicti, alias enim contingere posset quod sola informatione summaria, iam ordinaria pœna plecteretur, & si iudex tunc possit ad solum capturam procedere, vt satisdatione fugam personę prouideat.

Vt tormentum. Nota quod carcerem Ancus, Martinus Romanorum. 4. Rex primum omnium ædificauit, vt testatur Linius Iunior in suo libello de viris illustribus & Lucius ab vrbe condita. Eutropius autem lib. 1. de gestis Roma. inuentionem carceris ad custodiam & terrorem Tarquinio Superbo Regi ascribit. Vt cunque sit, inuentum Regiũ fuit, & hinc est quod ius carceris occupans, in crimen lesæ maiestatis incidet. Est quidem carcer mala mansio, adeo quod morti equiparatur. Ita dicit Bald. in capite. 1. §. denique, quæ fuit prima causa benefic. amit. Et est inuentus ad custodiendum non vero ad puniendum. l. aut damnum. §. solent ff. de pœni. l. incrediuili. C. eod. titu. capite quamuis ad reorum. de pœnis lib. 6. l. 1. C. de custo. reo. l. 4. titul. 1. part. 7. & egregia. l. 11. ibi. licet secus sit de iure Pontificio secundum Bar. in d. §. solent. Felin in capite. qualiter. in 2. de accusa. & diuersitatis

A *Carcere quis primus ædificauit.*

tis rationem scribit Domi. in d. c. quamuis, & Fulg. cons. 44.

Carceris qualitas iudicis arbitrio relinquitur.

Quod vero attinet, ad qualitatem custodiæ carceratis adhibendę, à iudicis arbitrio dependet l. 1. vbi Bart. ff. de custo. reorum Bald. in l. 2. in fine C. de exhib. reis Ias. in 27. in fine li. 3. Rod. Sua. in tract. de fideiuso. in causa crimina. idem difiniuit concil. Triden. Sessi 25. cap. 6. de reforma quod iudicibus ecclesiasticis præcipit, vt in omnibus criminibus, semper ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, & personarum, delinquentes loco decenti custodiantur. Et ideo si catenis alijs ve vinculis, clerici ligari debeant iudicis arbitrio relictum est, vt in specie scribunt Paris de Puteo in tract. sindi. in verbo *Carcer.* versi. an si plures Petrus Foller. in practi. crimi. in verbo, *vel incarcerentur.* num. 8. Tiraquel. in tract. de pœnis legum causa. 31. n. 11. & ante eos Bal. in l. 2. in fin. C. de exhib. reis. perpendit itaque iudex personæ conditionẽ, & criminis qualitatem, & alias circunstantias, & inde percipiet, quid circa hoc fieri magis expediat. Poterit etiam ecclesiasticus iudex, reos de graui crimine delatos prohibere, nec cum aliquo loquantur & ita practicari per iudices peritos & expertos attesta tur Anto ni. Gome cap. 9. delicto num. 6. in fine sequitur Iuli. Clar. in practi. crimi. §. fina. quæstio. 46. in prin.

Reus qui leuiter delinquit, leuiter custo diendus est.

Cum vero reus leuiter deliquit leuiter custodiendus est, & ideo perpensis dictis, qualitatibus possunt iudices iubere nulla fideiussione accepta, vt domum suam, vel aliam, vel ciuitatem, cum suburbijs pro carcere habeant, vt docet Iulius Clar. d. q. 46. versi. in dubio. Quod in sacris tribunalibus Inquisitionis receptum est Siman. in Catho instit. tit. 16. num 5. Fran. Pegñ. in anno, ad Director. in qui. lib. 3. Scholio. 139.

Post capturam autem, relaxandus erit clericꝰ â carceribus sub fideiussoribus, quando procrimine de quo delatus est, pęna solũ pecuniaria in dicta est Hyppo. in Rub. de fideiussori nu. 247. idem in practi. crimin. §. Attingam. nu. 2. 3. asseuerans opinionem istam communem esse Cepol. consil. 25. Bosius in tracta causarum crimi. titul. de carcerato fideiusor comm. num 1. & latissime tradit Iaco. Menoch. de arbi. iud. quæstion lib. 2. centu. 4. casu. 303. qui commu. esse profitetur. Quod adeo verum est, quod si iudex nolit recipere fideiussores, sed clericum in carcere detinere, committit contra eum crimen iniuriæ, & tenebitur in sindicatu actione iniuriarum Antoni. Gome. 3. tomo vari. resolu. ca. 9. nu. 8. argumẽto tex. in l. si vero pro condemnato § 1. ff. qui satisdare cogan.

Clericus sub fideiussoribꝰ relaxari debet quãdo corporalis pœna plectendus nõ est alias index actione iniuriarum tenere tur.

Clericus qui paupertate oppressus nõ inuenit fideiussorem præstita cautione iuratoria debet relaxari.

Quod si clericus carceribus detentus propter paupertatem, fideiussorem non inueniat præstita cautioni, iuratoria, relaxãdus est. Quam opinionem communẽ esse tradit Hypp. in dicta repeti. rub. de fideiussoribus. num. 166. & seq. Iuli. Clarus dicta quæstione. 46. versi. quod agendum. in fine.

Solent etiam iudices tam ecclesiastici quam seculares in festis Paschatis. Maximê Natiuitatis Domini, reos relaxare. l. 3. C. de Epis-

Iudices tã Ecclesiastici

quam seculares in festis Paschatis captos relaxare solent.

Epiſcop. audi. vbi delicta excipiuntur quorum rei non debent relaxari, & quamuis Bar. aſſeueret in contrarium eſſe conſuetudinem prout illum refert Marcus deciſsi. 409. num. 1. & Practi. Conrra. fo. 276. nume. 14. Sed apud nos in viridi eſt obſeruantia, prout apud Mediolanenſes refert Boſsi. in pract. crimin. tit. de incarcera. fideiuſſor. commit ten. num. 27.

Item ſi pendente proceſſu appareat reum non eſſe culpabilẽ eius delicti de quo imputatur, quod multoties contingere ſolet relaxari poterit. l. 1. ff. de cuſto. & exhibi. reor. ibi, vel pro innocentia perſonæ tradit Clarus, vbi ſupra qui multos refert.

Clericus qui corporali pœna plectẽdus eſt nõ debet ſub fideiuſſoribus relaxari.

Si autem clericus pœna corporali plectẽdus eſt, non debet ſub fideiuſſoribus relaxari Bald. in l. 2. col. 1. C. de exhib. reis. Hyppo. conſi. 16. nu. 28. & in practi §. attingam. nume. 1. Capi. deciſsion. 30. num. 7. Roland. Valle conſi. 38. num. 2. lib. 1. Couar. lib. 2. varian. reſolu. ca. 8. num. 8. & commu. eſſe teſtantur Inſignis Suarez in tract. de fideiuſſore in cauſa crimi. num 14. & Menoch. dicto caſu. 303. num. 15. & eſt text. ægregius in cap. ſi clericos de ſẽten. excommuni lib. 6.

Carcere detineat. Adde Cardi. in Clemen. 1. de pœni. & remiſsi. quæſt. 7. vbi ſcribit Prælatos homicidas eſſe & irregularitatem contrahere, ſi clericos retro carcere claudant. Sequitur Petrus Foll. in pract. crimi. in verbo, *vel incarcerentur* nume. 2. Iacob Menoch. de arbi. iudi. quæſtio. lib. 2. centu. 4. caſu. 30.

Detrudant. Adde quod hoc iam decretum eſt, in maximam reipublicæ vtilitatem ab Inuictiſsimo Carlo Quinto Cæſare Maximo & Primo, huius nominis Hiſpaniarum Rege Burgis, ann. Domini. 1523. & rurſus Pintiæ ab eius clericatũ ſupremo conſilio anno. 1545. Alioqui ſi clericus non detineatur reclusus in carceribus, poterit â iudice ſeculari in carcerem mitti. Idque non tantum fieri debet, lite pendente ſuper clericatu, ſed etiam pendente lite, ſuper ipſius delicti punitione. Quamuis multi eccleſiaſtici iudices, conentur intelligere Regia decreta lite pẽdente, circa clericatum ea tamen finita, liberum ſit illis, clericos iã effectos immunes â iuriſdictione ſeculari â carcere dimittere, & hoc verius eſſe cenſeo contra Inſignem D. Coua. & alios vt multis probaui ſupra. capite. 62. numer. 20.

Clericus minorum ordinũ & primo tonſuram pendẽte circa incarcerationem ſui delicti. Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus pendente lite ſuper clericatu, non debet detineri carcere ſeculari.

Sine plena probatione delicti. Adde Auenda. hanc opinionem ſequentem in cap. Prętor. 2. par. capit. 5. nu. 26. & opinio hæc veriſsima eſt, & in forenſibus actionibus recepta. Vnde ſepiſsime conſului, & obtinui, quod in his caſibus, in quibus Regijs noſtris conſtitutionibus, pœna carceris pro blaſphemię crimine imponẽda ſit, licet reus contra quem eſt, ſolum vnius teſtis teſtimonium, in carcerari poſsit, ſi tamen negat crimen commiſiſſe, ſtatim ſub fideiuſſoribus relaxandus eſt, donec integra probatio accuſati criminis recepta ſit, aliter quidem, vnico teſte, ordinariam pœnam pateretur quod maximam induceret iniquitatem, quod Auenda. dicto loco verum putat.

In blaſphemiæ crimine licet reus vnico teſte capi poſsit, poſtea tamẽ ſub de fideiuſſoribus eſt relaxãdus.

Non tamen omittam (candide lector)

Clericus qui carceribus effractis fugit grauissimè puniendus est.

lector) circa huius capitis argumentum, quod si clerici post incarcerationem, carceres effragerint, & ab ipsis violenter recesserint postea capti grauissimis pœnis sunt plectendi quod Abb. scribit in ca. â nobis. in fine de Apostat. dicens hoc casu procedi posse ad depositionem, & data incorrigibilitate, ad tradictionem curiæ seculari.

Illud quidem vidi dubitari, quod in forensibus actionibus est frequentissimum si clericus pro debito aliquo fuerit incarceratus, præstita cautione de non recedendo, alias fugiendo fideiussor remaneret obligatus ad debitum soluendum, tandem fugit, & postea captus, & in carcerem missus, vtrum fideiussor teneatur ad debitum soluendum & eum teneri scribit Salic. in l. in bonæ fidei. C. de reb. eredi. Sequitur Petr. Foll. in pract. cano. 2. par. cap. 12. nume. 9. quod in laicis est censendum & est not.

Tortura.

CAPVT. CXXV.

1 *Clericus potest torqueri.*
2 *Confessio extra iudicialis sufficit ad hoc vt laicus quæstionib⁹ subijciatur, secus si fuerit clericus.*
3 *Zabarele opinio quædã exploditur*
4 *Clericus torturæ exponendus, an debeat prius degradari.*
5 *Tortura adhuc in secunda instantia peti potest.*
6 *Clericorum tortura non debet esse ita sæua sicut laicorum.*
7 *Clericus per laicum, etiam sui prælati iussu torqueri non potest.*
8 *Confessio clerici facta coram laico, an sit sufficiens ad torturam.*
9 *Clericus vacillans in testimonio, an possit torqueri.*
10 *Iudex excedens modum in tortura ad quid teneatur.*

PRæmissis prius quę debeant torturam præcedere & quę sint eius species, & præmissis alijs quæ in eius materia â doctoribus varijs locis scribuntur, quia illa examinare ad præsens nec vacat, nec expedit, transcribere vero pręter id quod pudet, & piget, inutile iudicio, solũ enim in hoc opusculo quę in clericis specialia sunt, & earum personas concernunt referre decreui. In primis notandum est, quod clerici etiam præsbyteri si sunt suspecti possunt ex causa torqueri. ita firmat Panormi. esse communem opinionem doctorum, in regula: Cum in contemplatione. de regul. iuris. ex cuius verbis videtur colligi quod ad hoc quod clerici torqueri possint, duo debent concurrere. Primum quod sint suspecti, & sic quod sint iudicia bene probata, ex quibus reddantur suspecti. Alterum, quod subsit causa, quod ego intelligerem, quod si delictum tale propter ꝙ merito deueniatur ad torturã: & ꝙ clericus torqueri possit propter delictum etiam si agatur ciuiliter contra eum, notant Abb. & Philip. Francus in ca. Dilectis. de appellat. per text. in cap. 1. de deposi. In hoc autem summe notandum est, quod voluit Abb. Antiquus in dict. capite. 1 videlicet quod clericus non debet torqueri, nisi sint iudicia, & sit infamatus:

amatus, a cuius sententiam dicit esse communem Card. ibi, vt refert Barb. col. 4. quam etiam decisionem doctores plures sequũtur & celebrat, quos ego in meis regulis & fallentijs collegi, in regula incipien. Confessus de crimine, in 2. fallen. in 3. sublimitatione, & vltra illos idem sequitur Paris intractat. de syndicatu in impressione parua, fol 287. in cap. incip. Mandauit. Quamuis â prædicta communi sententia voluit nouissime recedere Alcatus paucis & leuibus fundamentis, in cap. 1. de offic. ordin super glo. 1. n. 43. versi. Aduerte tamẽ. Quod in tantum habet locum quod Bonus de Cur. in tract. nobilitatis. fo. 15. co. 4. in fin. prout supra retuli, dicebat quod etiam si contra clericum sint mille indicia, nisi sit infamatus non potest torqueri. Quod etiã scripsit Thomasius Grammaticus in voto. 11. incipien. Tremendi Dei, in. n. 15. pro quo allegat Paul. de Eleazar & Abb. Antiquum in dict. cap. 1. & Ioan. And. & Panor. in di. regula. Cum in contemplatione, & Ana. in c. 1. de cleri. percusso. Qua [2] decisione Abb. Antiqui motus Feli. in c. De hoc. de simon. in colu. 1. tenet quod licet alias confessio extraiudicialis sit sufficiẽs ad hoc vt possit quis poni ad tor[b] turam, b vt per glo. vulgatam in l. Capite quinto. ff. ad l. Iulian. de Adult. tamen fallit hoc in clerico, quod est notabile in proposito, & possent decipi in hoc plures ecclesiastici iudices, qui moti ex illa conclusione communi torquerent clericum, qui extra iudicium confessus est crimen. Quam conclusionem ego latius posui in dicta mea regula, & di. 3. sublimitatione, & sequitur etiam eam Decius in ca. At si clerici. de iudi. col. 10. in prin. versic. Quarto limitatur. Ex quibus enim (saluo meliori iudicio) credere[3] rem non bene consuluisse Zabarellam in consi. 45. Casus talis est in fin. dum dicit quod si clericus legitime tortus confiteatur delictum pro quo torquebatur, non reputat absonum quod interrogetur de alijs criminibus, de quibus nulla contra eum erant indicia, & sic iudicem ecclesiasticum ob id non esse reum alicuius pœnæ. nam si clericus non potest torqueri nisi exstantibus indicijs & infamia, quomodo poterit interrogari de delictis de quibus non est infamatus, nec indicia sunt, licet iam fuerit confessus aliud delictum? præcipue quia fundamentum suum est satis fragile, videlicet quia præsumitur criminosus etiam in alijs, ex quo vnum est cõfessus, per regulam, Defleat. de reg. iur. Vnde iudicem talia facie tem & Deum in Cœlis, & superiorem suum interris offendere credo, & sic ab eo punire posse propter id, quia si Zabarella intelligit quod potest interrogari de delictis alterius generis, quã illud pro quo fuit tortus, hoc videtur plane esse impium, vt cogatur quis prodere seipsum in delictis occultis. Si vero intelligit quod possit impune interrogari de delictis eiusdem generis, hoc nõ potest fieri, vt notat Alber. de Gandin. in tractat maleficiorum, in Rubri. de quæstion. & tormentis in colu. 4. versi. Sed quid de quæstione, vbi tenet, quod de iuris subtilitate tort⁹ & confessus aliquod

quod furtum de quo erant indicia, non potest de alijs furtis interrogari, licet de generali consuetudine Italiæ seruetur contrarium, quem refert & sequitur Franc. de Bruno in tract. de indicijs & tortura, in fol. 10. col. 4. limitando quando esset diffamatio generalis contra aliquē quod esset magnus latro, quia tunc dicit laudabilem esse talem cōsuetudinem quod de alijs furtis interrogetur, alias nō. Si ergo nec latro laicus potest interrogari de alijs furtis, quanto magis clericus? Tradunt præterea doctores aliqui summistę aliud speciale in tortura clericorum videlicet quod clericus torturæ exponendus debet prius degradari: 4 c hoc scripserunt Autores Rosellę, & Siluestrinæ in verbo Degradatio, qui referunt Alexand. in additionibus ad Bart. in l. omnes. C. de Decurionibus. lib. 10. & Rosella refert Roma. in consi. incip Manifestum est, & allega. text. in l. Et si excepta. C. de malific. & math ibi, *Præsidio dignitatis exuruī*. Sed salua eorum autoritate hoc non credo verum, nā præter id quod Alexand. quem ipsi referunt, hoc nō scripsit, & quod Rom. consi. non inuenitur, quis sibi persuaderi poterit clericum nondum conuictum, sed solum indicijs & infamia notatum, esse degradandum ante quam constet de veritate delicti? Item tex. in dict. l. Et si excepta. nō obstat, & verba illius supra relata intelliguntur, id est, non obstante priuilegio dignitatis. & ita intelligit Azo. in summa illius titu. & Bald. & Salic. in ead. l. & Bonifacius in tracta. maleficiorum, tit. de Malefi. & Math. licet Ang. ibi quem sequitur Ana. in ca. 1. de sortilegijs, col. 3. dicat per illum text. quod si constitutus in dignitate est torquendus, debet exui omnibus insignibus illius dignitatis, & sic degradabitur, sicut fit in sacerdote, quando duci debet ad supplicium. Nec suffragari poterit dictæ opinioni text. in l. proditores. ff. de remilitari, cuius verba sunt. *Proditores vel transfugæ plerunque capite puniuntur, & ex autorati torquentur, nam pro hoste non pro milite habentur.* Arguendo de milite ad clericum: quod argumentum bene procedit, vt per Nicolaum Euerardum in suis Topicis iuris, in fol. 33. quia illa lex nec in militehoc disponit: nam verbum, *Torquentur*, ibi positum non debet intelligi de tortura quæ fit ad inuestigandam veritatem, sed quæ datur in pœnam. Et quamuis hoc in milite esset expresse dispositum, non deberet aplicari ad personas clericorum, quia in hoc non esset recipiendum argumentum de milite terrestri ad cęlestem, cum talis similitudo esset odiosa clericis, & in casu notorie iniusto & contra iuris principia. Et contrarium sensserunt Ang. & Ana. in locis supra relatis dum ęquiparant militem & clericum non in tortura, sed quod miles debet degradari ad torturam sicut clericus degradatur ad supplicium. In hoc 5 insuperpropositio referendum duxi, quod tradunt Ioan. de Ana. in consi. 1. in fina. verbis. & ibi sequitur Lud. Bol. in addi. ad eundem quod si non fuit petitum in prima instantia quod clericus torqueretur, potest peti postea in

causa

causa appellationis tanquã omissum,& respondet ad dictũ Ang. in l.Minime.C.de appel.quod illud est verum,quando non peteretur fieri,sed salua tantorum patrum autoritate,iudicio meo decepti sunt in intellectu doctrinę Ange.quia ille solum dicit quod appellatione pendente non debet appellans sustinere pœnam corporis,vel cruciatum,quod aperte intelligendum est respectu iudicis â quo,quia ille siue petatur coram eo, siue non,non potest torquere reum appellantem, quia innouaret,non tamen tollit quim iudex appellationis post deuolutam ad ipsum causam possit hoc facere,vnde cum doctrina Ang.non aduersaretur illis,superuacaneum fuit velle illi satisfacere.Sed nec mirandũ est:sunt enim lapsus scribentium,quos expeditbenigne â lectoribus sufferri,non enim semper vacat singula quęque scribenda rimari. 6 Itẽ aduertere etiam debent iudices ecclesiastici,quod tortura clericorum non debet esse ita sęua,sicut laicorum[d] ita dicit communiter teneri Abb.in dict. regula. Cum in contemplatione.vnde secundum eum clerici non debent supponi aculeis,seu fidiculis, sed virgis,seu corrigiatis,pro quo allegat bonum text.in cap 1.in fi. 23.q.5.Nec mirandũ enim quod in ipso processu & tortura clericis suspectis de delicto aliquis fauor impendatur qui laicis non conceditur,cum etiampostquam sunt conuicti de crimine tam disparari pœna plectantur, & sic mortis pœnam euadant, præsertim cũ in iure videamus milites seculi â tortura immunes effectos,quod etiam de doctoribus & nobilibus in legibus regni nostri disponitur. Quid mirum igitur si cum militiæ cingulum,doctoratus gradus,parentum nobilitas,tot homines â tortura penitus liberet, clericalis ordo promereatur, vt clericorum torturam indiciaa c infamia præcedãt? Nota tamen quod clericus non 7 potest torqueri per laicum[e] etiã e iussu Prælati sui, ita tenent Anto.& Ancha.in c.vt famæ.de sẽt. excommu. vt refert Abb ibi.in fi.& sequitur Dec.in ca.Dilectis de appel.in prin.licet contrariũ & male secundum Abb. vbi supra habeat communis obseruantia.Hoc etiam concludit idẽ Ab. in cap.vniuersitatis.in 3. not.eo. tit.vbi dicit hoc de iure fieri non posse, & quod hoc ideo sit fit, quia hodie clerici torquentur vt laici, & talis modus torquendi non posset fieri per clericos,quia fere nemo in huiusmodi obtemperaret nec sunt edocti in arte ista torquendi sicut & laici.Et vide Barb.in c.decernimus.de iud. colu antep.vbi refert Bald. tenentem ibi quod Episcopus potest committere laico vt clericum torquere possit, ipse tamen Barba miratur Bald.ista sic intellexisse,& allegat Ant. vbi supra tenentem contrarium.Vide tamẽ Feli.in d.c.Vniuersitati. de sent. excomm. vbi dicit quod ista est cõclusio vera & verissima,quod laici torquentes clericum præcepto episcopi vel vicarij non excusantur,imo facientes clericos per laicos torqueri sunt excommunicati.& dicit ita tenere Arch.& Ioan.de Fantu. in capi. Præsbyteri.el. 1.5.q.6. & addit

vlterius quod si clerici nesciunt torquere quod tunc poterit vocari officialis laicus qui ligauit clericum torquendum, & postea clerici possunt torquere. Quod non videtur satisfacere, quia peritia torturæ ita & magis consistit in actibus ipsis torquendi, quam ligandi. An autē clericus possit ad torturam poni ex confessione delicti facta per eum coram iudice laico, Barba. in capit At si clerici. de Iudi. col. 14. versi. Capio nunc motus septem fundamentis concludit, quicquid alij dixerint quod nullo modo potest torqueri; licet Cardin. in capitul.
8 Per inquisitionem de electione, tenuerit quod sic. Bene tamen fatetur Barba. quo si clericus confiteatur crimen coram iudice ecclesiastico, alias non suo, quod tunc compellitur vel excusare illam confessionem, vel perseuerare in ea per tormenta, & quod isto modo potest saluari opinio cōtraria, & vide eundem Barba. prius in dict. ca. At si clerici. in col. 4 dicentem quod per illum tex. confunditur doctrina Bal. in l. vnica. de confes. pen. col. dum scripsit quod ex confessione facta per clericum coram laico, nō est torquendus clericus per Episcopum dum modo illam confessionem reuocet vt erroneā, nam cum tex. ibi dicat, quod talis confessio non tenet, non est reuocanda quia quod nullum est, reuocari non debet. Atque asserit in hoc somniasse tantum doctorem: An autem clericus vacillans in testimonio, possit torqueri? Bal. in sua margarita in verbo Clericus tenet q̄ sic & refert. Inno. in cap: Cōquestus. de re iudi, hoc tenē-
9 tem. Sed clare patet quod allegat corrupte Innocen. quia non est talis text. in illo tit. Ideo ob solam Bald. autoritatem hoc non crederem practicandum, cum, vt supra scripsimus, clerici nō sunt torquendi ad eruendam veritatē delicti, etiam extantibus indicijs nisi adsit infamia, quanto magis non poterit torqueri, propter solam vacillationem inferendo testimonium, cum sufficiat quod si de falsitate testimonij fuerit conuictus poterit ob id puniri. Si vero solum vacillauerit, tunc poterit de vacillatione puniri iudicis arbitrio. ad cuius etiam officium spectabit quanta sit illi fides adhibenda discernere. Neque suffragatur opinioni Bald. lex, presbyteri. la. 1. C. de episco. & cler. dum probat quod præsbyteri licet vacillent in testimonio non sūt torquendi. Alij vero clerici inferiores sic secundum glos. & summarium. Sali. ibi. Nam illa. l. non potuit hoc disponere circa personas clericorū, quod fatetur glos. in capit. Quia iuxta. §. Præsbyteri. lo. 2. §. q. 6. vbi ad literam est inserta illa l. per Gratianū, & ideo dicit quod illa. l. instruit iudicem ecclesiasticum quid facere debeat. Sed ego credo etiam salua glo. autoritate, quod hodie iudex ecclesiasticus firma manente cōmuni opinione de qua supra, & cum contrarium non reperiatur de iure cano. nō poterit sequēdo instructionem illius legis clericos inferiores propter vacillatione torquere, & licet d. l. præsbyteri. fuerit per Gratianum admixta cononibus, nihil sibi per hoc autoritatis accessit. Nec curare debent iudices ecclesiastici quod

notat

notat Alberi. in dict. l. Præsbyteri dum putat ipse quod clericus etiam si vacillet & dicat se interfuisse facto coram iudice seculari torqueri non potest per eum, sed per suum iudicem ecclesiasticum, quia fundamenta quę allegat non probant neque sufficiunt, & sua opinio adhuc habet intollerabilius inconueniens, dū firmat quod propter vacillationem factam coram seculari possit clericus torqueri per ecclesiasticum iudicem. Intorquendis prętęrea reis, si in ciuilibus magistratibus crudelitas abesse debet, quanto magis ab ecclesiasticis iudicibus fugienda est? præcipue quia sæpius tortura cogit innocentes ipsos dolore cruciatos fateri delicta quæ non perpetrarūt quia vt dicit Ambrosius in epistolis: *Nimia seuęritas extorquet plerūque crudelitate mendacium*, prout etiam apertissime legitur in admirabili illo miraculo per Hieronymum descripto ad Innocentium de muliere sæpius icta. Aduertāt etiam ecclesiastici Iudices, quod sic delinquentes torquere pręcipiant, vt veritatem inuestigare satagant, sine vitæ discrimine, aut membrorum periculo, taliter vt ipse torquendus saluus sit innocentiæ vel supplicio, vt sūt verba tex. in l. quęstionis modū. ff. de quęst. Si vero contigerit, q̄ tortus maneat debilitatibus in membro aliquo, adeo vt quasi inutile reddatur non per hoc existimet se irregularitatem incurrisse, vt notat Abb. post Gasp. in cap. 1. nu. 9. qui cle. vel vou. Crederem tamen in hoc dicendum, quod si hoc damnū passus est tortus propter excessum torturę commissū â Iudice poterit propter hoc â superiori puniri, & damnari, vt clerico debilitato resarciat incommodum. Ad quod moueor ex nota per Hip. in di. l. quæstionis modū colu. penul. nu. 72. cum seq. vbi tenet, quod excedens modum cōsuetum, & qui debet adhiberi, secundum qualitatem personæ tortæ, tenetur in Syndicatu, vbi etiam distinguit inter excessum factum in tortura dolo, culpa, vel casu, quē videre poteris post Sal. in l. Grachus. C. de adul. & Ana. in capite. 1. columna. 4. & 5. de cler. percus. quos ipse cum alijs refert.

Clericus nisi sit infamatus, torqueri non debet.

Sit infamatus. Adde Alex. ad Bar. in l. 1. ff. de pœnis eundem in eiusdem additionibus in l. milites. C. de quæstioni. Anto. de Butrio. in ca. grauis. num. 14. de depos. Felin. in cap. vniuersitatis num. 2. de senten. excommu. & in cap. veniens. in 1. nu. 4. de testib. & in cap. cum oporteat. nume. 7. de accusation. Ang. Aret. in tract. malefi. in verbo, *Fama publica*. Andr. Barba. in cap. si constiterit. colum. 3. de accusation. Hyppol. in practi. cri. §. nunc videndum. nume. 51. & in §. expræd. ta. n. 40. & in l. ædictum nume. 9. & in l. quæstionis habendæ. num. 76. ff. de quæstion. & in repet. rub. ff. de fideiussor. nume. 126. & in sing. 55. Ias. in l. magistratibus. nu. 7. ff. de iurisdi. omn. iudi. Deci. in cap. At si clerici. num. 126. de iu. Steph. Aufr. in tractat. de potest. Secula. super Eccles. person. regu. 3. numero. 17. Ioann. Const. in glos. ad constit. Regi. Galliæ. articul. 163. fol. 294. colu. 1. Boe-

ri. Decisio. 163. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 1. §. 5. nu. 6. & hãc opinionem communem esse testantur. Ioann. Imo. in ca. 1. col. 2. de depos. Iacob. Septim. in ca. 10. instit. ti. 65. num. 47. & noster Gregorius in l. 2. ti. 30. par. 7. in verbo. *Caualleros* Padilla. in l. quamuis num. 9. C. de iuris. & facti ignoran. Bossi. in tract. delictor. ti. de indicijs. num. 15. Didac. Perez. in l. 11. tit. 3. lib. 1. ordin. l Hiero. Gigan. in tract. de crimi. Lesæ Maiestat. Rub. quomodo & per quos crimen. quæst. 28. num. 3. pagi. 266. Iul. Clar. libr. 5. recep. senten §. fina. quæstio. 64. versi. Sed an clericus, & nouissime. Ioan. Gracian. regulis, & fallen. reg. 226. nume. 91. Et stante ista opinione nõ sufficeret, vt clericus possit torqueri, vnus testis, qui de delicto deponeret, nisi adesset difamatio

Auctor a communi sententia recedit.

Et licet opinio hęc communis sit, & plena æquitate contrariam tamen tenet Abb. Panor. quem sequitur male sibi constans Feli. in cap. olim. colum. 3. versi. tertius casus. de rescrip. Alcia. in ca. 1. num. 43. de offi. ord. Iacob. Septima. dict. ti. 65. nu. 48. Quæ quidem opinio in puncto iuris verior est. Tum quia opinio communis nullo iure nec ratione fulcitur. Tum quia nullibi legimus, quod clerici circa hoc, aliquo sint priuilegio muniti, igitur iuris regulis, & receptissimis nostrorum traditionibus standum est, quibus decretum stat, quod semiplena probatio sufficiens est, vt quis quæstionibus, & tormentis subijciatur. Tum quia si infamia ad clericum torquendum necessaria est, hæc sane sufficienter oritur, ex semiplena probatione, ex alijsque indicijs, quæ eum suspectum & infamatum redunt. Præsertim quia ista indicia efficiunt notorium iudici ca. cum olim. vbi Abb. de verbo. signi. quod notorium succedit loco diffamationis. Tum quia regulariter plus operantur indicia, quam diffamatio. l. 1. §. 2. & 3. & l fin. ff. de quæstio. & ea ratione diffamatio simpliciter non operatur indicium ad torturam, vt traditur â nostris in cap. venies. de testi. & alijs multis in locis. Tum quia sicut respectu pœnę ordinarię, vt ea imponatur, sufficit quod crimen legitime probetur, nec necessarium est, quod clericus suspectus, vel infamatus sit, pari ratione, nec circa torturam imponendam hoc desideratur nullum quidem discrimen in hoc cõstitui potest, & ideo communis opinio in practica non seruatur, prout nec in ciuitate Mediolanensi seruari scribit Bossi. in practi. crimi. tit. de indicijs nu. 103. Non tamen inficior iure defendi posse, quod scribit Abb. in cap licet. primo not. de testib. clariora esse debere indicia contra clericum, ad torturam imponendam quam contra laicum sequitur Simon. de Prętis. consil. 36. nume. 4. volum. 1.

Poni ad torturam. Adde Bar. in l. B vlt. co. 2. ff. de quæst. & in l. quoniam. ff. de his qui not. infam. vbi Bal. 1. lecti. co. pen. Bar. Ang. Pau. & Fulg. in l. ictus fustium. eo tit. Bal. in l. vni num. 20. C. de confess. & in l. milites C. de quæs. Abb. in cap. at si clerici. de iudi. nu. 16. vbi Felin. numer. 6. Deci. nume. 9. Abb. in cap. quam sit grabe excessi. præla. & in capite. si

quis

quis de gradu.de purg canon.& in cap.de hoc desimo.& in capi. oli n col pen de rescrip.Hyppol in l.de minore.nu 50.ff de quęstio.Lud.Carr.in pract.cri fo. 56. Ant.Gom.de delict.ca.13.nu. 8. Fran.Bru.in tract.de indicijs. 3. quæst.cui communi sententię sufragatur Regia.l. 7. ti. 13.par.3. vbi Greg.Lup. in verbo, *Como quier.*

C *Degradari.* Vide Lud.Car.in d. pract fol.85.nume.30.nouissime

D editionis.

Tortura clericorũ nõ debet esse tã sæua sicut laicorum.

Sicut laicorum. Adde Boer.decisi.163.nu.6.Hypp.sing.55.& in l.maritus.col fi.ff.de quæst. Bossi in practi.crimi.ti. de tortura testium.nu.6.Sim.de Prætis consi.36.nu.7.vol.1.D.Episcop Septi.in iusti catho. cap. 65.numer. 49.qui nullum ex superioribus allegat,& opinio hęc communis est & contradictorem nonhabet ideo in forensibus exercitationibus,seruanda est. Tum propter excommunicationis periculum, si forte debitus modus torturæ transgrediatur Tum propter sũmam sacerdocij dignitatem cui maxima reuerentia debetur,vt late docet Diuus Chrisostomus in libris de sacerdotio.

E *Torqueri per laicũ.* Vide Silvest. in sũma in verbo excõmunicatio 6.§.11 Hie.Gigã.vbi paulo ãte allegaui q.26.n.6.pag.267 Ludo. Carr.in pract.cri.fo.85.n.25. vbi scribit laicislicere absq; excõmunicationis metu clericos ad torquendũ ligare,vt possint per clericos torqueri. Hęc tñ autoris& aliorũ opinio nõ procedit in assassino qui secũdũ illum à laico torqueri poteritvbi allegatCapi.decis.155.Nec etiã procedit quãdo

Clericus non potest per laicũ tur queri præterquam in duobus casibus.

cleri ci non reperiuntur qui cleri cos torquere sciant tũc lane tor tura â ministris laicis inflingenda est,nam aliter frusta iudex clericum torquendum esse pronuntiasset si non esset qui exequeretur,& hoc vsu receptum est, vt alios allegans fatetur Iacob.Septiman.dicto.ca.65.nu. 49. Idem fatetur Auferri in rep. Clem. 1. deoffici.ordi.reg.3.Fall.2.dicens totam Galliã obseruare in curijs Episcopalibus vt clerici torqueãtur & fustigentur per laicos & Romana curia,idem obseruat teste Naua.cõsi.42.ti.de sẽ. excõm.

Tenet quod sic. Adde Ludo Car. F in dict.practi.fol.85.numer.31. & hanc opinionem communem esse testatur Bossi.in practi.de tortura testium.nume.7.& opinionem istam Baldi.contra autorem dicit esse commun. Canonistarum Folleri.in practi.cano. 2. p. 8 num.47.

Iuramento de præmissis interrogari.

CAPVT.CXXVI.

1 *Iuramentum à clerico decrimine à parte accusato exigi nõ debet, secus si ex officio iudicis procedatur.*

2 *Purgatio non nisi prius præstita copia infamato est indicenda.*

3 *Iuramentum à clerico exigendum non est,nisi informationis copia prius præstita.*

4 *Reus non potest sub iuramẽti religione,de delicto interrogari sine semiplena probatione,aut expressis indicys,aut infamia præcedente.*

5 *Incidia processus reo ante confessionem sunt manifestanda.*

6 *Sola inditia sine infamia, neque ad purgationem inducendam neque ad iuramentum exigendum sufficiunt.*

1 ET si ad partium petitionem a clericis de crimi nibus accusatis iuramẽ tum exigi non possit nec debeat, ex officio tamen pro cedenti iudici hoc conceditur a a doctoribus a ea potissimum ratione. Namcum liceat ecclesiasti co iudici, clerico infamato purgationem indicere, & tunc de ve ritate delicti iurare teneatur, sic ei licet illum sub iuramento interrogare, vt placuit Panor. in c. Cum super. quasi. ad fin. de confes. In quo tamen ego aduertendum crederem, quod cum ex dicta rationepurgationis id permissum videatur, inferri possũt duæ notandæ conclusiones in mate- 2 ria. Prima est quod cum purgatio non sit indicenda, nisi prius præsentita copia infamato de infamia, vt circa illam se defendat, & an a malebolis seu inimicis habuerit 3 ortum examinetur. Sic nec iudex a clerico poterit iuramenium exigere statim post capturã ante quam illi præstet copiam inquisitionis contra eum formatæ: ex quo videtur quod practica huius Regni sumpta ex l 4. part. 7. ti. 29. in qua disponitur quod reus sub iuramento interrogetur statim post capturã, non ha- 4 b bebit locũ in clericis. b Qui nimo opinor q̃ in laicis captis non liceat ad indistincte fieri, salua iudicis cõscientia, nisi iudex habeat cõtra reũ semiplenã probationẽ delicto, aut expressa indicia aut infamiã. Cũ ex mẽte Sancti Thomę in 2.2. q. 56. ar. 2. Prædictis casibus solũ liceat iudici interrogare delinquentẽ, & delinquẽs teneatur veritatem dicere. Et vide ibi Caie. qui declarando illã doctrinã Sancti Thomæ addit vnũ notabile (iudicio meo) videlicet q̃ in casu quo præcedunt indicia debent manifestari reo, vt sciat se esse in tali articulo constitutũ q̃ tenetur obedire iudici præcipienti, & extorquenti veritatem ac etiam vt possit se purgare, & contra illa opponere. ex quo videtur quod sicut ante torturam debet dari copia indiciorum, c sic ç an te interrogationem, vt Iudex iuste interroget, & reus teneatur fateri veritatẽ. Vnde quando aliquid ex prædictis tribus capturam non præcesit, tunc videtur q̃ iudex conscientia recta nõ poterit vti practica dict. l. Partit. Cum enim captus qui delictum commisit non tenetur se prodere, nisi præcedat aliquid de prædictis. bene sequiturquod aliter nõ bene interrogat iudex eum, cum cogat captum revelare seipsum in casu vbi non tenetur, & peccaret seipsum diffamando, sicut alium quemcunque. Et præter id quod est iustum rationique consonum, hoc est iuxta mentem illius legis Regni si bene consideratur hoc enim vt fiat, dicta lex præcipit in hominibus malæ famæ, d a quibus statim potest capturamvult iuramentum exigi. Erant ergo apertissime temerarij quidam iudices (& qui crocodili more humano sanguine delectantur) qui statim post capturam nullo facto personarum discrimine d

mine â captis omnibus de veritate delicti iuramentum exigũt cum sepius leuia quędam indicia causam præbuerint capturæ. Satis est enim Christiano Iudici si more Christiano iustitiam exerceat. Secunda conclusio, quod sicut sola indicia sine infamia non sufficiunt ad indicendam clericis purgationem, eodem modo nec sufficit ad hoc vt iudex possit ab eis iuramentum exigere super delicto.

Traditur ægregius mddi. a iudicibus obseruandus interrogandi reos in causis criminalibus.

A Hoc conceditur à doctoribus. Nota quod in his quæ ad praxim, & interrogandi reos modum, nihil iure definitum est, sed prudentię iudicis relinquitur. Ideoque nulla certa regula in hoc cõstitui potest, nihilominus aliqua consideratione digna erunt animaduertenda. Et in primis monẽdi sunt iudices, vt reos captos dũ de criminibus interrogant, humane, & benigne tractent, quod sępenumero ad veritatem patefaciendam mire conducit, ne illos seuero vultu, & proteruis oculis pertere faciant, neve iniuriosis verbis, aut contumelijs in eos irrumpant. Est quidem hoc â Christiana religione alienum, meminerit ipsos homines esse, & similia crimina, vel forte maiora committere posse, nisi Dei omnipotentis gratia, & auxilio iuuarentur. Nec aliquando erit indecorum si qualitas causæ permittit vt reus præsertim clericus, vel is qui indignitate sit constitutus, in humiliori sede quam iudex sedeat, vt magis quietus sit eius animus, ad confitendum de quo in causis fidie est ægregia constitutio decreta Mantuę Carpentanorum anno. 1561. c. 14. & 15.

Benigne etiam admonendi sũt, & subinde exhortandi, vt simpliciter, plane, ac vere fateantur, & quod longe caueant, ne contra ipsos, vel alios, falsum testimonium proferant.

Deinde caueant ne in interrogationibus faciendis, molesti sint ea interrogantes. Quæ inutilia sunt, sed ea dumtaxat quæ ad rẽ faciunt, sed si reus confiteri cęperit, minime illum interrumpant, sed libenter & atente audiant nisi inutilia confiteatur.

Pursus multa simul interroganda non sunt, ne reus cum Sycophãta Plautino dicere possit. *Multa simul rogitas, nescio quid expediam potissimum, sim vnum quidquid sigillatim & placide perconctabere, & meum nomen, & mea facta, & itinera Ego faxo scias.*

Hęc Plautus in Trinum.

Re vero ante omnia interrogandi erunt. qui sint, de ætate, de origine & quibus parentibus orti, de patria, & de alijs circunstantijs, debet fieri diligens interrogatio, quia vt optime Oratores admonent, suspitionum argumẽta, non leuia summuntur, ex genere, natione, patria, educatione disciplina, bonitate, prauitate prę teriti temporis, societate, amicitia, moribus, verbis, & alijs huiusmodi, vt docet Cicero lib. 2. Rhetori. ad Herennium. Quinti. lib. 5. capi. 10. Orator. inst. tradit ex nostris Gand. in tract. crimi. titul. de præsumpti. & ægregie Fran Casonus in tract. 1. de indi. & præsump. cap. 1.

Id etiam cauere debent iudices vt ne ita reos interrogent, vt magis

gis fugiendi modos præscribere, quam veritatem indagare videã tur,& vt hoc suggestionis periculum euitetur,in genere sunt interrogandi, & deinde paulatim ad speciem descendendum est,nullam singularem delicti circunstãtiam exprim[illegible] franc. Caso. in tract de tormen. ca.15. Cæterave ro iudicis integerrimi arbitrio committuntur. Nam aliquando expedit ad minima,& particularia descendere,vt reus conuincatur,& crimen quod perpetrauit, detectum esse intelligat,& istum ordinem præscribere videtur Iure consultus in l.1.§.in causa.ff. de quęst in hæc verba. *Qui quæstionem habiturus est,non debet specialiter interrogare,an Lucius Titius homicidiũ fecerit,sed generaliter quis id fecerit,alterum enim magis suggerentis,quam requirentis videtur.* Hactenus iure consultus.

Quibus sic præmissis animaduertendum est quod ita iuris interprætes circa huius capitis argumentum confuse loquuti sunt,vt prolixa eorum lectione non intelligas,quid tenendum iudicandum sit. Autorque noster (quod cum bona eius venia dicam) super tortuosam incudem tortuosius fabricauit. Quid quid alij dixerint, vimembrem ipse distinctionem constituo. Aut enim iudex præcedente infamia,præhabitisque indicijs,in causa procedit. Aut de occulto crimine contra iuris præcepta iudiçare contendit.

Iudex iuste præcipit reo vt delictũ fateatur

Primo quidem casu,asseueranre,nec curandum est,quæ pœna imponenda sit spiritualis,vel tẽporalis,vel quod procedatur ex officio,vel ad partis instantiam, vel quod crimen sit notorium,famosum vel ne,nullum certe discrimen inter hos casus constitui potest, sed solum perpendẽdum est an iudex recte procedat. Ita intelligenda & interprætanda est Bar. doctrina in l. inter omnes. §. recte. in fine. ff de fur. quam cõmuniter receptam esse fatetur Aug. Ari. ad Angelũ in tract. malefi. in verbo, *Comparuerunt,& confitentur totum.* nume. 13. Bertran. consi. 321. num. 3. in fine. li. 3. idẽ testatur Hyppo. in l. quæstionis habendę. num. 27 ff. de quęstio. Pract. Conrra. fol. 280. in prin. Ant. Gom. 3. tomo. cap. 1. nume. 65. Iuli. Clar. in pract. crimi. §. fin. quæstio. 45. versi. sed quæro. & eam obseruat communis Stillus Italiæ vt scribit Bar. in l. 1. nume. 6. C. de iura calumn. vbi Bal. nu. 8. diçit quod ita consuetudo obseruat. Marian. in c. qualiter & quando. num. 227. quæstio. 84. in fine de accusa. Sanct. Thom. & Caieta. 2. 2. quæstio. 69. arti. 1. Domi. Soto in tract. de ratione tegendi & detegen. secret. membro. 2. quæstio. 7. conclu. 1. Martin. Nauarr in cap. inter verba cõclus. 6. Corro. 65. 1. quæst. Greg. Lopez qui rem Christiane tracta. in l. 4. tit. 29. part. 7. in verbo, *Iura.* D Couarr. in practi. quęsti. 23. num. 5. Rosel. in summ. in verbo accusatus. §. 1. Rod. Suar. in l. 4. tit. *De las juras.* lib. 2. foro legum Ant. Gom. 3 tho. var. resolu. cap. 12. num. 15. Bartho. â Medina in summa lib. 1. cap. 14. nu. 35. Anto. Cord. lib. 1. quæs. 43. dub. 3.

Quamuis opinionem contrariã

reum

reum posse negare delictum, siex confessione timeat pœnam corporalẽ siue iudex ex officio procedat siue ad instantiam partis. Si vero pœna spiritualis esset inflingenda veluti excommunicatio tenetur reus sub mortali crimine delictum confiteri quam opinionem amplectitur Abb. in capi. 2. de confess. colu. penult. Sylvest. in verbo, *Confessio.* delicti Alcocer in summ. capitul. 26. §. *El reo.* Soletque pro hoc sententia allegari glo. in ca. 2. de confess. lib. 6. Sed primam opinionem tanquã veriorem amplectimur quam esse communem apud Theologos testatur Petrus â Nauarra (quem post hęc scripta legi) in tractat. de restit. lib. 2. capi. 4. nume. 138. Quæ communis & receptissima sententia, multis iuribus & rationibus fulcitur. Tum quia publica vtilitas in eo versatur, vt crimina & celera diris pœnis puniantur, vt improbi homines, iustas luant pœnas, & alij earum timore, â cõmittendis celeribus longe repellantur. vt in l. congruit. ff. de offici. Præsi. ca. 1. de offici. ord. quod fieri nullo modo posset, nisi iudex comperta veritate, ex ipsius rei confessione, sententiam adpunienda celera proferat. Tũ quia subditus vtroque foro iusto superioris præcepto obtemperare tenetur iudex autem casu supra cõstituto, vt sibi veritas patefaciatur, legitime procedit, ei veronõ obtemperare inobedientiæ peccatum est, & in re graui contractum, quod mortalem culpã continet. Tum suffragatur tex. in l. obseruari. C. de quor. appella. nõ recipi. cuius legis decisio seruari non posset, si reus legitime interrogatus, eadem lege veritatẽ dicere non teneretur. Tum conducit tex. in l. vlti ff. de crimine expila. hæredit. capitu. cum delicti. de accusatio. Tum quia in causis criminalibus iuratur de calumnia l. 1. vbi glo. Sali. & doctores. C. de iura. calumn. tex. in capi. 1. vbi. glo. Inno. Abb. & omnes doctores eod. tit. l. 1. tit. 11. part. 3. quod iuramentum inter alia quæ continet, illud potissimum est, quod reus interrogatus veritatẽ patefaciat. l. 2. & in authe. Principalis. C. de iure iuran. propter calum. dan. & in auth. vt litigantes iura. colla. 9. Tum quia apud Hispanos Regia constitutione id diffinitum est l. 4 ti. 29. p. 7. cum dicit. *E estonce el Rey, ò el juzgador deuele fazer jurar, que diga la verdad de aquel echo sobre que lo recaudaron.* Et ibi eam notat Grego. & etiam eam perpendit magnus ille apud Hispanos Roder. Suarez in l. 4. ti. *De las juras.* lib. 2. for. ll. num. 14. Tum quia tale iuramentum in causis fidei præstandum esse, pręcipit concilium Bitterrense. capit. 4. in hæc verba. *Ab illis qui sic citati coram vobis, infra tempus comparuerunt assignatum, recipiatis iuramenta de mera & plena super facto libis hæretica tam de se, quam de alijs viui, & mortuis dicenda quam nouerint veritate.* Idẽ sanciuit Martinus Quintus in Bulla incip. *Inter cunctas.* in conci. Constantien. Sessio. 45. quæ continetur in literis Apost. pro sãcto Officio pagina. 4. cuius iuramenti formula talis est.

Iuro per Deum & crucem, & Sacrosancta quatuor Euangelia, manibus proprijs facta, mediturum veritatem quod si fecero Deus me adiuuet, sin autem

autem contra Deus me condẽnet. Circa quod aliqua ſummenecceſſaria & in practica vtiliſsima animaduertenda cenſeo.

Reum teneri crimen ſub pœna peccati mortalis confiteri.

Primo, teneri reum in propoſita ſpecie, iudici interroganti, ſub mortalis criminis pœna, crimen confiteri. Hæc ſane communis eſt & Theologorum, & Canoniſtarum opinio, vt colliges ex Diuo Thom. Caieta. Domin. Soto Nauar. in locis nouiſsime allegatis.

Reus à ſacerdote abſolui nõ poteſt niſi animo cõcepeſit iudici veritatẽ patefacere.

Secundo quod vſque adeo reus tenetur, veritatem confiteri, vt non poſsita confeſſario abſolui niſi proponat eam patefacere. Nam talis reus in non confitendo peccat, neque eum peccati, pœnitet, imo perſeuerat, & ea ratione nec peccati veniam, nec abſolutionem meretur. capi. peccati venia. de regul. iur. li. 6. ita ſcribit Domin. Soto. dict. tract. mẽb. 2 q. 7. quod ſingulare & quotidianum eſt teſte Mar. Nauarr. in manuali. ca. 25. nume. 36.

Reus ſi ſemel veritatẽ negauerit cum ad ſupplicium ducitur eam fateri nõ tenetur.

Tertiò, eſt conſideratione dignisſimum, quod ſi reus iuſte interrogatus delictum ſemel negauerit, licet mortaliter peccet, nihilominus iuſte damnatus ducitur ad ſupplicium, minime tenetur ad confitendum illud, niſi notabile aliquod damnum inde probabiliter ſequeretur. Cum eius ſpirituali ſaluti ſufficiat iuſta confeſſio cum ſacramentali abſolutione, vt doctiſsime ſcribit Nauarr. dict. capit. 25. nume. 38. Nec inter ſecundam, & tertiam illationem aliqua ineſt repugnantia. Nam ob id in ſecunda, reus mortalem culpam contrahit, nec abſolui poteſt in animæ iudicio, quia confeſsio ad crimen reuelandum vel ad alios iuris effectus neceſſaria eſt. Non ſic in tertia quia cum crimen legimis probationibus comprobatum eſt, ita vt ducatur ad ſupplicium reus, ideo eius confeſsio non eſt neceſſaria niſi alicui graue damnũ ſequatur, ita bene declarat contra F. Mag. Bart a Medin. & Cord. D. locis Segur. in ſuo direct. 2. p. ca. 17. nu. 36.

Si reus non reſpõdit iudici interroganti quid ab eo faciendum ſit.

Quarto, quod ſi reus a iudice interrogatus, reſpondere nollit, iuſte ei præcipi poteſt, quod reſpondeat alias habeatur pro confeſſo, ita in quadam cauſa grauiſsima Illuſtriſsimi Comitis *de Vreña*, iudicatum fuit in Hiſpania, vt memoriæ protulit Rodericus in dict. l. 4. num. 15. Vel condemnari poterit ad torturam, ſi confiteri nollit, vel ſi dubie confiteatur (puta) non ſcio, non recordor, Bald. in l. accuſationem. num. 11. C. de accuſatio. & opinio iſta approbata fuit in Regio Neapoli. Prætorio teſte Cap. deciſi. 145. eam ſequitur Foll. in practi. fol. 308. & in practica ſepiſsime receptam fuiſſe ſcribit Iul. Clar. li. 5 recep. ſen. §. finali. quæſtio. 45. verſi. ſed pone.

Reus ſtatim & ſi nec mora veritatẽ fateri tenetur,

Quinto, aſſeuerandum eſt, reum accuſatum ſtatim, cum a iudice interrogatur, ita aſtringi ad veritatem confitendam, vt nullo modo poſsit, a iudice petere vt ſibi dilatio aliqua, vel tempus ad deliberandum conferatur cum de facto proprio interrogetur Bald. in l. cum falſum. numer. 2. ff. de acquir. hęredi, quam opinionem communem eſſe fatetur Auguſt ad Ang. in tractat, malefi. in verbo, *Comparcerunt dicti inquiſiti & confitentur.* nume. 6. Practi. Conrrad. fol. 280. numero. 2.

& eam

& eam totius orbis consuetudo recepit, vt fatetur Sali. in auth. of feratur. num. 6. C. de litis contes. vbi Paul. de Castro. num. 5. & 11. Amad. de sindi. nume. 184. quidquid in contrarium tenuerint. Alexand. in l. 1. in prin. nu. 6. ff. de æden.

Reus conuictus licet iniuste torqueatur veritatẽ fateri debet.

Sexto, illud certissimi iuris est, reum legitime conuictũ sub mortalis culpæ reatu, si â iudice interrogatur, etiam in tormentis vtrum crimen commiserit, teneri veritatem patefacere, nam licet inique torqueatur cum testibus conuictus sit ex Angeli sententia in l. & si certus. ff. ad Syllanianum vbi Ioan. Igneus Aug. Arim. in addi. ad Ang. in tract. malefi. in verbo, *Fama publica*. Quæ opinio communis est, teste Hyp. in l. 1. ff. de quæst. nume. 11. & in practi. crimin. §. nunc videndum. num. 25. Carre. in practi crimin. in princi. num. 188. & licet contraria opinio assertorem habeat Bald. in l. obseruare. nume. 9. C. quorum appella. non reci. & in l. 11. numer. 9. C. de iura. calumn. Thom. Gram. voto. 1. column. 1. stante igitur communi opinione, nihil refert quod reus iniuste torqueatur, cum saltim iuste â iudice interrogetur, quam ob causam veritatem confiteri tenetur. ita ægregie scribit insignis D. Couain practi. quæstio. cap. 23. numer. 5.

Iuramentũ veritatis à reo præstandũ est secundum mentem iudicis interrogãtis.

Septimo est circa hoc mire obseruandum, quod qui iuramentum præstat iurare debet iuxta mentem iudicis interrogantis, non secundum propositum aliud iurare debet alias dolosum emit teret iuramentum & grauiter peccaret Sã. Thom. 2. 2. quæst. 89. artic. 7. in respons. ad 4 & ibi Caieta. Soto. lib. 8. de iusti. & iure quæstio. 1. arti. 7. hinc illud Isidori. *Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen qui conscientiæ testis est ita accipit sicut cui iuratur intelligit* Hæc ille. Idem iudicium habendum est de æquiuoco iuramento, quod simulatis verbis artificiose concipitur, ita vt duplicem sensum recipere possit nam si licite exigitur non licet taliam phibologi. vti, ob maximã iniuriam quæ iudici qui habet ius exigendi sit ita Soto dicto articulo. 7.

non rei captiose respondetis.

Reus qui exẽptus est à iurisdictione iudicis veritatem criminis confiteri non tenetur.

Septimo, quod tunc locum obtinent quæ supra scripsimus, quãdo is qui interrogat, legitimus & competens iudex est, vnde si is qui interrogatur, exemptus est ab illius iurisdictione, quia clericus est, vel Scholaris, aut si reus indebite ab Ecclesia extractus fuerit, iuste poterit veritatẽ absque mendacio celare, & quamuis neget officiosum est mendacium & veniale peccatum tantum, nisi iuramẽtum interuenerit. Sic tradit eleganter Domi. Soto dicto tract. 2. membro quæst. 7. concl. 3. Marti Naua. in dict. cap. inter verba. Corr. 65. nu. 244. vbi dicit idem esse quando iurisdictio iudicis per appellationem, vel recusationem suspensa est.

Quando iudex legitime ad exhigendam rei cõfessionẽ procedat.

Octauo, quod dicetur iudex, ad confessionem exigendam recte procedere, quando contra reum accusatum est, vnus testis oculatus, & omni exceptione maior, aut vnum iudicium vel plura illi æquipollentia. Vt videtur sentire Bar in l. fi. num. 7 ff. de quæstio. vel quod reo infamia laboret vt infra scribo, ver. quod autem.

Nec

Nec non desideratur, quod ea probatio in processu contineatur, de ea quę reus certior factus sit, vt sciat iudici tunc esse obtẽperaturum, Vt scribit Sanct. Thom. & ibi Caietan. 2.2. quęst. 69. arti. 1. & 2. Mar. Nauarr. dict. cap. 25. num. 36.

Reus in causis capitalibus an possit à confitẽdo crimine excusari.

Nono, illud perpetuæ memorię commendandum cẽseo quod licet prędicta magis communis opinio in causis ciuilibus, & criminalibus procedat, in quibus pœna sanguinis non timetur, nec non in omnibus spiritualibus cõtrouersijs. At vero in causis capitalibus, & ibi de graui, de decore agitur naturali æquitate distãcte, asseuerandum censeo, posse reum salua conscientia, veritatẽ ipsam absque mendatio, verborum inlucro contegere. Innitum quidem est hominibus, â natura ipsa, vt se defendant, & â mortis faucibus incolumem vitã redãt. Hinc leges oriuntur quibus inuasorem cum moderamine inculpatę tutelæ occidere licet: Ab hac naturali æquitate profiscitur ius alienæ subripiendi, extrema fa mæ necessitate ad id impellente. Similiter profiscitur, illa enim potestas qua seruo vitandæ serui tutis gratia, (quæ mors naturalis est) qua permittitur â domino fu gere sortior igitur ratio iure naturali eradicata suadet, vt reus absque criminis nota veritatem quę probari non potest, vt vitam tueatur celare possit. Deinde ner uosa, & vrgẽtissima ratione, præ cedens dõctrina fulcitur. Nam si consanguineus ad testimonium ferendum contra consanguineũ compelli non potest, quando ingens aliquod dispendium timetur vt in l. 4 ff. de testi. cum similibus nullus quidem absque insania negare potest, hoc non magis licere ei, qui mortem vel infamię labem est passurus.

Nec hijs reffragatur, quod iudex iuste interroget, nam similiter reus iuste veritatem celat, & vterque suo iure vtitur, sic iure compertum est, licitum esse iudici pręcipere damnato ad pœnam vltimi supplicij, ne fugiat â carce re, ipse vero obtemperare non tenetur. Dominus similiter iuste iubet seruo ne fugiat, ipse autem fugiendo se a seruitute liberare potest, & ita interminis huius pro positæ disputationis tenet Petr⁹ a Nauar. de resti. lib. 2. ca. 4. nu. 142. quo casu. Abb. & aliorũ opi nio posset procedere.

De occulto crimine iudex non potest interrogare.

Secũdo autem distinctionis mẽbro, quando crimen occultũ est, non licet iudici de eo interroga re, nec reus tenetur crimen dete gere, nec in hoc iudici vel Præla to obtemperandum est, quia con tra Christianam charitatem est, de his interrogare, occulta quidem celera reuelanda non sunt, sed Deo soli relinquenda capit. si omnia. cap. si oues. capi. ex merito. 6. quæsti. 1. tex. ægregius in cap. erubescant. 32. distin. ibi. *De manifestis quidem loquimur, secretorum autem, & cognitor Deus & iudex est.* tex. in ca. si quis aliquando. §. non tibi dico. de pœniten. distinct. 1. ibi. *Non tibi dico vt te prodas,* iugũ quidem Domini suaue est. Religio sane Christiana pijssima est, quæ nollit quẽpiam cum tanta sui honoris & famę iactura obligare. Imo hoc esset cõtra ius naturale, nam par esset, vt si obligaret aliquem, vt se interfi

ciat, vt late probat Diuus Thomas. 2. 2. quæstio. 69. & ibi Caieta artic. 2. Henr. de Gand. quod lib. 1. quæst. 33. latissime Abb. in cap. 2. de confes. & est cõmunis Theologorum & Canonistarum sentẽtia, vt colliges ex Domini. Soto & Nauarr. iam allegatis, Et vero latissime Nauarr. in Rub. de iudicijs. § incip duodecimũ fo. 27.

☞ *Reus nec in causis fidei de omnino occultis interrogatur.*

Nec in causis fidei reus interrogandus est de delicto occulto de quo delatus infamatus non est Directorium inquisitorũ. 3. par. de modis inrerrogandi reum numero. 74. nisi ipsi rei dum confitentur ansam præstiterint ad alia interroganda quod frequenter contingere solet, tunc si ad causam de qua tractatur conducunt interroganda sunt sic decretum stat instructione Madrilliana ann. 1561. cap. 15. §. *Y deuen siempre* cuius verba latinati donata hæc sunt *Habeãt etiam Inquisitores magnam curam, ne interrogent extra indicia, nisi reus per suam confessionem occasionem præbuerit.*

Crimen occultum quod dicatur.

Quod autem dicatur crimẽ occultum vide Abb. in cap. ex literarum. de tempo. ordin. & in cap. vestra. de cohabita. cleri. & mulier. Domin. & Alexand. in capi. erubescant. 32. dist. asseuerantes, illud crimen occultum dici, quod probari non potest, idem tenet autor noster infra. numero. 4. sequitur Gregor. Lup. in dict. l. 4. ti. 29. par. 7. vbi scribit quod quãdo non adest semiplena probatio vel indicia, ex quibus imponi possit tortura, vel saltim incuti terror ipsius, etiam si adesset infamia, reus interrogari non potest ideo iudices admonet, ne reos de occultis criminibus interrogẽt, nam cum eos contra iuris ordinẽ pœnis afficere intendũt proprias animas damnant. Deumque Optimum Maximũ offendunt. Nec Iudices contrarium facientes Zelus iustitiæ excusaret, quia vt scribit Abb. post Hostien. in ca. cum in iuuentute. depurga. canoni. nõ permittitur aliquid fieri iudici, ex solo Zelo iustitiæ, nisi subsit iudicium rationis. Tunc vero sola infamia sufficeret, absque alia probatione, vt reus iuste interrogari possit, quando casus esset, in quo haberet locum purgatio canonica ex Abb. sententia in dict. cap. 2. de confess. Præpo. Alex. in cap. ex pœnitentibus. 50. distin. Mihi tamen (vt verum fatear hęc opinio Gregorij numquam placuit, nam si iudex cum reus infamia laborat, vel contra ipsum obiecti criminis indicia vrgent iuste procedit. ca. qualiter & quando in 1. & 2. & in cap. super his. de accusa. Ergo reus secluſa morte, tenetur respondere, nec semiplena probatio, nec illa vrgentissima indicia, quę requirit Grego. desiderantur, vt ad id compelli possit. Quando vero crimẽ occultum foret, piaculum esset, & longe â pietate Christiana alienum reum interrogare. Quod sũme notandum est, quia vidi imperitissimos & impios iudices, in hoc passim errare, qui incriminalibus, grauissimisque causis, simplicibus tabellionibus (auaritia tamen plenis) reorum confessiones committunt. Qui iuris ordine prætermisso, de occultis criminibus interrogant, datur etenim ex hoc apertissima ansa per iurijs, & in numeris alijs malis, in maximum damnum reipublicæ, dabunt

dabunt qui talia faciunt, in die timendi iudicij, strictissimam rationem.

Curiæ Archiepiscopalis Complutensis consuetudo quædã reprobatur.

Vnde merito exterminanda, & releganda est consuetudo quædam quæ potius corruptela est appellanda, quæ in aliquibus tribunalibus ecclesiasticis recepta est, & quod vehemẽter doleo in hoc Complutensi celeberrimo, nempe quod in matrimonialibus dispensationibus, qui contrahere volunt solicite interrogantur an se carnaliter cognouerint, de quo contrahentes ipsi infamati minime sunt nec aliter de hoc constat, est sane consuetudo hæc supradictæ verisimæ, & communi conclusioni contraria. Nec contrahentes tenentur iudici commissario dispensationis interroganti respondere cum factum occultum sit & cũ interrogatur ad substantiam dispensationis necessaria non est, ita post quendã Thomam correctorem sacrę pœnitentiariæ tenet Mar. Nauarr. cõsil. 2. ti. de sponsali.

Reus iudici de facto interroganti, respondere minime tenetur.

Si autẽ iudex de facto reum interrogat, quãdo ius interrogãdi nõ habet minime respõdere tenetur, & iuste absq; labe alicui⁹ criminis potest ipsum iudicẽ verbis cõmuni significatione ambiguis fallere, mentiri tamen nullo modo absque peccato potest, vt docet Augustinus lib. de conflictu vitiorum. cap. si quis c primum. 22. quæs. 2. Sanct. Thom. 2. 2. q. 69. arti. 1. & Caieta. quæs. 89. arti. 1. Adria. Summus Ecclesiæ Præsul. in materia confessi. dubio. 10. & quodlibe. 11. li era cap. Domi. Soto in tract. de ratione tegen. & detegen. secre. membr. 3. q 3. concluſ. 5. & libr. 5. de iusti. & iure. quæstio. 6. arti 2. Martin. Nauar. in cap. inter verba. 11. quæsti. 3. Corro 64 Genesi. á Sepulue. in dialogo de ratione dicendi testimonium cap. 5. quod etiam supra scripsimus.

Idẽ intesse obseruandum est.

Idemque pari ratione in teste asseuerandum censeo, qui nõ tenetur ad testificandum, potest iudici interroganti dicere, se nõ teneri ei respondere, quamuis sciret id de quo interrogatur, & si illum cogere velit, appellare potest præterquam si iuste timet, iudicem in eum sæuiturum, quod si timet, respondere potest se nihil scire (intra se tamen intelligẽdo) quod dicere teneatur, ita scribit Martin. Nauarr. in manu. confesso. capi. 25. num. 43. cuius opinio verisima est, & amplectenda, licet contrariam tenuerit Genesi. á Sepul. de ratione redendi testimonium. cap. 13.

Reus in casu dubij an iudici interroganti obtemperare teneatur.

Illud vero sciri oportet quod à nostris prætermittitur, vtrum in casu dubij, reus teneatur iudici interroganti respondere, cum sibi non constat, an iudex legitime procedat, vel ne & iustam dubitandi causam habeat, potissimum hodie, cum anteconfessionem nõ detur sibi copia indiciorum, vt sequenti annotatione scribam, & in proposita specie Domin. Soto dict. tract. memb. 2. quęstio. 7. cõclu. 3. asseuerat in fauorem rei declinandum esse, maxime in capitali iudicio, quia peius est in tali casu hominem occidere, quam iudici non parere, idque latius ipse probat eod. tract. memb. 3. quæstio. 2. quod verisimum puto. Nã quod reo, ante confessionem copia indiciorum de turnaturalis defessio est, quę sibi ad proprium hono-

honorem tuendum, & vitam conseruandam competit, nō quidem contraria consuetudo, in hoc detrimentum inferre potuit, nec pro iudice in hoc præsumēdum est, cum iuris sanctiones non obseruet, vide quæ scripsi supra versicul. Octauo quod dicitur.

B *In clericis.* Nota quod hoc in ecclesiasticis tribunalibus minime seruatur, forensis namque vsus nullam differentiam inter clericos, vel laicos, constituit.

C *Copia iudiciorum.* Adde quod istam opinionem sequitur Practi. Papien. in forma Inquisitionis in verbo, *Fama publica.* Vbi dicit quod male hoc in practica seruatur. De iure quidem quod supra scripsimus verissimum est. Consuetudo tamen quæ sepæ numero integerrima iura destruit opinionem contrariam recepit, quo silicet reus interrogetur, & examinetur ante datas defensiones, & iudiciorum copiam, ita quotidie practicatur vt fatetur Foller. in pract. crimi. Cano. fol. 165. nu. 9. Practica Iodo. fol. 24. num. 18. Practi. Conrra. fol. 155. limita. 6. Iuli. Clarus lib. 5. recep. senten. §. fin. quæst. 45. versi. sed quid. vbi dicit quod stante ista consuetudine generali, male faceret iudex qui aliter obseruaret. Quæ forēsis consuetudo iuuari pōtest, apud Hispanos ex Regia l. 4. titu. 29. par. 7. vbi eam ad hoc notat Greg. in glo. magna in finalibus verbi dicens sub dubio tamen forte, quod stante Regia illa constitutione, iudex iuste interrogare potest, non data reo copia Inquisitionis. Semper tamen mihi summe placuit, ea forensis practica qua Ecclesiastici, & Seculares iudices, Deum timentes vti solent, vt ante confessionem receptam minime præcipiant informationis copia dari, sed tantum tabellioni, vel notario præcipiunt quod testium depositiones, absque eorum nominibus corā reo legat, vt inde compertum habeat quid contra ipsum probatum sit & veritatem fateatur.

Consuetudine receptū est, quod nulla iudiciorum copia data rei cō fessio exigatur.

Post confessionem vero receptam accusationemque oblatam, non solum testium depositiones sed ipsorum nomina reo manifestari debent, vt melius seipsum defendat. tex. ellegans in capi. veniens. in 2. de accusati. Regia. l. 11. ti. 17. p. 3. l. 4. ti. 1. lib. 8. ordi. noui numquam quidem defensionis facultas denegāda est l. defensionis facultas. C. de iure fis. libr. 10. tradit optime Bonifa. in tracta. malefi. in rub. de inquisi. & de earum form. num. 15. fol. 267. Fulgo. Paul. de Castro & nouissimi in l. 2. C. de æden. vbi optime Socin. prædictam communem sententiam declarat procedere, in his indicijs, & probationibus quæ recipiuntur, post inquisitionem & negationem parte citata, secus vero iudicandum est, in illis, quæ fiunt ante inquisitionē pro informatione curiæ quod est de mente Angeli in l. quæstionis. ff. de quæsti. & Bar. in l. fin. eo tit. idque Socin. ea ratione probat, quia tales testes parte non citata examinati, nullum ei præiudicium inferunt, nisi repetantur. vt in l. final. ff. de quæst. & hoc sequitur Gregor. noster. in dict. l. 11. in verbo, *Testigos* vbi dicit, quod per hanc practicam

Testium, nominum & depositiones, quando Reis, manifestari debeant.

cessa-

cessauit timor subornationis testium qui in plenario iudicio sũt repetendi. Quæ ratio potissima fuit Hosti. hoc tenentis in dict. ç. qualiter & quando.

Testium nomina non debẽt ante publicationẽ reo manifestari.

Ex quo manifeste sequitur, quod illorum testium nomina, reo manifestanda sunt, qui plenario iudicio fuerunt reproducti, vel de nouo testimonium in eo protulerunt, & hoc facta publicatione, non vero illorum qui summario iudicio deposuerunt, cum isti nullum præiudicium quo ad condemnationem inferant, ante sui testimonij ratificationem, alias, quidem apertissima ansa daretur reo, vt pręcibus, donis, testes corrumperet, eos ve lõge repelleret, ne primis depositionibus starent, & crimen maximum partis offensæ, & reipublicæ damnum, impunitum remaneret, & summe laudo iudices, qui in criminalibus causis, præsertim grauissimis, ita faciunt, licet practicam hanc increpet diligens & doctus Ioan. Gutierr. allega. 13. nume. 2. Sed ab ea recedendum nõ est, quod summe nota, quia nullus ex nostris, ita declarat & in actionibus forensibus est frequẽtissimum.

Nomina & testiũ depositiones reis publicari debẽt.

Sunt quidem nomina & testimonia testium eo modo, vt dictũ est, publicanda, vt locum obtineat, etiam si per modum inquisitionis procedatur. Vt scribit Cæpol. consi. crim. 65. & 66. Petrus Paul. Parisi. consil. 2. numer. 255. volum. 4. Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. § fin. quęstio. 49. siue ea inquisitio generalis, siue specialis sit nihil ad rem facit, & hoc expręsse probatur in l. 1. & 4. ti. 1. lib. 8. ordi. noui.

In causis summarijs idem locum habet.

Ex qua sententia, & dictarum Regiarum legum Sanctione, colligendum est, non esse etiam in causis, in quibus summarię, & de plano proceditur, publicationẽ testium denegandam probat dicta lex. 1. ibi. *Y oya ala parte. y le de copia y traslade de la pesquisa, y summariamente proceda, porque los delictos no queden sin pena.* Et dicta lex 4. ibi. *aquel ò aquellos contra quien fuere hecha la pesquisa, ayan poder de demandar los nombres de los testigos, y los dichos de las pesquisas, porque se puedan defender.*

Licet cõsuetudo inuasserit quod in causis summarijs, vno cõtextu processus fit cũ honere publicationis & cõclusionis debet tamen vere publicatio testiũ fieri & non sub vmbra.

Vnde manifeste deducitur, ꝙ licet consuetudo iam inuasit, non solum in secularibus sed in ecclesiasticis tribunalibus quod in criminibus, in quibus de plano, & sine strepitu, & figura iudicij procedendum est, vt in criminibus prouenientibus ex incontinentia ex concil. Trid. Ses. 25. c. 14. de refor. & in alijs, processus vno contextu fieri soleat. Nẽpe quia datur reo ad se defendum copia accusationis capitulorum, cum perentorio termino, cum honore publicationis, nec non cum cõclusione, & citatione ad audiendam sententiam diffinitiuam, nihilominus tamen, cum debito effectu, & non sub vmbra testium publicatio fieri debet ita vt detur reo integra copia vt se defendat quod Regiæ constitutiones iam allegatæ probant. Nec forensis, si contraria esset quanuis longęua consuetudo defendi potest, sed tanquam inniqua diuino, & naturali contraria releganda esset. Et hac ratione, si testium publicatio ommittatur processus esset ipso iure nullus hoc sine dubio in causis criminalibus, ita Iul. Clarus

lib.

libr. 5. recep. sent. 5 fina. q. 84 in prine. D. Segura in directo iudi. Eccles. 2. par. ca. 14 num. 8. quid autem sit in causis ciuilibus vide quæ scripsi ad Ioã. Ber in reg 708 *Malæ famæ.* Adde quod forensis practica minime hanc Auctoris interpretationem recepit nã generaliter in omnibus, nulla cõstituta differentia, an sint bonę vel malæ famæ dicta Regia. l Partitarum procedit, vt scribit Grego. ibi in glo. magna in fine, nam quod lex illa de bona, ve mala fama, loquitur est sane alia ratione an reus deferendus sit per domũ, ad res suas componendas, cum capitur, vel statiu adcarceres deferendus sit, vnde Gregori. ab Autore nostro ibi recedit, communem practicam defendens, vt uulla copia indiciorum reo do data, iudici de crimine interrogare liceat.

D *Ioã. Ber. opinio de qua hic moribus recepta non est.*

Confessionibus proprijs.

CAPVT. CXXVII.

1 *Traduntur multa, quæ à iudicibus ecclesiasticis, in clericorũ cõfessionibus, præ oculis sunt habẽda*
2 *Confessio clericorum, non verificata quando nocet.*
3 *Clericus, qui delictum confitetur, sine accusatione punitur.*
4 *Pœna mitior imponitur per viam inquisitionis, quã per viam accusationis nisi de crimine per partis confessionem constet.*

1 IN confessionibus clericorum illa merito obseruari debent, quæ in alijs reis a iure dispo-

ta ac à doctoribus interprætata leguntur, cũ in hoc non debeãt esse deterioris conditionis quã laici. Ex quo debent aduertere Iudices, an tales confessiones clericorum fuerint extra iudiciales vel coram non suo iudice, aut verisimilia in se continentes, aut incidenter & non principaliter factæ, curatoris autoritate non interueniente, si clerici minores sint viginti quinque annorum, aut in tortura non seruata forma, quam in talibus confessionibus iura exigunt, & si quid tale in illis repererint, obseruent, illa quæ iura in hoc tradunt, & doctores scribunt, quæ quidẽ transcribere nolo. Vnum tamen fortasse attentari possit in ista materia quod cum clerici pro criminibus, non infligatur pœna mortis, aut mutilationis membrorũ, quod in criminibus quibus veniunt puniendi circa traditionẽ curiæ seculari, præiudicaret illis confessio facta delicti, sine eo quod iudici necessario constet delictum fuisse in veritate perpetratum. a Nam quod hoc in seculari iudicio requiratur, ex eo introductum, est quia cum nemo sit dominus membrorum suorum non potest aliquis in periculum vitæ suæ aut membrorum quicquam fateri commisisse, nisi in veritate constet delictum fuisse, perpetratum. Attamen quod sua cõfessione sola possit sibi clericus in ordinibus, ac beneficijs suis facere sibi pręiudiciũ nõ reperitur prohibitũ, cũ possit excõuentione ad illorũ amissionẽ obligari. Vt de ordinibus probat tex. in c. quotiens, 1 q. 7. & de beneficijs probatur in c. cum dilecto, & cũ

glo. in verbo obligauit. de electione, & in c. fi. de crimi. fal vbi hoc not. Abb. in. 3. nota. Quanuis omnibus iudicibus consulo, vt si fieri potest semper satagant q̃ illis constet de delicto â clericis si bi confesso. Est, & alia specialitas in clericis confitentibus delictũ, videlicet quod sine accusatione puniantur, hoc tradit in eis speciale fore Hostien. in capitu. 2. de confessi. sic intelligendo tex. ibi, quod refert. ibi Cardi. licet quod ad illius tex. literã & intellectum illum no admittat. Est prętereа & 4 alia tertia specialitas in ista materia, q̃ licet si verum quod quãdo b agitur per viam inquisitionis nõ possit imponi pœna ordinaria b delicti, vt in capitu. Inquisitionis de accusat. fallit hoc si de crimine constat per confessionem ita limitat Innocẽ. in c. Qualiter. el. 2. de accusat. & sequuntur ibi scribens, vt refert ibi Feli. in §. licet autem. in princip. qui hoc reputat singulare. Ponit etiam præpo. in capi de accusa. 2. q. 8. colum. 38. probat tex. quem ibi commẽ dat Abb. in capi. fi. de celebra. missarum. Item aduerte in ista materia quod sola confessio criminis facta in causa ciuiliter acta, quando ageretur criminaliter non sufficeret ad condemnationem, sed potest compelli reus vt perseueret in ea. ita concludit Abb. in capitul. Qualiter. el. 2. fina. verbis de accusa. sin intelligens Innocen. in capit. Per Inquisitionem. de elect.

A *Visse perpetratum.* Adde Bald. in autent. sed nouo iure. C. de ser. fug. vbi Cep. colum. 15. Ange. in l. 1. col. 2 ff. de confess. & in l. certum in princ. eo tit. Ang. Aret. vbi late Augusti. Arim. in tract. mal fi. in verbo, etiam vestem. n. 25. Hyppol. de Marsi. in l. 1. n. 32. ff. de quæstio. Eudo. Carr. in practi. crimi. fol. 237. secundum nouissimã impressionem Ioan. Ber. in regu. 124. Felin. in c. auditis. colu. 16. de prescri. Pari. de Puteo in tract. sindi. in verbo, *Confessio*, circa medium Tho. Gram. decisi. Neap. 2. nu. 38.

In crimine vero hæresis ex sola confessione procedi potest ad condemnationem, quia cum hęresis crimen mente concipiatur, & in animo lateat plerunque nõ potest aliter probari quam per propriam reorum confessionem Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episcop. & cleri. Nicola. Arelatanus in tra. de hęre. not. 2. Frã. Põzin. de lamijs. n. 52. & 70. *In Hęresis crimine ex sola confessione absque alia probatione nequiscõdemnari potest.*

Et quanuis hæc vera sunt, nihilominus tamen cum defensiones sint de iure naturali, vt in l. vt vim. ff. de iur. & iur. non obstãte propria confessione offerri debent reo defensiones, & si quid aduersus eam opponere voluerit, audiendus erit ne iniuste se damnatum conqueratur, nam contra propriam confessionẽ multa opponi possunt vt scribit Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 55. versic. sin autem reus.

Pœna ordinaria. Adde omnino B Andre. Tiraq. in tract. de pœnis causa. 53. numero. 1. cum seq. Anto. Gomez. 3. tomo. delictorum. c. 1. nu. 51.

Testibus conuictorũ.

CAPVT. CXXVIII.

1 Lai-

1 *Laicus in criminali causa cõtra clericum non admittitur.*

2 *Laicus an sit legitimus testis cõtra clericum in criminali causa, si veritas aliter haberi non potest.*

3 *Laicus legitimus est testis contra clericum in notorio crimine, nec non in criminibus simoniæ, hæresis, & Lesæ Maiestatis.*

4 *Corpore vitiatus, non potest in criminali causa contra clericũ testificari.*

5 *Clericus de crimine ciuiliter conuictus, an possit beneficio priuari vigore illius sententiæ nouæ inquisitionis formatæ.*

6 *Fama an probetur per laicos contra clericos.*

7 *Confessus & conuictus quo ad omnia non parificantur.*

8 *Clericus de delicto an duobus testibus conuinci possit.*

1 Licet circa numerum & integritatem testium nihil sit in causis criminalibus clericorum specialius requisitum, quam in alijs, quia tam in laici clericis Oppido sunt infesti, prouisum est quod
a laici in causa criminali non possunt esse testes contra eos, a vt in capitul. De cætero. de testibus. Quod procedit etiam cõtra clericum in minoribus, vt tenet Domi. in capit. Sicut sacerdotes 2. quæstio. 7. refert Felin. in dict.
2 cap. De cætero. in prin. Quod tamen limita nisi delictum, de quo clericus accusatur, esset commissum in loco, in quo non essent clerici secundum Abb. ibi, motum his de quibus per eum. Feli. tamen ibi credit, quod difficile ista limitatio obtineret, quia non valet simpliciter consequentia, Veritas haberi non potest, ergo testis inhabilis efficitur habilis, q: ia illud solum est in his, quę de sui natura ab alijs sciri nequeunt vt not. Inno. & Anton in capitu. tertio loco. de proba. Vbi etiam dicit, quod lex Canonica in criminali adeo resistit ne laici testificentur contra clericos, quod nõ videtur iste casus posse de nouo induci ex sola autoritate Abb. Et respondet ad fundamenta eius Videtamen Ias. in l. fina. in fi. C. de his qui vt indig. vbi sequitur limitationem Abb. dicẽdo, quod quando essemus in vna Villa in qua non reperitur nisi vnus clericus, tunc quia nec habitu nec actu delictum prosset probari per alios clericos, laici sunt idonei testes in subsidium. b Posset b tamen considerari pro Feli. contra Abb. & Ias. quod iste casus non est ex illis, in quibus habitu non possunt tales testes haberi, quia hoc videtur procedere, quãdo ex qualitate delicti, hoc est, in coniuratione vel alijs, quia doctores in hac materia loquentes, non ponunt exemplum nisi in coniuratione & similibus delictis, quæ excommuni sua natura solent clanculum perpetrari, non vero in his quibus ex natura loci in quo committitur delictum, non possunt alij testes inuenire. Alioquin in omnibus delictis commisis in desertis admitterentur testes inhabiles, quia ex natura loci non solent ibi homines nisi casualiter adesse. Sed quia, si opinio Abb. non seruaretur, esset dare ansam presbyteris, qui soli habitant in opidis rusticanis, vt

secure & impune plura committerent delicta, etiam præsentibus laicis, ideo crederem quod eius opinio seruari posset, habita prudenti consideratione per iudicē qualitatis, personæ clerici delinquentis, & testium, & delicti perpetrati. Et an ille clericus, alias sit inuisus aut gratus oppidanis illius loci. Et prædictam sententiam Abb. simpliciter referendo sequitur. Hyppoli. in l. Diuu. colum. 2. ad fin. nume. 9. ff. de quæstion. vbi multa ponit in proposito, scilicet quod vt veritas inueniatur quando ipsa aliter haberi nonpotest, cōceditur illud, quod aliter non concederetur, & propter hoc receditur a regulis iuris communis. Quod etiam fallit in
3 crimine notorio, probat text. quem dicit ad hoc Abba. optimū in capit. pen. de purg. canō. Item etiam fallit in criminibus exceptis, scilicet simonia, Hęresis, & læsæ Maiestatis. ita notat glo. in ca
4 pitu. Cum P. de accusat. in verbo laicus. Item mutilati mēbris, vel corpore viciati nonpossunt testificari contra clericum in causa
c criminali, c notat Abb. Antiquus in capit. 1. de except. refert Bald. in sua Margarita, in verbo mutilati, dicit perpetuo menti tenendum. Hyppolit in sua pract. criminali, in §. Nunc videndum. in colum penul. nume. 52. Aduerte tamen in ista materia quod conuicto clerico de crimine cum ageretur ciuiliter, lata sententia potest suus superior priuare illum beneficijs, v gore illius sententiæ, formata de nouo inquisitione, & assumpta illa sententia, tanquam inducente notorium, ita voluit Innoc. in capit. Qualiter. el. 2. de accusat. vt refert Abb. in fin. qui dicit cum hac sua sententia transire docto. communiter, qui tamen dicit aduertēdum, quia hoc dictum est periculosū, & refert Innocen sensisse oppositum in cap. per inquisitionem. de elect. Fama vero an probetur per laicos contra clericos, vide per Anto. in capi. In literis. colu. vlti. de test. Et pro intellectu materia huius c. & præcedentis, nota quod licet conuictus & confessus parificentur, vt notatur in c. At si clerici. de iudi. in princ. hoc intelligendum est quantum ad hoc vt perueniatur ad sententiam, non quo ad omnia. ita tradidit Card. ibi & de differentia cō stat ex his quæ notantur in cap. 2. de confess. & in c. 1. de test. loquendo in teste qui conuincitur de crimine tangente causam, aut qui illud confitetur. Nunquid autem clericus possit conuinci de delicto duobus testibus tantum? si credimus Paul. de Castro. in l. iudices. C. de Iudic. in fin. verbis videtur dicendum quod nō, scribit enim ibi, quod in criminali nō videntur sufficere duo testes sine alijs præsump. sed contrarium credo verius sequendo Card. in Clem. 1. §. Verum in 1. quæstio. de hæret. vbi concludit quod etiam in causa hęresis sufficiunt duo testes d propter ius generali- d
ter disponens q̄ in ore duorum, &c. Cuius opinionem dicit verā repertorium inquisitorū. in verbo testes in §. Per quos testes vbi allegat proea gl. no. in c. Præsul. 2. q. 5. quæ tenet q̄ contra Papam sufficiunt duo testes: e de qua e- e
tiam gl. meminit. Feli in c. Quotiens. de testib. in 1. col.

Contra

A *Laicus cõtra clericũ an esse possit testis.*

Contra eos. Vide text. in ca. laicos 2 q. 7. & in c. veniẽs in 1. de testi Spe. in tit. de teste. §. 1. versi. Itẽ quod est laicus Io. An. in ca. Prælatis. de hom lib. 6. Quæ sane opinio quo ad plenam aduersus clericum probationem intelligenda est testimonium laici indicium facit contra clericũ Abb: in c. de cætero. nu. 5. vbi Feli. de testi. Alex. in l. marit°. ff. de quæs. Hypp. sing 98 & in pract. §. diligenter. nume. 132. Folleri. d. pra. cri. pag. 539. Hypp. consi. 41. nu. 5. vol. 2. Caro. Ruin. consi. 158 colu 4. volum. 5. Roland. Valle cõ sil. 24 numer. 15. vol. 1. quæ opinioan vera sit differit diligentissimus noster Didacus Perez in l. 1. ti 3. lib. 1. ord. in glos magn. versi. laicus præterea. Quã opinionem sequitur Ioan. Crotus in tract. de testi. 3 par nu. 6. Camp. cod. tract. Reg. 98 fall. 3. quã opinionem communem esse testantur Rebuff. in tract. de reproba. testi. num. 328. Mascar. in tract. de prob. 3. par conclusi. 1359. numer. 51. Item non habet locum in laicis, integrę & bone famæ, in quibus cessaret siniſtra suspitio, ita tenet Andreas Siculus in cap. cum non ab homine. de iudi. quem sequitur Andræ. Alcia. ibi numer. 92. dicens esse diligenter notandum. Nec procedit cõmunis sententia quando de crimine agitur ciuiliter quia tunc potest laicus contra cleri um testificari hæc est communi. opinio vt fatetur Ferr. consi. 183. numero. 5. versiculo vltimo confirmatur. & Iulius Clarus. in pract. crimi. § final. quæstio. 24 versiculo. Præterea quæro. In quibus casibus & in cæteris ad tribunalia Ecclesiastica spectantia, Iudices Ecclesiastici censuris laicos adferenda testimonia, iuste compellere possunt textu. in capite ad nostram. in 2. & ibi not. Imo. numer. 5. de iure iuran. post Anto. ibi num. 6. & alios.

In subsidium. Adde omnino Alex. de Imo. consi. 64. numer. 8. volumi. 1. laso. in l cunctos populos in 2. lectione numer. 50. C. de Summ. Trin. Anton. in cap. tertio loco. de proba. Dec. consi. 133 colum. vlti. Hyppo. sing. 73. Thom. Gram. consi. 58 nume. 4. Hypp. consi. 41. numer. 5. volu. 2. Bosi. in tracta. delict. titu. de indicijs & consider. 170. B

In causa criminali. Vide text. optim. in capit. ipsi Apostoli. 2. quæst. 7. glos. in summ. 4. quæsti. 3. Abb. Feli & docto. in cap. 1. de excep. Hyppo. sing. 98. Dida. Perez. in l. 1. titu. 3. lib. 1. ordi. & hanc opinionem communem esse fatetur D. Episcopus Couarru. in practi. quæstio. capite. 18. numer 2. Quam tamen dicit nõ omnino veram esse, vel non ita intelligendam, vt ex aliquo corporis vitio, absque vlla animi labe. fidem cuipiam detrahamus, nihilominus tamen in practica, difficile esset contra communem obtinere, vt scribit Clarus vbi paulo anteallegaui. C

Duo testes. Adde quod hanc opinionem communem esse fatentur Mari. Soci. & Felin. in cap excommunicamus. in 1. numer. 27. de hęret. vbi. Ioann. de Ana. numer. 2 Boer. decisi. 341. Car. in tract. de hęr. numer. 126. Villadi. de hæret. q. 13 numer. 9 Siluest. in sũma in verbo Hæresis. 2. q. 4. D

In Hæresis crimine duo testes sufficiant.

Conr. Bru. li. 4. de hæret. c. 9. Albert. de agnoscendi. assertioni. q. 34. in prin. & in repeti. cap. 1. de hæreti. lib. 6. q. 19. n. 4. Alphons. Gerr. in thesauro religi. Christi. t. de hęre. nu. 20. D. Episcop. Iaco. Septi. in Chatho. inst. ca. 50. num. 3 & in Enchirid. ti. 34. nu. 4. Pala. Ruu. in allega. Hęresis. §. 13. Iuli. Clar. in pract. cri. §. hæresis. versi. habet etiam Ant Gab. in suis co. opin. in verbo testes duo. pa. 395 Bosi. in tit. de hæret. nu 4. Anto. Gom. lib. 3. vari. resolu. c. 12. nu. 9 Ioan. Rojas in sing. fidei. 165. n. 8. & seq. Quæ communis opinio ea innititur ratione, quia casus hic de cõdemnandis hæreticis duorũ testium, testimonio, non inuenitur, exceptus ab illa vulgari regula, in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Fatentur tamen omnes quod ad hoc vt per duos testes hęresis probari possit, debent esse integri, & omni exceptione maiores. capi. licet de testi. tradit Dec. consi. 429. Pala. Ruu. in allega. de Hæresi. §. 13. Nec cõquæri potest reus cum hæc probatio ligitima iudicanda sit, & in nulla defensionis facultas denegetur. Imo eius causa diligenter tractetur & ante eius condemnationem accurate omnia expendantur.

Sing. opinio quædã Host. interpretatur.

Hostiensis autẽ in Summ. de hær. §. qualiter deprædẽdatur. nu. 4. scribit crimen hæresis minime duobus testibus probari, sed tres vel plures requiri, quia nimis durũ videtur, probum virum duobus tantum testibus de tanto crimine cõdemnari. quam opinionem aduersus cõmunem sequitur Arch. Flo. in 3. par. suæ summę tit. 18. c. 2. §. 5 Conr. Brun. d. lib. 4. de hæreti. c. 9 Nicol. Aymer. in director Inqui. par. 3. quæst. 71. Ioan. Tabi. in summa in verbo, Inquisitor. num. 37. qui dicit Hostien. opinionem procedere de æquitate, commu- vero de rigore Albertin. de agnosci. asser. quęstione 34. numer. 5. scribens opinionem Hostiensi seruari in practi, & ea commun ter Inquisitores fidei vti, non vero communi opinione. idem Alb. in d. rep. capit 1. quęstio. 16. num. 12 affirmat opinionem communem sibi non placere, & opinionem istam tamquam æquiorem nouissime sequitur. Ioann. Rojas Valentinus in quisitor in tracta de hæreti. 2. part. 4. asser. nu. 103. quam declarat procedere, præterquam si reus accusatus esset improbæ famę & opinionis, vel alia adminicula contra eum vrgerent, quo casu communis opinio erit seruanda. Cum quidem in hæresis crimine testium depositiones non publicentur vt cap fin. de hęreti. lib. 6. quod Innocentij Sexti Pontificis Maximi constitutione decretum est, quæ incipit, cum negocium ibi. *Sane volumus, vt nomina, tam accusantium prauitatem hæreticam, quam testificantium super ea, nullatenus publicentur, propter scandalum, vel periculum, quod ex publicatione huiusmodi sequi possit.* Sunt tamen qui censeant, (vt obiter hoc dicam) decretum illud non esse Innocentij Sexti eo quod is Pontifex decem tantum modo annos vixit, & in dicta constitutione annus vndecimus sui Pontificatus sui refertur, nec minus fuit Innocentij Quinti, qui septem annos vixit, vnde ea constitutio necessario tribuenda est Innoc. Quarto qui per vnde-

Testes in hæresis crimine minime publicantur.

cim

cim annos in sede Petri præfuit, vt nouissime refert Fran. Pegn. in director. inqui. 3 par. Sch. 129. quâm extrauagantem referunt Reper. Inquisitorum in verbo, nomina versicu. nunc videndum est Petrus Paul. Pari. consil. 2. volum. 4. Nicol. Aymer. in directorio inquisitor. 1. par. in fine Iacob Septim. in Enchirid. inquisi. titu. 35. nume. 15.

Quod etiam diffinitum est Apostolica constitutione Pij Quarti Pontificis Maximi incip. cum sicut quæ continetur in Literis Apostolicis pro officio Sanctæ Inquisitionis pagin. 105. Hoc quidē antiquitus Biterrensi & Narbonensi concilijs fuit stabilitum in quorum primo ita scriptum est. *Illud autem caueatis secundum prouidam Sedis Apostolicæ voluntatem ne testium nomina signo, vel verbo aliquo publicentur.* Ex quo affirmandum videtur quod non solum testium nomina manifestari non debent, sed nec circunstātiæ ex quibus reus percipere possit qui testes contra cum deposuerint, vel qui eum denunciauerint idque censeo vocari *Signum* ibi. Et quā uis Bonifacius Octauus in capit. fin. §. cessante de hæreti. in 6. asseuerat testium & accusatorum nomina in hoc crimine, sicut in alijs publicari, dummodo fiat sine metu alicuius periculi, hodie vero semper tale periculum iuste timetur vt ea publicatio non fiat. Quod si accusatus hoc petieritau diendus non est, vt iurisconsulti Auinionenses, in facti contingentia interrogati responsum præstiterunt, in quibusdam dubitationibus in causa fidei quæstione 3. Fateor tamen quod dicta testium reo ædenda sunt, vt se defendat, nomina vero vt prædiximus sunt suprimenda, & ita receptum est, fuit etiam hoc statutum in instruct Hispa. an. 1484. & in alia Mantuc Carpentan. vulgo *Madrid.* Anno. 1561. cap. 13.

Sed silintio prętermittendum non est, vtrum ex causa eiusdem periculi in quo dicta iura innitū tur in alijs criminibus prętercquā in hæresis possint iudices ecclesiastici denegare accusatis testiū nomina & videtur asseuerādum quod sicquia cum eadem vrgeat ratio eadem esse debet iuris dispositio. l. illud. ff. ad legem Aqui. l. â Titio ff. de verb. obliga. & in terminis ita scribit noster Grego. in l. 11. tit. 17. par. 3. in verbo, *Conducho tomado.* Sed decipitur in hoc vir egrægius, nam nulla ratio ita vrgens nec aliquis fauor, ita vrgere potest ad denegādam hanc publicationem, sicut in dicto hæreseos crimine, vt scribit Dom. & Doctores in dict. ca. fin. §. iuuemus, & Abb. in cap. prætcrea. num. 7. de sponsali. Roma. in sing. 364. Hyp. in l. de vno quoque num. 61. ff. de re iudi. Carr. in tract. de hęret. num. 121. D. Redin. de maiest. Princip. in ver. *Sed etiā per legitimos tramit.* num. 113. licet Gregorius. in dicta. leg. partit. pro opinio. contrario falso allegat.

Contra Greg. Lopez

Videtur igitur vt ad institutum redam asseuerandum testes quorum nomina non publicantur, non esse respectu rei omni exceptione maiores, cum non possit accusatus aduersus eos aliquid obijcere, cum eorum nomina ignoret. Non tamen me prętcrit quod superioribus nō vulgariter

Testes nō publicati in crimine hæreseis plene probant.

reffragatur dicta Extrauagans Inn. Sexti, vel potius.

Quę dictis testis non publicatis, plenam fidem adhibendam esse præcipit ibi. *Et adhibeatur dictis huiusmodi testium nihilominus plena fides.* Quod ex eo cõtingit, quia ipsi Inquisitores exproprio eorum munere, vitam, & mores testium diligenter inquirere debent, vt tradit Ioan. Rojas in singula. fidei sing. 208. Ideo sapientissimis & integerrimis hęreticæ prauitatis Inquisitoribus, quibus cura huius rei demandata est iudicandum relinquo, pium tamen esset nisi sinistra suspitio accusati aliud suaderet ab Hostiensis opinione non recedere, & post hæc scripta legi idem tenentem Fran. Pegñ. virum benecruditum in directorio inquisit. 3. part. Schol. 126. pa. 244.

F *Sufficiunt duo testes.* Adde Abb. in cap. quoties. in prin. & in cap. super eo. in 2. num. 2. & in c. licet vniuersis in prin. de testi. & in capit. tertio loco. num. 6. de probationibus. & in ca. at si clerici. nume. 3. de iudi. & in cap. cum esses, numer. 16. de testam. & in ca. per tuas. vbi Felin. de maior. & obedi. & in cap. 1. num. 5. de procu. Anto. Corse. in sing. incip. Papa potest. Dec. consi. 100. Villal. de hæreti. quæstio. 13. num. 9. Alber. in dict. capit. 1. quæstio. 16. nume. 8. de hęre. lib. 6. Bossi. in practi. titu. de hæreti. num. 5. & ti. de confess. in prin. Antoni. Gab. in loco iam allegato. Requitur tamen quod dicti testes, sint integræ fidei, & cõditionis, hoc quidem necessarium est in testibus, qui in criminali causa cõtra Episcopum produçuntur capi. accusatio Episcoporum. cap. testes. 2. quæsti. 7. cap. vltim. 2. quæstio. 5. Conci. Trid. Sessi. 13. ca. 7. de reforma. statuens quod si odio, vel temeritate, aliquid deposuerint, grauissimo pœnarum supplicio sunt plectendi.

d

Et antequam ab huius capitis Scholijs recedam, illud non prætermittam quod iudices Ecclesiastici, diligenter cauere debent, ne in criminalibus causis, ex summaria informatione, ad proferendã sententiam diffinitiuam procedant, etiam si accusatus consensum præstiterit, vt detur tanta fides testibus, sicut si in plenario iudicio fuissent producti. Et potissima ratio est, quia in his causis non potest, in probatorio termino suis defensionibus renunciare glo. celebris in l. pactum inter hæredem. in verbo, cum liceat. ff. de pact. hęc sane renunciatio, cũ tendat in præiudicium personę, vel status, non potest firmitatem obtinere. arg. tex. in l. liber homo. ff. ad legem Aqui. & ita interminis opinionem istam tenet D. Redin. de maiesta. Princip. in parte. *Sed per legitimos calumni. limites.* numer. 114. Petrus Auenda. resp. 11. nu. 5. Rojas in sing. 203. Petrus Dueñ. in reg. 23. limit. 1. quam opinionem communem esse fatentur Anton. Gom. 3. to. vari. resolu. cap. 13. num 33. & nouissime D. Paz in pract. 1. to. 5. partis. §. 9. nu. 4. Quæ communis opinio verissima est, & procedit quãdo ex crimine esset infligenda pœna corporalis, vel infamiæ. At si non esset infligenda, nisi pœna pecuniaria, vel alia quæ non induceret infamiam, non esset loçus communi opinioni Imola.

In criminalibus causis ad sentẽtiã deueniendum non est, nisi testes plenario iudicio fuerint reproducti nec rei consẽsus in contrariũ valet qui nec probatorio termino, aut suis exceptionibus potest renunciare.

inl

in l.custodias.de pub.iudi.& doctores supra allegati.

Ab ingressu Ecclesiæ interdici.

CAPVT.CXXIX.

1 *Is cui Ecclesiæ ingressus est interdictus, celebrans, quando irregularis efficiatur.*

POena ista minor est pœna suspensionis ab officio, quippe cum solum in Ecclesia prohibeat eum qui patitur illum, in officio
1 suo agere. Et is cui sic est Ecclesię interdictus ingressus, cum sibi censeatur in ipsa celebratio diuinorum interdicta, irregularis efficitur si contra huiusmodi interdictum diuinis in ea se ingerat, in suo agens officio sicut pri' vt sunt verba tex. in capit. Is cui de sent. excommu. libr. 6. Quod procedit in tantum, quod etiamsi celebret in Ecclesia non consecrata quæ proprie dicitur basilica, est irregularis, vt notat Domi. ibi referendo Calder. & idem tenet Sylvest in verbo interdictum lib. 6. §. 5. in sua summa. Si autem celebrat non in ecclesia, sed in oratorio stricte sumpto, itaquod non sit Ecclesia, tunc non est irregularis. vt no. Domi. ibi referendo eundem Calde. Interdictus tamen ab ingressu ecclesię vnius, poterit in alia celebrare, vt tenet gloss. in cap. Is cui verbo, in ea. de senten. excommuni. libr. 6. & suspensus ab ingressu ecclesię, si celebrat extra ecclesiam non est
a irregularis, a notabile est dictum Innocen. in ca. Sacro. de senten. excomu. super glos. verbo. mensem. quem sequuntur plures doctores, quo modo ibi refert Feli. colum. 2. nu. 7. Item nota, quod si is, cui est interdictus ingressus ecclesiæ administrat sacerdoti in missa intra ecclesiam, puta vt Diaconus offerendo calicem in altari, vel vt Subdiaconus porrigendo diacono hostiam, & calicem in ordine, incurrit etiam irregularitatem secũdum. Domi. ibi. Quę omnia etiam ibi refert & sequitur Philip. licet breuioribus verbis An autem liceat ei cui est interdictus ingressus ecclesiæ intrare illam audiendi diuina officia, b b vel orandi, seu transeundi gratia: vide per eos ibidem, quorum dicta referre non curo. Statuit prętera tex. in dict. c. Is cui. quod si talis clericus dicto interdicto durante decedat, non debet in ecclesia vel cæmeterio ecclesiastico sepelliri, nisi pœnituerit. Ex quo mihi visum est semper quod in hoc vltimo tex. loquitur, quando clerico imposita est talis pœna propter contumaciã, vel quandiu satisfactionem quam præstare potest impendit, quando vero in pœnam criminis, cum iam pœna morte finita sit, crederem tũc eum sepulturæ tradendum ecclesiasticæ. c

NOn *est irregularis.*] Adde A glo. not. istam opinionẽ tenentem in cap. is cui. de senten. excommu. li. 6. & in capite. vltim. de offic. ordi. eo. libro. quam opinionem communem esse testatur insignis Couarru. in capit. Alma mater. 2 par. relecti. §. 1. nume. 3. de sen-

tent. excomm. lib. 6. quæ probatur in c. præsenti. 5. q. 2. Poterit etiam is cui ecclesiæ ingressus interdictus est iurisdictionem ecclesiasticam exercere etenim ea suspensus non est. gl. memorabilis in cap. sacro. in verbo, interdictum, de senten. excommunica. quam Doctores, ibi sequuntur Abb. in cap. ab excomm. colum. 4. de rescrip. Miles in reper. in verbo, suspensus.

In cui ingressus Ecclesiæ interdictus est, iurisdictionem ecclesiasticã potest exercere.

B *Diuina officia.* Nõ quidem is cui ecclesiæ ingressus interdictus est ingredi ecclesiã eo tempore quo sacra munera celebrantur potest, sed alio tempore licet orandi causa ita tenet Calderi. in tract. de eccles. interdict. membro. 2. versi. nunc quæritur. Archidiac. Dom. & doctores in dict. cap. 15. cui. Non tamen irregularis iudicandus est, licet audiat diuina solennia. c. is qui de sent. excomm. in 6.

Cui interdict⁹ est ingressus Ecclesiæ ingredi potest quando diuina munera non celebrantur.

Sepulturæ tradẽdum Ecclesiasticæ

C Vide egrægie Dom. Couatruu. in dict. §. 1. qui quomodo hæc autoris nostri opinio intelligenda sit optime declarat.

Suspendi.

CAPVT. CXXX.

1 *Suspensio si imponitur propter crimen monitio necessaria non est, secus si pro contumacia.*

2 *Differentia elegans inter suspẽsione quæ infligitur propter crimen, vel propter contumaciam.*

3 *Suspensus ab officio, an ab beneficio suspensus intelligatur.*

4 *Suspensus a iudice de facto celebrans irregularis efficitur.*

5 *Suspensio alia temporalis, alia perpetua.*

6 *Quæ crimina digna sint suspensione, iudicis arbitrio relinquitur.*

7 *Iudex suspens illum, qui est suspensus à iure in dubio ab homine suspensus non præsumitur.*

SVspensio est vna de ecclesiasticis cẽsuris, vt probatur in c. Querenti. de verb. signi per quam interdicitur officium, vel exercitium competens alicui personæ ecclesiasticę, quæ interdictio aliquando â iure, aliquando â iudice fit. de qua vtim a suspensione (hominis videlicet) nobis ad prę sens est sermo In qua quidem inferenda iudex aduertere debet, 1 quod si imponit eam in pœnam delicti monitio non est necessaria, licet alias quando fertur pro contumacia, non debeat ferri sine monitione, sicut neque excõmunicatio secundum Abb. in capit. Reprehensibilis, de appella. post Innocen. in cap. 1. de excess. lib. Prælat. Et idem notat Cardin. in Clemen. fin. de pœnis. versic. Quod si, & idem tenet Sylvest. in summa, in verbo suspensio. § 4. Et quod propter delictum possit inferri suspensio, probant iura in cap. Tam literis de testibus, & in cap. In loco. 5. quæstio. 4. secũdum Abb. vbi supra, & vide aliã notabilem differentiam, in hoc quod suspensio fiat propter crimen, aut propter contumaciam: nam primo casu prouidendum est suspenso â beneficio, ne cogatur mendicare. Secundo vero non, cum ipse possit sibi prouidere satisfaciendo. Itã notat Abb. in cap, Pastoralis in. §. Verum columna. penultim. de appellat. sic intel

intelligendo glos.in capi. Cum Vintonienſis.de elect. Debetpræterea iudex aduertere,quod aliquando oportebit ſuſpendere delinquentem ab omni ordine, vel ab vno tantum,aliquando etiam ab ordine & beneficio ſimul,aut â beneficio tantum conſiderata delicti qualitate & ordinis inquo exceſsit.Si autem ſuſpenſio fiet ſimpliciter ab ordine, illa intelligitur ab omni ordine, & ſi ſit ſuſpenſus ab ordine Subdiaconi,intelligitur ſuſpenſus ab omnibus ordinibus ſuperioribus. Secus autem è contrario: quia ſuſpenſus ab ordine ſacerdotali poteſt exercere officia infe-
3 riorum. An autem ſuſpenſus ab officio intelligatur ſuſpenſus â beneficio,vide glo.nota.in dict. Clemen.fin.de pœnis.in verbo, Suſpenſi.& ibi Cardi.in eundem in Clementin. 1. de priuileg. in verſi.Cæterum.in 7. quæſtio. cũ duabus ſequent.Imol.in capite. Cum dilectus. de conſuet. 8.colum.aliqua notanda per Præpoſi.in cap. Presbyterum. 28. diſtinct.in 2.& 3 colu. Et vide bonam diſtinctionem per Sylueſt. in verbo Suſpenſio.in §. 5.verſ. Si quis eſt ſuſpenſus, quã tranſcribere nolo. In hac inſuper materia ſemper conſulo iudicibus, vt in ſententia vel præcepto ſuſpenſionis aperte declarent â quibus ordinibus vel actibus,vel beneficijs intendant ſuſpendere clericum,quia cum conſtat devoluntate iudicis,illa ſeruanda eſt. Vnde concludit Abb.poſt. Anto.in dict.c.Paſtoralis.§.Verum. col.fi.de appell.q̃ ſi iudex quando ſuſpendit aliquẽ a beneficio
4 intendebat inhabilitare eum ad omnia beneficia, tunc ſententia porrigit effectum ſuũ extra territorium iudicis,licet executio debeat fieri per iudicem territorij Si vero ſimpliciter intendebat ſuſpendere a beneficijs quæ habeat in ſuo territorio,tũc procedit glos.in dict. §. Verum.quia
4 taliter ſuſpenſus poteſt alibi habere beneficium. Effectus autẽ ſuſpenſionis factę a iudice eſt, quod celebrans durante illa in ordine a quo fuit ſuſpenſus eſt irregularis. vt not. Ioan. And. & doct.in capit.Si celebrat.de cleri.excommu.miniſt.& Domi. & Philip.in ca.1.§ fin.in fi.de re iu. lib.6.Ideo monendi ſunt clerici dum ſuſpenduntur,ne celebrare audeant ſuſpenſione durante. Tãta eſt enim plurium imperitia,vt credant ſolum iudicis præceptũ violare ſi celebrent non vero pęnã irregularitatis in currere. Suſ
5 penſio præterea aut eſt temporalis,aut perpetua. Temporalis nõ operatur vltra tempus præfinitum,& eo lapſo tollitur ſine alia abſolutione. Perpetua vero aqui paratur depoſitioni, vt notatur in cap. Si quis. 83.diſtin. vbi Domi.quem ad hoc refert Decius in capi. Apoſtolicæ.col.pen.verſi.ſecundo.Abb.de exceptio. & vide Immo in ca.Cũ dilectus.de conſue.8.colu.qui referẽdo Gaſparem Calde dicit quod ſuſpenſio perpetua ab officio habet vim priuationis,& tunc taliter ſuſpẽſus cenſetur priuatus beneficio ſecundum eum. Ex quo videtur dicendum quod per talem ſuſpenſionem ab officio, videatur beneficium vacare,vt poſsit fieri prouiſio de eodem. Et ſic ſuſpenſio perpetua nõ debet impo-

ni

6 ni nisi pro graui crimine, sicut de depositione dicitur in cap. Tuæ. de pœnis. Quę autem crimina sint suspensione digna, licet Anton. in cap. At si clerici. de iudi. vsus fuerit dare regulam. Abb. tamen ibi, in colum. 11. dicit quod nō potest dari certa regula. sed iudex informauit motū animi sui ex casibus a iure expressis vt in illis, & similibus imponat pœnam suspensionis, & sic secundum eum cōmitiur hoc arbitrio superioris: quod ibi sequitur And. Sicu. co. 28. in fin. De suspensione vero iuris nihil referre libet, sufficiat videre Syluest. in dict. verbo Suspensio. in. §. 6. vbi colligit. 40 casus in quibus quis incurrit suspensionem a iure. Vnum in super nota in hac
7 materia, quod si Iudex suspendat illum qui est suspensus a iure, non præsumitur in dubio suspensus ab homine, qui præsumitur quod Iudex voluit in dubio exequi pœnā iuris, non vero nouam suspensionem infligere, vt notat Didacus de Villadiego in tracta. de irregularitate. in cap. de suspensione, in col. 1. referendo Abb. in ca. Tuarum de Priuileg.

A *Suspensio.* Vide latissime pro ampliſsima huius capitis materia vltra ordinarios interprætes Pa. Borga. de irregula. sexta par. ca. de sēten. suspensionis Simo. Maio. eodem tracta. lib. 3. cap. 19. Martin. Nauarr. in manuali. confessor. ca. 27. nu. 151. cum multis sequen. D. Episcop. Couarr. in Clemen. si furiosus. 1. par. §. 1. num. 1.

B *Excommunicatio.* Adde tex. in. c. sacro. & in cap. contingit. in. 2. de sen. excommu capi. consuluit. de offici. delega. cap. de illicita. 24. quæst. 3. ca. inter quatuor de maiorita. & obedi. Quæ monitio personalis esse debet eo qui mi. in poss. sicuti responderunt Innoc. Coll. Abb. & doct. in cap. vlt. de Præposi in cap. caueant. 3. quæst. 9. Fel. in cap. cum sit Romana. n. 13. de appella. Rota in nouis decisſion. 271. & 367. & latissime An. Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 9. gloss. 2. nu. 4. Dom. Couarru. inca. Alma mater. 1. par relecti. §. 9. n. 4. de sent. excommu. in. 6. tradidi ipse ad Ioan. Bernar. in regulis & fallen. reg. 265. & reg. 554. vbi quatuor limitationes constitui.

A beneficio. Vide latē Boni. de Bitali in Cleme. cupientes de pœnis Nicol. Boeri. consil 21. & latissime nostrum Gregor. in. l. 17. ti. 9. Part in ver. *El derecho.* C

Est irregularis. Adde quod adhoc vt suspensus efficiatur irregularis non est satis sufficiens suspensio illa quæ fit â solo Deo propter peccatum mortale. c. vltim. de vita & honest. cleri. Nec item sufficit suspensio quæ fit a sacerdote confessario, in animæ iuditio, vt tenuit Inno in cap. si celebrat. de cler. excomm. minist. Gonsal. a Villadiego de irregula. colum. 8. Sed est omnino necessarium, quod suspensio fuerit a iure, vel ab homine iudice, in exteriori foro, propter delictum, quo ad se & quo ad alios inflicta, sicuti tradiderunt Inno. Ioan. Andr. Abb. & omnes in dict. cap. si celebrat. de cleri. excommun. minist. Deci. consi. 141. ad finem. D

Beneficijs priuari.

Caput

CAPVT.CXXXI.

1 *Clericus non nisi propter crimẽ graue, suo est priuandus beneficio.*
2 *Pœna priuationis à beneficio nõ potest imponi nisi à iure exprimatur.*
3 *Per sententiam latam super crimine non cẽsetur quis priuatus beneficio, nisi hoc in sententia exprimatur.*
4 *Iudex delicti potest priuare delinquentem beneficio, quod alibi habeat.*
5 *Clericus, qui beneficio priuatur an ad fructum restitutionem teneatur.*
6 *Clericus ad restitutionem fructuũ condemnatus: perceptos tantum non vero qui percipi potuerint, restituere tenetur.*
7 *Inferior à Papa, vt legatus vel Episcopus, cum causa potest inhabilitare aliquem, ad beneficia etiam in perpetuum.*

QVM enim beneficia ecclesiastica stipẽdia sint ministrorum ecclesiæ, & hos deceat honestos ac mundos esse, merito quidem canonica iura sanxerunt facinorosos ac improbos clericos beneficijs priuandos fore, a vt probis viris concedantur, qui quadecetvitæ puritate ministrent. 1 Vnũ tamen aduertere debent Iudices quod beneficio non debet priuari clericus, nisi crimen sit graue text. est in cap. Inuentum. 16. q. 7. quem dicit notabilem Abb. in cap. Tuæ de pœnis & esse bonũ 2 text. in cap. 1. num 2. de iudi. Pœna insuper priuationis â beneficio non potest imponi a iudice nisi exprimatur à iure, per glos. quam ibi reputat singula. Abb. in cap fin. de iure patro. & in capi. Cum vos. de offi. ordi. Et in §. Cũ igitur, in authen. de non eligen. secun nuben. vbi est tex. singul. secund Bal. in auct ex testamento. C. de collatio. & ita tenet Bar. per prędicta. in cap. Nouit. de iudi. in colu. 45. versi. Tu pondera. Et vide etiam Domin. in ca. Quo iure. 8. distin. colu. vltim. vbi dicit quod nullum crimen inducit priuationem ipso iure, nisi sit iure cautum. Quod refert Felin. in c. Querelam. de iureiuran. in colum. 2. & in capit. ex parte. lo. 1. col. 1. de rescrip. vbi etiam plura allegat in proposito præcedentis conclusionis. Plura etiam cumulauit Tiraquellus in repet. l. Si vnquam. C. de reuocandis donationibus. in glos. in verbo reuertatur, in nume. 206. & in dub. sequent. Item nota quod per sen 3 tentiam latam super crimine nõ est quis priuatus beneficio, nisi hoc sentẽtia exprimat, notat Innocen. in cap. Qualiter & quando. el 2. in glo. super verbo diminutionem. de accusa vt refert Rota in collectis per Bernardi. de Bisgneto, in tit. de sent. & re iudi. in decis. fin. in fina. verbis. faciat etiam quod Bal. in l. Cũ fratrem. C. de his quib. vt indignis, voluit sentire, quod si fuit sententia lata super homicidio, & de beneficio nihil fuit dictum, quod non posset impetrari tanquã vacans, quem ad hoc refert Ioann. de Anan. in capit. fina. colum. 1. de homic. Vidé tamen Abb. in c. Inter dilectos, del excess. præla. prope fin. vbi ex verbis Inno. ibi notat, quod condemnatus de aliquo delicto per sententiam, censetur

setur priuatus ipso facto beneficio suo intelligendo secundum cũ quando crimẽ erat tale quod inducebat priuationem beneficij, vel quando irrogabat infamiam ipso facto, nam sufficit quod condemnetur, licet pœna non exprimatur in sententia, quia illa intelligitur posita autoritate iuris pro quo allegat. l. 1. ad Turpilia. & alia iura. facit ad hoc quod vbicunque quis incurrit ipso facto pœnam priuationis beneficij potest absque alia sententia beneficium conferri alteri. proba. tex. in cap. 1. & not. ibi Dom. ex eo, in colu. 4. in 5. Sacri de homi. in 6. qui generalius ibi tenet in col 6. versi. quæro quare, quod omnia iura canonica & ciuilia quæ dicunt ipso iure, vel ipso facto aliquem puniri confiscatione bonorum, vel alia pœna quacunque debent intelligi, vt sufficiat declarare vel pronunciare illum talis criminis esse culpabilem, & locus erit dictis pœnis iuris, etiam si in sententia non exprimantur, idem tenet Abb. in c. peruenit. el. 1. de appel. quem refert & sequitur Felin. vbi alia dicit in proposito. in cap. 1. col. 12. num. 6. de consti. Et illud dictum Domi. cõmendat idem Felin. in c. 2. colu. 1. nume. 2. de sponsa. Et aduerte quod iudex delicti non solum potest pronunciare super delicto, sed potest priuare delinquẽtem beneficio quod habet alibi. b ita notat Car. in Clemen. Pastoralis. versi. Denique in 2. quæst in fin. de re iudi. Si tamen clericus inter ra ecclesiæ suæ inculta, industria sua & laboribus siue expensis plãtauit vineam seu reduxit ad culturam causa suæ sustentationis, licet priuetur postmodum beneficio propter delictum, relinquitur sibi illa terra vsque ad viam suam, notat Abba. post Innoc. in cap. fin. de pecun cleri. & ibi Barba. colum. 3. An autem clericus qui priuatur beneficio teneatur ad restitutionem fructuum, vide Paul. de Castro in l. 1. C. de his qui. vt indig. vbi per text. vbi per tex. ibi referendo Guli. de Cuno. dicit quod si clericus committit delictum, propter quod possit priuari beneficio, licet habeat ius in re quousque sit priuatus, postquam tamen est priuandus, tenetur restituere fructus quos percepit â die commissi delicti, vel percipere potuit, siue extent siue sint consumpti, & siue sit effectus locupletior, siue non. Sed Guliel. ibi non loquitur in clerico, sed in vassallo conmittẽte felloniam. Et hanc opinionem Pauli sequuntur Salic. Alexan. & Ias. ibi, quam etiam conclusionem inter sua singularia annumerauit Hyppo. singul. 525. Clericus qui commisit, pro ea tamen nihil aliud, allegat nisi aliquos ex dictis doctoribus in dict. l. 1. Idẽ etiam tenent Bald. Angel. & idẽ Paul. in l. prædonis ff. de petit. hæred. & Roma. in l. Diuortio. ff. solut. matrimo. Henric. in ca. Cum nostris. de concess. prẽb. Et prædictã sententiam Angeli in dicta. l. prędonis celebrat pro notabili Hippoly. in singula. 268. Verus possessor, nihil aliud nisi Angelum referendo. Et hanc etiam conclusionem videtur sequi Decius consi. 118. Viso instrumento colum 1. referendo doctor. in dicta. l. 1. & Angel. in dict. l. prædonis. Contrariam tamen sententiam

tenet

tenet Cardi. in Clemen. Constitutionem. § Cęterum. in fin de elect. Philip. Corneus in d. l. 1. C. de his qui vt indignis. 1. colum. & Felin. in cap. De quarta. In column. 10. de præscrip. vbi per septem fundamenta hoc putat esse verius, & respondet ad fundamẽta in contrarium adducta. Nouissime autem vide ægregium doctorem nostrum Hispanum Anton. de Burgos in capit. Ad nostram. de emp. & vendit. in columna. 11. versicu. Venio modo. vbi dicit quod licet alias solebat comprobare illam sententiam Felic. tamen quod tunc diligentius considerando tenet contra eum & sustinet opinionem contrariam, & satisfacit ad fundamenta Felin. & dicit quod nullo modo cõcludunt eius dicta, nisi dum allegat quandam decisionem Rotæ, cui ipse respondet parui pendendo eam. Et quia videtur esse communior opinio cum Paulo, & suis sequacibus in dict. l. 1. ideo illam tenendam censeo, quamuis in clerico qui post commissum delictum propter quod priuatur. sem per perseuerauit seruiendo in ecclesia vbi beneficium habebat, crederem ipse benigniorem & æquiorem opinionem Felin. & aliorum, quod tunc solum talis damnaretur ad restitutionem fructuum â die propositæ contra eum accusationis, vel formatæ inquisitionis, nisi quando delictum induceret priuationem ipso iure, vt in crimine hæresis & simoniæ, vt supra dictum est suo loco, & in alijs quinque casibus, videlicet in capit. Fœlicis de pœn. lib. 6 & in Clementi. Multorum. de pœn. & in capit. Eum qui. de præben. lib. 6. & in cap. 1. de hom. lib. 6. & in cap. Ad falsariorum de cri. fal. Quia tunc clericus indistincte posset condemnari ad restitutionem fructum â die commissi delicti. c & isto modo potest intelligi doctrina Bald. in titu. de pace iura. firman. in vsi. fæu. in §. Iniuria. versic. Quæro an committat furtum. dum tenet quod recipiẽs fructus beneficij, qui priuatus est iure, committit furtum. Crederé 6
præterea in hoc proposito posse dici (saluo meliori iudicio) quod quando clericus propter crimen damnatur ad restitutionem fructuum, quod damnabitur solum ex quadam æquitate ad restitutionem perceptorum, non autem eorum, qui percipi potuerunt. satis est enim, si ecclesiæ cui applicandi sunt, clericus restituat fructus quos percepit, quamuis illos consumpserit, sine eo quod tam stricta exactio fiat abeo, sicut si spoliasset aliquem illo beneficio, & essent restituendi fructus spoliato insimul cum beneficio. Item 7
nota in materia huius cap. quod inferior â Papa vt Legatus vel Episcopus potest cum causa inhabilitare aliquem ad beneficia, etiam in perpetuum per statutum vel sententiam, vt notat gl. quam ad hoc ibi dicit singularem Ioan. de Immo. in Clementi. 2. de vita & honest cle. in verbo inhabilis. qui etiam refert Anton. dicentem quod tunc ipse inferior posset cum tali irregularitate ad beneficia dispensare. Vide tamen Felin. capit Postulasti. columna. 2. versicu. Et adde. de foro competet. vbi intelligit prædictã gl. tali modo ꝙ Legatus vel Episcopus non potest inhabilitari ita vt

opere-

operetur alibi, ex quo videtur quod illa inhabilitas non nocebit clerico extra prouinciam legati vel diœcesim episcopi, quod sub intelligit idem Felin. vbi inhabilitas fuit posita in materia arbitraria vltra ius, secus si iuris autoritate, quod non habet in se dubium, qui tunc non est Legatus vel Episcopus qui inhabilitat, sed declarat illum incurrisse inhabilitatem iuris, & tunc sicut ius ligat vbique, ita declaratio nocebit vbique.

A *Beneficijs priuandos fore.* Adde omnium latissime Petrum Rebuff. in pract. 3. par. de modis amittendi bene fin. vbi late differit totam huius capitis materiã, scribit quę eos casus, in quibus quis ipso iure sit beneficijs priuatus, vel per sententiam priuandus sit.

Quod habet alibi. Adde quæ tra
B dit Bosi. in tract. delictorum. ti. de bonorum publi. nu. 64.

C *A die comissi delicti.* Omnino D. Episcopum Couarru. in 4. li. Decretali. 2. par. ca. 6. §. 8. nume. 7. & quę scripsi supra in verbo homicidæ.

Bonorum publicatio puniri.

CAPVT. CXXXII.

1 *Bonorum publicatio duplex est.*
2 *Pœna priuationis bonorum, rarissime in iure Pontificio cõtra clericos reperitur statuta.*
3 *Iudex ecclesiasticus, an possit contra clericos amissionis bonorum pœnam inflingere pro delicto, pro quo laicus ea pœna esset puniendus.*
4 *In generali bonorum confiscatione, an omnia bona generaliter sint publicanda.*
5 *Publicatis bonis alicuius clerici, an in confiscatione veniat ius patronatus.* 4
6 *In publicatione generali bonorum peculiũ castrense, aut aduentitium, vel profectitium, an sit publicandum.*
7 *Bona clericorum confiscata, cui debeant applicari.*

PRæmisso prius quod bo 1
norum publicatio est duplex, vt placet Oldra. in consi. 17. incip. Thema tale est, quidam clericus, sub tit. de for. compet. in col. 3. Nã quædam est extraordinaria, id est in casu non expresso in iure, sed ex iudicis potestate, & ista concedi tur Illustribus in summa potestate positis, & de hac loquitur lex. C. ne sine iussu prin liceat consi. l. 1. Alia est ordinaria, id est in casu â lege permisso, vel ex Regni consuetudine generaliter, & ista fit per quemcunque iudicem habentem merum Imperium ratione terrij, & non per aliũ: quatori confiscatio ratione iurisdictionis, & iurisdictio territorio adhęret. vt C. vbi & apud quem l. fin. Pœna publicationis bonorum rarissime legitur statuta in sacris 2
canonibus contra clericos, quia forsam conditores canonum cupientes magis emendare clericorum personas, quam in eorũ bona sæuire, habebant præ oculis verba illa Iustiniani quæ ad Tribonianum scripsit in Auct. de mãdatis

datis Principium, dicens: Oportet autem te in hoc omnem ponere prouidentiam cum aliquis dignus apparuerit pœna, illum quidem punire, at res eius non contingere, sed sine res eas generi & legi, secundum illum ordinem. Non enim res sunt que delinquunt, sed qui res possident. Posset pręterea alia ratio ad hoc assignari: quia cum considerarẽt antiqui illi Patres bona clericorum intuitu ecclesiæ acquisitorum ad easdem ecclesias pertinere, adeo quod de illis testari non licebat clericis, superfluum existimabant bona clericorum propter scelera proscribere, cum essent applicanda ecclesijs ad quas iam prædicta ratione pertinebãt Nunc autem postquam inualuit
a consuetudo a testandi creuitquê clericorum insolentia simul cum diuitijs & copia bonorum, adeo vt non satis videatur solis canonicis pœnis corrigere eos, merito possit in dubio referri, an iudices ecclesiastici imitando leges ciuiles possint clericos punire pœna amissionis bonorum pro delicto, pro quo laicus esset
3 puniendus eadem. Et in hoc Anton. in cap. Quia diuersitatem. de concess. præbend. ex gloss. notat, quod vbicunque ex aliquo delicto laici veniunt confiscanda bona ipsius, videtur quod ex delicto clerici tunc fiet confiscatio camerę Diœcessani, non autem ad cameram fiscalem laicorum, quam refert Imo. ibi in columna 4. dicens quod in hoc videtur considerandum, an ius ciuile astringat clericum, vel eius dispositio generalis extendatur ad eum de quo dicit recurrendũ ad ea, quæ consueuerunt dici in cap. ecclesia sanctę Mariæ de cõstit. & in capit. quod clericus. de for. comp. quem Feli. refert in c. Irrefragabili. §. Cæterum. de offic. ordin. Quod si solum considerandum est, videretur dicendum aliquibus, quod cum leges priuantes aliquos hæreditate sibi delata, compræhendant clericos, in aliquibus casibus: vt supra probauimus in verbo, Instituti hęredes. Sic etiam leges priuantes delinquentes suis bonis comprehendant eosdem: cũ nõ videatur ratio diuersa in vtroq; casu. Sed in hac quæstione ego aliter dicendum crederem, imõ quod leges inferentes pœnâ publicationis bonorũ clericos non comprehendant, quia non sequitur, lex quæ priuat accomodantem tacitam fidem. vel non adimplentem voluntatem defuncti, vel non petentem tutorem pupillo hæreditate, vel successione comprehendit clericos: ergo eodem modo ligabit lex inducens publicationem bonorum. Nam in primo casu leges illæ sicuti clericis detulerunt hæreditatem aliorum, ita potuerunt imponere eis conditiones, & solennitates ad quas tenerentur, & quibus per eos non seruatis, hęreditatibus a legibus sibi delatis priuarentur. In nostro vero casu cum leges disponant, puniendo, & earum censura non comprehendat, nisi sibi subditos, merito, videtur quod clericorum bona non sint comprehensa, sicuti sunt exẽptę dominorum personę. Et quanuis articulus iste egere videatur declaratione Põtificia, posset tamen dici (saluo

meliori iudicio) quod licet iudicibus ecclesiasticis, ad imitationem legum punire clericos publicatione bonorum, in casibus in quibus laici puniendi essent: quia sicut leges non de dignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiuuantur, vt sunt verba text. in capi. 1. de no ope. nunc. Vbi etiam glo. dicit, quod legibus vtendum est in causis ecclesiasticis, nisi canonibus contradicant. & licet non inueniamus in iure decisum, quod clerici puniantur pœna amissionis bonorum in eisdem casibus in quibus & laici, sufficere posset, quod canones hoc non reprobant neque fieri prohibẽt: Et sicut quotidie in curijs ecclesiasticis bona ecclesiarum & patrimonialia clericorum quantuncunque sint virtutibus prædita subsunt censuris legum, & virtute earum in defectum canonum auferuntur ab vno, & adiudicantur alteri etiam laico: quid mirum erit si sic bona clericorũ flagitia committentium, imitatione legum seruata ab ipsis auferantur, & ecclesijs seu alijs pijs operibus applicentur. Quando vero alicui iudici longiori examinatione præmissa, & virgentioribus fundamentis persuaso, visum fuerit in aliquo casu, hanc esse sequendam opinionem, si clericus damnatus filios legitimos habuerit, vt in eorum præiudicium eam non seruet consulo: Vt quid enim ecclesia ditanda est, vel alij vsus pij quærendi sunt, esurientibus hijs, etiam parentis iniqui, quando non dispositione canonica, sed imitatione legali, paterna bona publicãda videntur? Posset etiam secundo quæri in hoc proposito, a in 4
casibus in quibus bona clericorum confiscanda sunt, veniant omnia pariformiter, & sine aliqua distinctione publicandã? In quo videtur dicendũ, quod bona clericorum siue sint mobilia, vel immobilia publicari possunt, quia in hoc nullum solet adhiberi discrimen, vt per Hier. Paulum, in libro prouinciali omnium ecclesiarũ, fol. 44 versic. quid si presbyter. Si vero clericus damnatus haberet vsumfructum alicuius rei, tunc ius talis vsusfructus non confiscantur b etiam natura liter viuente vsufructuario, ex sententia Bald. at Salice. in l. 1. C. de bon. libert. quos refert Alexan. in. 1. volum consi. 23 inci. prima cõsideratio e. Bona præterea & iura, quæ non transeunt in extraneum hæredem non potuerunt publicari, confiscatis bonis clerici dãnati: quia fiscus habetur loco extranei successoris, vt probatur in. l. iura. libertorũ. & ibi no. Bart. ff. de iur patro. & notat etiam Bal. in dict. l. 1. & Alex. in. l. in insulam. ff. solu. matrim. in princip. & in. l. Si finita. §. Si de victigalibus. in col. 11. ff. de dãno infecto. ex quo venit quod si clericus dãnatus haberet emphyteosim ecclesiasticã, vel fœudum Ecclesiæ, tunc non venirent in confiscationẽ, c per ea quæ notant Bald. in dict. l. 1. & Alexan. in dict. consi. per tex. in Auth. de aliena. & emphyt. §. illo & in cap. Felicis. §. Si qua vero. de pẽn. in. 6. & per alia relata per Alexandr. ibi, quem etiam vide asserentem, quod concluditur

com-

communiter, quod emphyteosis concessa â priuato ea conditione & lege, quod non transeat ad hæredem extraneum non confiscatur, [d] dato quod sint confiscata bona emphyteotæ, quod dicit teneri communiter per Bar. Docto. in dict. §. Si de vectigalibus, & alios quos ipse refert, & not. etiam Ioann. de Imo in cap. 2. de fœud in 5. columna versic. Sed aduerte. Si vero clericus habet emphyteosim â priuato, quæ posset ad extraneos hæredes trã sire, tunc bene veniret in confiscationem bonorum clerici, & sine prejudicio domini: quia erit sibi obnoxia quo ad hoc, quod ei debeatur sua pensio. ita notat Card. qui sic videri meo est intelligendus in Clement. Nolentes. de hære. in versic. *Inquisitoribus*. In penult. columna quem primo vide in hac materia volentẽ col. præcedenti, quod quando non posset emphyteosis confiscari, tunc ius meliorationum posset confiscari pro quo refert Sp. c. & Ioan. And. quod. est vtile ad declarationem supradictæ conclusionis de emphyteosi ecclesiastica, & priuati in casu in quo nõ potest confiscari. An autẽ si clericus habete fęudum non ecclesiasticum veniet in confiscationẽ vide Alexand. in d. consi. 23. in 2. columna. versi. Idem videmus. vbi concludit, quod fęudũ, quod non trãsit ad hæredes extraneos non confiscatur. & vide etiam Paul de Castro. in l. in insulam. ff. solu matri. vbi notat, quod in fiscum non transit fęudum vel emphyteosis, quæ post mortem confiscati deuentura sunt ad filios, vt filios: Ex quo sequitur, quod si clericus habet tale fœudum, quod potest transire ad suos extraneos hæredes, confiscabitur simul cum alijs bonis. Pro quo vide quod not. Alexan. in dict. §. Si de vectigalibus, in 1a. columna. versic. Item addit, seruato tamen indenni domino fęudi, cui post confiscationem soluetur pensio, & exhibebuntur alia obsequia, quæ per possessorem fęudi præstari debent. Quod videtur tenere Cardin. in dict. versic. Inquisitoribus. vbi [1] æquiparat in hac materia res fęudales, & res emphyteoticas, dicens, quod quando crimen non est tale, quod puniatur per leges fęudales, quod nihil speciale inuenit in fœudis: & quod generaliter dici potest, quod res fœudales, & emphyteoticæ confiscabuntur illi fisco cui confiscantur alia bona damnati, semper tamẽ sine præiudicio domini: quod etiam not. Bald. in l. Si quis præsbyter. C. de Episcop. & cler. Aduertendum tamen esset in hoc, quod licet fœudum, vel emphyteosis ex lege inuestitutæ vel cõtractus posset transire ad extraneos hæredes, si prohibitum esset quod ad Ecclesiam deueniret, tunc seruanda erit lex inuestitutæ, vel contractus, & non applicabitur Ecclesię, cui alia bona Clerici damnati applicantur. Si autem clericus sic damnatus haberet bona subiecta restitutioni, tunc dicendum est, quod confiscabuntur bona illa cum sua causa, scilicet, quod adueniente conditione fidei commissi, fiet restitutio per Fiscum. ita decidit Angelus. in lege Papinianus. §. Memi-

nisse. ff. de inof. testam. per. l. ex facto. ff. ad Treb. & per alia de quibus ibi: quod etiam probat textu. in. l. Statius Florus. in §. Cornelio Felicia. ff. de iu. Fis. quod tamen intelligit Alexand. in dicto cons. in penult. colum. in casu in quo simpliciter sunt bona subiecta restitutioni, secus autem dicit quando expresse esset prohibita alienatio â testatore: quia tunc etiam pendente cõ ditione, non possunt transire in Fiscum: ex quo videtur quod in casu nostro bona, quæ clericus damnatus tenetur restituere simpliciter post mortem, manerent in confiscatione eius vita durante, secus si fuit in eis prohibita alienatio â testatore, quia tũc nõ confiscabuntur. Potest præterea, & non impertinenter dubitari, an publicatis bonis alicuius clerici veniat in confiscatione patronatus? Et omissis quæ â doctoribus in varijs locis, & cum varijs opinionibus trahuntur in hoc dubio, quando Iudex laicus est, qui condemnat patronum, vt per doctor. vbi gloss. in Clementin. Pastoralis. de re iudi. & in capit. filius. vbi etiam glossa quam dicunt præcedenti fore cõtrariam. 16. quæst. 7. & in Clem. 2. de iure patron. & in cap. quãto. de iud. & per Imo. & alios in .l. insulã. ff. solu. matr. & per Flori. in. l. Via. §. si fundus. ff. de serui. rusti prædio. in casu nostro nõ est aliqua controuersia inter doctor. quãuis nullus eorum quos ipse vidi quæstionem mouerit in specie, videlicet quando clerici patroni publicantur bona: sed ex his quæ Doctor. aliqui tradunt facile quæstio deciditur. Primo ex his quæ notat Firmianus in tractatu de Episcopo, in 4. libro, in 4. parte, in 3. quæsti. in fin. primæ colum. versic. Sed quæro vtrum. vbi tenet iuspatronatus non transire in confiscationem iudicis secularis, sed iudicis ecclesiastici sic. Secundo ex conclusione quam facit Cæsar Lambertinus in elegantissimo suo tractatu. de iure patronatus, in tertio libro articulo 8. octauæ quæstionis principalis, in columna. 6. vbi tenet, quod si iudex ecclesiasticus procederet propter aliquod delictum casu, quo posset ad publicationem bonorum, alicuius patroni, sine dubio includeretur iuspatronatus, vt in Clement. Pastoralis a contrario. §. Rursus. de re iudic. quia non dicerentur mittere falcem in messem alienam: & quod tũc non erit considerandum, an veniat principaliter, vel accessorie, vel an exprimatur in tali publicatione, vel non iuspatronatus cum simus in casu in quo iudex habet iurisdictionem, cognoscendi de ipso iure patronatus etiam principaliter, in quo dicit concordare omnes doctores. Si igitur nullus Doctorum dubitat, quod in publicatione bonorum contra laicum patronum facta per Iudicem ecclesiasticum venit iuspatronatus, non distinguendo, an sit facta publicatio simpliciter omnium bonorum, an alicuius castri, in cuius vniuersitatem transeat, merito ergo firmare audebimus, quod publicatis bonis clerici, comprehendetur iuspatronatus. Nec in hoc curandum existimo an ille habeat filios legi-

legitimos, vel non, ex conclusione Cæsaris Lambertini in fin. verbis dicti octaui articuli, dum tenet quod in casu confiscationis bonorum patroni iuspatronatus nullo modo transit ad filios, sed vel ad Ecclesiam vel ad fiscum, sicut potest transire ad extraneos. Ex quibus vltimis suis verbis, & ex his, quæ suprâ etiam diximus venit hæc mea sententia moderãda, nisi ex constitutione iurispatronatus autoritate illius ad quẽ spectat, dispositum esset quod ius illud patronatus non posset trãsire nisi ad agnatos, vel ad aliquos homines habentes certas qualitates, vel conditiones: quia tũc nõ comprehenderetur iuspatronatus in publicatione bonorum clerici, sed seruaretur dispositio cõcessionis vel institutionis illius. Sed hac sit quæstione sine aliqua difficultate decisa, testat nunc aliud dubium eneruandum: cum enim ex infradicendas appareat, quod bona clerici publicata applicari debeant Ecclesiæ â qua recipiebat stipendia, vel Episcopo vt in pios vsus distribuat, merito dubitari poterit, quid tunc faciẽdum est de iurepatronatus quod perdidit clericus. Et in hoc crederẽ (saluo meliori iudicio) posse dici, quod cum Ecclesia cui applicantur bona ratione beneficij vel stipendij, non indigeat iure patronatus, neque illud possit facere eam ditiorem, quod iustius erit quod episcopus decernat ecclesiam esse liberam in qua erat constitutum iuspatronatus, & quod idem faciat & fortiori ratione, quando bona debent distribui in pios vsus. cum non debeat vendi iuspatronatus, vt pretium distribuatur in eis, nec deçeat, nec liceat quod ipsi sibi retineat, nisi in casu quo tale iuspatronatus clerici esset annexum alicui casuo, vel rei vniuersali: quia tunc iustum est, vt sequatur castri vel rei possessorẽ. Quare etiam potest, an publicatis bonis clerici filij familias, veniat peculium *Castrense*, aut aduentitium, vel profectitium publicandum f? Et in hoc dubio si sequamur iura ciuilia, & doctrinam doctorum loquentium generaliter, dicendum est quantum ad peculium *Castrense*, quod non casus est in. l. Si filius. C. de bonis damnat & notat glossa quam ibi sequitur Bat. in. l. 1. ff. de bonis damn. & idem tenet Bart. in .l. si finita. §. fide vestigalibus. versiculo sexto quæro. penultima columna. ff de damno infec. Idem videtur velle Bald. in l. filius. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris per. d. l. si filius. C. de bonis dãnatorum. Vbi etiam dicit, quod aliqui dixerunt quod illa lex erat correcta, sed non recte considerauerunt. & vide eũdem Bald. in. d. l. Si filius. vbi dicit, quod hoc est in solatium filij amissi, vt damnato filio pater retineat peculium castrense, & quasi castrẽse, qui præterea intelligit. l. illam in filio in potestate, & quod secus esset in emancipato cum nõ habeat peculium, vt. l fin. in fine C. de in officio. testament. & hanc etiam opinionem videlicet, quod peculium castrense nõ publicatur, sequuntur Imol. & Paulus de Castro in dicto. §. Si de vectigalibus, prout refert vbi

Alexandr. in columna. 21. 22. vbi defendit hanc opinionem Ange. tenentẽ contrariũ. Quãtum vero ad aduẽtitium, idẽ cõcludit Bart in dict. §. Si de vectigalibus, allegato verſic. Sexto quæro, & ſeq. videlicet, quod etiam proprietas aduentiorum bonorum, quæ eſt filij, non publicatur ea ratione: quia filio eſt interdicta omnis alienatio ſine patris conſenſu, vt. C. de bon. quæ lib. l. Cum non ſolum. §. filius autem. ergo delinquendo nõ alienabit: mouetur etiam per text. in. l. 3. §. Sed vtrum. ff. de mino. Idem tenet. Bal. in. l. 2 §. Si filius. ff quod quiſque iuris. & in. l. Exſecutorẽ in princ. in vltima charta. C. de executione rei iudic. & in dicto. §. Sed vtrum & Angel. & Imol. in l. Si filius ff de dam infect quos refert Alexand in dict. §. Si de vectigalibus. 19. colum. verſi. Adde primo. Præterea quantum ad peculium profectitium idem dicendum eſt, videlicet quod non veniat in publicatione bonorũ filij, etiamſi habuiſſet filius â patre expreſſe poteſtatem donandi, & diſsipandi, quia non ex poteſtate donandi: quia hęc non eſt donatio, nec ex poteſtate diſsipandi: quia non intelligitur cogitatum de delicto. ita concludit Alexand. vbi ſupra in 23 colum. verſic. Item adde. & dicit ita decidere eleganter Angel. in. l. Si filius ff de dam. infect. & cum eo tranſire ibi ſimpliciter Imol. & idem videtur colligere Bart. ex gloſſ in. d. l. 1. ff. de bon. damnat. notando verba gloſſa. ibi dum dicit, *Etiam caſtrenſe*. ex quibus verbis innuit gloſſ. quod nec aduẽtitium, nec profectitium. Cum ergo in iure Canonico, & ciuili non ſit aliter in hac materia diſpoſitum circa hæc peculia in clericis, merito videtur concludẽdum, quod publicatis bonis clerici filij familias, nullum prædictorum peculiorum publicabitur: cum ſacri ordines etiam præsbyteratus non liberent filium â poteſtate patris, vt eſt text. & ibi Abb. in capit. Conſtitutus. de in integ reſtit. & in capit. Si annum. de iudic. in 6. & in authent. Presbyteros. C. de Epiſcop. & cler. & per Doct. reprobata gloſſa. ibi in cap. Cum voluntate. de ſentent. excommunic. Nec in hoc aliquid immutat concluſio Doctorum quæ habet, quod in bonis aduentitijs clericorum, etiam primæ tonſuræ acquiſitorum eis, poſt clericatum, non quæritur patris vſusfructus, g quia reputantur bona quaſi caſtrenſia, v probatur in cap. g Quia nos. de teſtam. & ibi notãt Abbas Hoſtien. & Barba. & ponit latius Doctor noſter Hiſpanus Rodericus Suarez in quæſt. Vtrum in bonis maioratus pater habeat vſumfructum., in fol. penultim. columna 4. vſque ad finem: quia licet per hoc videatur quod talia aduentitia clericorum non habebant naturam aliorum aduentitiorum laicorum, ſatis eſt, quod aſsimilentur bonis quaſi caſtrenſibus, quæ etiam, vt ſupradictum eſt, non publicantur. Vltimo autem pro pleniori examinatione huius capite operepretium eſt, quærere in caſibus in quibus diſpoſitione canonica, aut imi- 7

tatione

tatione legali bona clerici publicari posint cui tandem applicari debeant, & in hoc dicendum videtur, quod seruanda sit dispositio text. in cap. excommunicamus el. 1. de hær. §. 1. in qua cauetur. Quod bona clericorũ damnatorum de hæresi applicantur ecclesijs â quibus stipendia receperunt. Et si clericus recepit stipendia â pluribus ecclesijs, tunc inter eas diuidentur bona pro rata, vt per glo ibi, in verbo, Stipẽdia. Vnde hæc videtur practica seruanda in omnibus casibus, in quibus bona clerici habentis beneficium vel plura beneficia publicantur. Erit ergo curæ Iudici qui bona clerici publicari mandauit, diuidere ea iuste inter ecclesias in quibus beneficia habuit: & si aliqua ecclesiarum sita fuerit extra suam diœcesim, & omnia bona clerici fuerint in eius potestate, tunc debebit mittere illi portionem sibi contingentem. At si in loco beneficij extra diœcesim constituti fuerint aliqua bona clerici, quæ pertineant ad ecclesiam, tunc eius erit officij, intima re iudici illius diœcesis sententiam a se latam, vt illam in prædictis bonis exequatur casibus in quibus sententia lata super confiscatione bonorum extenditur ad bona sita extra iurisdictionem pronunciatis, de quo per Domi in capit. Cum secundum, ad fin. de hæretici. in 6. & per Ancha. in capit. Postulasti. 8. quęstione de foro competent. & per bonam additionem Feli n. in dicto capite. Postulasti. in 3. columna. Et quia textu non distinguit an bona damnati clerici recipientis stipendium ab ecclesijs fuerint patrimonialia vel ne, acquisita intuitu ecclesiæ vel nõ, videtur velle quod omnia bona indistincte clerici habentis beneficium, appellentur ecclesiæ in qua illud habebat, quod videtur magni effectus: nam posset contingere, quod ratione alicuius tenuis beneficij possessi a clerico, posset ecclesia patrimoniu m pingue clerici, vel alia plura bona eius industria seu arte quæsita sibi acquirere. In casu vero in quo clericus damnatus non haberet beneficium, & sic non esset aliqua ecclesia cui applicanda essent eius bona, tunc credit Abbas in dicto capitu. excommunicamus in 1. columna deberi ea applicari Episcopo loci qui distribuat in pios vsus: cuius opinioni adhæret ibi Ana. in 2. columna. Nec curandum est in hoc de eo, quod scripsit Oldra. in consilio supra allegato, videlicet, quod episcopus non habet confiscationem bonorum, cum nõ habeat territorium: nam vt inferius latius scribimus, in verbo pœnisue alijs pecuniarijs, verior opinio est, & consuetudine roborata, quod episcopus habet fiscum. Episcopum autem loci in hoc casu eum esse credo, qui est episcopus diœcesis in qua fertur sententia publicationis bonorum, dum tamen alias sit Iudex competens, in cuius curia de delicto clerici tractari poterat. Caueat præterea episcopus cui prædictæ bona applicantur, ne ea conuertat in vsus: quia præter id, quod sacri canones nullibi bona sic confiscata Episcopis applicant, Doctores, qui ea illis appli-

canda ſcripſerunt, tali tamẽ onere hoc deſcribunt, vt illa in pios vſus conſumant. De quo ſcripſit Felin. in capit. irrefragabili §. Cæterum, de offic. ordina. Crederem præterea in hoc iudicandum eſſe nõ ſolum pium, ſed debitum vſum, in quo dicta bona expendi poſsint & deberent, in alimentis videlicet clerici damnati, dum viueret, ne aliâs famæ mori cogeretur, aut eſſet aliunde mendicandum pro eius ſuſtẽtatione.

A *Clericis abinteſtato moriẽtibus conſanguineÿ propinquiores ſuccedũt*

Conſuetudo teſtandi. Adde Martin. Nauarr in manuali confeſſor. cap. 25 num. 128. quo loco ſcribit, conſuetudine iam obtentum eſſe, clericos abinteſtato moriẽtes habere ſucceſſores fratres, vel alios conſanguineos. Et vide eundem in tract. de reditibus eccleſiaſtic. ſuper c fin. 16. quęſt. 1. quæſt. 2. fol. 74. & in apologia q. 1. monit. 50. & 3. q. moni. 4. & hę ruditiſsimum D. Frãc. Sarmien. de reddi. Eccleſi 2. part. c. 6. cum aliquibus ſequen. D. Couarr. in cap. cum in officijs. num. 9. de teſta. Did. Perez in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordi. in fine gloſ. magnæ Petrus Dueñas regul. 366 vndecima limi. Gregor. Lup. in. l. 53. verſi. *Que los ganen con derecho.* tit. 6. par. 1. vbi dicit Regijs Hiſpaniæ conſtitutionibus cautum eſſe, in clericorum ſucceſsionibus, conſuetudines ſeruandas eſſe quem vide.

Non confiſcatur. Adde quod cõtrariam opinionem tenet Alberic. in. l. corruptione. in fine C. de vſu fructu & in auth. ſi vero domus temporalis. C. de hæreti. Ange. in. l. ſi poſtulauerit. §. iub. ff de adulter. vbi Alex. in addi. ad Bart. & plenius in l. ſi finita. §. ſi de victigalibus. colum. 25. ff. de dan. infect. Bart. Caſſa. in cõſuetudin. Burgun. rub. 2. §. 2. nu. 17.

In confiſcationem. Adde Philipp. Deci. & multos doctores quos ipſe allegat in cap. in præſentia. num. 48. deproba. Gozadin. cõſi. 39. Caſſa. in conſuetud. Burgun. rub. 2. in gloſ. *Et eſt à entendre.* n. 10. Aegi. Boſsi. in tractat. delict. titul de bonorũ publi. num. 60. & hanc eſſe commun. opinionẽ fatetur Iacob. Septiman. in Catho inſtitu. num. 98. Licet contrariam opinionẽ poſt plures iuris interpretes veriorem aſſerit Felin. in cap. in præſentia. num. 27. de proba. & eandem ait communiter probatam Gorne. conſi. 13. lib. 3. Simancas tamẽ in dict. cap. opiniones has concordes facit quem vide omnino.

Non confiſcatur. Adde eundem Alexand. Imo. & Remo. in. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damn. infect. Curt. conſi. 4. poſt feudorum tract. colum. 7. Boſsi. in dict. titul. de bono. publi. num. 19.

Ius patronatus: Adde gloſſ. in cap. filis. 16. quæſt. 7. Abbas & docto. in cap. nobis. de iure patro. Deci. in cap. quanto. num 7. de iud Ioan. Lup. in rep. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 39. n. 7. Aug. Ari. in tract. malifi. in addi. ad Ang in verbo, *Et eius bona.* nu. 17. Eman. â Coſta in cap. Si pater de teſtam. li. 6. in 2. par Trebelli. num. 7. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 24. num. 26. lib. 1. cap. 24. num. 26. Iul. Clar. lib. 5. recep.

recep. sentent. §. fin. quęst. 78. Didac. Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ord. in glos. *Si el que fuere.* ver. octauo.

F *Publicandum.* Adde Barth. Cass. in consuetud. Burgun. rub. 2. § n. 20. Bosi. in d. tit. de bonorũ public. nu. 71. & doctissimũ Osan. in decisi. Pedamon. decisio. 94. Iul. Cla. dict. quæst. 78.

G *Vsus fructus.* Adde Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. § 42. num. 6. D. Couarr. in cap. quia nos. de test. num 2.

Pater vsum fructum retinet in bonis filij ante clericatũ quæsitis.

Quam tamen opinionem verã esse existimo, quantum ad bona quęsita per filium, post sacrũ susceptum ordinem, vt hic aperte sentit Autor. quam opinionem professus fuit Io. Fab. in auth. ingressi C. de Sacr. Eccles. Deci in cap. prędentia de proba num. 62. Ioan. Lup. dict. §. 42. num. 12. Didac. Perez in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordi. in glos. *Los Sacerdotes.* versi. est etiam quidquid Abbas. sensenit in dict. cap. in præsentia. num. 56. dicens opinionem hanc esse verã etiam quo ad bona ante clericatũ quæsita in quibus vsus fructus patri iam quæsitus erat. Qui manifeste labitur quia in bonis acquisitis â filio ante clericatum, pater non amittit vsum fructum, licet postea filius clericus efficiatur, ita contra multos resoluit Pinel. in. l. 1. p. 1. num. 42. & 43. C. de bon. mat. Mol. ad Dec. in cap. in prędentia num. 64. litera O. de proba. Mol. de prim. Hispaniæ. lib. 1. cap. 19. num. 28. Rod Suar in q. maior. num 37. Telli. Fer. in l. 5. Taur. num. 4. & opinionem is-

Cald. Pereyra Lusitanus laudatur.

tam veriorem & receptiorem es se testatur post huius operis ædi tionem Cald. Pereyra. Lusitanus (vir sanê subtilis & accuti ingenij) in l. si curatorem habens in verb. Læsis num. 105. C. de in res. mi.

Habet fiscum. Vide autorem in fra cap. 140. & quę ibi annotaui. G

Verberari.

CAPVT. CXXXIII.

1 *Pœna verbum in clericorum personis qua causa sacris canonibus fuit instituta.*

2 *Præsbyteri non nisi pro grauibus criminibus verberantur.*

3 *Clericus etiam cum mãdato Ecclesiastici iudicis, non potest per laicum verberari.*

4 *Ecclesiastici Iudices nulla irregularitatis labe afficiuntur, etiam si ex verberibus sanguinis effusio interueniat.*

POena verborum in clericorũ personis â sacris canonibus recepta est a Et hoc forsan quod cum dolore & citra vitæ a membrorum periculum corrigant, de eaque mentio fit in capit. 1. 5. q. 1. & in cap. nullus clericus. 11. quæst. & in cap. Cum beatus. 45. distin. quod est concilium Bracarense tertium in cano 6. & in cap. 1. fi. 35. distin. quod est concilium Agathense, & in capit. 1. fin verbis, de calumnia. Ex quo ibi notat Abb. in vltim. nota. quod ecclesia potest clericos publice verberare. Cumque cessent in illis cæteræ pœnæ mortis, ac membrorum mutilationis, nimirum si hãc tanquam paternam correctionẽ antiqui illi patres sacrorum Canonum conditores admiserint. Vide tamen in hoc distinctionẽ 1 2

quam facit tex.& gloſſ. in dict. cap.Cũ beatus,videlicet, quod præsbyteri,abbates, & leuitæ, nullis debent verberibus ſubiaiacere,exceptis grauibus,&mortalibus culpis,minores tamẽ clerici verberantur pro minoribus culpis,& idem notat Præpo. in dict.cap fina.35. diſti. In qua tamen imponenda pœna iudices eccleſiaſtici aduertere debent ſẽper,quod in caſu quo clericus venit verberandus, non poteſt nec debet verberari per laicum etiam de mandato ſuo,b vt in capitul. Vniuerſitatis. de excommuni.& per glo.in cap.Si clericos,eod.tit.lib.6.& ita etiamdiſponitur in l.56.tit.5.par.1.vbi dicit lex,quod tam prælatus mandans,quam laicus obtemperans in hoc excommunicatus eſt,ſed debet per miniſtrum Eccleſiæ verberari,vt not.Card.de Turre Cremata poſt Hugo.in cap.illi qui.5.quęſtio.5. & ſecundum eos conſtitutus in minori ordine poterit etiam præsbyterum verberare.imo plus voluit Abb. in capit.inter alia,in column. 4. de immu.eccle.quod pro honeſtate eccleſiæ clericus debet verberari in eccleſia, & per clericum,& non per laicum allegando dict.capitulo.Vniuerſitatis. Quando verò clericus eſt incorrigibilis,poteſt per laicum verberari,vt not.gloſſa.in ſamma 45.diſtinct.allegando tex.in capit.vt famæ de ſent. excommu. Tu tamen lector aduerte an textusille probet hanc concluſionẽ cum nihil de verberibus diſponat,ſed de captura facienda per laicum,& inter hos duos actus, non paruum videtur eſſe diſcrimen.Nam difficilius capitur clericus niſi per laicos. Captum tamen clericum verberare per aliũ clericum in minoribus ſaltem nõ ſic difficile eſt. præmaxime quia in quauis republica miniſtri deputati ad capturam delinquentiũ laici ſunt ideo videndum eſt an ſola autoritas gloſſ.ſufficeret ad veritatem huius cõcluſionis, quam tamen ſimpliciter ſequutus fuit Bartachi in tract de epiſcopo.3. par.4.lib.de poteſtate & autoritate epiſcopi in temporalibus circa perſonas,verſi.quarto, quæro an epiſcopus. Et aduerte, quod iudex eccleſiaſticus habuit iuriſdictionem fuſtigandi & verberãdi,& ſententiam ſuam poteſt ſuper his mandare exſecutioni abſque ſcrupulo irregularitatis, licet in fuſtigatione,vt in plurimũ interueniat aliqualis effuſio ſanguinis:quia illa qualis,qualis effuſio non conſideratur, cum non veniat principaliter ex ſententia ſed accidat ex poſtfacto, & ſatis eſt,quod in ſententia clerici non infertur pœna, ex qua principaliter,& immediate veniet ſanguis, ita Pau.Grillan.in tract.de relaxatione carceratorũ,in 5. quæſt. & licet huic concluſioni videatur refragari text.in cap.Archiepiſcopatu. de rapto. & gloſſ. ibi in cap. his â quibus 23.q.vltima, tamen credere ſaluari poſſe dictum huius Doctoris,quando illa ſanguinis effuſio eſſet, vt ipſe dicit aliqualis:nam text.in dict.c. in Archiepiſcopatu, non reprobat, ſi aliquis ſanguis eſt flagellis profiliat, ſed quod flagella in vindictam ſanguinis tranſire videantur : vnde prohibet vindictam ſanguinis, non vero accidentalem

3

b

4

dentalem effusionem. Vnde nec existimo necessarium vt audiui, facere aliquos iudices, quod flagellandos induunt lineis vestibus intinctis cęra, vt desuper flagellentur, dum enim scrupulis consulunt, correctionem inutilē & parum timendā efficiunt. Vel verius in hoc dici posset, quod etiam si iudex prętēderet in pęna verberum vel fustigationis effusionem sanguinis, & vere succederet, & in magna quantitate, non propter hoc incurreret irregularitatem cum hæc non cōtrahatur nisi sola morte, vel membri mutilatione, vt notat Abb in cap. 1. numero 8. qui clerici. vel vouen: & Cardin. Clemen. si furiosus. per text ibi, de homic. columna vltima quęstio. 31. & per text. in capit. in Archiepiscopat. de rapto. quem pro hac conclusione ponderat, & respondet ad text. in capit. cum illorū. de sentent. excommunic Et vide Sylu. qui refert Abb. vbi supra, in sua summa, verbo, homicidium. 3. §. Tertio quæritur.

A *Pœna verberorum cōtra clericos licet antiquitus recepta hodie vero minimè.*

RECEPTA *est.* Vide Gregor. Lup. in. l. 48. titulo 6. in versic. *En lo temporal.* par. 1. & in. l. 56. tit. 5. in verbo, *Descomulgados.* eadē par. Petr. Gregor. 3. par. Syntag. iuris libr. 31. cap. 11. per totum. Nota tamen quod hæc fustigationis pęna clericorum in Mediolanensi dominio non seruatur, vt memoriæ protulit Iul. Clar. libr. 5. recep. senten. §. fin. quæst. 70. versi. Et etiam. Prout nec illam esse in vsu Regno Franciæ testatur. Practic. Milesij. folio. 148. numero. 53. Nec ego sane imponi vidi ab hic. 27. annis in hac celeberrima Complutensi curia. Non tamen me pręterit, quod pęna ictus fustium olim iudices Ecclesiasticos aduersus clericos vsos fuisse, vt autor est, Diuus Augustinus. qui Marcelo scribens ait, *Confessionē verberibus eruisti.*

De mandato suo. Adde Gregor. Lup. in dict. l. 56. Petrum Plaça, in epito delicto. capit. 11. numero. 19. B

In exilium mitti.

CAPVT. CXXXIIII.

1 *Pœna exilij per Ecclesiasticos iudices inflingi potest.*
2 *Episcopus vel alius ecclesiasticus iudex non poterit clericum exilio damnatum rebannire.*
3 *Clericus de facto in exilium missus potest per eundem iudicem vocari.*

ECCLESIASTICI, 1
Iudices possunt imponere pœnam exilij, vt probatur in capit. 1. de calumn. & in capit. penultimo de pœnitentia, & in capit. Hi qui 3. quęstion. 4. & in capit. Cum beatus. 45. distinctione. Et notat doct. in capit. Cum non ab homine. de iudiç. licet ibi Anton. nitatur colligere argumento ex illo textu, quod Ecclesia non habet pœnam exilij, cui in hoc aduersatur Barba. ibi, in colum. 6. versi. Et dicit, hoc. Vbi namque pœna certa non est imposita â iure, & delictū, quod venit puniendū

niẽdum in clerico, videtur quodammodo cohærere alicui loco, prudenter se habent Iudices ecclesiastici, si delinquentibus clericis pœnam inferant exilij. Sicut enim occasio delinquendi facile præcipitat etiam eos, qui aliquã virtutis curam habere solent, sic eadem occasione sublata facilius est â difficili & asperrima vitiorũ semita, ad amœnissimam virtutis viam reuocari. Quod bene comprobãt verba illa singularia sanctissimi Hispaniæ nostræ doctoris clarissimi Isidori, insignisque vrbis Hispaleñ. Præsulis præfulgidi, quæ Gratianus intexuit in cap. Valet. 81. distinct. Valet (inquit ille) interdum cõuersis prosalute animę suæ mutatio loci. Plerunquê enim dum mutatur locus mutatur mentis affectus. Cõgruum est ergo & inde etiã corporaliter euelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nam locus vbi quisque praue vixerit, in aspectu mentis apponit, quod sæpe ibi cogitauit vel gessit. Aduertat tamẽ in hac materia Epiſcopus vel eius vicarius, quod postquã clericus propter crimen est damnatus ad pœnam exilij legitima causa, & probatione subsistente, non potest ab exillio reuocari, & sic non potest ab exilio reuocari, & sic non poterit clericum exilio damnatum rebannire, ita notat Præpo. argum tex. ibi in capit. In primis. 2. quæst. 1. Ratio est secũdum eum, quia ex quo legitime est missus in exilium, inferior nõ potest super istis gratiam facere: a vt habetur in cap. Cum titul. de re iudi. Facit etiam text. in. l. Reieti. ff. de pœnit. Ex quo ibi not. Bar. quod misso in exilium solus princeps & non alius potest dare licentiam veniendi, & quod reuertatur, quem vide vlterius etiam dicentem quod quilibet iudex potest dare licentiam exuli reuertendi ex iusta causa: quod est notandum in nostro proposito, qui per hoc videtur, quod Episcopus vel eius vicarius posset idem facere ex causa iusta. Si tamen clericus esset defecto in exilium missus, tũc bene potest per eundem iudicem reuocari b secũ b dũ Præpo. vbi supra argum. tex. & quæ ibi notat Bal. in capit. Ab excommunicato. de rescip. Idem Bal. & Ias. in. l. Si pacto quo pœnam. C. dict. pact. de quo ego latius scripsi in meis doctrinis magistratibus, in doctrina incipienti, factum de facto.

1 2 3

Gratiam facere. Vide Regia. l. 2. tit. 32. par. 7. vbi Greg. Lup. in gloss. *El Rey*. Ias. in. l. 1. §. & post operis. ff. de noui. oper. nun. Ioã. Fab in l. pœnam. C. de pœnis Iacob. in. l. Imperiũ. ff de iur. omn. iudi. Doctor Auen. lib. 1. de mãd. Reg. Hispan. cap. 7. num. 13. A

Reuocari. Adde quod hunc spectat, quod voluit gloss. not. in capit. Primates. 2. quæst. 1. quod de positus de facto etiam de facto restituitur. quã in id expendit Bal. in cap. accidens. 1. in fine vt lite con. Et quod factum de facto possit per eundem iudicem reuocari probat tex. optimus in. l. 1. §. hoc ędictum. ff. si mulier ven. nomi. gloss. in. l. minor in prin. in verb. *Secus*. ff. de ędicti. Innoc. in capi. quærellam. colum. 3. vbi Bal. col. vlt. de elect. idem Bald. in. l. 1. ad finẽ. C. de prohi. se quæst. pecun. B

& in

& in l.2.C.de seruituti. Specul. in tit.de primo & secun.decre.§. iam de effectu.versic.quid si iudex Anton.Abb.&Deci.in cap. cum cessante de appella. Petrus de Ancharr.consil.6.column. penultim.Felin.in cap.qualiter & quando.1.colum.versi.tertio limita de accusa. cum multis allegatis ab Andræ.Tiraquell. post leges connu.gloss.§.n.15.Sebas. Van.in tract.de nulli.in parte, *Quid sit nullitas*.num.16.

Deponi.

CAPVT. CXXXV.

1 *Depositionis diffinitio.*
2 *Clericus pro nullo crimine potest deponi, nisi in iure exprimatur, præterquam in grauibus, enormibusque criminibus.*
3 *Quæ crimina digna sunt depositione iudicis arbitrio relinquitur.*
4 *Clericus depositus ab officio, celebrans qualiter puniatur.*

1 DEpositio est perpetuâ remotio ab altaris ministerio, notat Abb.in cap. At si clerici. de iudi.colum.1.& refert ibi Decius, colum.4.versic.quinto nota. Et depositus simpliciter intelligitur depositus perpetuo, licet non exprimitur, vt per glo.not.in capi. 1.in glo.in fin.50.dist vbi Domi. & tenet Decius vbi supra, & vide gloss.nota. quæ probat istam 2 conclusionem in cap. accedens. 50.dist.vbi tamen vide sing.distinct.prep.in hoc artic. & nota quod regulariter pro nullo crimine potest deponi clericus, nisi de iure aliud exprimatur, notat Dom.in §.de his.l.distin.& in capi.1.35.distinct.nisi in grauibus vt ibi per eum: quod refert Decius in dict.cap. At si clerici. in prin.in colum.penultim. de iud. Item pro delicto ænormi potest fieri depositio, ità dicit Abb. in capit fina.de celeb.miss. allegat text.in capit.Tuæ de pœnis, qui tex.dicit, *Magnis sceleribus*, quod verbum: *Magnis*, plura delicta compræhendere videtur, quam verbum, *Enorme*, & vide Anton. in cap.cum dilectus de purg.cano.colu.6.versic.Cauequia illud qui ex verbis Innoc. ibi colligit vnam theoricam, quam dicit tenendam pro vera, quod vbicunque pro aliquo delicto venit imponenda pœna mortis, tunc de iure Canonico in locum ipsius intelligitur subrogata pœna depositionis, quod refert & sequitur Felin.in ca.qualiter, el 2.§.ad corrigendos.4.colum. de accus. tanquam ordinaria imponatur. Aduerte tamen in ista materia, quod Decius in capit. At si clerici.in colum.20.de iudi.versi. De secundo colligit duas conclusiones ex Abb.ibi. Prima quod pœna depositionis non imponitur, nisi pro graui crimine. Secunda, quod quę dicantur crimina grauia relinquitur arbitrio iudicis, ex quo posteâ, in eadem colum. versi. Secunda conclusio, dicit 3 quoderit in arbitrio iudicis, quæ crimina dicantur requirere depositionem. Et vide etiam quod notat Abb.in cap.Latores de clerici excomm.minist.de quo supra memini in parte suspensionis, excommunicationi, &c. Item not. quod ad depositionem præsbyteri

teri nõ ſemper requiritur dolus, ſed ſupina ignorantia ęquiparatur dolo, quo ad hoc. ita notat Abb. ex text. ibi, quem dicit valde notabilem in cap. fin. de celebra. miſſa. Et aduerte, quod ſi depoſitus ab officio celebrat. priuatur participatione corporis, & ſanguinis Domini, & permanet in hac excommunicatione, vſq; ad diem vltimum, ita vt viaticum tantummodo exitus ſui tempore percipiat: vt habetur in cap. Accidens. 50. diſtinct. ibi notat Præpo. & in iſta materia depoſitionis vide Archi. in capit. præſbyteri. el. 2. 5. quæſt. 6. vbi tradit nimis generalem & dubiam doctrinam (videri meo) videlicet, quod ſi clericus deponitur pro aliquo crimine poteſt â iudice ſecũlari adhuc puniri pro eodẽ: ſicut enim accidit quem diuerſis legibus teneri pro eodem crimine, ſic eodem modo lege & Canone. Nam clericus depoſitus non efficitur de foro iudicis ſecularis propter ſolam depoſitionem, quomodo ergo poterit per ipſum puniri? Prętera non ſequitur: poteſt quis teneri diuerſis legibus pro eodem crimine, ergo clericus poteſt puniri pœna canonica per Epiſcopum, & ligari per iudicem ſecularem, non præmiſſa degradatione, & traditione. An autem clericus depoſitus poſsit reſtitui per epiſcopum, vide Gondi. Villa. in tract. de legato, par. 1. quæſt. 14. num. 63. tomo. 2. tract. diuerſorũ Doctor. fol. 292. Et vide in Pontificali. fol. 204. col. 1.

ANNOTATIO.

ADde quod cum in præcedentibus capitibus, multa de huius capitis argumento ſcripta ſunt repetenda non duxi vide tamen vltra ea Iacob Menoch. de arbi. iudi. quæſtio. lib. 2. cent. 5. caſu. 415. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. quæſt. 74.

In arctum monaſterium detrudi.

CAPVT. CXXXVI.

1 *Clericus depoſitus, in monaſteriũ antiquo iure detrudẽdus erat, licet hodie ab aula receſſerit.*

2 *Alimenta quomodò ijs miniſtrãda ſunt, qui in monaſterio ad pœnitentiam deputatur.*

ANtiquis illis ac venerãdis patribus qui futuro vniuerſalis eccleſię ſtatui nedũ claritate, ac ſãctimonia vitæ ſuæ, ſed pijs ſanctionibus cõſuleruntꝫ nõ minus fuit curę delinquentiũ pœnas decernere quam eorũ futuræ emẽdæ prouidere, non ſatis ſuo animarum zelo mirabili eſſe cẽſentes, ſi facinoroſis inflicta pœna (quæ alijs ſimilia perpetrãdi metum ingeſsit) ipſiſmet admiſſa deplorandi non pręſtaret opportunitatem. Ac ideo poſt depoſitionis pęnam ſtatutam, vel depoſiti ad agendam pœnitentiam in monaſterium aliquod detruderentur, ordinarunt, vt ſic eos monachorum integritas ac venuſtas confunderent. & vitæ auſteritas ad amplectendum volũtarię pro

ſuis

suis excessibus pœnitentiam sua deret, æquitas (quæ dum verior est, in vitijs prolapsos magis subleuat quam improperat) ad agnitionem culpæ, & spem veniæ commoneret. Vnde regulare est, quod episcopus debet assignare clerico, quē deponit, monasterium vbi peccata lugeat, & illa vlterius non committat, vt in cap. Sacerdos. 81. distinct. Sed hoc vt videmus, recessit ab vsu, a a quod forsam euenit ex eo quod iudices ecclesiastici adeo segniter laborant crima punire, vt rarissime videamus eos delinquentibus depositionis pœnam inferre. Item & ex alio capite, quia omnia monasteria iam sunt ab episcoporum iurisdictione exempta, & ideo non sic iudicibus datur facultas assignandi monasterium, vnde Alexan. Tertius reputans hanc detrusionem non ita facilem dum illam fieri præcipit in cap. Sicut dignum in §. Clericos, de homi. addit conditionē, *Si fieri potest*, forsam de possibilitate dubitans, non tam propter penuriam monasteriorum, quam propter voluntatem recipiendi detrudendos in eis. Aduerte tamen quod Præpos. in cap. Si euāgelica. 55. distinct. notat ex text. ibi, quod clericus qui non est sufficienter punitus pro grauitate delicti cum sola depositione, potest detrudi in monasterium: ex quo videtur, quod non in differenter post depositionem debet succedere inclusio. Quomodo 2 autem alimenta ministranda sunt ijs, qui in monasterio ad pœnitentiam deputantur, videbonum tex Greg. in capit. de lapsis 16. quæst. 6. vbi vide Archid. dicentem quod pauperes clerici ponē di sunt in monasterijs â diuitibus aut alendi ab Episcopo. Et de materia huius capit. vide quod scribitur in sequen.

Recessit ab vsu. Adde do A ctissimum virum Iuliū Clar. in pract. crimin. §. fina. quæstion. 70. versicul. sunt etiam.

Ac in perpetuum carcerem damnari.

CAPVT CXXXVII.

1 *Pœna perpetui carceris quando ab ecclesiasticis iudicibus sit imponenda.*

2 *Episcopus irregularitatis labe afficitur qui arctum locum alicui constituit, si in eo ex defectu aeris vel cibi moriatur.*

3 *Testamentum clerici ad perpetuum carcerem damnati, an valeat.*

4 *Episcopus, qui condemnat clericū ad perpetui carceris pœnam, an possit minuendi pœnam suo arbitrio potestatem seruare.*

HVius pœnę fit mentio in cap. penul. de hæret. & in capite Nouimus. de verborum, singu. & in Extrauagant. Diuinis exemplis. quæ est sub titulo. de pœnis in Extrauagantibus communibus dicitur autem hæc perpetui carceris capitalis a secun- a
dum Baldum in leg. reos in principio column. 1. de accusat. quem refert Felin. in cap. Qualiter, el

i 2.§. Ad corrigendos. in colum. 4 de accusat. Quæ quidem pœna si ab ecclesiasticis iudicibus imponeretur, vbi delictorum qualitas exigit, custodia tali, vt re vera perpetua esset longè leuius censerentur punita laicorum delicta naturali morte, quam clericorum perpetuo carcere. Nam vt Card. scripsit in cap. Cum nonab homine de indic. longè minor pœna est statim mori, quàm diu affligi sine salutis spe. Quando autem ista pœna, vel præcedens imponi debeat. Inno. in cap. qualiter. El. 2. de accusat. in colu. penultim. versis & sunt videtur vel le quod hæc pœna carceris æquiparatur pœnæ damnationis in metallum iuris ciuilis. Vnde secundum videretur imponenda in casibus quibus iure ciuili quis punitur pœna tali, & ad hoc refert eundem Innocen. Ioann. de And. in consi. 1. in colum. 2. Abb. tamen in cap. Tuæ de pœnis, tradit talem doctrinam, quod vbi pro delicto imponitur pœnamortis de iure ciuili, tunc depositus detruditur in carcerem perpetuum: quando vero imponitur pœna alia citrâ mortem, tunc detruditur in monasterium. Contra quem instat Philip. Decius, in capit. Cum non ab homine, in col. 6. versi. Sed ista doctrina, de iudi. dicendo quod hoc non est verum, quia in casu cap. Clerici. de excess. Prælat. & in cap. Tuæ de pœnis, fit detrusio: licet de iure ciuili imponatur pœna mortis, & refert Aretin. latè scribentem in hoc, in colu. 9. qui concludit secundum eum, quod debet quis detrudi in monasterium, ad agendam pœnitentiam: & si non velit agere, ponitur in perpetuis carceribus, allegat. dict. cap. Vt famæ, de senten. excommun. & cap. à nobis de Apostat. Sed contra hoc arguit Deci. de text. in cap. Nouimus, de verb. signifi. & in cap. penul. de hæret. Vnde videtur sibi quod in carcerem detrudatur quis, quando insurgit maior suspitio fugæ pro maiori securitate. Sed ista distinctio. Decij non placet: quia pœna perpetui carceris, tunc non ratione pœnæ, sed securitatis daretur. vnde non consideraretur delicti qualitas sed fugæ timor. Vnde melior est sententia Aretin. vbi suprâ, quam ipse Decius non integre refert, nam concludit ipse Aret. quod quanuis pœna mortis imponatur de iure ciuili, non tamen debet imponi de iure Canonico pœna perpetui carceris, quod ipse limitat dupliciter. Primo in casibus exceptis, in quibus expressè cauetur de pœna carceris, vt in cap. pe. & fi. de hæret Secundo vbi propter immanitatem delicti non esset imponenda laico simpliciter pœna mortis, sed cum aliqua qualitate atroci, vt puta ignis, traditionis adbestias, laceratio is membrorum, & huiusmodi, tunc enim videtur sibi imponenda pœna perpetui carceris, b Quod intelligit verũ siue illa pœna sit naturalis crimi b nis, siue iudex illam imponat augendo illam propter aliquã qualitatem animo inhærentem & sic dicit intelligendum cap. Nouimus, supra alleg. de quo arguit contra illum Dec. Et aduerte. quod Bald. in l. penulti. C. ad l. Aquil. dicit quod si Episcopi imponerent aliquem in ita arcto loco quod

co, quod non haberet aerem sufficientem, vel darent sic parum comedere, quod de facili moreretur, quod essent irregulares. c
c Vnde prouidere deberent Ecclesiastici iudices, quãdo alicui carcerem perpetuum assignant, ne ex defectu aeris vel cibi moriatur. Idem notat Abb. in cap. A nobis de Apostą. referendo Ioã. Andræ. Et vide Ioann. de Anan. in cap. 1. de collu. detegen. & in cap. qualiter & quando. el. 2. §. fin. versi. Nunquid autem episcopus. de accusa. & Matth. de Afflictis in. 1. lib. Constit. Sciliæ, in fol. 129. colum. 3. & Mari. in repet. cap. Ad audientiam. de homi. in colum. 31. versic. quinquagesimo octauo quæro. vbi referunt Bald. vbi supra, & alios idẽ
2 tenentes. Et vide etiam Cardi. in Clementin. 1. de pęnit. & remis. in quæst. 7. vbi referendo Laurent. dicit, quod ponentes aliquem in tali carcere, in quo propter eius arctionem incarcerati non viuunt vltra sex, vel octo dies, reputat homicidas irregulares: quia illa pęna est magis afflictiua, quam si ponerentur in patibulo. Alias autem si damnatus ad perpetuum carcerem moriatur, dicitur naturaliter mori, vt notat Bald. in. l. 1. C. de his qui ad liber. peruen. non pos. quem refert Ioann. de Anan. in cap. fin. de homici. num. 8. vide. Felin. in cap. Qualiter. el. 2. de accus. §. Ad corrigendos col. 5. in prin. Et nota quod licet alias damnato ad perpetuum carcerẽ ex formâ statuti, vel de iure communi non possit aliquid relinqui vltra alimenta, dicit Mari. in cap. Veniens de accus. in colum. 28. in versi. Vndecimo quæro, quo de iure canonico videtur posse attentari quod taliter damnato non possent relinqui alimenta, cum sibi deputetur panis angustiæ, & aqua doloris. De quo tamen articulo vide latius Corsetum in repertorio Abb. in verbo carcere. in versi. An valeat. & Felin. in ca. Qualiter. el. 2 in. §. Ad 3
corrigendos col. 4. in fin. de accusa. Præterea in hac materia poterit merito dubitari, an valeat testamentum clerici damnati ad perpetuum carcerem, qui ibi finaliter decesit? Quod examinat Bal. in. 1. volum. consi. 448. quæritur in primis vbi tandem concludit quod non, & quod talis nec actiue, nec passiue sit testabilis. Et quia principale fundamentum suum est, quia tali pę na damnatus continetur sub cõdemnatis ad mortem: quia licet non sit condemnatus ad mortẽ subitaneam, est condemnatus ad breuitatem vitæ. Posses tu Regnorum Castellæ & Legionis incola nõ in merito inferre, quod hodie attento, iure eorum secus esset, cum per l. 4. in legibus Tauri ęditis, disponatur quod damnatus ad mortem ciuilem, siue naturalem possit testari, d nisi dã d
netur propter crimen inducens confiscationem bonorũ. An autem episcopus qui condemnat 4
clericum ad perpetuum carcerem posit in sententiam reseruare sibi potestatem minuendi pœnã suo arbitrio, vide Bald. in auct. Inter dicimus. C. de de episcop. & cleri. referentem Guiliel. disputasse hoc, & finaliter tenuisse quod sic. Sed dicit Bal. contra naturam pœnæ decla

rādæ in sentētia nō potest fieri reseruatio. quia esset implicare cōtraria, sed asserit tandē quod forte fallit in sentētia Epis. quia mitius debet agi cū eo quā cum alio, arg. d. Auctē. interdicimus secundum vnum intellectum, cuius verba fere ad literā refert Feli. in c. Qualiter. el 2. §. Ad corrigendos in col. 6. de accusat.

Carceris perpetui antiquitas eiusq; grauitas explicatur.

CApitalis. Adde quod diuersarum gētium moribus olim receptum fuit vt loco capitalis pœnæ in teterrimū carcerē reus cōijceretur, vt in illo animā ageret. sic apud Persas, apud Syracusanos, apud Messianos & apud Romanos obseruatum fuisse scriptū reliquit Alex. ab Alex. lib. 3. dierum genialium c. 5. Cœlius Rodig. li. 17. lectionum antiquarum c. 8. qui circa hoc argumentum multa memoriæ commēdarunt. Sic Iulius Cęsar cēsuit, eos qui cum Catalina, cōtra Romanā rē. publicā cōiurationē fecerāt, non esse occidēdos, sed publicatis eorum pecunijs, ipsos in vinculis per municipia perpetuo habēdos vt testatur Sallustius in cōiuratione Catirinæ. Meminit etiā Cicero in eundē Catirinā, orat. 4. sic loquēs. *Intelligit Cæsar mortem à Dijs immortalibus nō esse supplicij causa constitutam, sed aut necessitate naturæ, aut laborū, & miseriarūquietē esse: itaque eā sapientes nunquam inuiti, fortes etiā sæpe libērer appetierunt: Vincula vero & ea sempiterna, certe ac singularē pœnam nefarij sceleris inuenta sunt* Et paulo post, *Bona præterea publicari iubet, vitā solam relinquit nepharijs hominibus, quam si ademisset, multas, vno dolore, & animi & corporis, & omnes scelerum pœnas ademisset.* Et istum carcerem idem Cicero. 3. Catili appellauit. *Vindicem manifestorum, & nefariorum scelerum.* De carcere perpetuo meminit etiam Valer. Maxi lib. 6. ca. 3. Asseuerans quē dam C. Vaticinium, quod sinistræ manus digitos sibi, ne militaret bello Italico amputasset, publicatis omnibus bonis, a Senatu æternis vinculis adiudicatum fuisse. Tempore quoque Amulij Latinorum Regis, qui præcessit Romulum, carcerem perpetuum in pœnam fuisse statutum, colligitur ex Dionysio Halicarnasseo, qui de tali a scribens ait. *Sunt qui confestim eam necatam puellam tradant, nec desunt qui malint coniectā in occultum carcerem, eumque perpetuum: Vnde necatam esse vulgo traditum est.* Meminit item de perpetuo carcere Valer. Max. lib. 6. c. 8. dum agit de quodā seruo Caij Marij & Phylost. lib. de vita Apollonij.

Carceris perpetui pœna in aliquibꝰ prouincijs obseruatur.

Nec hæc perpetui carceris pœna prorsus antiquata est, nam receptam esse in ciuitate Venetiarum fatetur Mantua obseruati. lib. ca. 96 col. 6. & vt scribit Cali. in marg. Fisci fol. 93. in fine Reges Hispaniarū multū ea vtūtur.

Pœnæ triremium, vel ex illi perpetui ad aliquam insulā, quæ in Hispania recepta sūt quibus pœnæ similes lentur.

Sic quidem apud nos in his regnis receptum est maxime in superioribus tribunalibus, delinquētes puniri, vt Regiæ Maiestati liceat perpetuo in regionibus Africæ finitimis, vel condemnantur ad Regias triremes, non sane pœna hæc differe videtur, a pœna perpetui carceris nisi nomine tantum, vt multi arbitrātur. Sed verius censeo pœnas has assimilari, damnationi in metallum, vel in o.

in opus publicum, quibus & alijs simibus pęnis reus condemnari potest. l. aut damnum. l. capitalium ff. de pœn. l. relegatorũ §. sicut ff. de interdi. & relega. l. illicitas §. qui vniuersas. ff. de offici Præ. relegan ff. de offici Præfect. l. 4. titul. 31 part. 7. notat in terminis Abb. in capit. quod sedes. de offic. ordin. Ioann. de Platea in l. nemo carcerẽ. col. 4. C. de exactori. tribu. lib. 10. Greg. in dict. l. 4 in glo. *ò labrando*. & in glos. verb. *à ome libre*. & his nõ allegatis idẽ scribit doctor Th. *Talleda* in tract. incarceratorum cap. 4. num. 10.

Pœna perpetui carceris mori æquiparatur.

Hæc quidem perpetui carceris pœna, de qua â nobis sermo. institutus est, morti æquipatur, vt sentit Inno. in c. qualiter in. 2 de accus. Abb. in c. 1. col. vlt. de collu. detegen. quia similis seruituti perpetuę esse videtur l. 2. ff. de liber. homi. exhi. seruitus autẽ mortis pœnæ fere cõparatur. l. seruitutem. ff. de reg. iur. & vide Ioan. And. in d. c. 1. n 22. asseuerantem grauiorẽ esse perpetuum carcerem, quã abcisionẽ vnius digiti, vel fustigationem.

Pœna perpetui carceris a iure ciuili alienaest.

Et pœna hæc legibus ciuilibus fuit aliena imo incredibilis. l. aut facta. §. solent. ff. de pœn. l. mandatis. ibidem. l. incredibile. C. de pœnis. d. l. 4 Par. Ideoque hac ratione secularis iudex hãc pœnam nõ imponit. Bal. in dict. l. incredibile. Ang. in. l. si a milite. §. ædictum. ff. de milit. testam. Bal. consil. 443. in fine. lid. 3. vbi scribit, quod ita tenent cõmu.

Pœnam carcetis perpetui sæcularis

doctores Alex. consi. 55. n. vol. 7. Mari. Socin Senen. in cap. veniẽs. col. 26. de accusati. Aymõ. cons. 224. n. 3. Purpu. in. l. Imperiũ. n. 231. vbi Valascus. n. 161. ff. de iurisd. omni. iudi. Aules in c. Prætor. c. 18. in verbo. *Carcel*. Didac. Perez. in. l. 2 tit. 4. lib. 4. ord. in verb. *Todos los dias de su vida*. Et est cõmunis & verissima opinio, vt asseuerat Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q 70. pœna. Quodsi de facto eã imposuerit sentẽtia nulla est Bal. in dict. l. incredibile licet gl. Cin. & Sali. ibi dissẽtiãt & Valasc. in dict. l. Imperiũ.

Iudex indefingere non potest quod si de facto fecerit nulla esset sentẽtia.

Hæc tñ cõmunis sentẽtia, quã modo asseuerabimus, minime procedit in seruo qui ad perpetuũ carcerẽ dãnari potest l. seruus. C. de pœnis. Nõ quidẽ quo ad ipsũ grauis pęna ista indicãda est, cũ iã seruituti adstrictus sit.

Limitationes quatuor addict Reg cõstituũtur.

Secũdo, nec locũ obtinet, quãdo delictã est atrox, pro quo iudex arbitrari posse mortis pœnã imponendã esse. ita Bald. in dict. l. incredibile. Sed ex supra traditis hæc Bal. opinio vera nõ videtur & merito de ea dubitat insignis Iaco. Menoch de arbi. iudi. quæstioni. lib. 1 q. 89. num. 9. dicitq; cogitãdã esse propter magnã Bald. autoritatem.

Tertio fallit, in casu auth. sed hodie. C. de adult. 1 & l. pen. tit. 17. par. 7. quas leges not. ad hoc Greg. in dict. l. 4 tit. 31. par. 7. in verbo, *a ome libre*.

Quarto fallit in casu dictæ Reg. 1. 2. ti. 4 li. 4. or. in. ibi, *Todos los dias de su vida este preso en la carcel*

Carcer de iure canonico, non solum ad custodiã, sed ad pœna imponitur.

Cæterum iure Põtificio carcer nõ solũ ad custodiam sed ad pœna imponitur c quãuis. de pęnis in. 6. c. si quis clericus. 81. dist c. de lapsis. 42. c. cõmissa. de hære. lib. 6. Clem. 1. eo tit c. pen. de hær. c. nouimus de verbo. significa. Et potissima ratio est, nam cũ

Sacri Canones, pijssima & materna benignitate, mortis pœnam non inflingant, necessarium fuit, ne crimina impunita remanerẽt pro grauioribus criminibus pœnam hanc statuere. Quam ecclesiastici iudices solũ aduersus clericos imponere possunt non vero contra laicos, nisi in crimine hæresis vt scribit Iul. Cla. indict. pract. §. fin. quæst. 70.

Alimẽta denegari nondebẽt illis qui perpetuis carceribus detinentur, quod sijn edia moriantur iudicesec clesiastici irregularitatẽ cõtrahãt.

Nec debent alimenta denegari, his qui in huiusmodi carceribus detinentur, quia si fame & inedia moriantur, iudices Ecclesiastici qui morti causam præstiterunt, irregularitatis labe illaquentur, ex Bal. sententia in. l. de præcibus. C. ad l. Aqui. Quod quidam intelligunt. procedere, nisi in casibus atrocioribus, in quibus clericis incarceratis minui solent alimenta (quod vulgo dici solet, *Comer por onças*) si mors inde sequatur nulla irregularitatis labe, iudices ecclesiastici afficiuntur, cum iure Pontificio hoc sit permissum ita tenet licet fluctuans Anto. Quæsada, vir non vulgaris eruditionis, in lib. diue. iuris quæstio. cap. 17. nu. 28. Ego tamen in ea fui, & sum opinione vt existimem, nunquam licuisse, ita tenuissima alimenta clericis supeditari, vt famæ pereãt, quod tex. insinuat in c. nouimus §. i. de verb. sign. quod contrariæ opinionis assertos aducere pro se solent ibi. *Ad agendum pœnitentiam ipsum inducas in pœna doloris, & a qua angustiæ substentandum.* Quæ quidem pœna non ad mortem, sed ad pœnitentiam agendam tẽdit, vt ibi, quia semper Ecclesia Dei omnipotentis exemplo, sperat conuersionem, & pœnitentiam delinquentium, nec vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat Ezech. c. 18 & in c hi qui. 3 q. 4 & hæc pœna æquitate & prudentia prælatorum solet temperari, maxime præcipuis festis, quibus solent in carceratos visitare, & pingius nutrire, vt scribit Ioann. And. in cap. quanuis de pœnis libr. 6. in 2. not. super textu. Absit sane ab omnium mente credere, sacratissimas leges Pontificeas, alioqui pijssimas, in suos clericos, quos impense diligunt, tamdiram mortis pœnam inflingere. Nihil sane interest necare, vel alimenta denegare. Vt inquit Consultus, in l. necare. ff. de liberat. agnoscend.

Vnde Liuius. lib. 2. belli Punici asseuerat, *Famen Vltimum humanorum supplicium*, Aegesipus libr. 5. *famen carnificem appellat.* & Hieremias Threnorum cap. 4. scribit. *Melius est occidi gladio quam fame ex tabescere.* Cui consentiens Vegetius. *Ferro* (inquit) *Multo seuerior fames est.* Daui. equidem pestilentiam eligere maluit, quàm famen cum vtriusque ei esset data optio, vt habetur libr. 2. Regũ capitulo 24. Et terrimum mortis genus famen esse scripsit Homerus qui lib. 12. Odyssææ ita facit Euriloch. loquentem. *Omnes quidem terribiles mortes miseris mortalibus Fame autem miserrimum mori.* Cuius meminit Plato libro tertio de republic. & Columela libro secundo rei rusticæ capitulo secundo. Tullius autem ad Atticum libro. 5. Epistolarum famæ nihil miserius pronuntiauit Iosephus lib. 6. belli Iudaici asseuerat, *famen rerum omnium aceruitates*

Pœna famis apud omnes gentes cæteris seuerior omni seculo indicata fuit.

tes superare. Idem lib.7.Historiæ Ecclesiasticæ cap.11.tradit. *Omne pereundi genus, fame leuius videri.* Quintilianus vero de dira fame his verbis scribit. *Felix* (ait) *pestilentia, felix præliorum strages, denique omnis mors facilis, fames aspera vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum corporis tabes, magistra peccandi, diriſsima necessitatum deformiſsima malorum. Hæc ad humile corpus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes prosternit, hoc sæpe sociorum fidem frangit hæc venena populis publice dedit, hæc in parricidium pios egit.* Quæ refert Lucas de Pena in l.2.column.2. C.de quib.munerib.vel prest.libro.10.& Andr.Tiraquel.in lib. 1.de retra.§.26.glo 1.n.22. Nec omittendum est, quod ex nostris scribit Bald.in l.pactum.col.vlt. C.de pact.tradés prouerbiũ vulgo celebratum *fames* (inquit) *est accutiſsimus ensis*, &idem consilio 458.colum.2.lib.3.scribit nihil tristius esse quam fame necari nihilque fami comparari:

Hæretici qui ad fidem redeunt, ad carceres perpetuos debent condemnari quanuis hæc pœna sancti Officii clementia sit limitata.

Quibus addendum est quod antiqui prodiderunt, quia ferunt pro grauissima pœna, Tantalum apud inferos, siti & fame cruciari vt refert Cice.1.Tusc.Et Amian. Marcelli.lib.17.Historiæ Romanæ his verbis scribit. *Mortis ignauissimum est genus fame perire.* Et idem lib.19. dicit esse vltimum malorum omnium. Sed vt Ethnicos relinquamus, Sacræ literæ nobis de hoc supeditant, non vulgaria testimonia, quia ad grauissimorũ celerum vindictam, famen tanquam cæterarum pœnarum culmen comminantur. In peccato sane primi parentis dictum fuit. *Maledicta terra in opere tuo, in labore vultus tui vesceris pane tuo* Vt habetur Genes.3.Et Psalm.104. *Deus vocauit famem super terram,* &c.Et Ezech.5.*Famem congregabo super vos, & conteram vobis vaculum panis.* Et Ezech.14.versic.12.& 13. ibi. *Factus est sermo Domini ad me dicens, fili hominis terra cum peccauerit mihi vt prænaricetur, prænaricans extendam manum meam super eam & conteram, virgam panis eius & immittam in eam famen, & interficiam de ea hominem, & iumentum.* Et ideo vidi iusti fame, neque inedia minime oprimuntur iuxta illud Dauid.Psal.36. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem, & nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas in æternum erit non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribũt.* Et Prou.10. *Non affliget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.*

Et licet in crimine hæresis (vt ad institutum sermonem redeamus nec tamen extra Chorum saltauimus) laici post deprehensionem, ab hæresi ad fidem Catholicam redeunt, ad perpetuum carcerem debeat condemnari. Vt in cap.pen.§.i.de hæret. Quibusdam tamen nouissimis cõstitutionibus, rigor ille æquitate limitatus est, nam qui sponte ante propositam accusationem, ad Sacrosanctæ Ecclesiæ gremium redunt, non debent perpetuis carceribus mancipari. Nec illi qui post capturam de seipsis, nec non de alijs, quos hæreticos esse sciunt, integre, pia mente veritatem fatentur. Potest etiam pro arbitrio Inquisitorum prædicta pœna condonari, illis qui priusquam

quam dicta testium publicata fuerint, redierint, si vero post testiũ publicationem redunt, & tunc confitentur, cum se convictos esse intelligunt, perpetuis carceribus sunt recludendi. Ita sancitũ est in prima Instr. Hisp. cap. 8. & ii refert Iacob. Septi. in Cathol. inst. tit. 6. num. 17.

Qui vero iam eo quod tarde nimis ad fidem reuertitur, ad perpetuum carcerem fuerit condemnatus ab eo fugere nó licet quod si temere fecerit eo ipso relapsus iudicandus est, quia censendum est, quod fictè conuersus fuerit, ideo vlterius audiendus non est ita Archi. Domi. Ioan. And. Anchar in c. vt commissi. §. nec non de hæret. libr. 6. Arelatan. de hæret. not. 5. Squillacen. de fide catholo capitu. 27. Ioann. de Anani & Felin. in capitulo penultimo de hæretici. Quæ opinio licet communis sit mea tamen sententia falsa. Tum quia nullo iure probatur, & inhumanum est absque expresso, iure quem tam graui pœna plecti. Tum quia qui a carcere fugit in pristinam hæresim nullomodo labitur, nec fuga ipsa hæresim committit: ideoque relapsus nomen minime ei competit, solum quidem is si forte redierit, vel fuerit comprehensus duriori carcere recludendus erit, & impœnitens iudicandus, & ob fugam grauiori pœnitentia dignus, quam si subire voluerit benigne recipiendus est, ita nouissime tenet Iacobus Septim. in dicto titulo. 16. dicens opinionem contrariam falsam & crudelem esse.

Pœna perpetui car ceris.

Est tamen Inquisitoribus à iure concessa facultas, vt simul cũ Episcopo, possint minuere, vel commutare pœnã perpetui carceris: cum viderint id expedire vt in capitul. vt commissi. §. nec non. de hęretic. libr. 6 Hodie tamen ad solum generalem Inquisitorem, potestas hæc pertinet, quia solus is potest habitum publicæ pœnitentiæ tollere, quanuis delinquens in perpetuum damnatus sit, vt eo vtatur. vt decretum est quinta inst. Hispa. capit. & quarta Toletana. cap 9.

ceris hodie abin quisitori generali relaxatur qui solus publicæ pœnitentiæ habitum remittit.

Quæ pœnæ remissio fieri solet octo annis transanctis, à die in carcerationis, hoc ex benignitate, & clementia, non vero ex iuris rigore, quo stante, decennium desideratur, vt scribit D. Episcopus Siman. dict. titul. 16. numero. 22. quo loco numero. 21. testatur, quandoque eam pœnam lapso triennio remitti, si eo tempore in carceribus detenti maxime, veræ que pœnitentiæ præstiterint testimoniũ. De consuetudine tamen Sacri tribunalis generalis Romanæ Inquisitionis receptum est, vt post paucum tempus dispensatio indulgeatur, vt testatur F. Pegna ad Dir. inqui 3. p Scho. 142. Et vt addas his quę supra versic. nec debent omissum fuit ad fin.

Quo tẽpore labso fiat d. pœnæ remissio.

Pœna perpetui carceris. Adde Gregor. Lup. in dict. l. 4. titulo. 31. part. 7. in verbo, *à omelibre.* vbi Autorem nostrum allegans eius opinionem amplectitur. Et an clericus perpetuo carceri mancipandus, prius sit degradandus vide Abb. in capit. excommunicamus. in. 2. de hæretic. Gundi. a Villadiego in tract.

tract. de hære. quæstio. 19. numur. 2. authorem nostrum supra cap.

Clericus vel regualris perpetuo carceri mancipatus an absque peccato fugere possit.

Sed vtrum clericus vel regularis possit absque peccati labe, â carcere perpetuo fugere, existimo asseuerandum ei nullo modo licere, nec â peccato excusari, quod ex eo manifeste apparet. Nam licet ante iudicis condemnationem nemo teneatur pœnã soluere, vel illam subire. iux a gloss. sententiam in c. fraternitas 12. quæst. 2. quæ communis est, & multis â nobis ornata supra cap. 66. post condemnationẽ vero absque dubio tenetur. vt tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 2. & fere omnes quos in dict. c. allegauimus. Rursus quia iste qui â carceribus fugit, iudici resistit. quod omni iure prohibitum est. cap. resistit. 2. quæst. 3. gloss. in c. præsentium. 7. quæst. 1. l. additos C de Episcop. audi tradit noster Autor in regula & fallen. regula 382. vbi post eum multa scripsi. Deinde hanc rem comprobat, nam licet ex multorum sentẽtia, captus & ad mortem condemnatus. possit a carceribus fugere. vt colligitur ex Ancharran. & Imo. in Clemen. Pastoralis de re iudica. Archi. in capit. cum homo. 23. quæst. 5. Diuo Thom. & Caiet. dict. quęst. 69. Dried. de liber. Christi. pag. 226. licet dissentiat Bar. in. l. relegatiti ff. de pęnit. Abb. in ca. 1. de testib. cogend. & in cap. Sicut. in. 3. de iureiurand. sed tenendo opinionẽ Diui Thom. prout tenendam esse affirmat D. Episcop. Couarru. lib. 1. vari resolu cap. 2. num. 14. Non tamen procedit, quando quis ad pœnam carceris temporalem, vel perpetuam, condemnatus est, nam hæc pœna eam cõditionem habet, vt alterius quã puniti executionem minime indigeat & ideo is damnatus cẽsetur ad eam propria cooperatione subeundam, qua propter inanimæ iudicio, eam subire debet, sicuti in pœna exilij & alijs similibus pœnis docet Caietan. dict. quæstion. 64. articulo. 4. Drie. dict. fol. 226. & opinionem nostram in terminis tenet. Martin. Nauarr. in capitulo statuimus. 19. quæstion. 3. numero 63. D. Episcop. Couarruu. dict cap. 2. numero 14. testaturque Nauar. in dict. lo sic respondisse, cuidam sacerdoti qui a longinco in Vrbem venerat, qui fuerat condemnatus ad seruiendum perpetuo cuidam Hospitali, sed regressus fuit nulla a Summo Præside sibi indulgentia criminis concessa. Idemque se responsurum affirmat cuidam religioso, qui similiter ad Vrbem venerat, qui ad perpetuum carcerem, a suo Prælato fuerat condemnatus, dicitque se illi consulturum, vt statim reddat, quod multum notandum est, quia vidi aliquos in hoc alucinari.

Religiosus non potest à carceribus fugere.

Imo circa carcerem qui religioso, ob crimen imponitur, memoratu dignum est, quod licet alias clericus secularis, nulla violentia custodibus facta ante condemnationem possit a carcere fugere, religiosus vero a suo Prælato in carcere sui mosterij coniectus non potest etiam ante condemnationem, ab eo fugere, cũ is in ea monasterij parte manere debeat, in qua Prælatus ei manere præceperit arg tex in c quorundam.

rundam. & in capit. si religiosus. de electi. lib. 6. Quod aperte insinuat Caiet. 2. 2. quæst. 69. artic. 4. in respon. ad secundam cõclusionem his verbis. *Religiosi qui liberalitate sui moti, progressu extra claustra se priuauerunt, supponentes se per tria vota Prælatis suis, quacunque, ex causa à suis Prælatis iuste detineantur, non possunt licite extra præfixos sibi terminos fugiendo exiri.* Hactenus Caietan.

Religiosus, qui iniuste in carceribus detinetur fugere potest.

Est tamen superior opinio intelligenda, quando iusta est carceris pœna & legitimo iuris ordine seruato, fuit imposita, secus si ea pœna iniusta fuerit, quam in foro conscientiæ nullus subire tenetur. vt colligitur ex Innocen. in cap. plerunque de immu. eccleuar. Diuo Thom. 2 2. quæsti. 62. artic. 3. quam dicit esse communiter approbatam Nauarr. vbi paulo ante allegaui. Et in hoc casu intelligenda est Angeli opinio in. l. in eos. ff. de custo. reor. quem refert & sequitur Paris de Puteo in tract. Syndicatus c. qualiter autem prouabitur. fol. 31. dicens damnatum ad carcerẽ, pro pœna criminis, posse absque mætu pœnæ â iudice sibi in dictæ si â carceribus discesserit, absque pœnæ mætu, a carcere fugere. Est equidem hoc intelligendum, quando iniusta fuit condemnatio, sic interprætatur D. Episcopus dict. cap. 2. num. 14.

Religiosus incarceratus etiã iuste à carceribus fugere potest si seuere tractetur.

Secundo nec locum habet præcedens sententia cum pœna carceris iusta est, sed modus exequẽdi iniustus, & Caritate Christiana longe alienus, vt cum quis iuste damnatur ad carcerem perpetuum, vel temporarium, sed impius carceris custos cibum, vestitum, vel ignem subtrahit, vel in loco subterraneo, humidissimo, & obsceno inclusum detinet, vel alia facit ex quibus mors iuste timeri possit. Tunc quidem is fugere poterit, vt scribit insignis Nauarr. in dict. cap. statuimus num. 63.

Essent irregulares. Adde Guil. â Monte Laud. in Clem. 1. de pœn. & remissi. Abb. in cap. ad audiẽtiam de crimin. fal. Anan. in cap. de cætero. de homi. colum. vlt. Archiepis. Flor. in 3. part. tit. 28. cap. 2. §. 6. D. Couarr. in Clemen. Si furiosus. 2. part. relecti. §. 5. nu. 7. de homi. Fran. Auiles in capit. Prætorum cap 18. in verbo, *Carter.* num. 1. Folle. in pract. crimi. in verbo, *vel carcerentur.* num. 2. Iacob. Menoch. de arbi. iud. q. lib. 2. Centu. 4. casu. 305. num. 3. quam esse communem sententiam testatur Nauar. in dict. cap. statuimus, num. 65. Idem consi. 2. tit. de pœnis. Debent equidem Iudices Ecclesiastici prorsus cauere, ne recludãt clericos in subterraneis & horidis carceribus, ne irregularitatis labem incurrant. Vnde nunquam verum iudicaui, quod maiores nostri memoriæ mandarunt, asseuerantes, puteum horridum & profundũ, qui est intra Arciepiscopalẽ domum loci vulgo nũcupati *de Sanctorcaz*, huius Toletani Archiepiscopatus destinãtum fuisse ad detrudendos clericos irretitos magnis celeribus, ibiq; aliquando fuisse electos, sed testimonio grauissimorum & antiquorũ hominum, falsum esse comperimus quod si aliquãdo factum fuit. me liori seculo ab aula recessit. Nec locus ille, quem proprijs vidimus

C *Clericũ subterraneis, & horridis carceribus incarcerandi nõ sunt.*

Puteus populi vulgariter dicti Santorcaz, an olim fuit carcer clericorum huius diœcesis Toletanæ.

D *Clericus ad perpetuos carceres con*

dênatus de iure crm. ante leg. Tau. testari po terat contra Ioan. Bern. & Gre. Lop. ☞

mus oculis, carcerem vllo tempore fuisse demonstrat. Est quidem populus ille iuxta municipium vulgo de *corpa* nuncupatũ, quo bene pars : patrimonij nostri continetur) magis diligentia. & solicitudine D. Petroline Ordoñez Dilectissimæ vxoris, nostræ, quẽ propio labore quæsiti. *Possit testari*. Adde quod cum hac opinione autoris nostri transit. Gregor. Lup. in l. 4. titul. 31. partit. 7. in gloss. i. Sed verior est contraria opinio quod ante Taurinam constitutionem quam autor noster hoc loco allegat permissum erat clericis ad perpetuos carceres damnatis testamẽtum facere probat D. Couarru. in Rub. de test. 3. par. num. 27. Iacob. Septima. in catho. instit. tit. 16. num. 31. Quia non ex hoc serui pœnæ efficiebantur, sed ad pœnitentiam agendam carceribus detinebantur.

Clericus ad perpetuos carceres con dẽnatus, an eo ipso cẽseatur priuatus beneficio

Et vtrum lata sententia contra clericum perpetui carceris, eo ipso censetur beneficio priuatus, si nihil circa hoc in ea exprimatur vide Rotam decisio. 5. de sente. & re iud. in antiquioribus vbi multa circa hoc argumentũ aducuntur, tandem post longam disputationem testatur, non censeri ipso iure beneficio priuatum quod non mediocris vtilitatis est vt ibi scribit.

Exigentibus culpis.

CAPVT. CXXXVII.

1 *Clericus propter quæ crimina seculari curiæ sit tradendus.*

QVAE sint culpæ propterquas quis debeat tradi curiæ seculari, ex his quæ supra tradimus facile quis dignoscere potest. Causa autem facilioris inuentionis volo hic saltem summarie referre: habes enim hoc examinatum supra in verbo Sortilegi, & in verbo falsarij, & in verbo conspiratores & in verbo, & per assassinos, & in verbo, Lesæ Maiestatis. Et an propter delictũ grauissimum perpetratum a clericis tradi debeant curiæ seculari, vltra casus expressos in iure habes plene supra in verbo parricidæ. 1

ANNOTATIO.

ADde quod huius capitis argumentum longe lateque in præcedentibus capi. ab autore hic allegatis declaratum est in annotationibus nostris ideoque quæ ibi scripta sunt, repetenda non duxi.

Data incorrigibilitate

CAPVT. CXXXIX.

1 *Clericus incorrigibilis qualiter puniatur.*
2 *Clericus incorrigibilis quis dicatur.*
3 *Clericus depositus est de ecclesiæ iurisdictione.*
4 *Clericus incorrigibilis qui non potest ab Ecclesia puniri, potest ipso iure à iudice seculari comprimi.*
5 *Clericus, qui propter incorrigibilitatem effectus fuit de foro se-*

culari, ad voluntatem ecclesiæ puniendus non est.

1 CVm Ecclesia nunquam intenderit priuilegijs suis clericos fouere proteruos atque incorrigibiles, statuit Celestinus Tertius, in cap. Cum non ab homine. de iudic. clericum ab ecclesiastico iudice depositum, si adhuc incor
a rigibilis fuerit, excommunicari debere, deinde cõtumacia crescente anathematis mucrone feriri. Tandem si in profundum malorum veniens contempserit, cũ Ecclesia non habeat vltra quid faciat, per secularem potestatem esse comprimendum, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur. Noluit tamen quod sola incorrigibilitas sufficeret, vt comprimeretur clericus depositus a seculari iudice nisi excommunicatio & anothema subsequerentur: & insuper vtriusque contemptus, vt patet ex verbis illius text. Dicitur autem clericus depositus incorrigibilis secundum Abb. ibi, col. penul. versi. quæro qualiter post Ant. si reuertitur ad priora delicta, vel in illis perseuerat. & idẽ est secundum eum (licet aliud voluerit Ant.) si committat alia delicta, etiam si non sint similia, vel si sint minora ex rationibus de
2 quibus per eum quem sequitur Decius ibi colum. fin. Dicitur etiam incorrgibilis, si cũ detruderetur in monasterium ad pœnitẽtiam peragendam, ea non peracta capit fugam & occultat se, vel aliter de facto impedit, vt nõ possit eũ iudex arctare, licet nõ reperiatur in nouo delicto, quia tunc post excommunicationem & anathema comprimendus est per iudicem secularẽ, vt in text. secundum Abbat. vbi supra, in colum. fin. sequitur Decius, vbi supra. Itẽ aduerte quod Decius ibi ponit alium casum incorrigibilitatis tanquã diuersum ab aliis, quem dicit ex Abbate colligere, videlicet quando clericus ter monitus non desistit, qui iudicio meo sub primo comprehẽditur: nã si non desistis, ergo perseuerat in crimine, & tunc sola perseuerãtia sine monitione reddit eum incorrigibilem: nisi dicamus, quod sentiat Decius quando monetur, vt desistat a nouis criminibus quibus inuoluitur post depositionem.

Quod adhuc etiam non videtur iuuare opinionem suam, quia tũc etiam commissio nouorum criminum etiam minorum redderet eum incorrigibilem sine monitione per supra dicta. Addit etiam quartum casum incorrigibilitatis Decius allegando Domini videlicet quando semel correctus verbis, non se emendat, qui etiam in proposito nostro videtur impertinens: nam si post depositionem non se emendat, etiã correctione verbali non præmissa, dicetur, incorrigibilis vt excommunicari valeat. Sit autẽ in hac materia vera resolutio, quod nullus casus datur a doctoribus, qui succedat post depositionem, qui solus sufficiat vt tradatur curiæ secularib nisi præcedat con b
temptus excõmunicationis, vel anathematis. Et cum clericus de- 3
positus sit de iurisdictione Eccle siæ, vt per Abb. in cap. Ioannes. & in cap. ex parte. de cler. cõiug.

Iudex

Iudex ecclesiasticus debet declarare eum incorrigibilem, ipso tamen non citato, ne fugiat, vt per Abba. Post Card. in d. c. Cum nõ ab homine & Inno. in c. 1. de homic. lib. 6. quos refert Aret. d. c. Cum non ab homine. col. 5. & vide Feli. ibi. 4 co. qui dicit, quod ex omnibus dictis doctorum cõmuniter ibi colligitur, quod potestas, quæ datur iudici seculari super deposito incorrigibili nõ exercetur, nisi declaretur qualitas incorrigibilitatis ipsam conferens. Et not. quod clericus incorrigibilis, qui non potest puniri ab Ecclesia, potest ipso iure comprimi â iudice secul ri absque alia degradatione. Hæc est communis opinio modernorum post Ioann. Adr. & Anto. vt firmat Aret. in dict. cap. Cum non ab homine colum. 5. versi. Tertia fuit opinio, & vide Domi. in c. Nec licuit. 17. dist qui not. ibi glo. pro isto dicto Ioann. Andr Clericus autem sic propter incorrigibilitatem effectus de foro seculari puniri debet non ad volũtatem Ecclesiæ, sed pro vt iudici seculari videbitur. ita notat. Abbas. in dict. cad. Cum non ab homine in vlt. not qui illum puniet pœna imposita per leges ciuiles laicis pro illo delicto â clerico perpetrato, vt probat tex. in ca. Ad falsariorum, de crim. fal. Præterea in ista materia vide notabilia verba Card. in quodam consilio, quæ refert Felin. in capitu. Rodulphus. de rescrip. in colum. 3. quæ dicit nõ legisse alibi, dũ scripsit quod in modo confitẽdi delictum potest reus talia verba dicere, quod ex illa appareat reũ esse incorrigibilem: quia ostendit non solum non pœnitere de delicto commisso, sed dolere quod delictum non fuerit ita plene perpetratum, & consummatum, sicut ipse attentabat, & intendebat committere, vt patet in facti contingentia super quo Car. scripserat consilium, de quo meminit Felin.

A

Incorrigibilis, Adde Bos si. in tit. de foro comp. numer. 131 vbi scribit, quod clericus qui non incidit in habitu dicitur incorrigibilis si præcesserit trina monitio ille vero qui in habitu incidit incorrigibilis dicitur quando. Primo est depositus, Secundo excommunicatus, Tertio anathematizatus, & adhuc in contumacia perseuerat. Quæ forma si ad vnguem seruata fuerit, dicit ipse, quod absque aliqua declaratione, efficitur de foro seculari, & asseuerat quod ita amplectuntur communiter Doctores licet postea dicat, quod forma ista raro in vsu videatur. Sed Bartho. Cassa. in consuetudin. Burgun. fo. 51. num. 66. scribit, quod curia Pari. obseruat, quod post vinam remissionem de illis criminibus, pro quibus mortis pœna imponitur, clericus habetur pro incorrigibili, tam in odium incorrigibilitatis, quam in odium iudicis Ecclesiastici negligentis, eum corrigere. Idemque in Parisiensi Parlamento seruari in criminibus in quibus pœna mortis nõ iniungitur testatur Pap. l. 1 tit. 6 Arrest. 5. quæ quidẽ doctrina sibi placere affirmat Iul. Cla. in pract. crim. § fina. quæstio 36. versi. sed quæritur.

Incorrigibilis quis dicatur.

Vt tra-

Clericus qui se immiscuit criminũ enormitatibus, an possit à seculari iudice puniri non expectata degradatione & traditione ab ecclesiastico.

B *Vt tradatur curiæ seculari.* Nota sing. circa ea quæ autor hoc loco scribit, quod si clericus in profundum malorum lapsus fuerit, quia dimissa tonsura, & vestibus clericalibus, multis scelleribus sui prorsus oblitus, se immiscuit ipso iure est priuilegio clericali, etiam fori priuatus & ea ratione, poterit absque degradatione, & traditione puniri a iudice seculari, ita tenet gloss. in capitu. ex parte. de priuileg. Hostien. Ioan. Andre. & Anton. in capit. perpendimus. de sentent. excommun. illius text. autoritate ducti. Henr. in cap. ex literis column. penultim. de vita & honest. cleric. Ancharra. in reg. eaque. quæstion. 12. de reg. iur. lib. 6. quam opinionem communem esse fatentur Aufer in Clement. de officio ordina. reg. 1. fallen. 19. D. Episc. Couarruu. in practi. quæst. cap. 32 num. 2. Quæ cõsuetudine recepta est, vt fatetur Bartho. Cassa. in consuetudin. Burg. rub. 1. § 5. versi. Archidiacono num. 55. Eandem opinionem receptam esse dicit Alex. de nouo consi. 59. num. 20. circa quam multa refert Anton. Capi. decisson. 161. licet minime scribat, quid in casu illius decisionis a Senatu fuerit iudicatum. & nouissime eam sequitur Iul. Cla. in dicta quæstio. 36 versic. quæro modo vbi affirmat magis cõmunem esse & consuetudine fulcitam & ideo in iudicando, & cõsulendo, non esse ab ea recedendum refert Boeri. decisio. 69. n. 16. Et licet quam plures cum hac opinione pertranseant, nempe, quod casu supra constituto, nulla monitio desideratur, addunt tamen, quod non solum necessarium est, quod clericus se immiscuerit enormitatibus, & sæuis criminibus sed requiritur, quod duro, contumaci animo illis perseuerauerit, & hanc opinionem tanquam magis communem obseruari, & suo tempore obseruatam vidisse commemorat Aufer. in repe. dict. Clemen. 1. de offici. ordi. reg. 1. fallen. 27. Bossi. in practica crimin. titul. de foro comp. num. 139. Pract. Conrr. fol. 247. limit. 19. Grammaticus super cõsti. Regni. fol. 29. Supradictæ autem communi sententiæ suffragatur text. in cap vnico de vita, & honest. cleri in 6. quo traditur casus in quo clericus in sacris, absque vlla de gradatione, amittit priuilegium clericale ipso iure, etiam quo ad forum secundũ text illius receptam interpretationem eandemque sententiam probare videtur text. in capitul. 1. de Apost. Multis tamẽ & summæ autoritatis viris (nec iniuria sane) communis sententia displicet, quia nimis durum iurique contrarium videtur, clericũ nulla monitione præmissa, priuilegio fori priuati, ex eo, quod dimissa tonsura, & vestibus, enormibus criminibus operam dederit quam opinionem communẽ esse fatetur Rolan. consi. 4. num. 31. lib. 1. referens id testari Alex. consi. 8 lib. 1. Viuius qui alios refert in lib. commun. opin. in verbo, clerici potestate. Ferdi. Menoch. lib. 3. de testamen. § 2. 2. n. 63. tradit Alberic. in 2. parte statu. quæstion. 42. Vbi dicit se vidisse communiter seruari, quod exigatur monitio, & si post monitionem clericus se non correxerit

xerit, perdat tunc priuilegium clericale, sequitur Cępola consi crimi. 11. versi. quintum etiam requiritur quæ opinio communis est.

Autor primariã iuris Pontificij Cathedram, in Complutensi Academia obtinuit.

Quam nos amplexi sumus, in nostra primaria iuris Pontificij Chathreda, cum numerosissimo auditorio interprætaremur text. in dict. capit. cum non ab homine, a quo publica nostra functio exordium suscepit, obtinui equidem dictam Cathredam in Complutensi Academia toto orbe celebratissima, cum incredibili eius lætitia anno. 1586. die vero 6. Mensis Marci. Ideoque Anchar ra. in dict. c. 1. de Apost. scribit decisionem illam minime seruandam esse nisi in quo loquitur casu. Abb. vero & Car. in dict. c. perpendimus, affirmant. responsum illud intelligẽdum esse quo ad priuilegium canonis, nõ quo ad forum, idem etiam tenuerũt, Socin. consi. 12. lib. 1. Alex. consi. 8. n. 2. volum. 1. Sylvest. in verbo clericus. 3. §. 9. Ange. eod. verbo 10. quæst. 10. Neque reffragatur text. in dict. cap. 1. de vita & honest. cleric. 6. quia decisio illa, cum pœnalis, & odiosa sit, in proprio casu in quo loquitur intelligenda est, & ad alium extendi non debet. Ideoque prima communis opinio omni iure destituta est, quæ ea ratione non placet insigni D. Couarruu. dict. capit. 32. nisi eo casu, quo crimen aliquod in maximam pernicie reipublicæ fuerit perpetratum, præsertim quando si degradatio esset expectanda maximũ impunitatis subesset periculum. Vnde scribit Iul. Clar. in dict. §. fin q. 36. versi. cæterum, quod quando clericus est seditiosus, & publicam quietem reipublicæ perturbat solet Mediolanensis (qui maximæ autoritatis est Senatus) ad tempus ab illa ciuitate quam perturbat expellere, prout factum fuisse refert, in quodam Archipræsbytero. Quod ex eo defendi potest, quia non tantum in cõmodum reipublicæ id fieri videtur, quam in vtilitatẽ ipsius clerici, ne ab alijs iniuria afficiatur, quod mihi summe placet, quando instans periculum imminet, & non ad est Iudex Ecclesiasticus, qui eminenti malo obiare possit, & hanc vltimam opinionem tanquam communiorem & magis veritati, & ęquitati consonam sequendam duxi.

Contra Impium. Carol. Moli

Ex quibus longe repellẽda est, Impij Caroli Molinei, opinio ad Alexandr. consilio. 8. numero. 2. litera B. volum. primo asseuerantis, clericum propter delictũ atrocissimum, non præmissa aliqua monitione, posse a iudice secularari capi. & vltimi supplicij pęna affici, loquitur sane contra Sacra Canonica decreta, nec non contra receptissimas opiniones.

Clericus prima tõsura initiatus qui ea & vestibus dimissis se immiscet magnis clericis statim a seculari iudice puniri potest

Non vero prætermittendũ est, primam communem sententiam minime receptam esse, in clericis prima tonsura innitiatis, nã quanuis de iure quibusdam solẽnitatibus & seruatis, & nonnullis ceremonijs, vt habetur in libro Pontificali degradari debeant. Vsus tamen forensis frequentissimus iam pridem obtinuit, quod si dicti clerici primæ tõsuræ, dimissis vestibus, & absq; tonsura, enormia crimina frequẽter commiserint, absq; vlla degradatione, â iudice seculari punitos

nitos fuisse.

In clericis minorum ordinũ anidẽ sit seruãdum.

Pari etiam ratione, admitti potest dicta communis opinio, vt priuilegium fori amittatur ipso iure a clericis in minoribus ordinibus constitutis, vt scribit egregius Couarru in dicto capit. 32. Imo si clericus dicta prima tonsura innitiatus, ea non dimissa, nec similiter dimissis vestibus clericalibus aliquod crimen atrocissimum commisserit, propter quod, in sacris ordinib9 cõstitutus, curiæ seculari præmissa degradatione tradendus foret, idem esset iudicandum. Ita colligitur ex Auferi. dict. Clemẽt. 1. fal. 19. Boeri. decisio. 69. num. 17. Guil. Bened in cap. Rainunt. de testam. in verbo, & vxorem in 2. num. 440. Cassan. in consuetudi. Burgun. rub 1. §. 5 versi. Archidiaco num. 66. Petrus Auen. de exequen. mand. 1. par c. 22. num. 4. D. Couarr. dict capit. 32. num. 3. Est tamen necessariũ, vt iudex secularis contra dictos clericos iuste procedat eo modo vt supra traditũ est, quod crimen vere & certissime probatũ sit, ita vt nulla tergiuersatione celari possit, nam cum qualitas ista nempe grauitatis celeris perpetrati, iurisdictionem tribuat, ante omnia probanda est. Nec sufficeret quidẽ quod præsumptiue de grauitate criminis constaret, vt multis probat Auend. dict. cap. 22.

Degradatione. Adde Iul. Clar. in pract. crimi. §. fin quæst. 36. ver. successiue quæro. qui hanc opinionem communem esse fatetur testaturque aliquando in Medio lanensi Senatu seruatam fuisse.

Degradari.

CAPVT. CXL.

1 *Clericus pro nullo crimine est degradandus nisi in iure expressum inueniatur.*

2 *Sine accusatione, nemo est degradandus.*

3 *Clericus etiam in minoribus ordinibus constiturus capax est sententiæ degradationis.*

4 *Vbi in canone aliquod dicitur, quod clericus degradetur, & in monasterium detrudatur, de verberali degradatione intelligitur.*

5 *Forma actualis degradationis traditur remissiue.*

DE hac pœna degradationis, a mentio fit in cap. a qualiter el. 2. de accus. & in cap. Tuæ de pœn. In cuius impositione notandum est, quod voluit Ana. in cap. 1. de cleric. pugnan. in duel. quasi in fin post. Anto. quem ibi refert, quod pro nullo crimine quantũcunque graui imponitur clerico pœna degradationis, nisi reperiatur iure expressum. Ex quo sunt restringenda iura in d. cap. qualiter & cap. Tuæ. quod est notãdum secundum. Et aduertẽdum 2 est etiam quod sine accusatione nemo degradandus est, licet alias sit puniendus, vt in cap. Dilectus filius. de simo. secundũ Hostien. summ. ti. de accu. in §. quis sit effectus accusationis. versic. Ergo sine accusatore. Item etiã 3 notandum quod clericus sit constitutus in minoribus, nihilominus est capax sententiæ depositionis seu degradationis, b not. b Ant. in capit. At si cleric. de iud.

Quod

Quod dicit ibi pulchrum Barba. in cap. Cū nō ab homine. 2. col. de iud. & respondet ad text. in cap. Clericus. lo. 2 de vi. & hone. cleric Et ad id quod not. ibi Ant. qua sibi contrarius, & ad ducit in confirmationem huius text. in capit. Si quis Episcopus. 27. quæst. 1. & vide Arnal. Alb. in rep. c. quoniā. de hær. in 6. fo. 3. col. 2. versic. Nota quinto. vbi tenet dictam conclusionē, quod etiam clericus in minoribus cōstitutus, vel simplex tonsuratus degradatur, & neminem ex prædictis doctoribus allegat, sed Pōtificalem librum modernū, fol. 163. & alia fundamēta, quæ per te vide. Et in ista materia degradationis videtur colligi doctrina notabilis ex dictis per Abb. in cap. At si cler. in prin. in col. 3 de iud. quod. vbi in aliquo canone dicitur, quod clericus degradetur & detrudatur in monasterium, intelligitur de degradatione verbali, quia si fieret actualis, statim fieret de foro seculari, vt in cap. 2. de pœn. lib. 6. Quam dicit esse elegantem determinationem Felin. in capit. qualiter. el. 2. in fin. de accusatio. Formā vero actualis degradationis hic non libuit inferere, quia facile est videre eam volentibus in libro Pontificali. fol. 205. cum duabus sequentibus. Describitur etiam prout actualiter facta fuit in persona cuiusdā præsbyteri, propter homicidium qualificatū in 3 parte repetitionis cap. Raynūtius. de test. factæ per Cuiel. Benedict. fol. 41. in processu prę uentionali ibidem inserto.

4 5

Pœna degradationis. Addequod cum huius capitis materia latissime pateat nec breuibus possim ea concludere legendus est latissime Carre. in practica crimin. fol. 240. nouissimæ æditionis. Iul Clar. in practi. crimina. §. fin. quæst. 36. versi. Scias autē & quæst. 74. Tabi. Ang. & Syluest. in summis in verbo degradatio. Locatus in opere iudi. in verbo degradatio, & eleganter Conradus Brunus. lib. 4. de hæreti cap. 13. Iac. Septim. in cath. institu. tit. 46. n. 69. & 70. Ioan. Rojas in sing. fidei sing. 48. Alb. Troti. de vero & perfecto cler. lib. 1. capit. 5. numero. 3. Dida. Perez in l. 3. tit. 4. li. 8. Ordi. ver. cum ergo pœna. Petrus Grego. 3. par. syntag. iuris vniuersi libr. 31. cap. 30. per totum. Hanc vero degradationem Diuus Hieron. in epistola ad Pammachium regradationem appellat idem lib. 2. ad Iouinianum & in Ioannem Hierosolimitanum regradationem vbique appellans vbi quis ab altiori gradu suo vicio, ad inferiorem deuoluitur.

Non tamen me præterit, quod Frā. Duarenus, vir satis herudi- *Francis. Duaren. vir doctus sed parū pius*
tus, sed parū pius lib. 1. de Sacris Ecclesiæ ministerijs c. 3. vix sibi persuadet morem iustum tradē- di clericos exauthoratos curiæ seculari veteribus notum fuisse quasi recēs inuentum existimat, sed eius opinio merito relegāda & ex determinānda est. Nos vero qui nihil in Dei Ecclesia temere cōstitutū cōfitemur, vel in mori b cōponēdis, vel in delictis coercendis vetustū esse credimus de quo multi sūt antiqui canones in c. Si quis tumidus. c felix. 15. q. 7. Sed clarius Cōciliū Toletanū quartū. cap. 18. Cōcilium Triburienſe.

rienſe cap.10.cap.2.de tran.Præ la.cap.degradatio,de pœnis lib. 6.quibus in locis ad exauthorandum Epiſcopum duodecim Epiſcopi,ad præsbyterum ſex Epiſcopi,ad diaconum tres Epiſcopi deſiderabantur.

Verum quia ſumma dificultate tot Epiſcopi poterãt congregari id circo Gregorius Nonus in capi. 1 de hæreti.lib.6. diffiniuit,vt ſolus Epiſcopus clericum in quibuſcunque ſacris ordinibus conſtitutum degradare poſſet conuocatis Abbatibus aliiſque Prælatis & religioſis perſonis.Nouiſsime vero concilium Tridentinum Seſsion.13.cap.4 de reformatioue præſcripſit formam quæ iu degradatiqne ſeruari debet.

Seu degradationis.Adde D. Epiſcop.Couarr.in cap.quia nos, n. B 4.de teſtam.vbi ſcribit,hanc actualem degradationem,minime moribus receptam eſſe in his qui minoribus ordinibus ſunt inſigniti ſcripſi ſupra cap.137.verſic. Non vero.

Seculari curiæ tradi.

CAPVT. CXLI.

1 *Clericus qua ratione ex Sacrorum Canonum inſtitutis,membrorũ mutilatione,aut vltimo ſupplicio puniri non debet?*

2 *Index ſecularis an ſententiam eccleſiaſtici iudicis,in clericos ſibi traditos ſine qua cauſæ cognitione exequi teneatur.*

3 *Appellationi clerici traditi curiæ ſeculari à ſententia iudicis ſecularis,quando ſit deferẽdum.*

4 *Extraneus an poſsit pro clerico inuito appellationem proponere.*

SAcrorum canonum cẽ- 1
ſura mirabilis,ideo forſam noluit clericos mẽbrorũ mutilatione,aut vltimo puniri ſupplicio, quia cum eos bonis imbutos moribus eligendos præceperit, ſi deliquiſſent minori caſtigatione eos emendari poſſe,ar ceteros ab illorum imitatione prohiberi confidit.Si tamen pietate hac canonica abutentes incorrigibiles efficiantur,ſtatuit tradi eos ſeculari curiæ legali animaduerſione puniendos, vt ſupra dictum eſt. In caſibus autem certis qui ex ſupradictis colligi valent,amplius incorrigibilitate ſpectata vt ſtatim eidem curiæ traderentur clerici,in eis delinquentes ordinauit.Quos ſic ſibi traditos iudex ſecularis punire poteſt pœna laicis impoſita per leges ciuiles, vt ſupra notauimus in verbo data. 2
Poſſunt etiam tunc niſi in crimine hæreſis a iudices ſeculares petere vt ſibi fiat fides de proceſſu a facto contra tales clericos,cum enim illos punire debeant tanquam ſubditos,iuſtum eſt vt cõſtet ſibi illos deliquiſſe,vt notãt Docto.in cap.1.de offi.ordi.&in cap.At ſi clerici.de iudi.Vt autẽ ipſam degradationem actualem, & traditionem curiæ ſequatur realis pœnæ executio,ſolent ſeculares iudices ante actum illum degradationis habere iam notitiam proceſſus, & in continenti degradandum clericum ſibi traditum ad pœnam ordinariã damnare,& ſtatim executionem faciendam præcipere: quod ideo intro-

introductum est, vt cum maiori exemplo ab omni populo, qui ad actum degradationis accessit pœna infligi videatur. Crederem tamen quod si depositus sic traditus appellaret â sentẽtia iudicis secularis, eum tanquam laicum condemnatis, & esset in casu in quo secundum ius, appellationi esset deferendum, quod iudex deberet deferre, alias nec diuinam nec humanam pœnam euaderet: non enim debet esse ille deterioris conditionis, quam quilibet alius laicus pro simili delicto damnatus, & hoc præcipuẽ quando Iudex Ecclesiasticus fecit traditionem denegata etiam appella condemnato. Bene tamen credo, quod quando iudex secularis parat executionem faciendum in persona clerici sibi tradendi, quod cum ipse viderit processum, iã certus fuerit effectus, quod potest denegare ei appellationem sicut denegaret in illo casu cuicunque laico. Præterea quanuis in omnibus supra scriptis pœnis dici possit operari consensum clerici cõdẽnati, ne aliquis eo inuite pro eo appellato possit: in hac tamẽ sententia traditionis curiæ, cũ ex ea solet mors regulariter sequi, crederem quemlibet etiam extraneum hoc facere posse, [b] iuxta l. Non tãtum ff. de appel. licet quis dicat, quod cum sentẽtia traditionis non est illa, quæ mortem infert, sed iudicis secularis quæ postea pronunciatur. Nam sufficit quod illa est, quæ causam præstat sententiæ, quæ subsequitur, & cuius consensus & executio damnationem sequentem operatur. Pro quo facit quod notat Innoc. in c. qualiter el. 2. de accus. in pen colum. dum dicit, quod secundum canones nunquam imponitur pœna corporalis mortis, sed quod est quædam quæ quasi similis ei habetur, scilicet quod relinquitur seculari iudici puniendus. Facit etiam in confirmationem huius, quod notat Feli. in cap. Cum super, de re iudi. in col. 2. vbi ampliando dict. l. non tantum. dicit eam procedere, etiamsi agatur de morte ciuili, vt deportatione motus per ea quæ notat Bart. in l. Stichus. ff. de pecu. leg. Et Bal. in l. fin. C. de neg. gest. ex quibus doctrinis Innoc. & Felin. posset etiam dici, vt eodem modo habeat locum dispositio dict. l. Nõ tantum quando clericus damnatur ad pœnam perpetui carceris: quia talis pœna satis videtur esse similis pœnæ mortis & posset merito iudicari mors ciuilis: quã uis ego soleo dubitare de prædicta ampliatione Feli. quia d. l. Non tantum. multum considerat, quod ibi ille pro quo permittitur extraneo appellare, dicitur ad supplicium, & tunc etiam si resistat, nec velit admitti, appellationem perire festinans, lex illa disponit appellationẽ admittendam. Quando autem quis solummodo deportatur, cum non amittat vitã, vel membrum, nimirum si acquiescendo sententiæ impediat appellationem extranei in eius fauorem volentis appellare, præcipue quia doctores quos allegat Felin. in eo, quod suæ opinioni fauere videtur, nihil tractat de materia dict. l. Non tantum, sed de actione negotiorum gestorum, quam tri

b 4

buunt ſoluenti pro aliquo inuito, quia erat in periculo perdendi perſonam in quo caſu loquitur Bald. & ſententia Bar. quæ videtur magis vrgere, ſolum loquitur in eo qui ſoluit pro eo, qui alias erat paſſurus damnum in perſona libertate, vel ciuitate, vt poſsit repetere licet alter dicat, quod ipſe mallet pati illud damnum, quam quod tanta pecunia ſolueretur: non tamen facit mentionem, quod eo inuito hoc eſſet ſolutum. Et quanuis ita poſſet intelligi doctrina Bar. lõge diuerſum eſt poſſe repetere pecuniam ſolutam pro eo, qui alias perditurus erat ciuitatem, quam poſſe appellare pro eo qu deportatur, ſi ipſe acquieuit ſentiæ.

Iudices ſeculares non viſo proceſſu Inquiſitorum illorum ſententiam exequitenentur.

A *Niſi in crimine hæreſis.* Adde Bald. in authen. clericus. C. de Epiſc. & Cleric. Angel. in leg. Diuus. 2. ff. de de cuſto. reor. Iaſ. in l. magiſtratibus. ff de iu. omni. iudi. vbi Deci. & Purpur. quam opinionem communem eſſe teſtantur Alci. in cap pernitioſam. numer. 100. de offic. ordin. Bero. in cap. at ſi clerici. num. 79. de iudi. Oſsi. in tit. de hæreti. num. 35. Iacob. Septiman. in catholi. inſti. tit. 36 n. 5. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 96. verſic. quæro etiam. eamque ſequitur Alfonſ. â Caſtro libr. 1. de iuſta hæreti. puni. cap. 23. Villadic. in tract. de hæreti. quæſt. 19. Bern. Comenſi. in lucerna, in verbo. Exſecutio. §. 6. verſic ſed quæritur. Ioann. Rojas ſing. fidei 107. & in tractat. de hæreti. 2. part. quæſtio. 50. Campegi. ad Zanchin in tractat. de hæretici capitul. 8.

Contrariam tamen opinionem tenet Part in dict. l. magiſtratibus, numero 4. aſſeuerans, iudicem ſecularem noua Inquiſitione inſtituta tam de proceſſu & ſententia Inquiſitoris, quã de crimine: cognoſcere poſſe, & ea ratione non prius teneri ad inquiſitoris ſententiam exequendam quam ei de iuſtitia proceſſus cauſa cognita plena fides facta fuerit. quam opinionem cõmunem eſſe legiſtarum fatentur Imo. in cap. 1. num. 16. de offic. ordin. Felin. in capit ad abolendã. de hæreti. Ferdinan. Menoch. in prima parte de teſtam §. 6. num. 16. Iul. Clar. lib. 5. recep. ſenten. §. fin. quæſtio. 96. verſic. quæro etiam. Practic. Conrra. fol. 597. num. 63. Iacob. Septiman in Cathol. inſt. tit. 36. num. 4. Iodo in pract. crim. cap. 61. num. 54. qui ſcribit Bar. doctrinam vſu receptam eſſe & refert Igneus in l. 1. §. cum dominus. numer. 41. ff. ad Silla. quod vidit eam ſuo tempore ſeruari per Senatum Mediolan. quod fuerũt abſolutæ quædam mulierculæ quæ antea condemnatę fuerant de hæreſi ab epiſcopo Parmenenſi & inquiſitore, quas compertum fuit recte de fide ſenſiſſe refert in Gallia idem contingiſſe. Sed verior & communior. eſt prima opinio, quæ manifeſte probatur in cap. inquiſitionis. §. prohibemus. de hæreti. lib 6. quam ſeruari per iudices Magnæ Curiæ Vicarię aſſeuerat Mattheus de Afflict. in proęm. Cõſti. Sciliæ in gl. incip. *Gladij*, quæ in Hiſpania ſeruatur teſte Iacob. Septim. vbi ſupra allega-

allegaui. Impius sane apud Hispanos, nec âpęna esset immunis qui contrarium pertinaci animo asseueraret. Maxime cum apud nos semper constituantur inquisitores, qui vir sunt integerrimi, heruditi, & omni laude dignissimi, qui maturo semper consilio, causas ad fidem spectantes ęqua lance iudicant cuius rei non vulgare testimonium nobis

D. Ant. Morejon Inquisitor Cæsaraugustanus laudatur.

præstat, D. Antonius Morejon (vir & gentilitia nobilitate & literis insignis) qui post magnos in vtroque iure progressus Post publicam interpretandi iura Pontificia in Salmanticensi Achademia functionem, post senatoriã dignitatem consilij Reuerendiss. Toletani Archiep. Post Vicarij generalis Complutensis Curiæ celeberrimæ, per sex annos magno consilio, munus amplissimum administratum, ad Sanctę Inquisitionis prætorium insignis Ciuitatis Cæsaragustanæ meritissime nũc fuit promotus. magna hæc sed maiora â tanto viro speramus, ad rem igitur rediens. Hæc etiã opinio in dominio Mediolanensi iam seruari affirmat Clar. in dict. quæstio. 96. scribit quod regnante Philippo huius nominis secundo Hispaniarum Rege Catholico & inuictissimo (qui nunc fœliciter regnat) semper vidit seruari, quod lata sententia per Ecclesiasticos iudices de hæresi contra aliquem, statim quod remittitur iudici seculari absque aliqua causæ cognitione traditur flammis, & comburitur dicitque ita in illius dominij Senatu decretum fuisse.

Apostolis decretis stabilitum est quod inquisitores secularibus magistratib⁹ acta processus ostendere non tenentur.

Est quidem quæstio hæc diffinita Bonif. Octaui constitutione, quæ incipit, *Dilectus filius*, quæ continetur inter Bullas Apostolicas pro Officio Sanctæ Inquisitionis. pagin. 57. Itaque Inquisitor nullo modo ostendere debet processum â se factum, sed secularis magistratus sententiam Inquisitoris, sine mora exequi tenetur, quod si id facere sine legitima causa differat, eccle siastica censura compelli potest ita cautum asserit Ber. Com. in dict. lucerna iuris in verbo. *Executio* §. 7. verbo. *Imo Inquisitor.* vbi refert ad hoc Vrbani Quarti rescriptum incip. *Cum sicut.* Idem fere sancitum est Alexan. Quarti Pontificis Maximi constitutione quadam, circa hanc rẽ ædita, quæ incipit, *ad audientiam*, quam refert Franciscus Pegn. ad directorium inquisitorum. 3. parte. Scholi 99. fol. 208. columna. 2. qua amplissima potestas tribuitur inquisitoribus, aduersus seculares magistratus negligentes seu differentes exequi sententias cõtra hæreticos prolatas, quæ ex iuris communis sanctionibus, statim exequendæ sunt capit. vt inquisitionis. §. prohibemus de hæreti. libr. 6. Quod Hispania nostra pie obseruat, quia quam primum in publica actione Sacrosanctæ Inquisitionis sentẽtia relapsorum, seu impenitentium, aut aliorũ, qui tradũtur curiæ secularij legitur statim iudex secularis in suum forum eos recipt, & ad supplicij locũ, pronunciata sentẽtia mortis, seu cõbustionis, rei deducuntur. In Italia autẽ in nu tis eius partib⁹ iudices seculares, non statim reos ad supplicium ferũt sed per tres, vel quatuor dies suis carceri

In Hispania cũ in publicis fidei actionibus hæretici secularibus iudicib⁹ remittũtur statim iuniuntur, quod in Italia.

bus detinent, deinde illos morti trădunt. Nec hoc â sacris constitutionibus alienum videtur, nam Innocentius Quartus bullaquădam incipi. *Ad exstirpanda.* Relata in bullis seu literis Apostolicis pro sanctæ Inquisitionis officio pag. 6. permittit, vbi ita scriptum est. *Damnatos vero de hæresi per Diœcesanum, vel eius Vicarium seu per inquisitores prædictos, potestas, vel rector, vel eius nũtius specialis, eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus, circa eos constitutiones cõtra tales æditas seruaturos.* Hactenus Innocent. summus Ecclesiæ Præsul. Ex qua constitutione, facile intellegimus non esse negligẽtes seculares magistratus, nec velut hæreticorũ fautores plectendos, qui per quinque dies hæreticorum supplicium differunt, sed quia forte ex ea dilatione, aliquod inopinatum malum oriri posset, salubrius est], quod in Hispania seruatur â qua consuetudine non licet recedere.

Sententia inquisitorum, si iniusti sima sit an sit à se culari in dice exequenda.

Sunt tamen qui censent, non esse locum supra allegatis Pontificijs cõstitutionibus, nec prædictæ communi opinioni, quãdo iudici seculari manifestissimẽ constaret, inquisitorum sententiam iniustissimam esse, quo casu illa exequi nõ tenetur, quia non debet eum flammis tradere quem compertum habet innocentem esse, & ideo aiũt causam referendam esse ad eosdem inquisitores, vt diligentius eã examinent. Ita tenuerunt. Alcia. in dict. cap. 1. offici. ordi numer. 110. Brun. lib. 4. de hæreti c. 15. Villadiego de hæreti. quæsti. 19. Sed opinio hæc longe repellenda est, nam secularis iudex nullo modo potest scire, illum innocẽtem esse, quem hæreticum esse inquisitores pronuntiant. Cum tamquam iudex ex actis causæ sibi sit interdictum, est quidem iudex incompetens cum hęresis crimen mere Ecclesiasticum sit. Cum hac conclusione omnes transeunt ita dicit Alcia. in dict. capit. 1. numer. 73. & eam dicit, communem Iul. Clar. in practi. crimin. §. hęresis versic. hoc crimen. & quam plures sequuntur quos refert Siman. dicto titulo. 36. num. 4. Dicit tamen Practica Mileij, fol. 75. num. 38. quod hodie iudex secularis cognoscit de crimine hęresis. & quod ipse plures vidit cõburi propter hoc crimen, iudicatos â Præposito Parisiensi ex indulto Summi Põtificis. de iure autem supradicta communis opinio amplectenda est. Si vero vt priuatus iudex secularis scit hæreticum sibi traditum, non deliquisse, scientia hæc prorsus inanis est. Cum secũdum propriam conscientiam iudicare non debeat. l. illicitas. §. veritas. ff. de offici. Præsi. cap. pastoralis. §. quia vero de officio delega. gloss. in cap. 1. de offici. ordi. quam opinionem communem esse testantur Barba. in d. §. quia vero num. 36. & ibi Feli. Alci. in d. cap. 1. de offici. ordinum. 83. Couarr. in lib. 1. vari. resol. c. 1. num. 6. & ex Theologis Domin. Soto lib. 5. de iust. & iure quæst. 4. art. 2.

Iudex secularis, vtrũ de nullitate sentẽtiæ inquisitorum cognoscat.

Nec desunt qui existimẽt, iudicẽ secularẽ cognoscere posse de nullitate illius sẽtẽtiæ, quę ab inquisitoribꝰ lata est. In eo casu in quo iurisdictionẽ nõ habẽt, quia cum

cum ea sententia nulla sit, exequenda non est. Tũc quidem iudex secularis non iudicat de hæresi, sed de sententia nulla, ita tenuerunt Villadiego & Brun. in locis nouissime allegatis, sed horum opinionem iuste increpat Iacob. Septi. dicto cap. 36. num. 7. Quia iudex secularis merus est exsecutor, nec vllam hæresis cognitionem habet. vt in dict. c. inquisitionis. §. prohibemus. de hæreti. lib. 6. Ita vt nec possit pœnam pro hæresis crime impositã commutare. de quo est communis opinio teste Bossi. in practi. crimin. tit. de hæreti. numer. 37. idem scribit Iulius Clar. d. §. fin. quæst. 96 dicens semper vidisse ita obseruari. Et opinionem istam, non semel publicæ docuimus præsertim cum hoc ann. 1594. interpretaremur amplissimo Ginasio nostro tex. in c. cũ sit generale. de foro competenti.

B *Hoc facere posse.* Adde tex. in l. additos. C. de appella. Ange. in l. 2. C. quorum appella. non recipiant. Felin. in cap. cum super. de re iudi. Ang. Aret. in tract. malefi. in parte præsente dicto Caio. num. 8. Hyppo. sing. 201. Anton. Gome. lib. 3. cap. 13. nume. 31. Et vtrum clericus possit pro reo condemnato appellare, sunt qui dicunt non esse permissum Specula. tit. de aduocato. §. 1. nu. 8. Contrariam tamen sententiã amplectitur glos. in. l. addictos in verbo, quibus C. de Episcop. audi. quam doctores sequuntur vt testatur Aug. ad Agelum in tractat. malefi. in verbo. *Presente Cayo.* numero. 5. & opinionem istam veriorem esse testatur Iulius Clar. in practic. criminali quæstion. 94. versic. Sed etiam dicens quod cum appellatio tẽdat ad rei defensionem, merito clericis est permissa, sed apud Hispanos tam in laicis quam in clericis cum contrarium iure canonico expressum non sit Regia Partiarum lex seruari debet. l. in quam. 6. titul. 13. part. 3. quæ corrigit ius commune quatenus diffiniuit, quod si cõdemnatus acquiescat sententiæ extraneus nó possit appellare sed eius consanguineus. cuius non meminit insignis D. Couarruu. lib. 1. var. resolut. capit. 1. numero. 10. Est etiam apud nos aliud specialissimum in causis criminalibus in supremis Hispanię tribunalibus, in quibus cognoscitur de appellatione dictis causis interposita, etiam post dies appellandum cõstitutos, vt testatur Couarru. in dict. cap. in fine.

Clericus pro reo cõdemnato an appellare possit.

Pœnis vè alijs pecuniarijs.

CAPVT. CXLII.

2 *Iudex Ecclesiasticus potest pro corrigendis criminibus, pecuniarias pœnas imponere.*

2 *Episcopus an fiscum habeat.*

3 *Iudex Ecclesiasticus, qui per statutum pecuniariam pœnam imponit, iustè eam poterit retinere.*

4 *Clericus, qui non habet in bonis, corporali pœna puniendus non est.*

RECVNIARIAS pœnas inferre ſubditus ex capitul. Dilectus de offic. ordina. videtur licere eccleſiaſticus iudicibus. a Pro corrigendis autem exceſsibus & puniendis criminibus exigere illas prohibet text. in capi. licet. de pœnis. b Et quia in hoc iura aliqua inuicem aduerſa videntur, Cardina. poſt. Hoſtien. in capitulo. Vt clericorum de vi. & honeſta. cleric. ſic inter ea pacē cōponere nititur, quod delinquentes non ſunt in pecunia puniendi, quando fit ad imburſandum. quia tunc illud præſumitur emanare ex fonte auaritiæ: ſecus ſi cauſa correctionis fiat & ex fōte caritatis procedat, q̄ præſumitur iuſte fieri dum Iudex non imburſat, ſed pauperibus erogat. Facit etiam quod notat Bald. in auct. bona damnatorum. C. de bonis damna. videlicet, quod epiſcopi de iure deberent condemnare ad pœnā criminalem ſoluendā cameræ Romanæ, non ſuæ, licet de conſuetudine contrarium ſeruēt, quod refert & ſequitur Anani. in cap. excommunicamus. el. 1. in prin. fin col. in fin. de hęreti. & idem Bald. in rubric. C. de priuil. fiſc. dum firmat, quod Epiſcopus nō habet fiſcum, & quod Angel. notat in auct. vt nulli iudicum. §. quoniam, in fin. colla. 9. dum dici quod videtur ibi cauſu, quod Epiſcopus qui punit aliquē clericum, non poteſt in ſentētia dicere, quod pœna ſibi detur, faciunt etiam nota. per Barba. in conſi. 21. A Ioue principium, in 3. vol. in fin. vbi poſt alia dicit, quod glo. nec text. nec doct. dicunt, quod epiſcopus habeat fiſcum. licet aliter loquantur Ant. & Abb. in capit. quia diuerſitatē de conceſsio. præbend. de quo tamen vide latius per Felin. in capit. irrefragabili. §. cæterum. verſicul. quarta concluſio. de offic. ordina. vbi refert plura ex prædictis. & tandem concludit, quod verior opinio videtur, q̄ epiſcopus habet fiſcum, b & inter alia allegat Fran. de Pauinis dicentem, quod quicquid ſit de iure hodie de conſuetudine generali Epiſcopus habet fiſcum. Et vide doctorem noſtrum Hiſpanum Ioann. Lupum in repetitio. Rub. de donat. inter vir. & vxor. fol. 22 column. 2 verſicul. Secundum dictum. vbi in hoc articulo cogitat ipſe dicendum, quod Epiſcopus non habet fiſcū propriæ, impropriæ tamen ſic. & quod bona confiſcanda clerici non beneficiati applicentur epiſcopo, beneficiati vero eccleſiæ in qua habuit beneficium. Quando vero per ſtatutum imponit iudex eccleſiaſticus pęnā pecuniariam, tunc poteſt illam ſibi retinere. c cita tenent Hoſtiē. Abb. & Archid. in locis per Felin. relatis in dicto. §. cæterum. columna penultim. verſicul. Secunda conſicluſio. Si autem ipſemet iudex eccleſiaſticus vellet per ſententiam pœnam pecuniariam ſibi retinere, licet id facere poſsit: honeſtius tamen aget, ſi in pium vſum pœnam deputauerit ſecundum Felin. ibi verſicul. Tertia concluſio. Quando vero Epiſcopus indigeret euidenter, poſſet retinere, etiam in caſu quo per ſententiam imponeretur pęna, vt ibi per eum.

de quo

nota per Henricum Botteum, in tractat. de Synod. Episcopi. 3. part. decimatertia conclusione numero. 123. Carta. 326. To. 2. tractat. diuersor. doctor. Vnum insuper propter clericorũ dignitatem existimo debere fieri, quod licet alias damnati propter crimen ad pecuniariam pœnam, si non habent in bonis, soluere debent in corpore, vt in. l. fina. ff. de in ius vocãd. vbi Bal. & in l 1. in fin. ff. de pœnis. clerici tamen in sacris constituti, si inopes sint, in defectum pecuniæ non punientur corporaliter d d tunc propter personarum dignitatem, tum etiã quia leuia sunt delicta propter quæ clericis inferant constitutiones synodales vel consuetudo pecuniariam tãtum pœnam: fateor tamẽ quod tunc licebit iudici, in aliam suspensionis, exilij, vel alias pro arbitrio consideratis circunstantijs debitis cõmutare, aut in aliqua spiritualia opera celebrationis officiorum, aut orationis seu ieiuniorum conuertere.

A *Iudex Ecclesiasticus pecuniariam pœnã imponit.*

Ecclesiasticis iudicibus. Ad Abb. in capit. vt clericorum numero. 10. de vita, & honest. cleric. vbi hanc opinionem cõmunem esse fatetur idem testatur Iuli. Clar. in practica criminal. §. fin. quæstion. 80. versic. in hac autem, circa quam vide late Petrum Rebuff in rub. de publi. concubin. §. quia vero. Caue re tamen debent Ecclesiasti iudices, ne in imponendis his pœnis pecuniarijs modum excedant, sed peccati qualitatem, & personarum conditionem attendere debent, & potissimum animaduertere debent, ne quis auaritiæ vitio possit illos insimulare. Est equidem in omnibus iudicibus auaritia vehementer reprehendenda, sed maxime in iudicibus Ecclesiasticis.

Circa quod ægregia sanctio statuta fuit in Concilio prouinc. Toleta. anno. 1565. acti. 2. cap. 14. quę sic loquitur. *Pœnæ pecuniariæ, si quando à iudicibus ordinarijs iuxta rationem delicti vel delinquentis qualitatem eas imponi contigerit, in pios tantum vsus, & pro executione iustitiæ non pro priuata Episcoporum vtilitate expendãtur arbitrio Episcopi, vel eius Vicarij.*

Inquisitores hæreticæ prauitatis pecuniarias pœnas imponunt.

Hanc etiam facultatem imponendi pecuniarias pœnas, vel multas (de qua in hoc capite) habent Inquisitores hæreticæ prauitatis, hoc sane omni difficultate caret, quia omnes antiqui & nouissimi vno ore fatentur Rerper. Inquisition. in verbo, *Sententiam.* §. *Item circa formam*, & verbo, *Extorquere.* §. 1. Villadiego, in tractat. de hæretic. quæstione 8. numero. 6. Carr. in tractat. de hæretic. numero. 79. Francisc. Peña in anno ab Directo. inqui. libro. 3. Scholi. 147. & ita decretum est Alexand. Quarti Pontific. Maxim. constitutione incipi *Stirpatione*. ædita anno Domini. 1258. quæ habetur in libro literarum Apostol. pro Sancto Officio. Inquisit. fo. 10. 134. quam vide.

Pecuniaria pœna siue multa quan-

Quæ quidem pœna seu multa, tunc temporis ab Inquisitoribus erit imponenda, quando rei

do ab inquisitoribus imponatur.

delati ad gremium Ecclesiæ reuertuntur, non vero quãdo sũt pertinaces, vel relapsi, quia tũc omnia illorum bona sunt confiscata. Tũ quia pecuniaria multa ad correptionẽ & emendationẽ imponitur tradit Carr. in dict. tra. n. 79. Zanchinus de hære. c. 19. n. 1. quæ ratio hoc casu cessat. Imponitur potissime pecuniaria pęna contra diuites, qui ad fidẽ Catholicam redeunt, cum hi nó vulgariter dolere solent, his pœnis condẽnari Et pœna illa semper est iniungenda, quæ magis timetur ita scribit Zanchinus dicto capit. 19. num. 3.

Pœna corporalis iniuste ponitur ab ecclesiasticis iudicib⁹ quãdo alternatiue concipitur si pecuniaria intra statũ tẽpus non soluitur

Quod si reus inopia laborat, vt non possit pecuniarias pœnas soluere, punitur alijs salutaribus pœnis inquisitorũ arbitrio. Quo fit vt nunquam mihi placuerit, quod scribit Repertoriũ Inqui. in verbo, *Sententia.* §. *Item circa.* Asseuerans, quod sæpe solet cõtingere, vt ille cui imponitur pecuniaria mulcta, eam soluere nó possit, & hac ratione caute facturum inquisitorem, si hoc casu vimembrem sententiam proferat, hoc modo. Condẽno te in tãta pecuniæ quantitate, si solueris intra tantum tempus, quod si non feceris talem corporalẽ pœnam subeas, sed labitur mea sententia. Quia antequam quis cõdemnetur pecuniaria mulcta, inuestigandum est, an possit eã soluere. Et quanuis in secularibus tribunalibus, hoc liceret, nó vero in Ecclesiasticis, in quibus fugiẽda est auaritię suspitio. Quod in primis obseruãdum est in clericis, qui quando pecuniam soluere non possunt, corporali pœna plectendi non sunt. Vt docet Episcopus Calagurri. hoc capit. num 4. Fran. Pegñ. in anno. ad Director. Inqui. 3. par. Scholi 147.

Pœna pecuniaria est cõtra proferentes verba hæretica imponenda.

Deinde Inquisitores pro suo arbitrio, pœnas pecuniarias imponunt contra illos qui verba hæretica proferunt ludẽdo, aut ira incensi, vel ex fatua simplicita te, & ignorantia quæ excusatione imponenda caret Villadiego de hæreti. capitulo. 8. num. 6.

Pœna pecuniariæ impropositæ ab inquisitoribus pijs vsibus sunt applicãda.

Pœnæ vero appliçandæ sunt vsibus pijs, & Sanctæ Inquisitionis, officio, quia nulla causa magis pia & fauorabilis esse potest quam causa inquisitionis cuius maximo & singulari beneficio hęreses exstirpantur, & illa sum ma ratio est quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sum. funer. Nec amplectenda est Ludo. Carrerij opinio asseuerantis, non alias pœnas pecuniarias Sancto officio applicandas esse, quam si necessitas vrgeat, quia secluſa necessitate id fieri potest quia vtilissimum est (ne dicam necessarium) Sanctũ Inquisitionis officium pecunijs abundare, vt quoties oportuerit sine familiarium, & ministrorum incommodo fiat hæreticorũ inquisitio, captura, & alia multa quæ fieri contingunt.

Habet fiscum. Adde glo. in cap. B quia diuersitatem. de concessi. prębend Cardin. in Clementin. 2. §. 1. de hæreti. Barba. in capit. 1. de probation. num. 61. Abb. in c. 2. de succession. ab intesta. licet ipse in capit. tuæ. de pœnis dicat opinionem hanc iure non probari, sic prædictam opinionem sequutus asserit Auferi. in Capella Tholos quæstio. 274. posse nominari

nominari publicum fiscalē procuratorem ipsius tribunalis, & iurisdictionis Episcopalis, quāuis asseuerat non idfacile admitti â Regijs & secularibus magistratibus & hanc opinionem cōmunem esse, & vsu comprobatam fatetur D. Couarr. in lib. 2. variar. resolu. cap. 9. num. 11. eam sequitur Fran. Mar. decision. 339 nume. 12. Gom. Ari in l. 7. Thau. n. 75. & hanc opinionem omnes tenent, vt scribit Petrus Foll in pract. crimi. can fol. 68. num. 14. & moribus in Hispan. recepta est.

C *Retinere.* Adde Ioan-Lup in repeti. rubr. de dona. inter vir. & vxor §. 39. colum. penultim. Couarr. dict. capit. 9 numero. 9. & vide Concilium Coloni. titulo. de iurisd. eccles. conten. capit. 8. & concil. Tholet. celebratum anno 1565. actio. 2. capit. 14. sic disponens. *Pœnæ pecuniariæ siquā do à iudicibus ordinarijs, iuxta rationem delicti, vel delinquentis qualitatem, eas imponi cōtigerit, in pios tantum vsus, & pro executione iustitiæ, non pro priuata Episcoporū vtilitate expendantur arbitrio Episcopi, vel eius Vicarij. Deputeturque ab eodem Episcopo qui easdem pœnas recipere debeat, earumque rationem reddere teneatur.*

D *Non punitur corporaliter.* Adde Iacob. Menoch. de arbit. iudic. quæstion. lib. 2. casu 447. num. 7. qui alios allegans cōtrariam opinionem profitetur, idem sequitur Gaspar. Bae. de inope debitore cap. 11. nume. 3. Sed in forensibus controuersijs autoris nostri opinio recepta est. Potest tamen contraria opinio intelligi, de commutatione pœnæ corporalis, quæ non est corporis afflictiua, nempe suspensionis vel exilij, vel similis quæ perpē sis circunstantijs criminis, in defectum pecuniariæ condemnationis infligi iure optimo potest, vt hic considerat autor.

Corporalibus.

CAPVT. CXLIII.

1 *Pœna corporalis rarissime clericis est imponenda.*
2 *Iudices Ecclesiastici in puniendis clericorum flagitijs mythratio nis pœna, vti solent.*
3 *Clericus an ad triremes damnari possit.*

QVM prisçis illis venerandis patribus (quorum loco tempestate hac infelici nati sunt, ecclesiæ filij moribus & meritis satis dispares) qui Ecclesiæ regimini tantum insudarunt, summa fuerit cura, vt tales essent in suis motibus clerici, quod vitæ suæ splendor ad eos honorandos alliceret, elegerunt potius etiam propter leuia delicta eos statim ab ecclesiastico gradu repellere quam in suo gradu manentes (pœnis corporalibus inflictis) infames ac paruipendendos efficere. Hinc etenim experimur quod in cunctis antiquis Canonibus, ac sacris concilijs rarissime corporalis pœna clericis imposita est. Vnde prudentiam eorum non zelo vacuā imitantes debent ecclesiastici iudices sacerdotium saltem crimina, pœnis corporalibus publi

cis rariſsime cohibere. laudo tamen (quia plures viliſsimi homines moribuſque perniciosiſsimi ad ſacerdotium admiſsi ſunt nõ ſine magna dignitatis ſacerdotalis deformatione animarumque iactura) quod eccleſiaſtici iudices tales, de criminibus conuictos priuatim alicuius clerici manu, aut propria (parentũ more) verberibus affligant. Quid enim frænare valebit pluriũ clericorum ſæpius iterata flagitia, quiçarceres cõtẽnẽtes, ac de pœna mortis ſecuri, non niſi vitijs delectantur? Cum eos paſsim deponere, aut dehoneſtare nec liceat, nec expediat: illi in ſuper qui ab exercitibus, ſtabulis, ſcortis ad ſacros ordines aſcenderũt ab ipſis, incunabulis prauiſsimis imbuti moribus, quo pacto â tã inueterata nequitiæ conſuetudine auerti poſſunt? niſi in chamo & fræno maxillæ eorum cõſtringantur, virgaque regantur ferrea? Inter alias autem pœnas corporales quæ clericis inferri ſolent, pœna mythrationis annumeratur qua etiam aliquando vtuntur eccleſiaſtici Iudices: hãc quidẽ corporalẽ eſſe dicit Card. conſil. 94. incip. hæc eſt quędam inquiſitio. quia continet corporis coertionem, aſſeritque ad illam incurrendam dõlum requiri, ſicut in alijs corporalibus pœnis Et vide Ioan. de Ana. in cap.
2 Inquiſitionis. colum. 2. de accuſat. vbi dicit, quod iſti qui fuſtigantur, mythrantur, vel ponuntur ad cathenam, vel quid ſi-
3 mile, ſunt infames. Venit inſuper in vſum (in Italia præcipue) alia quædam corporalis pœna, qua ſolent puniri clerici, videlicet damnationis ad tiremes, cuius pœnę impoſitio forſan fundari cœpit ex his quę notat Innoc. in cap. Qualiter el 2. de accuſat. in penultim. colum. verſi. & ſunt vbi ſcripſit, quod pœna damnationis in metallum non inuenitur ſæpe in canonibus poſita, ſed ſi imponeretur non retractaretur. Cuius forſan doctrinam ſequentes Iudices eccleſiaſtici, & illam pœnam damnationis in metallum imitates imponunt hunc, ea pręcipue ducti ratione quia certi ſunt quod triremium duces traditos ſibi ad earum miniſterium non patiuntur fugere. Poteſt præterea & hęc pœna fũdari in verbis Auguſtini, quę ad Marcellianum Comitem ſcripſit, de quibus in c 1 & 23. quæſt. 5. vbi intercedendo pro quibuſdam clericis qui præsbyteros interfecerant & alia grauia commiſerant, ne eos mortis ſupplicio puniret, inquit, hoc magis ſufficere volumus, vt viui & nulla parte corporis truncati, vel ab inquietudine inſana ad ſanitatis otium legum coertione dirigantur, vel â malignis operibus alicui vtili operi deputentur. Quã equidem in clericis, non ſacerdotibus practicandam admitterem dum exceſſus grauitas poſtulaſſet, poſt quam numerum, & temeritatem clericorum tantum creuiſſe conſtat, & detruſionis in monaſterio pœna (quę ad eorum emendationem ſalubrior eſſet, ac dignitati ordinis honeſtior) imponi nõ poteſt, propter monaſteriorum exemptiones. In ſacerdotibus autem, nec a faciendum approbo: a & quod factum fuerit, aliquando reprobare

rito non iudicabit indecens sacerdotes Dei (quibus maior dignitas est collata quam Angelis) quantuncumque facinorosos, tã perpetuo ac infami punitionis generari tradi? vbi tanta est sceleratorum hominum copia, tantus squalor, tantus denique omnium ærumnarum, ac immundiciarum aceruus, vbi insuper passim damnatos homines, & nudari, & flagella laicorum manibus pati quotidianum est: nisi in casu quo post degradationem sacerdos tradendus esset ad vltimum supplicium subeundum seculari curiæ. Et tunc etiam tolerabilius crederem sacerdotem quemquam post traditionem curiæ turpissimo quouis mortis genere (dum tamen momentaneo) vitam finire, quam ipsum longo vitæ interuallo cum tot facinorosis hominibus, ac infidelibus sæpius tali quotidiana pœna torqueri: quod forsan illius animæ salubrius esset, quia in breui illo vltimo supplicio de commissis dolens deuotius (atque ob id securius) moreretur. In triremibus autem vitam agendo non solum de præteritis non est sperandus dolor, sed deteriores mores eos ibidem acquisituros. & cum illis morituros verisimilius timeri potest.

A NEc faciendum aprouo. Ad de Martin. Nauarr. in cap. nullam. 18. quæst. 2. num. 52. quo loco disputat, an liceat iudicibus ecclesiasticis, prælatisue regularibus condemnare subditos ad Regias triremus. Tandem de iure videtur asserere non licere, quanuis dicat consuetudinẽ valere, qua hoc permissum sit. Autor tamen hoc capite hanc consuetudinem increpat in sacerdotibus cuius opinio summe placet Iulio Claro in pract. crimin. §. fin. quæst. 70. versi. frequens est, præterquam si tantum cleric. eorum crimina creuissent, eorum improbitas aliter non possit coerceri, dicitque in illo Ducatu Mediolanensi dicta pœna passim solita est imponi. Et in Hispania sepissime imponi pro grauissimis criminibus, non obstante istius Domini Episcopi opinione ipse sum testis. Et nouissime contra clericos tertio blasphemãte pœna tiremium statuta fuit â Pio Quinto Pontifice Roman. apud sanctum Petrum anno incarnationis Domi. 1566. Kalẽd. Apri. quæ cõtinetur inter motus propi. fol. 36.

In regno tamen Fran. seculares magistratus, minime patiuntur, clericos alijs. Pœnis quam sacris Pontificũ cõstitutionibus puniri ob idque pœna hæc aduersus clericos minime imponitur, vt asseuerat Franc. Duar. li. 1. de Sacri Eccles. min. cap. 3. referens damnatum fuisse iudicio Curiæ Centumbiralis Archiepiscopum Biturigum, qui clericus quosdam præfecto triremium tradidrat.

In Regno Franciæ regno clerici tantum pœnis iuris Pontificij condemnantur.

Sed vtrum clericus ad triremes perpetuo dãnatus, sit prius actualiter degradandus, mihi sane videtur asseuerandum degradandum esse cum idem sit, quando perpetuo carceri emancipatur, vt alibi cum authore scripsi igitur idem statuendum est. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & ita interminis

Clericus perpetuo ad triremes condẽnatus, an prius sit degradandus.

minis ſcribit Campegius apud Zanchinum in tracta. dehæreti. capitu. 20. ad finem verſicu. obſerua denique. Quod licet de iure verum ſit, nihilominus tamen cum ſoleat cum illis aliquando diſpenſari, præſertim in iudicio inquiſitionis ideo non ſolet clericus ad iſtas pœnas condemnatus, actualiter, ſed verbaliter tantum degradari vt refert Franciſ. Pegna ad Director. inquiſi. lib. 3 Schol. 65. fol. 185.

Canonicis, vel ſynodalibus.

CAPVT, CXLIIII.

1 *Iudex, legitima cauſa ſubſiſtente, poteſt legis pœnam minuere.*
2 *Si iudex à pœnis in iure ſtatutis recedit, cauſa in ſententia eſt exprimenda.*
3 *Pœna delicti ſi in iure ſcripta non reperiatur, qua pœna tũc ſit clericus puniendus.*
4 *Epiſcopi per ſtatutum poſſunt, eaſdem pœnas clericis imponere, quas leges laicis imponunt, dũmodo iure pontificio contrariæ non ſint.*

INcorrigendis enim exceſsibus clericorum debent Eccleſiaſtici iudices Epiſcopi maxime, aduertere, quid ſacrorum canonum cenſura diſponat, pœnaſque iuxta illorum irrogare decreta. Iurant namque Epiſcopi ſeruare canones, & periuri ſunt, ſi eos ex contemptu non ſeruant, vt tradit Panor. in. c. Cum non liceat col. 1. de præſcr. & ibi Fel. in c. Ego. de iureiur. Quando autem aliqua iuſta ſubeſt ex his quas docto. ſcribunt propter quas pœnæ de iure ciuili etiã ordinariæ moderari poſſunt, a non dubitãdum eſt iudicem eccleſiaſticum poſſe etiam canonicas pœnas moderari, dum tamen hoc faciant in ipſa ſententia, propter id quod notanter ſcripſit Inno. in c. Qualiter el. 2. in col. fin. de accuſ. verſi. item nota, quod quando iudex non exprimit pœnam in ſententia, ſed tantum condemnat de crimine (puta) condẽnote de adulterio tunc non eſt illius iam pœnã moderari, ſed pœna in lege expreſſa infligitur, vt. 2. q. 3. §. Notandum, licet ante moderari poſſet, vt in c. Omnis. 45 diſt. Et per gl. in l. quid ergo. §. pẽnagrauior ff de his qui not. infam in verbo oneraſſet. Aduertat etiam in hoc iudex, quod quando ex cauſa receſſerit â pœnis in iure ſtatutis, b debet cauſam exprimere, b propter magiſtralem doctrinam doctorum quam ſcripſi in meis doctrinis. num. 41. in doctrina inci. cauſa exprimenda eſt in impreſſione illarum parua Lugdunenſi, quæ ſecunda & plenior fuit. Si vero occurrenti delicto nulla reperiturâ iure pœna deſcripta, tũc ad ſtatuta ſynodalia propriæ diœceſis recurrendum eſt. Solent nã que boni Præſules aut ius commune ſupplendo delictis pluribus ſpecialem pœnam imponere ſtatutis ſuis ſynodalibus, aut idẽ ius adiuuando (quando ſic expedit pœnam â iure impoſitam aggrauare, quod poſſunt facere licite, vt latiſsimè per Henricum de Bottis in tracta. de ſynodo epiſcopi. in. 3. part. art. 1. in concluſione

1
a
2
b
3

sione.13. Deficientibus præterea propriæ diœcesis synodalibus statutis, ad statuta prouincialia recurrendum est. Quando vero & illa deessent, aliarum diœcesum imitari statuta æquissimum iudico, potius quàm proprio duci sensu, vel arbitrio, nisi qualitas temporis, locorum vel personarum aliud suadeat. Si enim alicuius doctoris (quantumuis remotis partibus scribentis) opinionem sequi laudabile iudicatur, quanto magis synodalẽ imitari sententia vbi tot sana solent interesse consilia: At vero vbi canonica, vel Synodalis censura non adest, ad ciuilium legum imitationem descendere censeo laudabile: quando tamen legalis dispositio clericorum statui, personis ac rebus, proportionalibus est. Illud præterea considerare debent Hispaniæ nostræ ecclesiastici iudices, vt primum leges Regias, quanuis ciuile imitentur. Quandoquidem in Regnis Romanorum Imperatorum antiquæ sanctiones rationis solum non vero legum sibi vendicant autoritatem. c Vnde merito ab ipsis etiam ecclesiæ iudicibus legibus patriæ postponendæ sunt, vt fuit sententia Doctoris de Villadiego in cap. Constitutus de resti. in integrum, quẽ refert Ioann. Lupus in repetitio. rubri. de donat. inter vir. & vxor. fol. 2. columna 1 in fin. licet contrarium teneat Petrus de Rauenna in Alphabeto aureo, in allegationibus, in materia consuetudinum, in colum. 5. versic. Deficiente vero motus solum per gloss. in cap. Consuetudo. 2. distinct. quæ quidem hoc non probat: asserit enim gloss. il

4

c

la præferẽdas leges in defectum canonum generali vel particulari consuetudini, non vero Imperiales præferri legibus Regni nó recognoscentis Imperatorẽ. Nec vero quod iudex ecclesiasticus imitetur pœnas legales in defectum canonum iuri canoniço aduersari videtur, cum liceat Episcopis imponere per statutum suum easdẽ pœnas clericis, quas leges vel principum seu populorum statuta imponunt laicis tale delictum committentibus dummodo tales pœnæ non sint contra ius canonicum, vt placuit Ancharra. consi. 18. in q. col 1. & fin. Geminia. & Alexand. in cap. Synodum. §. Neque vlla. per illum tex. 17. distinct. idem Alexandr. in capit. Dignum 3. quæsti. 9. & in cap. Quia iusta. 5. quæst. 6. Card. dict. Turrecremata in dicto capit. Dignum per illum tex. Feli. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. in column 46. Et hoc nota de constit. Henrric. vbi supra in dict. decima tertia conclusione, versic. Amplia septimo.

Moderari; possunt. Adde A gloss. not. in §. notandum in verbo. voluntati. 2. quæstio 3. Archi. in cap. qui bona. col. 6. 17 quæstio. 1. latissime Andræ. Tiraquell. in tract de pœnit. in præfati. numer. 16. Iuli Clar. lib. 5. recep. sentent. §. fina. quæstio. 85. versi vlterius quæro Menoch. de arbitra. iud. lib. 1. quęstio. 96.

Quam sane moderationem, inferiores iudices facere possunt, licet nonnulli hoc superioribus tãtum permittant, quasi soli superioris æquitate vti liceat, autqua si infe- *Iudex inferior est causa pœ*

nã potest moderari

si inferiores superiorum recta iudicia imitari nõ debeant aut quasi inferior vulnus infligere debeat, vt sit quod a superiori possit sanari, sed quorsum circuitus, quorsum vulnera vt medico indigeas, huiusmodi sanè moderationis æquitas non est contra leges, nec sacras constitutiones, sed illis conformis, vnde nulla ratio excogitari potest, propter quam inferioribus iudicibus sit interdicta.

B *Causam exprimere.* Adde quod nec in hoc casu solum sed semper alias, cum ex causa iudex â iure communi recedit debet eam causam adscribere per tex. not. in l. sciendum ff. de appella. quem ad hoc allegat Lucas de Pen. in l. 1. colum. 1. in fine. C de his qui non imple. stip. Sac. Sol. sunt libr. 10. Abb. in capit. sicut colum. 2. vbi Felin. colum. 9. de re iudi. tradit ante eos Ioann. Andr. in addi. ad Specul titulo de sentent. & quæ ipsam sequen. §. qualiter, versic. verum per tex. in cap. calumniã. de pœnis & in §. oportet. in authen. de iudi. Quod autem intelligendum est procedere, ad ipsius iudicis excusationem, non autem ad sententiæ firmitatem. nam si sine causa facit lex supplet id quod deest l. 4. §. Si quis condemnatus ff. de re iudic. ita dicit Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. Sali. in l. properandum §. illo proculdubio. C. de iudi. vbi Alexan. & quod ipsa causa non sit hoc casu ad validitatem sententiæ exprimenda asserit Bar. in l. relegatorum. §. ad tempus, in fine ff. de interdi. & relega. & in dict. §. pœna grauior colum 2. vbi Alberi. Bar in l. quod ad statum. ff. de pœna. Felin. late in dict. capitu. sicut colum. 10. Est tamen notandum quod etiam casu supra constituto sufficit si iudex in ipsa sententia asseueret ex iustis & rationabilibus causis, animum suum mouentibus id fecisse, adsq; eoquod in sententia causam ipsam exprimat, quam sententiam communem esse testatur Iul. Cla. in dic. versiculo vlterius quæro, Mencha. de controuer. illust. cap. 14. num. 5.

Iudex quando à iure communi recedit ex causa an illã in sententia tenea tur exprimere.

Autoritatem Adde Bald. in cap. 1. §. iniuria alias furtum colum. 5. de pace iurame. fir. in vsib. fæud. Pari. de Puteo intra Sind. in ver. estis ca. 2. incip. fui rogatus ad finem. Bald. in l. nemo in princ. C. de Siccar. Vnde Oldra. consi. 69 scribit Hispanos olim constituisse quod quicunque leges Cæsareas in iudicio allegaret capite puniretur idem commemorant. Vicen. & Ioann. Andræ. in cap. super. Specul. de magist. Ob quã causam Policrates lib. 8. cap. 22. ad fin. testatur temporibus Regis Stephani expulsas omnino fuisse leges Romanas à regno, constitutumq; fuisse, ne quis libros leges vê Cæsareas retineret.

C *Cæsarum leges in Hispania legum autoritate carens.*

Apud Gallos idem obseruatum vidimus vt iudicent, non quod lex sic dicit, sed quia ratio qua lex innitur sic vult meminit Butri. & Bal. in l. iudices. C. de senten. Cumanus consi. 14. Deci. in l. senium. C. qui testa. facere possunt.

Ius autem regni dicitur ius cõmune vt asserit Didac. Segura in repeti. l. cohæred. §. cum filiæ, numero. 19 ff. de vlgar. & pupi. l. 5. tit. 4. lib. 1. ordi. l. 4. titu. 12. cod. lib. ibi

Iushorum Regnorũ commune appellatur.

lib ibi, *De los derechos comunes de nuestros Reynos* l. 2 & ibi doctor *del Castillo*, in legibus Tauri.

Iudicis Ecclesiastici in Regnis iure Canonico deficiente ad ius Regni, & non ciuile confugere debent.

Merito igitur iure Pontificio deficienti ad Regias leges recurrendum est Item deficiente iure Regio ad ius canonicum in subsidium, non ad ius ciuile deuinié dum est, vt tenet Gundi â Villa diego & Ioann. Lup. in locis ab autore hic allegatis, & Castillo in dict. l. 1. Tauri in verbo, *Primeramente*. Mich. *de Cifuentes*, in l. 3 quæst. 1. in eiusdem Taurinis constitutionibus Didac. Perez in proœmi. ordin. quæst 3.

Consuetudinarijs.

CAPVT. CLXV.

1 *Iudex in ferendis pœnis delinquẽtibus consuetudines debet obseruare.*

1 CVM iuris appellatione, consuetudines etiã legitimas comprehendi a nemo ambigat, facile erit ecclesiasticis iudicibus persuadere, quod in ferendis pœnis delinquentibus non modo iura, verum etiam consuetudinb nes debeat obseruare. b Quę quidem etiam in pœnalibus considerandæ sunt, vbi non est pœna decreta, sed arbitrio iudicis relicta, vt placuit gloss. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. Vnde dicit Bald. in l. quicunque C. de ser. fugit. quod est in pœnis consuetum, dicitur necessarium, & in arbitrium. Et vide Felin in capit. de causis de offi. delega. 1. column. allegantem text in l. Si quis reus ff. de cust reor ad hoc, quod consuetudo tollit pœnam arbitrariam, vbi per ipsam est limitata pœna, & refert Anton. & Abb. idem tenentes, & allegat glossa in l. Si Barsatoram. C. de fide ius. Per hoc tamen non est iudicibus indulgendum, vt neglectis ordinarijs pœnis, & â iure statutis, quibusdam prauis consuetudinibus (a negligentibus, & iustitiæ zelo carentibus iudicibus introductis) adhæreant, quibus quidem quæ grauia sunt delicta, leuiter puniri solẽt, qua si iam sacrorum canonum disciplina, quauis consuetudine abrogata sit. Quomodo enim tepiditas aut remissio modernorum & sæpius imperitorum iudicum sanctum illum antiquorum Patrum zelũ (quo plura statuerunt ad frenandos clericorum excessus, & eorum mores reformandos, abrogabitur? Facile enim totius Ecclesiæ diuinitus inspirá tus ordo confunderetur, si Prælatorum, aut iudicũ ignauia seu negligentia posset Ecclesiæ gladium hebetare. Assurgat potius ecclesiasticorum iudicum animus (si pius est) ad considerandum quid sacri canones iubeãt, quid vere recti ac boni iudices illos exequendo, seruauerant, quam quod ignaui, & imperiti iudices faciunt muneribus, aut precibus excęcati, seu tepiditate corrupti in despendium ecclesiasticæ censurę.

Compre-

Iuris appellatione consuetudo comprehenditur, quod multis probatur.

A *Omprehendi*, Adde gloss. iuncto textus in l. præscriptione in verbo, iuris, vbi doctores omnes C. si contra ius vel vtili. publi. In no. in c. certificari. de sepultu. vbi in ea est sententia, quod qui petit quartam quæ ad eum spectat, intelligitur, non solum de iure communi, sed etiam statutario vel consuetudinario. Sequitur Ias. in l. de quibus, num. 82. ff. de legibus. Consuetudo quidem ius dicitur cap. consuetudo 1. distin. Adde etiam Bald. in titu. de pace Constan. col. 9. vbi scribit, quod consuetudines locales quoad ipsum locum, dicuntur ius commune. Vnde eleganter dicit Paul. de Castro in d. l. præscriptione colu. 4. Quod si partes fecerunt compromissum in arbitros, vel arbitratores, data eis potestate procedendi, de iure, & de facto, sed pronunciandi de iure tantum, intelligitur non solum de iure communi, sed etiam de statuatario. Et sicut iudex debet reicere libellum qui continet errorem iuris, itadebet expernere libellum, qui est conceptus, contra consuetudiné gloss. in dicta l. de quibus in ver. diuturna, vbi Ang. & Ias. sequuti sunt idem ipsi tradiderunt, in l. 1. ff de offi. assess. sic iuris appellatio varificatur in iure municipali, Soci. cons. 81 volum. 1. Cur. Seni. consi. 46 num. 16 Caro. Rui. consi 51. num. 20. volum. 1 quam esse communem sententiam fatetur Gerar. Marzo. consilio 53 num. 32.

tudo obseruanda est.

dicit, quod in pœna arbitraria cõsiderare debemus consuetudinẽ, quam qui transgreditur, dicitur transgredi modum Bar. in l pen §. ad crimem. col. 1. versic. quæro dicitur hic. ff de public. iudi. vbi Imo col. 11. affirmat, quod quando consuetum est imponi aliquã pœnam pro delicto, & Iudex eã excesserit potest peti sententiam reduci ad arbitrium boni viri. Bart. in l vlti post prin. versic. in crimini. ff. de priua delict. vbi asserit quod in actione iniuriarum, & in alijs in quibus non est certa pœna statuta illa censetur ordinaria, quam consuetudo taxauit. Huc quoque vergit, quod scribit Bald. in rubr de offici. delega. quod si iudex excedit modum in puniendo, vltra quam sit consuetum, vel alias non seruet consuetudinem, potest ab eo appellari. Nec longe abest, quod ab eodem Bal. memoriæ proditum est in l. quicunque col. penultim. versi. scias autem C. de ser. fugiti. nẽpe non esse arbitrarium quod est consuetum, & quia res hæc latius patet, vide latê Anton. Imo. Abb. & Deci. & omnes in capit. de causis de offici. deleg. Andre. Tiraquell. in tractat. de pœnis in præfati. num. 4.

In pœnis not in l hodie ff de pœn. & in l. *in ponen.* & si Seuerior & ibi Bald. col. 2. *dis cõsue* ex quib. causi. infam. irroge. vbi

B *Debeant obseruare.* Adde glossa.

Arbitrarijs puniri.

CAPVT. CXLVII.

1 *Vbi pœna a iure statuta non est, arbitrio iudicis imponitur.*

2 *Traduntur multa quæ in arbitrarijs pœnis infligendis a iudicibus sunt obseruanda.*

3 *Estimatio dãni illati ictu, vel vulnere,*

nere, qualiter per iudicem sit faciendi.

4 *Iudex, an arbitrium suum ad mortem vsque extendere possit.*

1 QVM generaliter vbi pœna â iure statuta nõ est Iudex possit illam ex arbitrio imponere:
a hoc præcipue in pœnis inferendis clericis, sibi vendicare debebit: cum non tam specifice omnibus clericorũ excessibus statutæ pœnæ legantur. Vnde tunc dicit Innocen. in cap. Qualiter el. 2. in column. fin. versic. Item not. de accusatio. quod est procedendum de similibus ad similia, vel quod imponeretur minor
2 pœna. In arbitrandis tamen huiusmodi pœnis discretus iu-
b dex plura debet considerare, bvidelicet delinquentis conditionem, & an soleat delicta sæpius perpetrare, an casu ecciderit, vilis, an honesta persona sit, doctus an in doctus, sacerdos an alterius ordinis, lubens an coactus, lacesitus vel non deliquerit. Et an fuerit scandalum ortum ex delicto vel ne. Attendere præterea debebit qualitatem loci delicti, grauius ne iudicetur delictum in regno vel loco illo, quam alibi, in foro, Ecclesia, aut loco deserto, priuata via siue domo. Delicti insuper diuturnitatem seu grauitatem, ac irrogatæ iniuriæ modum & atrocitatem, aut damni dati magnitudinem examinare conueniet, nocte, aut die, armis aut sine eis, præcedentibus insidijs, aut aperto marte commissum fuerit dedelictum, persolum clericum, aut cum complicibus. Personæ insuper offensæ qualitates nimium ponderandæ sunt, quæ augere vel minuere soleant quodcunque facinus: videlicet, an vilis fuerit offensus, vel dignitate præditus, æqualis conditionis an potestate, & autoritate superior, laicus an clericus, siue religiosus, senex an iuuenis, amicus aut inimicus, necessarius an extraneus, vir aut fœmina. Nec indecens præter ea erit, temporis commissi criminis habere rationem, sacris videlicet an festis diebus, an alijs, indicijs statibus aut nõ scelus fuerit admissum. Quo
3 ties præterea per ecclesiasticum iudicem taxandum venerit damnum illatum alicui ictu, vel vulnere per clericum, vt debita satisfactio fiat. In memoriam iudicis obsecro veniant verba notãda iurisconsulti in l. fin. ff. de his qui deiece. vel effude. quæ quidem tanquam in proposito satis vtilia trascribere libuit. *Cum liberi hominis corpus læsum fuerit iudex computat mercedes medicis præstitas, cæteraque impedia quæ in curatione facta sunt. Præterea operarum quibus caruit, aut carituras est ob id quod inutilis factus est. Cicatricum autem aut deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberũ corpus nullam recipit æstimationem.* Quanuis hoc de cicatricibus lex statuit limitandum crederem, nisi in facie vulnerati remaneant: quia tunc de illis considerationem existimo maximam habendam esse. Quis enim dubitat maiorem iniuriam intulisse clericum, læso, si ex vulnere cicatrix magna in facie remaneat, quã si leuis aut nulla? meritoq; ob id ad plenioré satisfactionẽ, vulne

c rantem cõpellendum. c Neque aliud arbitror sensisse iurisconsultum in dict. l. cum illa aestimationem cicatricum aut deformitatis faciendam prohibere videtur, quia si membrum est saluum cicatrices damnum non inferũt. non vero vetat quin ex hoc iniuria possit atrocior iudicari, & maior iniungi satisfactio delinquenti. Quibus omnibus liberrimo animo per iudicem circũspectis, quantum doli seu malitię fuerit in crimine facile erit intelligere, & sic condigna pœna punire nocentes debet, vt nec ipsi rei qui iustitiæ seueritatem experiuntur, de eius excessu possint iuste conqueri, nec alij qui zelo æstuant ac iustitiam esuriunt, tenuitatem pœnæ reprehendant eiusque timorem neminem â similibus criminibus arceri au-
4 deant proclamare. Vnum insuper in hac materia inferri posse, (& non temerariè) censerem, videlicet, quod cum Ciuilis Magistratus in casu quo pęna cõmittitur arbitrio suo posset mortis
d etiam pęnam infligere: d vt vult glos. singularis in. §. in summa inst. de iniur. quam dicit singu. Abb. in cap. cum T. de re iud. in 1. colum. & quam sequitur Bald. in cap. 1. in. §. iniuria. de pa. iura firman. & in. l. 1. C. de his qui latro. occul. & Ioann. de Anan. in cap. inquisitionis. in fin de accusat. quod pari modo & Ecclesiæ Censores poterunt præmissis cõsideratis ad depositionis & carceris perpetui pœnam procedere ex arbitrio.

IMponere. Adde text. in l. hodie. ff. de pęnis tex. in l. 1. §. expillatores. versi. id circo. ff. de effractori. & expilla. & in. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iuli. repe. & in. l. 2. de crimin. Stelli.

Considerare. Adde multaque in B his arbitrarijs pœnis infligendis â iudicibus sunt consideranda quæ pie & docte scribit Ant. Gom. lib. 3 variar cap. 6. num. 7. Quæ vero attendere debeant Prælati in suorum subditorũ correctione explicãtur in sacro Cõcilio Trident. Sessio. 13. cap. 1. de reform. Vbi miro compendio, norma quæ in his seruari debeat ita scribitur. *Admonendos esse iudices* (inquit) *vt se pastores non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, vt non eis dominentur, sed illos tanquam filios, & fratres diligant, elaborentque, vt hortando & monendo ab illicitis deterrent, nec vbi delinquerint, debitis pœnis eos coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis seruanda præceptio, vt illos arguant, obsecrent increpent, in omni bonitate & patiẽtia, cum sæpe plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam austeritas: plus exhortatio quam comminatio, plus charitas, quam potestas. Sin autem ob delicti grauitatem, virga opus fuerit tũc cũ mãsuetudine rigor cũ misericordia iudiciũ cũ benignitate seueritas adhibenda est.* Hactenus Sacrũ Cõciliũ. Et licet inimponẽdis his pœnis arbitrarijs sit æquitas â iudicibus amplectẽda ea non a capite velimaginaria esse debet sed a iure regulanda vt elegãter scribit Bal. in rub. C. de cos tit. pecu. Roman. consi. 149. Carol. Moli in cõsuetud. Parisi. tit. 1. §. 41. num. 86. & ad id con-

duçit

ducit text. expressus in. l. bona fides ff. depositi.

C *Compellendum.* Adde eundem Anton. Gomez. dict. capit. 6. qui opinionem istius autoris sequutus fuit eo tamen non allegato.

D *Inflingere.* Adde Ange. & Plate. in §. in Summa. institu. de iniur. & multos quos allegat Boer. decision. 254. & latissime Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæstion. libr. 1. quæstion. 86. & opinionem istam communem esse testatur Barba. consil. 32. in fine volum. 2. & consil. 11. numero. 1. volum. 1. Dec. in capit. ex literis. numero. 14. de consti. communem etiam esse testatur Maran de ordin. iudi. 4. part. 1. diuisi. iudi. num. 52. Iacob. Boul. in. l. capitalium. §. famosos. ff. de pen. Alciat. consil. 472. in fine, eandem communiorem & veriorem esse fatetur nouissime Ioann. Gracian. (vir bene heruditus) regul. & fallen regu 44 in prin. & secundum eam iudicatū fuisse in parlamento Parisiensi testatur Papo. lib. 24. tit. 10. Arresto. 2. & pro hac opinione solet allegari tex. in. l. sacrilegij in prin. ff. de leg Iuli pecul. & in. l. secularij. §. sunt quædam. ff. de extraordin. crim. & in. l. qui cum natu, maior. §. si tamen quis. ff. de bon. libe. l. Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iuli. repeti. Quanuis qui busdam hæc opinio displicuerit qui non ita censent indulgendum esse iudicis arbitrio, vt ad mortem extendi patiantur, ita videtur significasse (suboscure tamen) glos. in capit. Inquisitionis de accusationi & hanc opinionem sequuti sunt las. num. 4. & Dec num. 9. in. l. qui iurisdictioni ff de iurisd. omni iudi. & dicunt contrariam communiter reprobari atq idem asserunt Thom. Gramm. consi. crimi 48. num. 2. Matth. de Afflict. decis. Neopolit. 276. num. 6. Carre. in. l. 2. in parte homicidij num. 108. quorū appella nō recipi Chassa. in consuetudi. Burg. rub. 1 §. 5. in verb *Albitrage* Petrus de Soci. inter consi. crim. diuer. doctor. consi. 98. num. 3. lib. 1. Caruita super. 41. ritu Magnæ Curiæ nu. 15. Villapando. in. l. 22. capit. 9. num. 4. opinio hæc est magis tutior, & ea ratione asseuerat, non esse ab ea recedendum in iudicando, & consulendo. testatur Iul. Clar. lib. 5. receep. sentent. §. fin. quæst. 83. versi. sed quæro vbi eam dicit communem: eamque sequitur Alphonsus â Castro li. 1. de lege pœna. capit 6. pro qua solet aduci tex. in. l. 1. ff. de fur. bal. Sed primam opinionem magis communē esse scribit Robr. Maran in dispu. 3. num. 14. quam sequendam censent cum nonnullis limitationibus, quas ibi scribit: licet ipse dicat, quod cum hæc quæstio sit multum dubia Cæsara decisione opus erat: & vide Anton. Gom. lib. 3. vari resolu capit 6. num. 8 Ego autem opinionem vltimam magis verā & magis communem esse censeo. Et quāuis prima opinio, gl. vera foret, esset intelligenda, vt locum haberet, modo qualitas delicti, & circunstantiarum sit talis, quod de iure communi, vel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda alias secus ita glos. illam declarat dicens, hc communiter

In pœnis arbitrarijs vtrū index pœna mortis posit inflingere.

limitari Aſflict. ſuper ſecunda parte conſti. Scili. rub 10. num. 22. & opinionem hanc dicit cõmunem Alex. conſil. 121. in fin. lib. 7. quem refert Aymon cõſi. 220. num. 14. & conſ. 224. num. Dec. in d. cap. ex literis. Grãm. conſi 39. poſt num. 8. & cum hac gloſſ. declaratione tranſit Ioan. Gracian. vbi ſupra allegaũ quẽ poſt hæc ſcripta legi.

Aliquo lapſu temporis non obſtante.

CAPVT. CXLVII.

1 *Delicta an iure canonico præſcribantur.*

1 AN clericorum delicta præſcribantur terminis in legibus præfixis, vt lapſis illis non poſſint accuſari, vel puniri? Dicendum eſt, quod ſecundum canones, tempore non tolluntur crimina, vt probatur ex gloſſ. in c. Admonere. 33. quæſt. 2 in verbo pœnitentia. not. Specu. in tit. de ſenten. §. quoniam. colum. 4. verſic. & nota ſecundum canones, qui declarat hoc procedere matrimonio, & alijs ſpiritualibus, in quibus periculum animæ vertitur, & præſcriptio locum habere a non poteſt. a quod dictum pro ſingula. ponit Roma. ſingul. 182. Tuſcis. vbi hoc ſimpliciter ſequitur. Idem notat Bald. in. l. 1. in 17. colum. verſic. Nota tamen C. quiaccuſa. vbi dicit, quod in pœnis ſpiritualibus nulla cadit præſcriptio. Idem Ange. in. l. Diuus. ff. de re iud. & ſecundum Abb. poſt Anton. in capit. licet. de probationi. illud procedit generaliter in foro pœnitentiali. Idem dicit Abb. in capitul. Cum haberet colu. 1. de eo qui duxit in matrimonium vide tamen diſtinctionem. Abb. in cap. fin. in princip de purgatio. canoni. videlicet quod quo ad indicẽdam purgationem, vel quo ad procedẽdum contra infamatum per inquiſitionem, non habetur reſpectus ad tempora præfixa de iure ciuili. Accuſatio vero directa quæ inſtituitur ad pœnam infligendam reſtringitur ad terminos iuris ciuilis, cum contrarium non reperiatur de iure Canonico: cuius diſtinctionem videtur ſequi Decius in dicto capitulo, licet in colum. 15. verſi. poſtremo notandum dum ſimpliciter ſe remittit ad ſuam diſtinctionem. Aduerte tamen quod aliter diſtinguit, idem Abb. in capit. licet de probatio. in colum. 10. verſic. Quo ad ſecundum videlicet, quod in criminibus impedientibus ordinis exſecutionem, vel recentionem beneficij etiam poſt peractam pœnitentiã non obſtat præſcriptio temporis: quia in accuſationibus taliũ delictorũ deuiamus â regulis iuris. In alijs vero nõ ſic impedientibus, tolletur directa accuſatio tẽpore præfixo a iure ciuili, b quod b ſequitur ibi Felin. colum. 19. verſic. Et aduerte. referendo etiam Anton. & Imo. Quam etiam diſtinctionẽ refert & ſequitur Stephan. Aufre. in additionibus ad Deciſiones Cappellæ Tholoſanæ, in quæſt. 188. incip. Item fuit quæſitum, qui ſolum refert Sicu-

lum

lum in dict. capit. licet. eam facientem.

A *Non poteſt.* Adde Nic. Boeri. deciſi. 26. Fran. Bal. in tract. præſcrip. 4. par. prin. quæſtio. 2. lim. Aug. Bero. in cap. licet cauſam. de probat. Feli. in capi. cum â nobis. circa finẽ. de præſcrip. Aymon. Sauil. in tract. de antiqui. tempor. 4. par. fol. 170. nu. 88. Martin. Nauarr. in cap. conſideret. n. 127. de pœni. diſtinct. 5. Aegi. Boſsi. in tract. delictor. titul. de accuſat. numer. 30. pag. 100.

B *Iure ciuili.* Adde Iul. Clar. in in pract. crim. §. fin. quæſt. 51.

Deficienteverò legitima probatione, ob vulgatam infamiam graue ſcandalũ, vehementem ſuſpitionem, ex teſtium dictis obortam: purgationem indici.

CAPVT. CXLVIII.

1 *Purgatio accuſatore apparente iudi non debet.*

2 *Purgatio canonica iudicis arbitrio relicta eſt.*

3 *Compurgatores, qui ſint fide catholici & vita probi. ſunt adhibendi*

4 *Cõpurgatores iurare tenentur.*

5 *Quando illi, qui ſunt eiuſdem ordinis, fuerint inimici, vel infamati, non admittuntur ad purgationem ſed alij.*

6 *Si purgandus eſt pauper, vel extraneus, & compurgatores clerici deſunt, an laici & fœminæ admittantur.*

7 *Infamatus ille iudicandus nõ eſt, quem dicta paucorum infamat ſi opinio eius apud bonos viros læſa non eſt.*

8 *Infamia ſi orta ſit à maleuolis hoc non procurantibus, an indici poſsit.*

9 *Quando quis eſt ſoli Epiſcopo ſuſpectus, vel alteri ſuperiori, an purgatio indi poſsit.*

10 *Accuſari an poſsit quis, de eodẽ crimine, de quo fuit purgatus.*

11 *Diffamatio de delicto, propter aliquos actus extrinſecos, non inducitur purgatio.*

12 *Traduntur multa, quæ in hac purgationis materia à iudicibus ſunt præcauenda.*

IN priſcis illis Eccleſiæ Catholicæ temporibus tanta erat ſanctis patribus honeſtatis cura, vt ne dum in clericis aperta crimina non tolerabant, ſed neque ſpicionem ſeu in infamiæ crimen ſuſtinere volebant. Vnde ſicut ſacris ſanctionibus, delinquentibus (quorum crimina probari poterant) pœnas ſtatuerunt ſic illis, contra quos de crimine infamia, aut graue ſcãdalum ſeu vehemens ſuſpicio ſurgebat, purgationem canonicam indicendã decreuerunt. Cuius quidem diffinitiones varias, Hoſtien. ſcribit in ſua ſumma, de purgatio. canon in. §. 1. inde illas trãſcribere nolo. In qua quidem aduertẽdum eſt, quod licet verum ſit, quod accuſatore apparente non 1

debet indici purgatio infamato, vt probat tex. & ibi notat Abb.
2 in cap. 2. de purgatio. can. quia ista purgatio est subsidiaria, tamen in casu nostro quando fiscalis accusat, qui succedit in loco indicis vt supra tradidimus, crederem posse indici purgationē
3 infamato ad eius petitionē. Quæ quidem purgatio canonica arbitrio iudicis relicta est, vt in cap. Significasti de adul. & in capit. Inquisitionis. §. quæsiuisti. de accusa. facienda tamen cum personis eiusdem ordinis quem purgandus habet, vt in capit. ex tuarum. & in cap. Inter solicitudi-
4 nis. de purg. cano. Compurgatores autem debent esse fide catholici, vita purgati, & qui conuersatione purgandi clerici nō tam moderno tempore quam transacto nouerint, vt in d c. Inter so-
5 licitudines. Qui tamen compurgatores iurare debent de credulitate, vt in c. De testibus. eo. tit. Qualiter insuper iurare debeāt purgandus, & compurgatores, vide Hosti. vbi supra, in §. qualiter fieri debeat. per quem etiam vide quotus debet esse numerus cōpurgatorum, & quales illi, in
6 duobus. § sequentibus. Si vero illi, qui sunt eiusdē ordinis, fuerint inimici, infamati, admittuntur alij vt in c. Cum in iuuentute. de purg. cano. imo propter hanc causam potest reus cum laicis & fœminis purgari, vt in glo. fin. illius tex. & probat etiā glo. in c. clerici. 81. dist & in c. In decima. 18. q 2. Et vide Abb. in c. inter. de purg. cano. fin. verbis.
7 Vbi etiam dicit, quod si purgandus est pauper seu extraneus, ita quod non habeat notos in ciuitate, & ideo desunt compurgatores clerici, quod tunc admittuntur laici, & etiā fœminæ: & quod si etiam lāici deficerent ex hac causa, quod credendum est soli suo iuramento, & vltra supra dicta allegat, gloss. nota. in c. Cum P. de accu. Aduerte tamē, quod in quantum dicit, quod paupertas facit admitti laicos & fœminas, quod hoc non videtur iure procedere: quid enim nocet clerico paupertas, vt sit notus in propria patria, & sic bonæ opinionis penes suos conclericos si ille suis operibus aliud nō promeretur? Infamatus vero illeiu- 8
dicandus nō est, quem dicta paucorum infamant, si eius opinio apud bonos & graues læsa nō exi stit, vt in d. §. quæsiuisti. vbi Ab. bene distinguit quando requiratur maior pars ciuitatis vel viciniæ ad hoc vt aliquis dicatur infamatus, inspecta qualitate loci, & personarum: cuius verba trāscribere nolo. Infamia autē si sit simplex absque scandalo, & originem habuit â maleuolis procurantibus, tunc purgatio canonica non indicitur, vt in c. Cum in iuuentute. §. Nos autē de purg. cano. & ita concludit Areti. in c. At si clerici. de iudi. cuius cōclusionem sequitur Deci. ibi, in 6. colum. versi Secunda conclusio. Si vero infamia sit orta â ma- 9
leuolis hoc non procurantibus, purgatio potest indici. ita concludit Aret. vbi supra per text. in cap. Præsbyter si â plebe. 2. quæstio. 5. & in dict. capit. Inter solicitudines. Sed Decium in dict. column. 6. dicit quod Moder. tenent contra Aret. & respondet ad dicta duo iura in quibus

bus se fundat Aret. Postea tamẽ pro opinione Aret. allegat tex. in cap. Accedes. de purg. cano. & respondet ad capit. Qualiter & quando. el. 2. qui text. allegat contra Areti. & tandem dicit concludendo, quod hoc est in facultate superioris. Aduerte præterea vltra eos, quod licet sit orta â maleuolis, si est scandalosa, & potest sedari per purgationẽ, tunc indicenda est purgatio. ita concludit Abba. sic intelligendo gloss. ibi, in cap. Qualiter & quando. el. 2. de accusat. in penult. colum. Quando vero quis esset suspectus soliepiscopo, vel alteri superiori suo, & suspicio est probabilis, poterit indici purgatio: & idem est, si est suspectus alijs, & suspicio est probabilis, & tanta vt inducat scãdalum, vt per Abb. ibi. An autem possit quis accusari de eodem crimine de quo fuit purgatus, vide Host. vbi supra. §. An purgandus. singularius per Abb. in cap. extuarũ. in fi. de purga. can. vbi facit notabi. dist. capiendo veriores opiniones. Item nota in isto propõsito, quod ibi aliquis est diffamatus de delicto propter aliquos actus extrinsecos, quod tali non indicitur purgatio canonica, sed monetur vt ab alijs actibus desistat quando pro diffamato est aliqua præsumptio, quod nõ versatur in delicto propter fœdus naturale. probat istam conclusionem text in cap. quorundam 34. dist. quem ibi ad hoc notat Præpo. ad limitationem text. in capit. presbyter. 2. quæst. & cap. Si malæ famæ. In ista tamen materia infamiæ summe debent aduertere Iudices: nam infamia sæpe fallax est, vt iniquit Panor. in cap. Cum super. in fin. de confes. Cum iuxta sententiam diui Bernardi in Epistola de perfectione vitæ. *Sæpe fallitur humana suspicio*. Accidit namque sæpissimẽ, quod temerarij quidam homines, ac ab omni pietate & religione Christiana alieni, ex leuibus coniecturis seu signis, grauia quidem & enormia scelera suspicari, ac asseuerare audent in magnum suarum animarum, ac alieni honoris, & famæ dispendium. Est præterea aliud sceleratissimorum hominum genus, quorum (ad virtutis exterminum) Sathan ipse vtitur ministerio, qui virtuti inuident ac insidiantur, quando in claris viris illam intuentur, & quasi eius splendore excæcati, dum suis nostruarum oculis mederi deberẽt, virtutis lucem potius obnubilam, falsorum criminum puluerem ac nebulam spargendo, dũque bonorum hominum splendorem obtenebrant, illos sue veræ ac apertæ nequitiæ quasi iam pares fecisse lætantur. Vulgus autem reliquũ ignobile, rumorum auditor lubẽs, ac fuscitator & cõseruator strenuus, nõ modo similia credit, sed multiplicat: vnde sæpius quos imitari deberet ac venerari neducõtẽnit, sed persequitur: ipsiq; insensati vitã illorum existimant insaniã, & finem illorum sine honore. Hac igitur dæmonum & prauorum hominũ intellecta versutia (quam sæpius experiri cõtingit) curare debẽt semper prudentes Iudices, vt de prauatæ alicuius (in reliquis maxime rebus probi viri) famæ originem quærant, ac inuestigẽt ne

veluti infelix ille præfectus Pilatus populi clamoribus permoti innocentem virum carceribus affligant, aut pœnis afficiant. Si enim innocentis viri sanguis â priuato homine quodammodo prouocato effusus clamare solet ad Deum, quid num etiam innocentis hominis honor (ipso sanguine precioſior) contra incautum, & temerarium iudicem, qui potestate diuina abutens, quos tueri debebat, viros innicuos lædit, omnibus horis clamauit. Vnum insuper non omittẽdum est in proposito, quod licet iudex quando ex officio procedit, & crimen non probatur, si infamia remanet possit indicere purgationem, hoc tamen non tenetur facere ad petitionem promotoris inquisitionis. ita notat Præpo. in capit. De accusatione. 2. q. 8. col. 39. versi. Sexta differentia. quod ego intelligerẽ in promotore qui se obtulit sponte, non vero in promotore dato ab ipso iudice, qualis est fundator huius nostræ denuntiationis: & hæc differentia probatur optime ex his quæ supra dixi in parte promotor seu fiscalis.

ANNOTATIO.

Purgatio Canonica apud antiquos in summa vtilitate & honore fuit cõstituta.

ADde, quod antiquitus canonica purgatio insuma vtilitate, & honore fuit cõstituta ita, vt multi Summi Pontifices degrauioribus criminibus diffamati, quauis a nemine iudicari possent, ad remouendum tamen subdito rum scandalum, solenniter se purgare de dignati non sunt. Sic Damasius, Paschalis primus Simmachus publicê purgati sunt sic Gregorius Septimus coram Hẽrico quarto Pelagius Primus coram Narsete expurgati publice fuerunt, quod in annalibus Romanorum Pontificum videre licet apud Platinam, & apud Campensem lib. 6. Hierar. Eccle cap. 17. Brunum lib. 4. de hæreti. cap. 11. Et pro totius capitis materia vide quæ eleganter, & doctissime scribit Iacob. Septi. in illis eruditissimis Catho. instit. capit. 54. & nouissime Hieron. Gabr. consil. 160. volum. 1. Sylvestr. in summa. in verbo. purgatio. Cãpegius ad Zanachinum. cap. 11. Villadie. de hæret. quæst. 15. n. 11. Directo. inquisi. 3. part. in 2. modo processum fidei terminã. Fran. Peñ. in Scho. Director. 2. par. Scho. 11. qui diligenter materiã canonicæ purgationis tractant.

Illud vero circa capud hoc notabis, quod non facile per iudices eccleſiasticos Canonica purgatio inducenda est, cum fragilis, fallax, & incerta sit eo, quod ab hominum iudicio depẽdeat. Quod in causis fidei Madrialiana instructione capit. 17. his verbis diffinitum est. *Ob malitiam humanam purgatio canonica, periculosissimum est remedium, præsertim his temporibus. Ideoque non multum est in vsu, quare illa vtendum raro, & cum magna causa.*

Canonica purgatione raro hodie vtendum est.

In qua si defecerint vti conuictos puniri.

CAPVT, CIXL.

1 *Deficiens in purgatione, punitur vt conuictus.*

2 *Absens*

2 *Absens de crimine infamatus, citatus peremptorio præfixo ad se purgandum, si purgationem intra illum terminum non præstitit habetur, pro conuicto.*

3 *Traditur germana ratio, propter quam in purgatione deficiens, vt conuictus punitur.*

4 *Clericus propter purgationis defectum degradatus & traditus curiæ seculari, ordinaria crimi nis pœna puniri non potest.*

5 *Purgatio canonica hodie raro inducitur.*

1 VT autem curæ sic clericis prouidere bona coram Deo & hominibus & habere bonum testimonium ab his quæ foris sunt, statuerunt canonica iura hac lege indicendam purgationem, quod si quis in illa defecerit, puniatur vt conuictus: [a] vt probatur in ca.

a De hoc. de simo. quod intellige secundum modum agēdi qui præcessit, probat textus. & ibi notat Abb. in 3 not. in capit. Accedens de accusatio. cuius bonam distinctionem vide ad intellectum huius conclusionis, licet sic deficiens dicatur interprætatiue non vere conuictus, vt est glossa. notabilis in cap. Inter solicitudines de purga. cano. Nota insuper in hoc proposito quod si infamatus non potest habere compurgatores, quia testes non confidunt de eo, seu quia fides non in alijs de eo, quod habetur pro conuicto, & deficiente in purgatione, no-

2 tat Abba. referendo Hostiensis, in dict. capitulo. Inter. quasi in fine de purgat. cano. Et adde alium singularem casum, in quo quis habetur pro conuicto, propter non præstitam purgationem, videlicet quando aliquis absens est infamatus de crimine, vehementer suspectus, & citatur peremptorio præfixō ad se purgandum, quia non præstiterit purgationem intra illum terminum, habetur pro conuicto, notat Abba. in cap. Cum. P. versic. & ex hoc. de purgat. canon. Rationem autem quare deficiens in purgatione, puniatur vt conuictus colligit Abb. ex glossa ibi in capit. Insinuatum de simon. quam etiam allegat. in dict. cap. Accedens, de accusat in columna. 2. videlicet quod præsumptio probabilis orta ex infamia transit in violentiam, cum reus deficit in se purgando, & violenta sufficit ad condemnationem, vt in c. Afferte: de præsumptio. & in l. Indicia. de rei vē dic. C. Sed salua tanti patris pace hæc ratio non videtur bona, quia violenta præsumptio non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam delicti, nec hoc probant iura per eum adducta. Vnde crederem quod ratio vera est quia conditores canonum voluerunt hunc rigorem seruare, vt clerici non minus studerent in vitanda infamia, & suspicione vehementi, quam culpa, propter salutem Christiani populi, qui nimis inficitur ex pernicioso exemplo a clericis habito, considerantes quod cum pœna ordinaria canonis contra conuictum legitima probatione, non fit pœna mortis vel mutilationis membri, non erat tanti rigoris clericum deficientem in purgatione, haberi pro conuicto, & æquali pœna puniri. Ex qua ratione pro vera recepta, crederem vnum singu-

3

lare,& non paruipẽdendum poſ ſe inferri, quod in delictis quibus clericus venit degradandus, & curiæ ſeculari tradendus ſi iudex ſecularis videat clericũ fuiſſe degradatum, & ſibi traditum propter defectum in purgatione quod non poteſt punire pœna ordinaria, qua laicus conuictus de illo delicto puniretur,cumſit verum quod ſibi traditut nonvere,ſed interpretatiue conuictus de delicto,& non liceat iure ciuili vel regio aliquem pœna ordinaria punire,niſi claris probationibus, ſeu confeſsione propria conuincatur,niſi in caſu hæreſis in quo non licet iudici ſeculari examinare proceſſum in
b quiſitorum,[b] vt in c. Vt inquiſitionis,in §. prohibemus de hæret.in 6.& ibi per Doct.& in c. 1.de offic.ordin. reprobata opinione Bart.in l Diuus ff.de cuſto.reo.vbi contrarium tenuit:licet Legiſtæ communiter teneãt ſuam opinionem, vt teſtatur Imo in c.1.de offi. ordi. & refert Præp.in capit.Statuimus.11.q.1. quam etiam opinionem Bart.nititur defendere Barb.in dict. c 1 in col.17.non pertinaciter, ſed ſubijciendo ſe eccleſiæ. Et licet poſsit aliquis dicere quod etiam hoc procedere in crimine hæreſis,ex ratione, quia licet iudici ſeculari non liceat examinare proceſſum inquiſitorum, quia non poteſt cognoſcere, an traditus ſuæ curiæ commiſerit,vel nõ crimen hæreſis, non tamen negatur ſibi, quin inſpiciat tenorem ſententiæ inquiſitorum, & ſi conſtat ex ea quod aliquis ſibi traditur non vere conuictus,ſed interpretatiue, quia deficit in purgatione temperet pœnam, cum nulla lex ciuilis nec Regia dicat quod deficiens in ea punia tur pœna mortis, tanquam hæreticus, nec videatur ſequi neceſſario, relaxatur ab inquiſitoribus,ergo damnandus eſt pœna ignis per ſecularem iudicẽ, cum vtrique iudices, tam inquiſitores,quam ſeculares debeant iura ſui fori attendere,& illa ſeruare. Sed hoc argumentum facile ſoluitur ex communi ſtylo inquiſitorum,qui,vt intellexi, talis eſt quod ex tenore ſententiæ ſuæ colligi non poteſt quod aliquis damnatur eo quod in purgatione defecerit, quia ſententia fertur contra deficientẽ, ſicut contra conuictum,& ſolũ remanet in actis proceſſus, qualiter inpurgatione defeceritquẽ cum videre non poſsit ſecularis iudex,meritoexcipi debet materia hæreſis ab hac mea noua inueſtigatione,quam in alijscrimi nibus veram exiſt imo.Hodie ta 5
men ſicut raro indicitur ab eccleſiaſticis iudicibus purgatio canonica, ſic raro accidit quod iuxta rigorem canonicum deficiens,vt cõuictus damnetur. At quod iudices tẽporibus iſtis rariſsime purgationẽ indicẽt, quãuis partim hoc referri poſsit ad eorum tepiditatẽ(quibus minima cura eſt purgare clericos ab infamijs & ſuſpicionibus vehementibus,& ſatagere vt Chriſti bonus odor ſint)nõnihil tñ prudẽtis cõſiderationis haberevidẽtur,ſi perpẽdũt facilitatẽqua vulgus hodie infamiã ſuſcitat, & ſuſtinet &quã difficilehodiernis tẽporibus cõpurgatores inuenian tur,hacvt exiſtimoratione,quia

ſi nomi-

nominati ad alios cõpurgãdum peccatores & fragiles sunt, faciliter credunt infamatos commississe crimina quorum in culpantur eadem fragilitate qua ipsi solent in alia vel similia labi crimina. Si vero probi viri sunt eũ videant corruptionem morum huius tempestatis, & clericalis status deformationem (eo quod sine delectu ad illam vndecunq; solent venientes admitti) nisi bene notam habeant vitam purgãdi clerici compurgatorum onus refugiunt. Vnde ne antiquus ille & pius patrum zelus omnino pereat aut si his temporibus seruetur ad vnguem, innocentes lędat consulerem omnibus prælatis, ac eorum vicarijs, quod synodali constitutione, siue publicis edictis moneãt clericos suæ diœcesis, vt non solum puritatis curæ vacarent, sed in quantum vires sufficiant, infamiæ aut suspicioni vehementi ansam nõ prębeant, scituri pro certo, quod post monitionis tempora, in omnibus de nouo emergentibus casibus, iuris ordo & rigor seruari debebit: postquam monitionem á iuris dispositione non debent iudices recedere, dum tamẽ semper adsit Epicheia virtus, qua qualitatem personæ purgandæ, & scandali, aut suspicionis, & defectus in purgatione, & alia considerantes, rigorem antiquorum canonum temperent.

A VT conuictus. Adde Hostien. Henricum Abb. & doctores in cap. intersolicitudines de purgatione cano. Goffre. Hostien. Abb. Anan. Feli. in cap. accedẽs de accusat. Ang. & Syluest. in summus in verbo, purgatio, & hanc opinionem communem esse fatetur Iac. Sept. in Cath. inst. cap. 54. num. 7.

Processum inquisitorum. Vide autorem & quæ ipse scripsi, supra cap. 141. litera. A. B

Si vero Capi non potuerint, absentes eos pœnis damnari condignis.

CAPVT. CXLVIII.

1 *Clericus delinquens absens, qualiter condemnari possit.*
2 *Traditur singularissimus modus conuincendi clericum lite adhuc contestata.*
3 *Laicus absens, licet ex legibus Regni pœna ordinaria damnari possit, si fuerint contra eum indicia, quæ sufficerent ad torturam: non tamen clericus.*

QVando clericus delinquens est absens, & remissio de ea petita per iudicem diœcesis est, non fit, vel alias latet, tunc videtur quod positus ędictis a in Ecclesia Cathedrali, aut suæ parochiæ vel beneficij, cum assignatione competentis termini ad comparendum procedi possit ad ferendam sententiam diffinitiuã, si cõstat de delicto per eum commisso. Quod probatur ex his quæ notat Ioann. Andr. in cap. Degradatio. de pœnis. vbi scripsit, quod cõtra clericum absentẽ cõtumaciter potest ferri sẽtẽtia verbalis depositionis, qui allegat. a

Veri-

Veritatis de do. & contu. & quæ ibi notantur, & 3. quæst. 9. in summa, quod ibi refert Dominic. in prin. qui dicit bene notandum ex dictis per eundem Ioann. Andr. Quod in causa degradationis actualis non possit procedi in absentem etiam procuratore præsente, per regulam de qua in cap. veniens. de accusa. quod vbi pœna non potest imponi absenti, nō potest procedi per procuratorē, facit etiam ad probandum quod contra absentem clericum possit procedi, quod expresse voluit, Ioann. Lupus doctor Hispanus, in tract. de liber. Eccl. in 9. quæs. vbi tradit quod in quocunque delicto propter quod clericus degradari meruisset si absens citatur, & non comparet condemnatur in absentia, si testibus conuincitur, & datur facultas ab ecclesiastico iudici seculari capiendi eum, & secundum suas leges iudicandi, ita quod sola sententia sine alia actuali degradatione, talis clericus habetur pro realiter degradato ad hoc vt non gaudeat priuilegio clericali, allegat ad hoc tex. in cap. Cum non ab homine, de iudic. quem bene inducit & dicit quod est necesse quod intelligamus dictum tex. in casu absentiæ, & hanc degradationem vocat ipse fictam â iure & ab homine. Aduerte tamen, [b] quod huic sententiæ multum refragatur doctrina Inno. in cap. qualiter el. 2. de accusa. in colum. penul. versi. Item ad prædictas, vbi postquam refert aliquas pœnas canonicas, dicit, quod ad prædictas pœnas præterquam ad depositionē proceditur contra absentem etiam contumacem, sed ad depositionē & alias pœnas quæ sunt vsque ad relegationem non proceditur cō tra absentem, allegat l. Absentē. ff. de pœnis, & tex. in cap. Decernimus 3. quæst. on 9. Potest etiam dari alius singularissimus modus conuincendi clericum absentem de crimine lite non contestata, secundum Abb. in cap. Cum P. in fin. de purg cano videlicet quod si est infamatus, vel vehementer suspectus de crimine, citetur peremptorio præfixo ad se purgandum intra illum terminum, non autem ad comparendum tantum, & tunc si non præstiterit purgationem intra terminum præfixū habebitur pro conuicto. quod dicit perpetuo menti tenendum, quia limitat tex. in cap. Veritatis de do. & contu. & quod est modus non exquisitus de iure ciuili. Datur præterea alius modus conuincendi absentem clericum per eundem Abb. ibi, videlicet quod contumax excommunicetur, & si steterit in excommunicatione per annum, tunc habetur pro cō uicto super illo crimine, & potest puniri, ac si vere fuisset conuictus, vt in c. Rursus & in c. quicunque 11. q. 3. quæ sic debent intelligi, vt plenissime tangit in ca. 1. de iudi. Vnum tamen crederem in ista materia, iudicem ecclesiasticum non posse imitari legem stylum huius regni, dum disponitur, & practicatur quod stantibus indicijs contra reum absentem sufficientibus ad torturam potest iudex eum damnare de delicto, hoc enim ad clericorum personas non liceret extendere, cum lex Regia hoc disponens eos nō comprehendat, nec imitationedigna sit. Quis enim iustum decernat

2

3

c

nat solis indicijs probatis dãnari quenquam vti reum criminis etiamsi executioni non sit demandanda sententia. Id namque solum iuste pronunciari videtur quod iuste potest executioni mandari.

A *Citatio per æditũ vt legitime fiat quæ debẽt præcedere.*

POsitis æditis, Aduerte, quod ad hoc, vt citatio per æditũ legitime fiat aliqua desiderãtur. Primo quod summaria informatio procedat, qua cõstet quod reus latitat, alias nulla est citatio ita scribit Bart. in extrauagant. ad reprimendum in verbo, *Per ædictum*, Dec. consil. 460. numero 26. Socin. in tracta. de citatione art. 23. nume. 5. Quanuis sufficeret relatio nutij hoc asseuerantis, vt scriuit Petrus Rebuff. in tract. de citatione numero. 96. Thomo. 3. const. Fran. Secundo quod æditum publice in Ecclesia legatur in terminis rum solemnia glos. celebris in Clemẽt. causa. de electione in verbo, solemniter Cassan. in decissione, 1. titulo. de appellatio. Octauia. Vest. de introductione in Romanæ Aulæ action. libr. 4. cap. 3. num. 5.

Tertio quod postquam ædictum publice lectum fuerit, affigatur in valuis Ecclesiæ, vel vbi de consuetudine affigi solet. Vãtius in tract. de nullitate ex defectu citationis. n. 133. Milles in verbo. *Citatio quando comittatur*, Quarto quod affigatur ædictum originale, nec sufficeret eius copia tex. in Clem. 2. de iudi. tradit Rota in titu. de dilationi. decis. 223. Cassa. decis. 4. in tit. de dolo & contu. And. Tira. de vtroque retract. ti 1. §. 9. gloss. 2. n. 8.

Aduerte tamen. Ex quibus verbis manifeste apparet. Dominum Episcopum recedere ab opinione Ioan. Lup. hic allegata a qua etiam recedit Fran. Pegña in anno, ad Direct. inqui. 3. lib. Scho. 69. folio. 191. qui cum immemor huius authoris fuerit, asseuerat, quæstionem istam nulliui tractatam reperisse. Et mea quidem sententia verissima hæc opinio est aduersus Ioan. Lup. namquando degradatio est tãtũmodo verbalis, iudex laicus nullam in clericum iurisdictionẽ habet sed si actualiter degradatus est, poterit eum absque aliqua traditione punire, quam opinionẽ communẽ esse fatẽtur Alcia. in c. cum non ab homine n. 108. de iud. Villalo. in sua collecta. comm. opi. litera C. n. 71. Iul. Clar. in pract. crim. § fi. q. 36. versi. suas autem.

C *Io. Lupi: opinio quædã cõfutatur.*

Imitari legem. Adde quod de hoc stat Regia lex ab inuictissimis Catholicisque Regibus condita Cõpluti an. Domini 1503. quæ habetur in prag. Regũ Catholicorũ. & hodie est lex 3. ti. 10. li. 4 or noui.

D

Et si opus fuerit ad dictarum pœnarũ executionẽ seculare brachium imploretis.

CAPVT. CLX.

Quod noue æditum est, eo quelatissime materia inuocationis vtriusque auxilij Ecclesiastici, & secularis, in forensibus actionibus frequentissima miro ordine elucidatur.

Iudex

1 *Iudex Eccleſiaſticus ſeculare auxilium implorare poteſt.*

2 *Auxilium brachij ſecularibus, multis nominibus vtiliſsimum eſt.*

3 *Auxilium brachij ſecularis, in ſubſidium peti debet.*

4 *Auxilium brachij ſecularis peti poteſt quando opus fuerit, non præmiſſa ex communicatione, contra Ioan. Lup. D. Couarr. & alios.*

5 *Concilium Trident. Seſsi. 24. cap. 8. de reforma. & Seſsi. 25. cap. 3. interpretatur.*

6 *Iudices eccleſiaſtici laicos minimè poſſunt propria authoritate in carcerem mittere.*

7 *Iudices Eccleſiaſtici an in ciuilibus poſsint contra laicos, ſententias capiendo pignora exequi.*

8 *Iudex delegatus vtrum poſsit auxilium ſeculare implorare.*

9 *Iudices ſeculares ſuperiores, impendere debent ſuum auxilium iudicibus eccleſiaſticis patentibus.*

10 *Iudex ſecularis poteſt ab eccleſiaſtico auxilium petere.*

11 *Iudex ſecularis antequam præſtet auxilium an poſsit petere, vt ſibi detur copia proceſſus.*

12 *Exſecutor an teneatur eam ſententiam exequi, quæ manifeſtam iniquitatem habet.*

13 *Quando ſententia iudicis eccleſiaſtici tranſiuit in rem iudicatam, auxilium ſeculare præſtãdum eſt, quanuis non conſtet de iuſtitia ſententiæ prolatæ.*

14 *Quid autem iudicandum eſt, ſi de nullitate ſententiæ coram ſeculari iudice allegatur.*

15 *Iudex ſecularis fidem adhiberi debet literis denuntiatorijs, contra excommunicatum prolatis, quanuis illi non conſtet an iuſte contra illum ſententiam excommunicationis eſſe latam.*

16 *Text. in cap. 1. de exceptionibus 6. interpretatur.*

17 *Iudex ſecularis ſolis, literis denuntiatorijs non tenetur capere laicum excommunicatũ, nec in carcerem mittere aut aliqua pœna eum punire, niſi excommunicatio ex actis proceſſus ſibi oſtenſis iuſtificetur.*

18 *Auxilium brachij ſecularis minimè debet impartiri ſi iudici ſeculari conſtet à ſententia eccleſiaſtici eſſe appellatum.*

19 *Auxilium brachij ſecularis non debet elargiri, quando iudex eccleſiaſticus extra iudicia liter proceſsit.*

20 *Iudex ſecularis, ſi iniuſte negat ſuum auxilium iudici eccleſiaſtico legitime petenti, excommunicari ab eo poteſt, & alijs ſpiritualibus pœnis puniri.*

21 *Iudex ſiue eccleſiaſticus, vel ſecularis, qui auxilium præſtat: non debet durioribus remedijs vti quam ipſe inter ſibi ſubditos.*

22 *Auxilium ſiue eccleſiaſticum ſiue ſeculare cum impartitur, an aduerſa pars debeat prius citari.*

23 *Epiſcopus vel alius iudex eccleſiaſticus, an poſsit familiam habere armatam, ad exſecutionem, & miniſterium iuſtitiæ miniſtrandæ.*

24 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis habere poſsunt officiales (quos vocant vel familiam armatam ad ſuam defenſionem, vel ad hæreticos*

ricos capiendos.

25 *Ministri S. officy (quos Hispani familiares appellant) Itali Cruce signatos, quocunque tempore arma deferre possunt, consuetudine in contrarium non obstante.*

26 *Consultores S. officij, aduocati, notarij custodes, & cæteri alij ministri arma omni tẽpore impune deferunt.*

27 *Familiares S. officij quibus animi doribus, & qualitatibus debent esse ornati.*

28 *Inquisitores quando sui familiares, vel ministri non sufficiunt ad sententiæ exsecutionem, auxilium brachij secularis iuste implorant.*

29 *Iudices seculares suum auxiliũ Inquisitoribus denegantes grauissimis pœnis plectẽdi sunt.*

1 EST quidem iure expeditissimum Iudicem Ecclesiasticum, ad suæ sententiæ exsecutionem, posse brachium seculare implorare, vt quod iuste contra clericos laicosue iudicauerit, debita exsecutione minime frustretur cap. Princeps cap. administratores. 26. quæstio. 5. cap. 1. de offic. ordina. cap. dilecto. de sentent. excommu. lib. 6 cap. postulasti. de homi. cap. vt officium. §. compescendi. de hæret. lib. 6. Et sunt apud nos Regiæ constitutiones hoc ita diffinientes. l. 14. & sequẽti. tit 1. lib. 4. ordina. noui tradit Innoc. & omnes in dict. cap. 1. de offi. ordin. Hostien. in capi. 1. de offi delegati Cardin. in Clemen. 1. quæst. 1p. eo tit. Alberi in. l. Episcopale. C. de Episcop. & cler. Abb. in capit. si quis contra clericum. column. penultim. de foro competen. Deci in capit. significasti numer. 4. de offic. delega. Ioann. Lup. in repet. cap. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. 2. not. §. Sed pulchra dubitatio. numer. 17. quam opinionem communem esse testatur insignis D. Episcopus Covarruu. in practic. quæstio. capit. 10. numero 1. circa quam solent nõ leues concertationes inter iudices ecclesiasticos, & seculares oriri, & ea ratione est in forensibus exercitationibus frequentissima de qua solent Magnates Iuristæ interrogari, vt scribit Matth. de Afflictis in proœmi. Consti Neapolit. numer. 63. nec (quod aliorum salua authoritate dicam) pro eius dignitate explicatam legimus eius libenter, & non sine summa legentiũ, vt spero vtilitate disputationem suscepimus, est quidem eius argumẽtum nostræ practicæ accommodatissimum qua ratione nonnulla, & ea quæ selectiora sunt, notare constitui.

Primum etenim constat reme 2
diũ, hoc brachij secularis vtilissimum esse iudicibus Ecclesiastis cis cõtra clericos, cum propter ipsorum criminum enormitatẽ traduntur curiæ seculari: in his casibus, in quibus præcedentibus capitibus longa manu diser tum est, vel quando ad eorũ coertionem non sufficit potestas ecclesiastica, vt ipsi comprimantur, & debitas patiantur: pœnas iustissime dictum auxilium impenditur, & in hoc omnes conueniunt.

Remediũ brachij secularis vtilissimum est iudicibꝰ ecclesiasticis.

Secũdo, quod brachij secula- 3
ris auxilium nec petendum, nec

impar-

Remediũ brachi secularis an in subsidium petẽdum est vel quando opus fuerit.

impartiendum esse nisi in subsidium, quando vires proprij officij non sufficiunt vt quod iuste præceptum iudicatumque est executioni tradatur tex. ægregius vbi ad hoc not. ibi Bald. in verbo *sufficere*, in l. 2. C. de his qui latr. occul.

4 Vnde eleganter scribit Ioann. Lup. in cap. per vestras. 2. not. §. sed pulchra dubitatio. num. 17. de dona inter vir. & vxor. Iudicem Ecclesiasticum debere prius procedere contra laicos excommunicando, deinde anathematizando, & interdicendo, & postea cũ Ecclesia non habeat vltra quid faciat implorandum est, seculare auxilium notant Inno. Ioan. Andr. & communiter doctores in capi. significa. de offi. delega. Fel. in capitu. dilecta de maior. & obed. qui ad hoc perpendit tex. in cap. dilecto. de senten. excommu. lib. 6. Domi. & Fran. in cap vt officiũ §. compescendi de hæreti lib. 6. quam esse communem opinionẽ fatetur Aug. Bero. in cap. significasti num. 24. ver. extra gloss. idem profitetur, insignis D. Couarr. in pract. quæst. cap. 10. num. 1. asseuerans ita passim seruari. Sequitur Doctor Redin. in lib. de Maiestate Prin. in prin. in verbo *Sed etiam per legitimos tramites*, num. 142. Fran Auiles in capit. Prætorum cap. 20. in glo. *Vsurpen.* num. 14. Sed mea quidem sententia viri aliqui doctissimi, & celeberrimi alucinantur. Nam verius ipse censeo in quacunque parte litis cum opus fuerit seculare auxilium posse a iudicibus ecclesiasticis peti, & illis sine retardatione esse præstandum. Tum quia nimis mancha esset iurisdictio Ecclesiastica, si tot & tanta prius esset præcabenda, & durius redderetur dictum auxilium, quam sacra iura nec non seculari patiuntur. Tum quia iura quæ circa hoc loquuntur non in subsidium, sed cum opus fuerit præstandum esse præcipiunt cap. 1. de offi. ordina. ibi *Cum opus fuerit*, cap. quoniam, eo. titu. ibi, *Si necesse fuerit*, capit. fina ibi *Si opus fuerit*, de excesib. Præla. capitul periculoso, circa finem in verbo, *Si opus fuerit*, de statu regula cap. statuimus, in verbo, *Si necesse fuerit*. de maledi.

Cõtra Co. Maa. D. Re di. Fran. Auil.

Et nouissime Concil. Tridenti. Sess. 24. c. 8. de refor. ibi, *Inuocato si opus fuerit brachio seculari*, & in eodem Concilio Sessio. 25. cap. 5. de refor. ibi, *Inuocato etiam auxilio si opus fuerit brachij secularis*. Tũ quia manifestissime probatur in Concilio Triden. Sess. 25. cap. 3. de reformatio. vbi diffinitum est, quod tam in procedendo, quam in diffiniendo in causis ciuilibus, vel criminalibus, contra clericos vel laicos. Ecclesiastici Iudices per multas pecuniarias, vel pignorum captionem, seu personarum districtionem, per suos, vel alienos executores, executio realis, vel personalis, prius fieri debet, ante quam ad censuras deueniatur. Est quidem ibi manifestissimum testimonium, quod censura Ecclesiastica in subsidium vtendum est, quando iudex pignorum captione, & captura personarum vsus fuerit, opera ministrorum suorum, vel exteriorum, nempe inuocando auxilium seculare, non autem hoc ordine mutato, vt communis doctorum opinio asseuerat. Tum quia si contraria opinio vera esset, quam plurima

Con. Tri. Sess. 24. Sess. 25.

crimi-

crimina impunita remaneret, nã interim quod iudex censuris vtitur, cum non statim, sed dilationibus concessis, sint proferendæ reus facilimè possit bona occultare, & se fuga incolumen redere, & alia deinde immunerabilia mala sequerentur. Vnde opinio ista tanquã verior iam in forensibus actionibus recepta est, prout refert bene Doctor Ioan. Segura in directori. iudi. Ecclesiast. 2. part. cap. 13. num. 37. quẽ post hæc scripta legi.

Contra Felin. & Couarr.

Nec aliquid in cõtrarium vrget text. male â Felin. & â Couarru. & ab alijs allegatus in d. cap. dilecto. quia non loquitur de auxilio brachi secularis, sed de propria defẽsione qua iudex si vim patiatur vltra censuram, vti potest, tanquam priuatus, vt gloss. vltim. ibi notat.

Iudex ecclesiasticus an possit propria autoritate laicos capere.

6 Tertio, non minorem vtilitatem habet, quando ad capiẽdos laicos iuris ordine, obseruato postulatur. Nam licet iudices ecclesiastici in criminibus & causis ad forum ecclesiasticum spectantibus, possint reos punire, excommunicare & alijs spiritualibus remedijs vti, non tamẽ possunt illos personaliter capere, nec in carcerẽ mittere, ideoque iudicis secularis autoritate faciẽdum est. Nisi in crimine hæresis in quo hoc erit speciale, & in alijs huic similibus criminibus ita respondit Oldral. consi: 86. sequitur Petrus de Anchar. in cap. cum Episcopus, de offic. ordin. lib 6. & in reg. ea quæ de regu. iur. eo lib. quæst. 11. quam opinionem communem esse fatentur Ioan. And. in addi ad Spec. tit. de offi. ord. Felin in dict. capit. significast. Auffer. in rep. Clem. 1. de offi. ordin. quæst. 5. & in tract. de potestate ecclesiastica super laicos in prin. num. 1. D. Couarr. in dict. cap. 10. Foller. in pract. crimi. Cano. fol. 97. num. 52. & sequent. Ferdi. Mench. de testament. § 22. num. 17. licet dicat, quod vere tantus est numerus eorum qui tenent contrariũ Iul. Ciar. lib. 5. recep. sent. §. fin. quæst. 37. ver. vnum tamen. & hanc communem sententiam latissime defendit Ioann. Lup. in d. §. sed pulchra dubitatio. num. 18. Petrus Auendan. lib. 1. de mãda. Reg. c. 1. num. 22. Franc. Auiles in cap. prætor. d. capit. 20. in verbo, *vsurpan.* num. 14. dixi in reg. & fallen. reg. 397. versi. septimo non procedit, & supra cap. 122.

Contraria tamen sentẽtia placuit Domi & Fran. in. d. cap. cũ Episcopus, quæ multis in locis iuris Canonici probari videtur, quibus cautum est, posse iudicẽ ecclesiasticũ qui de crimine cognitionem habet, laicum reum capere, & in carcerem mittere. cap. attendendum. 17. q. 4. capit. contra Idolorum. 26. q. 5. cuius meminit ad hoc Roma. sing. 660. Felin. in d. cap. cum sit generale. num. 20. & in d. cap. significasti. colum. vlt. Aufert in locis nouissime allegatis & hanc opinionem approbare videtur D. Couar. d. c. 10. num. 2. Quæ opinio quam in puncto iuris veriorem censeo nouissime fulcitur ex cõcilio Triden. sessio 25. c. de reforma. supra allegato. Sed quidquid sit de iure prima opinio, moribus recepta est, & Regijs constitutionibus apud Hispanos pro

batur.l.14.& 15.tit.1.lib. 4. ordi. noui.qua lege.15.grauissimepenæ imponuntur, contra Iudices Ecclesiasticos,& eorũ ministros qui eius sanctionẽ violauerint.

Sunt tamen multi (& non penitendæ autoritatis viri asseuerantes)quod vltima opinio locũ habeat,quando ecclesiasticus iudex aduersus laycos in crimina
10 li iudicio legitime processit, & cognitionem & examen culpæ ad punitionẽ instituerit,vel sententiam protulerit, tunc iure poterit laicum capere & in carcerem mittere intelliguntque Regias constitutiones tantum procedere,quando iudex ecclesiasticus cognoscit, inter laycos de causa ciuili,vel criminali, ciuiliter intentata. Ita colligo ex D. Couarr d.cap 10.num.2.versi.secundo quoties,& nouissime opinionem istam amplectitur D. Suarez de Paz sua pract.2. tomo prælud.2.num.55.& 56. dicens ita seruari in tribunali Episcopali Salmantino. Sed mea quidem sententia decretum sacrosancti Concilij supra allegatum, quod tam in causa ciuili, quam in criminali loquitur restrictionem, hanc non patitur ideo maturius cogitandum est.

Illud vero fatẽdum est, quod licet stantibus Regijs constitutionibus, iudices Ecclesiastici non possint laicos capere, propria authoritate, absque auxilio brachii secularis, post capturam vero in carcerem Ecclesiasticum non in secularem mittendi sunt.Et ita apud Hispanos consuetudine receptum est,nec iure contrarium defendi potest. Quanuis audio Seculares Iudices molestẽ hoc pati.

Quarto, præmissa dicta Regia constitutione non tantum dictum auxilium necessarium est, in dictis criminalibus causis, contra laicos verum in ciuilibus actionibus& controuersiis, in quibus si iudices ecclesiastici eos cõdenauerint ad aliquam quantitatem soluendam,non tamen poterunt in his Regnis ad rei iudicatæ exsecutionem bona ipsorum capere, sed ministerio iudicis secularis exsecutio personarum & bonorum facienda est,vt in dicta Regia .l. decimaquinta cautum est.

Quinto,illud erit omnino no 8
tandum non solum iudicem ecclesiasticum ordinarium, posse implorare auxilium brachii secularis,verum & dicem delegatum,ita tenet Innoc.in dict.cap. Significasti numero.3.vbi Abb Imo. Feli & Deci. Domi. post Lap. in dicto capit. vt officium. §. denique versicul. an delegatus. de hæretic. libro sexto Oldra. consil. 89. circa finrli. Fede.de Seui.cõs.163.dubio.1. Alberic.& Paulo in dict.l. Episcopale. Bald. & Sal. in .l. in crimina. C. de iure. omni. iudici. Innoc. Abb. & Felinus in dict. capite. postulasti. Cardinal. in dicto Clement. 1. quæstio. 10. quam opinionem communem esse testantur Deci. in dict. capit. postulasti. Roland. Vall.cõsilio 37. numer.1.volum.1.Martin. Nauarr. in cap.cum contingat.primo remedio de rescrip. Bermon.in tract. de publi.cõcubi in verbo,*Curent à suis subditis*, &c.num.8.fol.301. Franc. Pegña.in Direct inqui. libr.3. Scho. 115.fol.

Iudex de legatus implorare potest auxiliũ brachij secularis.

115.fol.220. col.2. licet ipse ab ea recedat, quæ procedit secundum eosdem, etiam si in commissione non contineatur ea facultas, vt possit eo vti remedio. quãuis ab hac vltima opinione dissentiat Arch. in d.§. compescendi. & Fed consi.251. Calcan.cõs. 119. Sed hæc Archi. opinio falsa est, & nullo modo defendi potest. Nam nihil speciale in hoc auxilio implorando cautum est in dict.cap. compescendi, vt recte considerat Deci. in dict. cap. Significasti. si enim iudici ordinario hoc iure licet a fortiori & permissum erit delegato, qui in causa delegata illo maior est. e. sane in 2. de offic.delega. Et quãuis in literis delegatorijs soleat imponi clausula, *Inuocato ad hoc auxilio brachii secularis si opus fuerit* Illud est ad super abundantẽ cautelam, & stylo curiæ, non tamen exeo, quod necessarium sit quod exprimãtur, ita dicit. Imo in dict.cap. Significasti, & nouissime hanc opinionem amplectitur Franc. Auiles dict. capit. 26. num. 7.

Iudex delegatus auxiliũ brachij secularis implorare nõ potest, nisi de suade legatione fidem faciat.

Est tamen necessarium, vt præceptum iudicis delegati petentis dictum auxilium adimpleatur, vt iudici seculari fidem faciat de sua delegatione. ita tenuerunt Bald. & Salicet. in dict. l. in criminali. col. 1. C. de iurisd. omni. iudic. asseuerantes quod cautus debet esse iudex secularis â quo per iudicem delegatũ imploratur brachium seculare, vt diligenter perpendat, an ille sit iudex competẽs, vel ne, quia si est incompetens non debet sibi præbere ministerium alicuius obedientię. idem tenet Feder, consi.251.col.2. Calcan. d.consi. 119. Marcus Anton. Nattæ consi. 519. nu. 37. vol. 3. redditur igitur ex defectu incompetentiæ ineficax dicta auxilii imploratio.

Iudex delegatus minime auxiliũ seculare implorare potest, nisi prius ordinarium ecclesiasticum interpellauerit, vt sibi auxiliũ impendat.

Nec debet iudex delegatus ad hoc remedium cõfugere, nisi iudex ordinarius Ecclesiasticus, ab eo fuerit prius interpellatus, vt suum ei impendat auxilium, quod sufficiens non fuerit, poterit ad hoc auxilium, seculare per uenire, non vero alias ita sing. tenet Cardi. in dict. Clemen. 1. decima quæstione sequitur Dec. in dict. cap. postulasti. num 4. vbi Fel. col. 2. Roland. Valle dicto consi. 37. num. 6. Sed opinionẽ contrariam multis rationibus veriorem esse probat Federic. consi. 163. colum. 2. dicens posse Delegatum Papæ si vult ad ecclesiasticum ordinarium confugere, prius quam ad secularem iudicem, non tamen precise ad hoc teneri, & opinionem istam contra Cardinalem veriorem esse fatetur Franc. Marcus decis. 72. num. 4. in prima parte quem sequitur Martin. Nauarr. in dict. cap. cum contingat. d. secundo remedio scribens in Coimbricensi Academia, cum tertio legeret text. in dict. cap. Significasti. hanc opinionem tenuisse, licet cum primum Tholosæ, & secundo Salmanticæ legisset, nõ satis perpensis rationibus Federici contrariam opinionem fuerit Amplexus.

9 Auxilium brachij secularis a Summis

Sexto, non solum auxilium brachij secularis peti. & implorari potest ab Episcopis, ab alijsque ordinarijs, vel delegatis ecclesiasticis iudicibus, ab inferioribus secularibus iudicibus,

Senatoribus peti poteſt.

verum â ſupremis Regis Senatoribus, vel Regalium Cancellariarũ auditoribus. Quia iura quę de hac inuocatione loquuntur nullum ſeculareṁ magiſtratum â præſtatione iſtius auxilij immunem faciunt. Imo ſi recte rem hanc perpendamus maioris obligationis nexu Regij Clariſsimi Senatores ad id aſtricti ſunt, quã inferiores cum illis potiſsimum incumbat quod iuſtitia miniſtretur & ad vnguem hoc obſeruetur. Maxime quia in Summo Regis, & Domini noſtri Philippi Secundi, Chriſtianiſsimi (qui nunc fęliciter regnat) Senatu aſſiſtunt Conſiliarij integerrimi, qui pro ipſorum ſumma pietate & religione Eccleſiæ Sacroſancta prȩcepta, & eius iuriſdictionem venerantur, inter quos merito numerandus eſt D. Ioann. Fernandez Cogollos, vir ſane maiorum nobilitate præclarus, & animi dotibus ornatiſsimus, & integritate vitæ laudatiſsimus & iuris prudentia inſignis, â quo labores noſtri, vt in publicũ prodirent, Regiarum legum inſtituto & de more ſupremi Senatus fuerunt approbati, ꝙ in nõ vulgari noſtræ fœlicitatis parte reponendum duximus. Et vt ad rẽ redeam opinio hæc ex eo fulciri poteſt, quia in ſpiritualibus Principes Seculares Epiſcopis ſuis obtemperare tenentur cap. omnes de maior & obedi. Et Princeps ab Epiſcopo iudicari debet, non e contra cap. ſacerdotibus. 11. quæſt. 1. cap. Imperator 96. diſt.

D. Ioann. Fernandez Cogollos Regius ſupremus Conſiliarius laudatur.

In hac tamen auxilij imploratione minime congruum eſt, neq; vnquam expedire iudicaui, quod contra dictos Supremos Iudicis cenſuris, vel per modũ iuſsionis procedatur. Sed quod pie & benigne, & honorificis precibus, ad impendendum ſuum auxilium exhortentur, & hoc in Hiſpania noſtra receptum eſt, & aliquando feciſſe refert Segura in directorio. 2. par. capit. 13. num. 53.

10 *Iudex ſecularis Eccleſiaſtico auxilium ſuum implorare poteſt.*

Septimo ex eadem ratione ſequitur, quod iudex ſecularis, ſi ei eadem neceſsitas ſuperueniat poterit auxilium Iudicis eccleſiaſtici implorare pro exequenda eius ſententia aduerſus eos in quos ipſe iuriſdictionem non habet text. in auth. ſed hodie. C. de adulter. not. Mari. Socin. in capit. cum ſit generale. numer. 24. de foro competen. In hoc tamen hoc diſcrimen verſatur, quod iudex eccleſiaſticus poterit cenſuris, & alijs pœnis ſpiritualibus, compellere ſecularem iudicem, ad hoc auxilium exhibendum. text. in dicto capit. 2. de maledi. Iudex vero ſecularis non poteſt Eccleſiaſticum cogere, ſed coram Metropolitano comparere debet, ab eo que poſtulare, vt inferiorem iudicem eccleſiaſticum cogat, vt auxilium â ſe iuſtê petitum præſtet. ita tenuerunt Inno. Abb. & Doctores in dict. cap. 1. de offic. ordin. Iaſ. in l. â Diuo Pio. §. ſententiam num. 16 ff. de re iudi. quam opinionem communem eſſe teſtatur Alciat. d. cap 1. num. 26. & 23. Couarr. in dict. cap 10. num. 1. Hoc vero auxilium ab Eccleſiaſtico iudce præſtandum eſt ſeculari non obediendo ſed patrocinando, vt tenet Innoc. & Bald. column. 1. in

cap. 1.

cap 1.de offic. ordina. Sequitur Fran. Auiles in cap. prætorium in verbo, *Vsurpan.* num.17.

11 *Iudex secularis ante quã præstet auxiliũ an possit petere vt acta processus sibi ostendantur.*

Octauo, illud etiam in disputationẽ adduci potest, an in criminibus mere ecclesiasticis, ante quam iudex secularis suũ acõmodet auxilium ei facienda sit fides de processu, nec non de actis causæ quibus intelligat an iuste vel ne iudex ecclesiasticus in causa processerit, qua quæstione Andr. Alciat. in dict. cap. 1. de offic. ordinar. num. 10. scribit Secularem Iudicẽ in his crimrinibus teneri iuuare ecclesiasticum non obstensa iustitia causæ, dicitque, hanc esse receptam sententiam quam appellat etiã esse communem Nauarr. in dict. remedio 2. Bossi. in pract. crim. titul. de foro compet. num. 87. D. Paez (quem post hæc scripta legi) in pract. 2. thomo in proœmi. num. 10. D. Redi. de Maiest. Prin. in verbo, *Non armis solum.* 2. par. num. 150. Sed communis hæc sententia mihi omnino displicet contrariam veriorem credo, quam amplexus fuit Abb. in dict. capit. 1. de offic. ordin. num. 12. Scribens quod si iudex ecclesiasticus tradat clericum, vel laicum iudici seculari, vt ab eo puniatur, non tenetur stare processui ab ipso facto, sequitur Autor noster supra cap. 133. Non quidẽ iudex secularis tenetur auxiliũ suum impendere nisi iuste ab eo inuocetur, & summ. tin de hoc ipse cognitionem habeat sic tenuit Inno. in cap. 1. de statu monach. lib. 6. Oldr. cons. 89. col. 2. Petrus de Ancharran. consi. 382. colum. 2. Federic. consi. 201. col. fin. Paul. de Castro. in d. l. Episcopal. Rolan. Valle dict. cons. 37. num. 7. Calcan. consi. 119. Franc. Aurl. in dict. cap. 20. prætor. nu. 20. Didac. Perez in l. 4. tit. 1. lib. 3. ordin. in gloss. 3. Matth de Afflict. decisi. Neapoli. 220. num. 9. Vbi asseuerat decissum fuisse in Regio Neapolitano prætorio secularem iudicem non teneri obtemperare ecclesiastico, quãdo processit ordine iuris nõ seruato. Ex quo ipse dicit, iudicem secularem posse cognoscere de subreptione, quæ corã ipso opponitur, contra absolutionem a iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi impetratam, a iudice Ecclesiastico, testaturq; in illo prætorio ita fuisse pluries decissum, quod non vulgariter est notandum.

Poterit tamen communis opinio defendi, quando iudex secularis vult cognoscere, de effectu sententiæ, vel præcepti iudicis ecclesiastici, ad effectum reuocãdi, quod ab eo iudicatum est, quod prorsus est prohibitum. Secus vero si id faciat, vt intelligat an ei obtemperandũ sit. ita sing. tenet Imo. in dict cap. 1 num. 16. Martin. Nauarr. in dict. capit. cum contingat. ver. ex prædictis.

Erit etiam recepta sententia admittenda, quando Episcopus, vel iudex ecclesiasticus, vult suã exequi sententiam, quam secundum iuris Pótificij legitimas Sanctiones protulit, & simpliciter a seculari iudice postulat vt sibi tribuat familiam & ministros, ad illius sententiæ exsecutionem. Tunc quidem secularis iudex in nullo dicitur exsecutor, sed solum accommodat familiam.

Vnde non potest aliqualiter de viribus sententiæ cognoscere, ita tenet Abb. sic declarans Innoc. ibi in dict. cap. 1 de offic. ordin vbi Andr. Alciat. num. 120.

Vera item est communis opinio in crimine hæresis, in quo iudex secularis merus est exsecutor, & absque aliqua causæ cognitione, inquisitorum sententias nulla fide de processu ei facta exequi tenetur. vt scripsi post Authorem supra. cap. 139.

In criminibus mixti fori nõ est auxilium præstandum sine causa cognitione

Nono, est quidem in hoc obseruandum, quod in criminibus mixti fori iudex secularis minime tenetur præstare auxiliũ ecclesiastico nisi causæ processus sibi ostensus fuerit tex. optimus in auth. de Sanct. Episcop. §. qui ver. tenet Anto. Abb. vbi Alciat. num. 119 in dict. cap. 1. de offic. ordin. dicit opinionem istam esse communẽ idem profitetur Iul. Clar. in practic. crimi. §. fin. quæstio. 96 versic. quæro etiam Ex quo fit, quod si iudex secularis ex processu sibi constat sententiam latam in capitali, & criminali iudicio ab ecclesiastico iniustam & iniquam esse licet ab ea non fuerit appellatum exequi non tenetur ita alios allegãs scribit optime Matt. de Afflict. in proœmi const. Neapol. num. 60.

12 *Exsecutor an teneatur eã sentẽtiã exsequi, quæ notoriam iniustitiã, vel intol*

Decimo, non est circa hoc argumentum obliuioni tradẽdum quod non solum secularis iudex qui causæ cognitionem habet, cognita iniustia sententiæ ecclesiastici, in dictis causis latæ exequi non tenetur, verum etiam si is fuerit exsecutor, non posset iuste, nec tenetur eandem exequi, quoties notoriam iniquitatem, aut intollerabilem errorem habeat. Innoc in capit. cum in iure de offic. delega. Ancharra. cons. 382. col. pen. tradunt omnes in c. Pastoralis. §. quia vero de offic. delega. Felin. in cap. at si clerici. col. 4. de iudi. Cur. Iuni. & Purpu. col. fin. in. l magistratibus. ff. de iuris omni. iudi. & est text. egregius in cap inter cæteras. de re iudi. Si tamen sententiæ iniquitas ex scientia particulari exsecutori priuatim nota sit tenetur sententiam exsecutioni tradere, ita tenet Caiet. 2. 2. quæstio. 67 artic. 2. quanuis Abb. & Felin. in dict. §. quia vero. & idẽ Abb. col. penul. & Alcia. in dict. cap. 1. num. 110. de offic. ordi. cõtrariam opinionem sequuti fuerunt, quæ Abb. sentẽtia forte defendi potest in eo casu quo exequutor sententiam iniustam esse ex actis cognouerit, sed verius est etiã in hac specie opinio hæc defendi non potest, cum hic exsequutor iudex non sit, ad publicam scientiam intelligẽdam, ex processu causæ. Nec iudex ipse qui sententiam protulit tenetur exsecutori acta ex quibus sentẽtiam dixit patefacere vt communiter receptum est in dict. §. quia vero, & in cap. 1. de offic. ordin. vbi Andr. Alcia. super gloss. in verbo, *Publicum*. & in c. 2. de excep. lib. 6. tradũt Alex. & nouissimi in d. l. magistratibus. ff de iuris. omni. iudi D. Episcopus. Couarr. in lib. 1. vari. resol c. 1. num. 10. & ea ratione cũ hic exsequutor acta legens, & examinans, priuata, & non publica autoritate vtatur, nihil ad rem facit. Nec exsecutio sentẽtię retardãda est quãuis ipse ex eis intelligat sen

lerabilẽ errorem cõtinet.

tentiam

tentiam iniuſtam eſſe, quod veriſsimum eſſe, & ita tenendum cenſeo, quodquid alij tenuerint.

Verum tamen eſt, quod ſi ſententia notorie nulla eſſet, nõ teneretur nec iuſte eam exequ poſſet ita tenet gloſſ. celeberrima in dict. §. quia vero, quam ſequitur ibi Abb. col. 2. vbi Ioan. Imo. num. 4. dicit ab omnibus approbatam eandem communẽ appellat Martin. Nauarr. in dict. cap. cum contingat. verſic. non obſtat, & eam ſequitur Felin. in cap. de cætero. column. 1. de re iudica.

13 *Auxiliũ ſeculare non viſo proceſſu præſtandum eſt quando ſentẽtia in cauſa ciuili prolata tranſibit in rem iudicatam.*

Vndecimo, hoc eodem tractatu memoria repetendũ eſt, quod ſi in cauſa ciuili Epiſcopus, vel alius iudex eccleſiaſticus ſentẽtiam protulit, a qua minime fuit appellatum, vel ſi forte appellatio interpoſita fuit, ea deſerta remanſit, Si primo dictus iudex fecit id quod potuit, vt eius ſentẽtia debitæ exſecutioni traderetur (puta) excommunicando, & alijs ſpiritualibus pœnis vtendo ſi his ſic factis auxilium brachij ſecularis poſtulet, pro eius ſententiæ exſecutione præſtandum eſt, abſque eo quod iudici ſeculari de iuſtitia illius ſententiæ obſtet imputandum quidem parti quare ab ea ſententia non appellauit, vel quod appellationẽ non fuerit proſecuta, alias vero ſi in ea exſecutione non adhibuit, eã quam potuit diligentiam iudex ſecularis non debet ſuum auxilium impartire. ita Oldral conſ. 89. Bald. in l. 1. C. de his qui latro. text. in cap. 2. de maledi. ibi, *Si neceſſe fuerit*, quam opinionem aſſeuerat eſſe communiter receptam Matth. de Afflict. in conſti. Neopol. in proœm. num. 54.

Si autẽ tunc opponeretur coram eodem iudice ſeculari de nullitate dictæ ſententiæ, in dicta cauſa ab eccleſiaſtico latę an præſtari debeat brachium ſeculare, & affirmandũ videtur quod ſi de nullitate allegata in promptu appareat exequenda nõ eſt, quia conſtat iniuſtam eſſe poſtquam nullam eſſe apparet, & in iuſto iudicis mandato obtemperandum non eſt cap. qui reſiſtit, & capit. Iulianus, & in capit. is qui præeſt. 11. quæſtio. 3. cap. de cætero. 1. quæſt. 5. cap. 1. de offic. ordin. cap. Si quando de reſcrip. ſi autem ea nullitas non conſtaret in promptu, nõ debet iudex ſecularis ſuum brachiũ pro exſecutione dictæ ſententiæ differre ita ſingulariter tenet Andr. de Iſer. in præmi. conſti. Neopol. & ibi eum ſequitur Matth. de Afflict. num. 55. Et iſte eſt caſus notatu dignus, in quo iudex ſecularis tenetur ſuum impartire auxilium non oſtenſa iuſtitia cauſæ.

14 *Auxiliũ ſeculare præſtandum non eſt quando defectus nullitatis opponitur.*

Duodecimo, ad idem ſubijcitur alius caſus in quo idem prorſus eſt aſſeuerandum, nẽpe quã do literis denuntiatorijs, Epiſcopus, vel iudex eccleſiaſticus, aliquem excõmunicatione maiori innodatum eſſe profert. tũc iudex ſecularis dictis literis ſtare tenetur abſque eo, quod ſibi aliter iuſte illum fuiſſe excommunicatum conſtet. Nam literis dictis denunciatorijs ipſeque denunciationi excommunicationis, plurimum tribuendum eſſe conſtat ex Baſilienſi Concilio Seſsio. 20. vndecimo

15 *Iudex ſecularis excommunicatum oſtẽſis literis denũtiatorijs repellere.*

kalendas Februarij, anno Domini milleſsimo quadrageſsimo trigeſsimo quinto, cuius meminit Floren. in 3 part. tit. 25. cap. 3. Pragmat. Sanctio Gallicana tit. de non euitan. excommu. in prin. Nicolaus in ſupplemento Piſanellæ in verbo clericus. 3. in fine Felin. in cap. ad probandum column. penult. de re iudica. & opinonem hanc, quod excommunicatio eo modo probetur tenet gloſ. ſingul. in cap. licet. de ſenten. excommuni. lib. 6. quam ſequitur Deci. in capit paſtoralis. §. verum de appella. Quanuis aperte opinionem contrariã teneat idem Deci. in cap. prudẽtiam. §. Sexta colum. de offic. de lega. & ibi Barba. Roman. in. l. 1. ff. de noui oper. nun. aſſeuerantes per denunciationem, nuſquã excommunicationem probari, præſertim quo ad excludẽdum aliquem a iudicio, & â ſimilibus Quæ opinio non vulgariter corroboratur ex Pontificia deciſsione text. in cap. 1. de excepti. lib. 6. vbi decretum eſt excommicationem, vt quis ab agendo repellatur, appertiſsimis documentis probandam eſſe. Sed vt opiniones iſtæ contrariæ, diſtinctionis federe componantur, ita aſſeuerandum cẽſeo, quod ſi excõmunicationis except o alicui obijciatur, vi exceptionis perentoriæ, vt graue inde damnum patiatur, minime ea probatur per denunciationem, ſi vero in vim dilatoriæ opponatur, vt quis â iudicio excludetur, tunc per denuntiationem probatur. Ita tenuit Rota in nouis deciſs. 252 Abb & omnes in dict. capi. prudentiam. §. Sexta de offici. iudi. delega. Roman. conſil. 349. Fran. in dict. cap. licet Domi. in cap. 1. §. 2. de excep. li. 6. Cholm. in prag ſancti. tit. de excommu. non euitan. in verbo denunciata & opinionem iſtam communẽ eſſe aſſeuerat Deci in dicto. §. ſexta. & Dom. Epiſcopus Couar. in cap. Alma mater. 1. par. relecti. §. 3. de ſent. excomm. libr. 6. Non ſane ſecundum inueteratã conſuetudinem totius Chriſtiani orbis conſuetum eſt, neminẽ denunciari excommunicatum, niſi prius ſolenniter excommunicatus ſit. & licet aliquãdo hoc interuerti poſsit, id rariſsimum eſſet, nec ex hoc tolleretur præſuntio, quæ ex frequentiſsimo contrarium vſu orta eſt.

16 *Text. in c. 1. de excep. li. 6. interpretatur.*

Ex quo fit, quo ad intellectum text. in dict. capit. 1. de except. lib. 6. ſecundum communem interprætationem ad repellendum excommunicatum, â iudicio ſufficienter excommunicationem probari per ipſam denunciationem, & ea ratione iudex ſecularis repellere debet ſtatim actorem excommunicatum ab agendo, nec poteſt petere, vt aliter ſibi fiat fides de ipſa excommunicatione. Secus vt dictum eſt ſi de grauiori præiudicio tractetur.

17 *Literis denunciatorijs oſtenſis iudex ſecularis non tenetur excõmunicatum capere nec in carcerẽ mittere.*

Hinc confeſtim ſequitur quod ſi iudex eccleſiaſticus excõmunicatũ iam denũciatum præcipiat iudicem ſeculari, vt eum capiat, & in carcerem mittat, tunc cum de graui incommodo agatur, nõ ſufficerent literę denunciatorię nec ipſa denunciatio, ſed oportet, quod acta oſtendantur, per quæ appareat de culpa, propter quã lata fuit excõmunicatio.

Non

Non quidem iudex secularis adhibere debet fidem literis Episcopi circa culpam illius contra quē prolata fuit excommunicatio, nisi de ea per legitimas probationes sibi constet. Sic tradiderunt And. de Isern. & ibi Mattheus de Afflict. in prooem. consti. Neap. num. 26.

18 Decimo tertio, vt casibus supra, constitutis, in quibus vel denegatur, vel non statim auxilium brachij secularis impartitur, alios addamus, illud firmissimi iuris est, illud minime esse acomodandum quando a sententia iudicis ecclesiastici appellatum est ex Alberi, sententia in d. l. episcopale, ver. sed circa hoc quæro, vbi Paul. de Castro in fine C. de Epis. & cleri. Oldr. d. consi. 89. Deci in dict. capit. significati. de offi. delegati Roland. Valle. d. consil. 37. num. 1. Mart. Nauarr. in dict. c cum lati contingat primo remedio. Stephan. Aufreri in tract. de potestate seculari 4. regul. num. 32. Thomo quinto tracta diuerso. doct. Fran. Auiles in cap. Prætor. dict. c. 20. in verbo, *vsurpan*, num. 25. Et potissima ratio est, quia cum per appellationem suspensa sit iurisdictio iudicis secularis, l. 1. in fine ff. ad Turp. quidquid agitur appellatione pendente nullum est c. non solum de appella in 6. tanquam factum a iudice in competenti l fin. C. si a non competē. iudi. & impune ei non paretur l. fin. ff. de iurisdict omni. iudi. quia quantum adhoc priuatus iudicandus est l. 3. ff de offic. Præsi. Imo quod plus est Ioann. Andræ. Anton Cardi. Abb. imo. in dict. cap. 1. de offic. ordin. scribunt, non teneri iudicem secularem, ad impartiendum suum brachium seculare Ecclesiastico iudici; contra illum, qui prætendens se exemptum esse, appellauit ab Episcopi visitatione, ex causa probabili, qui casus eo fortior est, quod ius commune resistat, huic appellationi, adeo vt is exemptus absolui non debeat ad cautelam, nisi saltim summariê aliqualiter eius exemptio probata prius fuerit, ita not. Innoc. in cap. Solet. de senten. excommun lib 6 vbi cum sequuntur Domin. & Perusi. Rota decissio. 234 incipi. Si rector. & deciss. 308, incip. Si quis. Nec minus est circa hoc notandum quod scribit Matth. de Afflicti in prooemi consti Neap num. 48. quod si iudex secularis compertum haberet fuisse appellatum a sententia iudicis Ecclesiastici, & appellationem ab eo non fuisse admissam, quæ alias de iure admittenda erat, iuxta not. in capi. sæpe de appella & a tali denegatione appellationis appellatum fuerit prout iure requiritur secundum Cardi in cap. Pastoralis de offici. deleg. & in Clementin. 1. de dolo, & contum. quod etiam hoc casu brachium seculare tribuendum non est sequitur Roland. Valle dicto, consil. 37. dicens ita fuisse decissum in sacro consilio status Montisferrati contra agentes pro Episcopo Albæ.

Auxiliū præstandum nō est quando a iudice qui implorat appellatū est.

Hæc tamen communis & verissima sententia intelligenda est vt locum obtineat quando appellatio interposita fuit a sententia difinitiua, vel interlocutoria, cum causa probabili, & tempore, & forma debita, secùs verò si per processum, vel saltim aliunde ostendatur causam appellationis ab in

terlocutoria ſententia, eſſe falſam, & ideo non eſſe recipiendam. Sic egregie de more declarat inſignis Martin. Nauarr. in d. capit. cum contingat. 1. remedio in fine & ſecundo remedio fol. 157. verſic. Non obſtat & verſi. Quinto reſpondeo. quamobrē eo caſu non obſtāte appellatione ab interlocutoria ſentētia interpoſita, nō poteſt auxilium ſeculari brachij iudici eccleſiaſtico petenti denegari.

Auxiliū præſtandum non eſt quando iudex extraiudicialiter proceſſit.

Decimo quarto, illud etiā eſt iuris exploratiſsimi, non eſſe auxilium ſeculare accommodandum Iudici Eccleſiaſtico, quando extraiudicialiter proceſsit, & eo modo dictum remediū implorat, tunc ſane iudex ſecularis minime tenetur ei parere, quia in extraiudicialibus præceptis Eccleſiaſticus non eſt maior Seculari ſed par. Vnde non poteſt ei mandare cap. cum ad verum. 96. diſtinct. Et quia iudici procedenti extraiudicialiter impune poteſt non pareri. l. prohibitum. C. de iure Fiſci lib. 10. ita tenuit Inno. quem ibi cæteri ſequuntur in dict. crpit. 1. de offic. ordi. vbi Andræ. Alci. numero 117.

20 *Iudex ſecularis, qui auxilium negat, excō municari poteſt, & ſpiritualibus pœnis puniri.*

Decimo quinto, non eſt prætermittendum, quo ſi extra caſus ſupra a nobis conſtitutos, iudex ſecularis iniuſte denegat ſuum auxilium, vltra id quod, iudex eccleſiaſticus excommunicatione & alijs pœnis ſpiritualibus, contra eum procedere poteſt, vt iam verſi. Quinto dictum eſt, poterit etiam & arbitrariam pęnam pro modo culpæ ei imponere, eſt quidem de hoc egregia Sali. ſententia in. l. vltim. C. de his qui latro. ocul. ſequitur Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæſtio. lib. Centu. 5. caſu. 452. num. 3. quod ſingulariter notandum cenſeo.

21 *Iudex qui auxilium præſtat non debet aliȳs remediȳs vti quam in ſuo foro inter ſubditos veretur.*

Decimo ſexto, in hac auxilij, tam eccleſiaſtici, quam ſecularis conceſsione, diligenter attendere debent Iudices, quod cū implorationem dicti auxilij videatur cauſa fieri de foro iudicis ad iuuantis, non debet adiuuās fortiori, & duriori remedio, vti, quam ipſe in ſuo foro contra ſibi ſubditos eſſet vſurus. Quapropter Epiſcopus a quo poſtulatur auxilium non ſtatim excō municauit, niſi prius ſibi conſtiterit de rei innobedientia, & cō tumacia, ſine qua in ſuo foro excommunicationis ſententia proferenda non eſt. Eodem modo nec ad excommunicationem nō procedet, niſi trinna monitione præmiſſa capit. contingit in 2. c. Sacro. de ſentent. excommunic. cap. conſuluit. de offic. Delega. cap. inter quatuor. de maior. & obed. capit. de illicita. 24 quæſt. 3. Idem etiam aſſeuerandum eſt ex parte iudicis ſecularis, nam ſi aliquis laicus aduerſus Epiſcopi iuſſa contumax eſt, non propterea etiam ſi Epiſcopus implorato auxilio petierit, relegandus eſt ſed alijs remedijs vtendū eſt quibus in forenſibus tribunalibus, vti conſuetum eſt. vt ſcribit Andr. Alci. d. cap. 1. de offic. ordi. num. 125.

22 *Citatio an neceſſaria ſit ante quā auxilium*

Decimo ſeptimo, ad commodiorem ſupra dictorum interpretationem, egregia ſe offert diſputatio, an viſo proceſſu, per iudicem eccleſiaſticum, vel ſecularem, antequam alteri iudici petenti,

ecclesiasticũ, vel seculare præstetur.

petenti, suum auxilium tribuat, pars aduersa debeat citari, & videtur sane nullam citationẽ necessariam esse, nã satis est, quod iudex ipse de meritis causę per inspectionem actorum se informet, nec ex eo, quod aliqualis causę cognitio desideratur, inde sequitur, quod pars citari debeat quia ipse iudex a seipso ex actis cognoscere potest. l. sed si lege. §. Prętor a t. ff de in ius vocan. ibi *Et totum causa cognita debet facere.* Vbi Bald. inquit quod quanuis tex. ille dicat, *Causa cognita*, non tamen pars citanda est. Ad idem cõducit text. in l cum hi in prin. ibi, *Prætoris notio*, & in §. si Prętor. ibi, *Prætori res quætẽ da est* ff. de transacti. Suffragaturque text. insignis in. l 3. § si causa cognita ff. de bono. posse. iuncta gloss. in verbo, *Protribunali.* vbi scribit Bar. quod licet dicatur ibi, *De causa cognosci* (id est) ad effectum, vt iudex se informet, non vero quod pars citari debeat. Facit item optimus tex. in l magis puto. §. nõ passim. ibi, *Hoc excutere*, & ibi, *Item requirit.* Et ibi, *Idem Prætor æstimare debebit.* ff. de reb. eor. Et plurimum ad aem hanc conducit text. in l. 1. ff. nihil nouar. appella. penden. ibi, *Quo ad deliberandum*, cuius text. autoritate innixus Ioann. Andr. in capit. Pastoralis col 3. versic. Illud autem notandum, de offic. Deleg. affirmat, quod vtrum appellatio sit amittenda vel ne, id parte absente potest diffiniri. Item non vulgariter opinionem istã corroborat, quod â Bald. scriptum est in. l. neque natales. colum. fin. versi. Sed nun quid in ista. C. de probationi. quod exsecutor Apostolicus datus ad prouidendum beneficium aliquod alicui, cum clausula si est idoneus, licet propter conditionem illam appositam in rescripto teneatur adhibere causæ cognitionem circa idoneitatem non tamen in examinatione aliquis citandus est. Idem igitur in casu prẽsenti de quo controuertitur asseuerandum est, nam licet in eo aliqua causę cognitio requiratur, non tamen ita exacta, vt pars citari debeat, nam quemuis aliquod grauamen inferatur iudex primus est qui grauauit, non is qui rem sibi mandatã exequitur.

Contraria tamen sententia ex eo veriorvideri potest, quiaquã do ex aliquo actu pars lædi potest, & prẽsens co trad endo actum impediret, citari debet. l. de vno quoque. ff. de re iudi. l. nam ita Diuus. ff. de adopti. l. in concedẽdo. de aqua plu. arcen. l. fin. C. si per vim, vel alio modo cap. 1. de causa possessio & pro. Quod locum obtinet etiã in notorijs, modo aliqua tergiuersatione celari, & defendi possint gloss celebris. in cap. 1. in verbo conseruatores. de offic. deleg. in 6. gloss. & doctores in capit. ad nostram. in. 2. de iure iuran. sic igiturvidetur asseuerandũ, quod ante huius auxilij concessionẽ, pars citari debeat quia forte ostender nullitatem, vel euidentem iniustitiam, vel alias iustas causas, propter quas vt iam diximus hoc auxilium iuste posse denegari, & opinionẽ istam de stylo curiæ seruari affirmat Marcus decisio. 269. num. 2. in prima parte.

Sed

Sed vt opiniones has componamus, affirmando censeo, quod si per primum iudicem ordinis iuris seruato, cognitũ est de omnibus exceptionibus, quæ possent impedire sententiæ exsecutionem, & hoc exactis constat, ita vt nihil agendum superſit. citatio necessaria nõ est, & ita procedunt, quæ pro prima aduximus opinione, si vero sufficienter de his exceptionibus cognitum non est, sed verisimiliter creditur, quod facta citatione, aliqua defensio competeret ei, cõtra quem imploratur auxilium, tunc citatio præmittenda erit, & ita intelligenda sunt, quæ pro secunda opinione adducta fuerũt quam distinctionem colligo ex Abb. in capit. prudẽtiam. §. quia vero. colum. 4. vbi Imõ colum. 3 versi. Interdum autem, quam verisimam credo licet non placeat Marcho Ant. Natte. consi. 528 num 31 volum. 3. qui in distincte citationem necessariam esse censet.

23 *Episcopus an possit habere familiã armatam.*

Decimo octauo, & vltimo solet in disputationem aduci, an Episcopus possit habere familiã armatam, ad exsecutionem, & ministerium iustitiæ, qua proposita quæstione Abb. in cap. significasti. de offic. delega. multis rationibus infirmis, tamen probare contendit nõ licere, Sed quid quid ille sentiat vera est, & communis contraria opinio, quod hoc de iure Episcopis competat Bald. in. l. non salutem. §. fin. ff. de offic. Præfecti vigi. tradit Deci. latissime in dict. capit. Significasti. num. 5. Villadie. in tract. de irregul. quæstio. 11. num. 16. & sequen. Reper. Inquisitorum in verbo, *Arma. §. sed nunc quæritur.* Et opinionem istam communem esse fatetur eam sequutus Franc. Peñ ad Directori. inqui. Scholi. 116 pag. 220. secundæ partis.

Illud autem omni difficultate caret, quod hæreticę prauitatis inquisitores, multis & iustissimis causis habere possunt officiales, vel familias armatas, ad suam defensionem, vel ad hæreticos capiendos, vt eorum sęquitia comprimatur. Stat quidem de hoc priuilegium Clementis Quinti, in Concilio Viennensi circa annos Domini. 1310. quod innouauit Ioann. Duodecimus quadam Pontificia constitutione incipi. *Exigit ordinis nostri.* Quę habetur in literis Apostolicis pro Sancto officio pag. 39. de quo priuilegio meminit Reper. inquisitorum in verbo, *Arma. §. Sed vtrum inquisitores.* Villadiego, in tract. de hęreti. quęst. 11. num. 15. Simanc. de instit. Catho. tit. 14. num. 15. Bernar. Comẽsis in lucerna verb. *Inquisitor.*

24 *Inquisitores familiam armatã habere possunt.*

Et hoc priuilegium quod officiales, vel ministri Sanctę Inquisitiones (quos in Hispania, *Familiares*, appellant, in Italia vero, *Cruce signatos*) Obtinent fauore fidei ius portandi arma quocunque tempore die aut nocte procedit, non obstante quacunque lege in contrarium ędita. Imo is qui legem conderet, qua prohiberet officiales inquisitorum arma deferre, velut impeditor sacri officij puniri posset. gloss. in cap. statutum. in primo de hęret. lib. 6. tradit Directoa. Inquisitor. 2. par quęst. 54. Fran. Pegñ. in anno ad dictũ Direct. Scholi. 60. &

25 *Officiales, & cæteri ministri Sancti officij arma deferre possũt.*

60. & lib. 3. Scholi. 114. fol. 222. vbi dictam gloss. communem ess fe fatetur.

26 *Ministrũ fingẽs se ess seSancti Officij qua pœna sit coercẽdus.*

Nec solum dicti ministri arma gestare possunt, sed etiam cæteri ministri qui quauis alia ratione Sancto officio inseruiunt, veluti consultores aduocati, notarij, custodes, & alij nam hi omnes ratione officij infesti sunt hęreticis, & impijs hominibus, vt optimê tradit Francis. Pegñ. d. Schol 114.

27 *Familiares Sancti officij qui sunt eligendi.*

Quis vero familiaris ab Inquisitoribus creãdus sit, vt arma deferre possit egregie diffiniuit Io. vigesimus secundus Põtifex Maxi. dicta constitutione his verbis. *Quare volumus, & discretioni vestræ per Apostolica scripta districtè præcipiendo mandamus quatenus neminem familiarem, nisi eiusdẽ ecclesiæ fidelem ac deuotum, & laudabilis conuersationis, & vitæ habere quomodolibet præsumatis.* Hactenus Pontifex. Sunt sanê eligendi qui generis notam minime patiuntur, qui probis sunt moribus instituti. Nec armorũ vsus illis cõcedatur, qui sub fidei prætextu, facinora committẽtes priuilegio abutantur.

☞ Qua vero pœna sit coercendus qui se ministrum Sanctæ Inquisitionis finxit, vt aliquem opprimeret spoliaret, vel eluderet tradit D. Iacob. Septi. In inquirid. tit. 67. n. 16. dicens eum flagellis cædẽdũ esse, & ad remos cõdẽnandum vel alia iusta cũ coertione puniendum.

☞ 28 *Inquisitores auxilium seculare*

Quod si familia armata nõ sufficit, pro Sancti officij exsecutione, possunt Inquisitores auxiliũ secularium Magistratuum, implorare. Vt peculiari constitutione decreuit, Vrbanus Quartus rescripto quodam incip. *Licear ex omnibus* §. denique, & refertur in literis Aposto. pro Sancto officio fol. 27. de quo rescripto meminit Reperto. inquisit. in verbo, *Brachium*. Abb. in cap. 1. de offic. ordin. Locatus in opere iud in verbo. *Inquisitor.* num. 30. Zanchi. hæreticorum potentia esse potest, vt vires inquisitorum, non sufficerent, ideo oportet inuocare auxilium seculare. l. si quis. C. de Episcop. & cleric. *implorare possũt.*

Si vero seculares Magistratus 29 auxilium denegauerint, & contumaces fuerint, possunt Ecclesiasticis censuris coerceri, & honore priuari, & alijs pœnis puniri, vt in dict. constitutione Vrba cap. ad abolendam. § penult. capit. excommun. §. moneantur. de hæret.

Pro quibus omnibus ac necessarijs eorũ, vestrũ imploro officium.

CAPVT, CLI.

1 *Iudex ex officio suo in qualibet causa criminali, post testium aperturam, etiam ad offensam rei potest testes recipere.*

2 *Iudex ex officio rationem damnorum partis lesæ habere potest.*

3 *Testes ad defensam rei ex iudicis officio publicatis attestationibus, recipi possunt.*

4 *Iudex, etiam eius officio non implorato, pœnam minuere potest.*

5 *Iudex de veritate pro absente inquirit.*

6 *Iudex ex officio accusatorem criminosum repellere potest.*

1 SI enim officium iudicis amplissimum est, multaq; operari potest in omnibus iudicijs, quanto magis vires habebit in his criminalibus causis a suis officialibus motis, quos in eius locum succedere superius declarauimus? merito ergo in simili denuntiatione quicunque Promotor, seu Fiscalis, iudicis officiū implorare debebit, exuberat enim plurimum in his causis. Potest namque index ex officio suo in qualibet causa criminali, etiā post apertură testium, testes de nouo recipe
a re, etiā ad offensā rei, vt not. Bar. in leg. 1. §. Si publico, in col. 5. ff. ad le. Iul. de adulte. versi. Vlteriusquę ro, quem refert Præpo in cap. deaccusatio. 2. quæ. 8. in col. 39. ver. quarta differentia, & notat Maria in c. fraternitatis, de testi col. 35. versi. Trigesimus tertius, ex quo sequi posset notabilis effectus, quod licet ipse Fiscalis in dilationibus sibi datis non probauisset delictum, facta esse publicatione testium, si iudex repererit testes contra reum, poterit eos examinare, prius tamē citato reo ad videndum illos iurare: debebit etiam sibi dari postea attestationum copia, & noua dilatio ad opponendum contra illas. Aduerte tamen ne in hoc decipiaris, quia illa doctrina Bartol. declaratur notabiliter per Salicet. in l. fin. in fi. col. C. de quæst. videlicet quod tunc possint testes recipi ad offensam post publicationem, quando illa receptio fieret super nouo capi.
b non autē super antiquo, b cuius sententiam sequitur Feli. in c. Cum clamor. fin. col. de testibus, post Areti. in c. fraternitatis in. 8. cartha. eotit. quod etiam sequitur Hippo. in l. 1. §. Si quis vltro. ff. de quæsti. & dicit esse mente tenendum Item etiā aduerte quod ex officio suo iudex poterit in his causis habere rationē dānorū, & partis læsæ, per ea, quæ notat Præpo. in cap libellorum, in secunda col. 2. quęs. 8. vbi referendo plures doctores in varijs locis concludit, quod communiter firmatur per eos ibi, quod siue iudex procedat per accusationem, siue per Inquisitionem, poterit habere rationem damnorum, & interesse partis læsæ laudabiliter ergo, & iustē facit iudex ecclesiasticus, cui magis incūbit exonerare conscientias suorum clericorum, si constito de dānopartis per processum, reū clericum cogat ad satisfaciēdum, etiā illud non petente, præ maxime quia sæpissime læsi & offensi a clericis non audent eos accusare coram sui iudicibus, tum quia desperant non posse iustitiam sibi plene satisfacientē cō sequi, propter leuitatem pœnarum quas inferunt ecclesiastici iudices, tum propter tardam expeditionē negotiorū in curijs ecclesiasticis, & sumptus, qui in illis prosequendis fiūt, maxime in Romana Curia tum etiam ob illatas sibi minas ab eisdem clericis facinorosis, aut suis famulis vel amicis. Vnde meritoriē & magna cum vtilitas Reipublicæ faciunt Ecclesiastici iudices, qui ex officio descendunt ad satisfactionē partium lęsarum a clericis, etiam illis non instantibus. Sed sicut annotabimus, ea quæ contra reos potest iudex ex officio facere, iustum est, vt eorum quę in suum fauorem po
3 test non obliuiscamur. Et primo ad eorum defensam poterit recipere testes publicatis attestationibus, e §
vt notat etiam Bart. in dict. §. Si publico. Quod dicit Hippolyt. in di. §. Si quis vltro. posse fieri etiam su-

per

super eisdem capitulis : & allegat Salic. vbi supra licet, ipse hoc non dicat, sed solum quod ad defensam quocunque tempore ante sententiam produci possunt testes, allegãdo text. in l. Vnius §. Cogniturum ff. de quæstio. ex quo ibi. hoc notat
4 Bart. Secundo potest iudex minuere pœnam etiam si non sit imploratum eius officium, vt not. Barto. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. colu. 3 versi. quæro vtrum per l. Si non defendatur. ff. de pœnis & per l. 1. in fin. ff. de
5 d quæst. Tertio quod iudex inquirit veritatẽ pro absente d si potest suo officio, vt notat Bart. in l. Seruum §. Publicæ. 2. colum. ff. de procura. latius in 4. § hoc autem iudicium, in colum. 4 ff. de dam. infec. vbi dicit quod quando reus est absens, in delictis in quibus imponitur pœna vsque ad relegationem (quia tunc potest procedi contra absentem vsque ad diffinitiuam sententiam) potest iudex pro absente probationes inducere. Quarto iudex ex officio potest repellere accusatorem criminosum, & qui alias non est legitimus. Notat Inno. in c. Nulli de accusat. quod procedit, etiã si accusatus velit illum admitti, vt notat Archi. in c. Quærendum. 2. quęst. 7.

A *AD defensam rei.* Adde quod opinio hæc procedit tantum in eo casu quo loquitur. Auctor nempe quando ex iudicis officio proceditur, secus si parte instante procederetur, sic tradiderunt Bald. in l. præsbyteri. colum. 1. C. de Episco. & cleric. & in consi. 276. colum. penul. vol. 1. Aretin. in cap. cum clamor. col. 2 vbi Felin colu. penul. detesti. quam esse communem opinionem fatetur Aegi. Bossi. in tract delict. tit. de publi. proce n. 3. circa quam vide elegantissime Iul. Clar. li. 5 recep sent. §. fi ver. sed quæro nunquid cum sequen. Anto. Gab. lib. 1. communi opi concl. 21 nn. 96.

Super antiquo. Adde Hyppoli. in B
pract. crim. § sequens nume. 8. Ludo. Carr. in pract. crim. fol 76 recentioris impressionis num 1.

Publicatis attestationibus. Adde C
Bart. in l. Diui fratres ff. de pœn. & quæstio. 14. incip. *Iudex maleficiorum.* Abb in cap suborta, colu. vltima. de re iudi Ang Areti vbi Aug. Arim in tract. malefici in parte. *Comparuerunt dicti inquisiti corã dicto iudice* num. 19. Hyppo. consilio 39. & consilio 73. volu. 2. & in practica in § sequens Capitius Neapoli decissi. 81. numer. 4. Robert Maran. in Spec. a duo 6. par. §. Tertius actus pag. 433. nume. 3. Ludo. Carr. in practic. criminal. fol. 76. Iul. Clarus vbi supra allegaui.

Pro absente. Adde text in l. si nõ D
defendãtur ff de pœn. & Regiam l. a Catholicis Regibus in hoc celeberrimo Complutensi populo condità anno Domini 1503. ibi. *Informandose ansi mismo el juez, de su officio, por quantas partes pudiere, de la innocencia de el tal acusado.* Quæ hodie lex est. 3. tit. 10. lib. 4. ordi. noui, & vide Hyppo. in pract. crimi. §. oportune nu. 14. & cons. 73. num 20. vol. 2. Ferra in practi. in formali belli in actione reali versi. quatenus ex officio num 12.

Eadem igitur ratione videtur, vt quod iudex potest proprio officio facere, idẽ facere licebit aliquo excusatore, pro absẽte interueniẽte, aut quolibet alio subministrãte testes & probationes, ex quib⁹ rei innocẽ- *Excusator pro reo absente an in criminalibus*

causis ad mittatur

nocentia detegatur Bart. & ibi doctores in l. seruuum quoque. §. publice. ff. de procurato. quodsi excusator non audiatur processus est ipso iure nullus, tenet idem Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. *Neglixerit*, quam opinionem communem esse testantur Gramma. voto. 37. Car. in l. obseruare. n. 76. C. quorum appell. non recipi. Petrus Auendanus responso. 15. numer. 6. qui Regijs constitutionibus contrarium dicit esse asseuerandū. eādem communem opinionem esse testatur Hieronym. Gratus consi. 98. num. 8. lib. 1. Et hoc modo reus faciet suas defensiones, absque eo, quod personaliter compareat, quā cautelam scripsit Cepol. caute. 68. quam sequitur Blancus in practic. crimi. fol. 22. numer. 58. & fol. 158. caute. 11. dicens, quod ita practicatur & practicare potest. Sed certe hæc communis sententia mihi nunquam placuit, est quidem in maximam reipublicæ pernitiē, cui plurimum interest, ne crimina impunita remaneant, nullus quidē de crimine accusatus compareret personaliter, sed vel ex officio, vel per huiusmodi excusatorem, faceret testes in suum fauorem examinari, absque aliquo suo periculo, cum ipse in tuto esset constitutus. Tolleretur hoc modo medium aptissimum, ad veritatem detegendam, quod ex confessione iudiciali procedit, necnon ex alijs actibus solitis fieri, præsente reo & in carceribus detento. Ideoque in practica dicta opinio recipienda nō est, nec ipse vnquam receptā vidi. Et postquam hæc scripsi legi Iulium Clarum communem sententiam reprobantem in pract. crim. § fin. quæst. 33. versi. sed nunquid. & vide eundem dict. §. fina. q. 61. vers. sed hæc quidem qui etiam scribit, quod iudex qui Bar. opinionem sequeretur grauiter erraret, & in Sindicatu posset molestia affici.

Veruntamē est, quod licet procurator non possit pro reo absente comparare, ad allegandas eas defensiones, quæ concernunt crimē, de quo reus est accusatus: bene tamen erit admittendus est, ad alligādum iustas absentiæ causas, & legitima impedimenta iuris, vel facti. tex. qui sic est intelligendus in cap. veniens. vbi Abb. & Doctores. de accusationi l. pen. § ad crimen. vbi Bart. Ang. de imo. ff. de publ. iudi. l. seruum. 5. publice. ff. de procura. Regia. l. 12. tit. 5. par. 3.

Quod procedit & locum obtinet etiam in causis fidei vt recte docent Carrerius in tract. de hæreti. num. 113 Siman. in Catho. instit. tit. 52. num. 4. oann. Rojas sing. fidei in singul. 170. Fran Pegña in anno ad Directori. inquisi. libr. 3. Scho. 48. quod verum est secundum eos quando absens solum in fide suspectus est, secus vero si vere hæreticus esset, tunc nullus pro eo excusatur aude defensor est audiēdus tex. in cap. Si aduersus de hæreti. quo omne hæreticis patrocinium denegatur. Imo etiam sine mandato admittendus quilibet est ad allegandā iusta facti impedimenta, quæ necessaria sunt nempe captiuitatem, & similes causas secundum Bar & communem sententiam in dict. §. ad crimen. Quod si absentię causę non sint necessarię, sed probabiles, nempe locus non tutus, inimicitię, & similes: nullus sine mandato admittendus est ad earum allegationem quia forte absens nollet illas causas allegare. Ita notāt Bar.

& Ang.

& Ang. in dict. §. ad crimen. Ant. & Abb. in dict. capit. Sed opinio hæc nullo iure defendi potest, nã si causæ probabiles sunt præsumẽdum est absentem eas allegaturũ fuisse, & eas allegari velle, vnde merito Bar. doctrina impugnat Imo. in dict. §. ad crimen. num. 25. Anani. & Socin. num. 47. & Aretin. num. 48. in dict. cap. veniens. Nec refragatur, quod scribit Inn. communiter receptus in dict. capit. veniens qui in ea est sentẽtia, vt existimet, non esse quemquam obsque mandato admittendũ, ad allegandas voluntarias, absentis excusationes, ex causa iuris nã ea opinio non agit de excusationibus in facto consistentibus, sed de his allegationibus, quæ de iure deducuntur, ad hoc vt non teneatur absens etiam non impeditus respondere.

Ac expensas protestor, & peto.

CAPVT, CLII.

1 *Victus vitiori etiam in criminalilibus in expensis est condemnandus.*

2 *Expensæ illæ soluendæ sunt, quæ vere consumptæ fuerunt.*

3 *Clerici an possint damnari in aliquo pro soluendo salario, fiscali aduocato, vel notarijs cuariæ.*

4 *Promotor seu fiscalis qui calumniosam accusationem instituerit, in expensis est damnandus.*

QVanuis Episcoporũ redditus pro sustentadis oneribus Ecclesiæ suæ assignati çenseatur, inter quæ non minimum reputandum est, vt diœcesim suã malis purgent hominibus & clericos facinorosos emendent: non tamen iniustũ reputo quod damnatus reus, si bona habeat, expensas soluat Promotori su Fiscali (vt vulgus appellat) Cum etiam in criminalibus victus 1
victori condemnari debeat in expensis, a vt probat text. secundum a
vnã lecturã in. l. final. C. de fruct. & lit. expen. voluit gloss. in cap. finem litibus de dol & cont. Bart. in. l. 1. in prin. ff. ad Turpil. & in l. Si postulauerit. in prin. & in. §. fin. ff. de Adul. Abb. post alios in dict. cap. finem litibus. Canonist. in cap. calumniam. de pęni. & hęc est communior opinio secundum Hippolitum in. l. patre vel merito ff. de quæstio. in colum. 3. in fin. licet Fel. in cap. accedens, in colum. pen. de accusa. quem ipse non refert propter varietatem opinionũ huius articuli, se remittat ad alios docto. Hoc tamen adhibito mo- 2
deramine, vt ille solum soluantur, quas vere expendisse constiterit, in substituendis procuratoribus loco sui, in euocandis testibus, & ministrandis illis pro itinere sumptibus, ac in solutione tabellionũ, & similium rerum, in quibus certum erit eum aliquid consumpsisse. Pro soluendo autem salario, quod illi Episcopus assignauerit, aut suo aduocato, seu satisfactione notariorum curiæ episcopalis, qui ex more gratis debent ac solent facere omnia, quę Promotoris concernunt officium: & si bona damnatorum suppetant posse eos damnari in aliquo (meliori iudicio saluo) non crederem, cum ad salaria ipsius & aduocati teneatur Episcopus, & ad alia gratis fa-

cienda sui videatur omnoxij notarij. Quamuis non iudicarem indecens quod episcopus ex communi bursa pęnarum camęre posset prædicta salaria soluere, & ipsis notarijs (si laboris magnitudo exegerit) aliquid præstare, dū tamen ex hoc nō detur occasio Promotori vexandi reos, notarijsquê longos describendi processus sine vlla necessitate. Hortor autē sub obtestatione extremi iudicij Præsules omnes, vt officialibus suis ad insequendos malefactores sumptus necessarios præstēt, ne ob eorum defectum in Romana & Metropolitanis curijs, prosecutio criminalium litiū deseratur, ex quo malefactores insolentiores reddā tur, solaque ab ipsis appellatione interposita, ac obstenta inhibitione per diœcesim sicuti cæteri probi & innocui homines libere discurrant videntibus superioribus, & contemptis. Quod nempe audacius & liberius faciunt delinquentes, quando perpendunt tantam esse suorum superiorum auaritiam, quod appellantes ab eis solent negligere, ne quicquam sibi ex hoc, sumptus accrescat. Debēt præterea aduertere iudicis, quod si promotor calumniosam instituerit accusationem, in expensis dānari debet: b vt cauetur in decisione Capellæ Tholosanæ, in quæst. 6. vbi etiam videnda est bona additio Stephani, quæ dicit, quod quando accusauit nulla infamia, vel indiciis præcedentibus, dicitur iniuste accusasse, & merito quidem in expensis dānandus est tunc. Nam qui positus est, vt sua diligentia sceleratos clericos insequatur) vt boni manifesti fiant, & ab alijs descernantur) non debet insontes & bonos clericos infamare neque vexare.

b

A *IN expensis.* Adde, quod hanc opinionem communem esse fatentur Nicellus in concord. glos. cap. 47. Aposti. ad Ange. in tract. malefi. in parte & ad querellam n. 73. Hiero. Grattus consi. 97. num. 1. lib. 1. D Episcopus Couar. in pract. quæst. cap. 27. num. 2. Viuius in lib. comm. opini. in verbo, Iudex tenetur condemnare. Iuli. Clar. lib. 5. recep. sent. § fin. q. 62. vers. Sed nunquid D. Anton. Padilla in l tranſigere num. 4. C. de transa. Est tamen opinio hæc intelligenda si expensę, fuerint petitæ, non autem alias. tradit Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. no infecto. & in. l. properandum. §. Sin autem alterutra colum. vlt. C. de iudi. vbi Bald. Ferra. in forma libelli in actione reali. versic. & expensis num. 7. Marata in Specu. aduo. 6. part 3. membro, num. 12. pag. 397: late Iaſ in. §. omnium. num. 145. Insti de actioni. & est opinio communiter recepta secundum Rip. in d. §. hoc iudicium n. 83. versic. secunda conclusio.

Clericus qui absoluitur à crimine, an expensis possit condemnari.

Quod si clericus accusatus absoluitur â crimine nullo modo in expensis debet condemnari iuri quidem & rationi cōtrarium est, quod eadem sententia, qua absoluitur etiam condemnetur Præsertim quod si crimen leue sit pęnam eius ordinariam expensæ longe aliquando superant. Si vero sit graue non prorsus clericus liber remanet ab aliqua nota obiecti criminis, cum talis condemnatio culpam aliquam prę se ferat, â qua qui absoluitur immunis debet remanere,

nere,& ideo vel in totum est cõ demnandus,vel absoluẽdus quia interfactum,& non factum,non est dare medium nec media pœna imponi potest, vt eleganter scribit hæruditissimus D. Fran. Sarmiento Gienensis Præsu. integerrimus lib.1. selectarũ inter præ.c.1.quo loco asserit ad nostrum institutum accómodatissime quod licet pœna ratione culpæ temperetur nonvero ratione probationis, quia ex probatione nec crescit,nec minuitur culpa, & ideo expensarũ cõdemnatio, nec pro pœna imponi potest,quãdo delictum non fuit probatũ. & istam opinionem nouissime amplectitur Doctor Segura in directorio iudi. Eccles. 2.par.c.12.nu. 5.probans iuri communem esse cõsentaneam & in Concilio Prouin. Toletano ædito anno.1566 actione 2.c.12.hoc ita fuit decretum,cuius verba retuli supra c.5 litera c.vbi vide.

Sed iam audio nonnullos iudices Ecclesiasticos cõquerentes, nec nõ notarios,Fiscales,& alios officiales Curiarum ecclesiasticarũ latrãtes,quod si opinio ista in dictis tribunalib⁹ resciperetur,nullus esset qui denuntiationẽ proponeret,nec qui in inquirendis criminibus intẽderet omnesque a suis muneribus desisterint,cum post lõgũ laborẽ debita sibi mercede careret. Quæ iusta esset quærella,nisi iure statutũ esset,quod in his casibus expẽsæ quæ pro iustitiæ executione fiunt ex bursa pœnarum cameræ debent persolui,vt noster Episcopus hoc capite scribit,quod si pœnæ pecuniariæ Fiscales defecerint, Episcopi ex iniuncto munere eas expelas supetitare tenentur. & si hoc ad vnguẽ seruaretur tribunalia Ecclesiastica iustitia & equitate essent cõposita, nec daretur locus inuistissimis denũtiationib⁹ quæ cum maxima infamiæ labe innocẽtiũ clericorũ,& quãdoque laicorũ fiunt,sed ea tãtum crimina denũciarẽturque probari possẽt vt bene & cũ iudicio scribit D. Segura in loco præcitato. Sed forte velent dicti curiarum ministri clauam potius de manu Herculis eripere quam ab aliquibus Præsulibus,sui laboris salaria exigere,sed qui iuste merentibus denegant strictam rationem dabunt, in die tremendi iudicij.

Dãnari debet. Adde late Ang. Areti. vbi Aug. Arim. in trac. male. in parte & ad querellã n. 71. Aegi. Bosi. in tract. delict. ti. de accus. nu.27. Nota tũ singulariter quod quidquid sit de iure cõmuni,hodie de cõsuetudine Sindicę, siue Promotores Fiscales nõ puniuntur propter calumniã, nã ex quo officij necessitate cõpulsi denuntiant,cessat presumptio calũnię, ita seruari testatur Albe. in l. ea quidem n.9. C. de accusa. Amad. de Sind. n.85. Quod quidẽ intelligendum est,quãtum ad hoc vt excusẽtur a præsumpta calumnia quæ oritur ex eo quod delictum nõ fuit probatum. Sed si de vera calumnia apparet,tunc procedit cõmunis sententia vt debeãt Fiscales curiæ in expensis cõdemnari,& forte grauius arbitrio iudicis puniri,de quo lege Iul. Clar. in loco nouissime allegato,& vide Cõci. Tolet. acti. 2. c.12. cuius decisionem allegaui supra ca 6.

B

LAVS DEO.

HABES CANDIDE LECTOR PRACticam hanc Criminalem Canonicam Celeberrimã, quã quondàm, veluti ebrionem ædidit D. Ioann. Bernard. Diaz de Luco Calagurritanus Episcopus Integerrimus (vir alioqui doctissimus) nostri tamen Scholijs, & capitibus additis, sic vides locupletatã, vt iam ad viri lem, & consumatam ętatem perueniſſe, facilè iudicauis, boni cõsulas obsecro. Hisque studijs nostris fabeto, vt maioribus operã impẽdere festinemus.

COMPLVTI.

EX OFFICINA IOANNIS GRATIAni, apud Viduam, Anno Domini, M. D. XCIV. Kalend. Iunij.

INDEX OMNIVM CAPITVLORVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM Alphabetico ordine descriptus.

A

AB Ecclesijs ad quas cõfugerunt extrahi cap. 123. fol. 390

Ab ingressu Ecclesiæ in. cap. 129. 43

A collatione ordinum suspenso, cap. 30. 125

Adulteri cap. 85. 243

Aliquoties insuper celebrãdo corpus & sanguinem Domini non percipiebant, cap. 43. 149

Aleatores, cap. 70. 161

Aliquo lapsu temporis non obstãte, cap. 146. 484

A manifestis vsurarijs oblationes recipiẽtes, eo. que ecclesiasticæ sepulturæ tradentes, c. 89. 264

Apostatæ, cap. 109. 352

Arbitratijs puniri, cap. 147.

Ad Rationem obligati, cap. 20. 70

B

BEneficia plura possidet, cap. 58. 156

Beneficijs priuari cap. 131. 426

Beneficia, cap. 10. 34

Bigami, cap. 16. 50

Blasphemi, cap. 110. 345

Bona Ecclesiæ dilapidantes, ca. 71. 160.

Bonorum publicatione puniri, capit. 132. 429

C

CApi, cap. 112. 385

Calumniatores, capitulo. 65. 239.

Clandestinis nuptijs interessentes cap. 73. 177

Carnificum seu macellariorum aut tabernariorum officium, publice & personaliter exercentes, cap. 69. 255

Canonicis, vel synodalibus, capit. 144. 476

Columberius & Serpelio capit 7. 28.

Concubinarij, ca. 79. 205

Coram vobis D. N. capitulo 2. fol. 3.

Comam nutriente siue relaxantes, cap. 76. 198

Commendatumque sibi infirmum baptizare noluerunt, cap 57. 129

Coram secularibus magistratibus clericos inuictos cõuenire sunt ausi 62. 210

Contra Ecclesias, a quibus beneficia obtinet aduocati, vel procuratores extiterũt, c. 63. 231

Consulentesque Aurispices, Incãtatores Ariolos, Agures Sortilegos ac eos qui artẽ Magicam profitentur, cap. 108. 355

Conspiratores, cap. 118. 375

Confessionibus propijs, capi. 127. 417.

Consuetudinarijs, cap. 145. 479

Corporalibus, cap. 143. 473

Cum laici essent sine ordinibus ministrare, & celebrare sunt ausi, cap. 12. 38

Cum alienigenæ sint in his Castellæ & Legionis Regnis, vel in alijs, quibus legibus, moribus, vel consuetudine prohibitum est dignitates Ecclesiasticas beneficia præstimonia, vel pensiones impetrare sunt ausi, cap. 54. 178.
Cũ Parrochiales Ecclesias habeãt intra annum non fuerunt promoti, cap. 53. 175
Corpore vitiati, cap. 17. 50
Cum alienigenæ sint cap. 54. 178
Coram secularibus magistris cap. 62. 221
Corpora viciati c. 17. 50

D

DAta incorrigibilitate, cap. 139 457.
Denuntio cap. 6. 17
Deponi, cap. 135. 445
Degradari, cap. 140. 462
Deficiente vero legitimã probatione, ob vulgatam infamiam, graue scandalum, vehementem suspitionem ex testium dictis ob ortam purgationem indici, cap. 148. 485
Duellum alijs sponte offerentes. Seu oblatum suscipientes, cap. 100. 217

E

EBrij, cap. 77. 201
Ecclesiasticos viros vt sua resignent beneficia ac ne citati ad curiam accedant capientes, capit. 104. 331
Ego N. præsbyter, cap. 4. 12
Et si opus fuerit ad dictarum pœnarum executionem, seculare brachium imploretis, cap. 150. 493
Et sine titulo cap. 18 18
Eos citari personaliter, cap. 121. 393.
Eucharistiamque ob ebrietatẽ, ac voracitatẽ euomuerũt, c. 41. 147.
Excommunicato cap. 28. 124
Excommunicationis maioris vinculo innodati, per annũ, vel multo tempore, contumaciter stiterunt cap. 116. 363
Exigentibus culpis cap. 138. 457
Expensas protestor & pecto, cap. 152. 513
Excommunicati, cap. 13. 39
Extra tempora & ante ætatem legitimam, & ab alieno Episcopo cap. 16. 167
Et sine titulo, cap. 18. 58
Excommunicationis maioris vinculo innodati cap. 116. 362
Et si opus fuerit ad dictarum pœnarum executionem seculare brachium implorans cap. 160. 453

F

FAlsi testimonij rei, cap. 93. 277
Falsarij, cap. 117. 372
Fornicarij cap. 78. 205
Furtiue cap. 25. 99
Fures, cap. 90. 265

G

GRauia & plura perpetrarunt facinora, cap. 11. fol. 36

H

HAbita informatione summaria cap. 120. fo. 380
Hæretico, cap. 29. 125
Hæretici. cap. 114. 354
Hæreticis, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, ecclesiastica adhibentes Sacramẽta, ac eos Christianæ sepulturæ tradentes, & eorum eleemosynas, ac oblationes recipientes, cap. 115. 361
horis prohibitis celebrare, c. 46. 154
Homicidæ cap. 94. 283
Huius diœcesis originarij, c. 8. 30
Horis prohibitis, celebrare sunt ausi, cap. 46. 154

I

ILlegitimi, cap. 14. 41
Illiterati, cap. 21. 73
In ea domicilium habentes c. 9. 31.
In custodia eucharistiæ desides, c. 44. 150

Incendiarij, cap. 105. 331
In nullo beneficio residēt, c. 52. 169
Instituti hæredes, de restituēdo hę reditatem in capaci, tacitā fidē dederunt, capit. 64. 234
Incestus cap. 84. 236
In carcerari, cap. 124. 391
In priuatis locis, sine Episcopi licē tia celebrarunt cap. 39. 142
In perpetuum carcerem damnari, c. 137. 447
In exilium mitti. ca. 134. 443
In actum monasterium detrudi, ca. 136. 446
In plurib⁹ eorum intrusi sunt, ca. 40. 164
In qua si defecerint vti conuictos puniri cap. 149
Interdictumque tempore ad ordines sunt promoti, cap. 32. 126
Ioculares Goleardi seu Buffones, cap. 68. 253
Iuramento premissis interrogari, 126. 405
In criminalibus capitalibusque causis accusatores aduocati, Procuratores contra reos in secularibus tribunalibus stiterunt, capi. 98. 307
Interdictique tempore ad ordines sunt promoti cap. 32. 126
In criminalibus capitalibusque, causis capit 98. 307

L

LEges & phisicā audiētes, c. 59. fo. 205.
Læsæ Maiestatis rei, cap. 119. 377.
Literas ad alios directas aperiētes & aduersari⁹ ostendentes, cap. 103. 329

M

MAtrimonium de facto contrahentes, capit 80. 215
Maledici, capit 99 243
Missamque pro requie defunctorū promulgatam prouiuis celebrarunt hominibus, vt illi mortis in currerent periculum c. 46. 147
Monialibus cap. 81. 224
Ministri laicorū ac in rebus eorū procuratores existētes, c. 57. 211
Missamque sacram inceptam rejinquerunt, cap 41. 151
Missāq; sacrā reliquerūt, c. 45. 151

N

NAues ad pugnam gubernātes & conflictum personaliter exercente ac alios ad pugnam incitantes, ca. 101. 321
Nephandi criminis rei c. 86. 248
Negociatores ac alienæ rei conductores cap. 55. 196
Non ieiuni, cap. 34. 136
Nuptias secundas benedicentes, cap. 74. 193
Neophiti, cap. 22. 79
Neophitu cap. 23. 79

O

OB negligentiā ipsorū aliquid sanguinis stillauit in terra, & in altari cap. 42. fol. 148
Officium insuper diuinum vt tenē tur non recitarunt cap. 54. 179
Officiali ac vicario generali, c. 35
Occasione laicæ recognitionis nō requisita Episcopi audictia beneficia ecclesiastica sibi præsumserunt vindicare cap. 51. 168

P

PArricidæ, cap 96. 398
Per saltum, cap. 24. 80
Periuri, cap. 92. 274
Peccatores que sibi cōfessi sunt signis, aut verbis prodētes, c. 109. 336
Per Assasinos alios interfici mandantes, cap. 99. 303
Pęnis ve alijs pecuniarijs, c. 142. 469
Post peractā pęnitētiā solēn. 23. 93
Principum & sæcularium virorum Iustitiarij. 61. 128
Promotor seu fisca. curiæ vest. 5. 16
Pro quibus omnibus, ac in necessarijs eorum vestrum imploro officium. c. 151. 509

Proxenitæ illiçitorumçótractum, cap.56. 210
Publiçis ſpectaculis cap.72. 172

Q

QVi epiſcopatus renunciauerat cap.31. 125
Quorum aliqua patres eorum nullo mediante poſſederunt, 48. fo.162.

R

RAptorum & eccleſiarum violatorum, non ſatisfacientium, ſepulturis intereſſẽtes ac de eorum rapina participantes cap. 106. 332
Rebaptizati, cap.15. 46

S

SAcrilegi, cap.87. 256
Schiſmati, cap.112. 353
Seque de ſuis criminibus glorian tes cap.119. 379
Seculari curiæ tradi, cap.141. 464
Serui ſine dominorum ſuorum licentia, cap.19. 68
Simoniaco, cap.27. 112
Simoniaci, cap.91. 269
Sine aqua, & igne vel in pane fermentato & calice ligneo, capi. 26. 139
Sine orario ſeu ſtola & alijs veſtibus ſacris, cap.38. 140
Si vero capi non poſſunt abſentes eos pœnis damnari condignis, cap.148. 491
Sortilegi cap.107. 333
Spiritualibus filiabus ſe commiſcentes cap.82. 227
Stupri cap.83. 230
Suſpenſionis excommunicationis ac interdicti cenſura nodati, capit.133. 128
Super altari non conſeçrato, cap. 37. 140
Suſpenſi, cap.130. 414
Super rebus aptis ad faciẽdum ſortilegia, & ad illum effectum, vnam vel plures miſſas, ſcienter celebrarunt adhibitis nephãrijs præcibus & verbis ſuperſticioſis cap.43. 149

T

TAbellionatus officium exercẽtes cap.58. 213
Teſtibus conuictos, cap 138. 445
Tortura cap.125. 369
Truncationes membrorum perſe facientes, aut faciendas iudicantes, cap.99. 214

V

VEnatores cap.67. 240
Venefici cap.95. 289
Verberati cap. 125
Villarum procurationes ſuſcipientes c.60. 217
Virgata ac partita veſte publice vtentes cap.75. 195
Violentiæque illatores, capit.102 321
Vſurarij capi.88. 261
Viuis poſſeſſoribus eorum capitulo 50. 163

Index copioſiſsimus rerum, quæ in hoc opere continentur.

A

Abſens clericus, qua forma debet condemnari cap.148.n. 1. fo.491.
Abſens laycus qualiter puniri debet Regijs conſtitutionibus ibi n.2.fol.492.
Abſtemius, an poſsit ad eccleſiaſticos ordines promoueri fol.202.
Abſolutio ab excommunicatione ſolo teſtimonio confeſſoris nõ probatur, fol. cap.33.fol.131.

Index Materiarum.

Absolutio ab excommunicatione in Apostolicis literis gratiæ, sẽ per impendi solet ibi.

Accusatio clericis prohibita esto ram secularibus magistratibus c.98.n.1.fol.308.

Accusatio clericis dictis casibus permissa est protestatione facta ne procedatur, ad pœnam mortis, vel membri mutilationem, ibi nu.2.

Accusatio licita est clericis, dicta protestatione interueniẽte, quãdo suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, ibi n.7.

Accusatio criminalis, vt clerico non noceat expressam & nonta citam protestationem continere debet ibi nu.9.

Accusatio protestatione facta clericum ab irregularitate liberat, quanuis iudex secularis mortis pœnam, vel membri mutilationem imponat ibi, n.11.

Accusatio prædictam protestationem continere debet, quando causa est criminalis, secus, si ciuiliter intentatur, quãuis ex accidẽtia mors contingat ibi n.12.

Accusatio absque aliqua protestatione, a clericis fieri põt, quando causa est talis qualitatis quod nec ad mortem, vel membri mutilationem non potest proce di ibi nu.13.

Accusatio criminalis quãtuncunque grauissima, absque aliqua protestatione fieri potest, corã iudice ecclesiastico ibi n.nu.14.

Accusatio criminalis protestatione interueniente, ab irregularitate liberat, quãuis accusator animum protestationi contrariũ habeat. Sed contrarium verius ibi nu.16.

Accusatio criminalis absque protestatione nõ excusat clericum quanuis animo cõceperit, quod non ad mortẽ, vel membri mutilationem proceditur ibi.

Accusatio criminalis, etiã cũ protestatione, non excusat clericũ, quando tanquam patronus, vel aduocatus eam proponit eo. ca.

Accusatio absque protestatione, non producit irregularitatẽ quãdo nec pœna mortis, vel mutilationis mẽbri secuta est eod. ca.

Aduocati munus, an possit a clerico exerceri in criminalibus causis in fauorem rei eod. cap.

Aduocati officium clericis prohibitum est præter quam in casibus traditis anno ca.63. fol 233.

Aduocationis munera an fungi possit regularis fol.232.

Aduocationis officio, si clericus corã seculari iudice delinquit, ab eo non potest puniri, fo.234

Aduocationis munera, qui nõ potest vti, an priuatim possit consulere fol.233.

Adulterij crimen grauissimum est cap.85.fo.233. & latius in add.

Adulter clericus an odie sit deponẽdus eod.c.n.2. & latius in add.

Adulteriũ cõmissum, siue a laico siue a clerico cũ muliere nupta impudica ordinaria criminis pœna nõ punitur eod.cap.nu.5.

Adulter clericus coram iudice ecclesiastico accusari potest, quanuis mulier adultera, coram seculari iudice non accusetur eodẽ cap.n.6.

Adulter clericus a iudice ecclesiastico puniẽdus est, quãuis maritus cũ nõ accuset eod.cap.n.7.

Adulterij crimine, si clericus fuerit condẽnatus, vtrum infamis efficiatur eodem cap.

Adulterij crimine, quæ norma in procedẽdo a iudicibus ecclesiasticis sit obseruanda eod.c.n.8.

Adulter laicus a iudice ecclesiasti co potest puniri eo cap. in add.
Administratores eccl siarum pro run que locorum pendente administratione non possunt ordinari c. 20 n 5. fol 72.
Alienigenæ apud Hispanos beneficia ecclesiastica nō possuntob tinere c. 54. n. 1. fol. 179.
Alienigenæ in Hispaniarum regnis præstimonia, nec pensionis obtinere possunt ibi nu. 11.
Alienigenę fere in totius Christiani orbis prouincijs excludun tur ab obtinendis beneficijs eo capite, n. 2.
Alienigena qui beneficium impetrauit, non facta mentione originis, nullum commodum exea impetratione potest reportare, cum subrreptitia sit eo cap. n. 3.
Alienigenæ in extraneis prouincijs non possunt ad beneficia admitti ibi n. 4.
Alienigena quādo in his regnis admittebantur ad beneficia fuit in causa vt magnæ illæ seditiones orirentur, quæ communidades appellant eo cap. n. 5.
Alienigenæ horum regnorum, an dicantur nati in regno Nauarræ vel Aragoniæ eo capi. num. 24.
Alienigenæ horum regnorum, qui pro predicantur ibi n. 25.
Alienigenæ obtinere possunt beneficia præstimonia pensiones, literis Regijs ad hoc specialiter concessis eo capite num. 12.
Alienigena an iudicandus sit qui nascitur ex matre alienigena, si pater fuit naturalis eo cap. n. 25.
Alienigena an dicatur, qui nascitur a parentibus naturalibus horum regnorum extra regnum hoc in transitu eo cap. n. 28.
Alienigene in his Regnis minime possunt obtinere eos annuos, redditus quos vulgari sermone iuros appellamus, primo capite.
Alienigenæ in Hyspalensi ciuitate iudices esse non possunt eo capite.
Alienigenæ non possunt admitti in collegio Celeberrimo Diui Iacobi Zebedæi Salmanticensis ibi.
Alienigena nō potest beneficium, quod impetrauit cum alio permutare eo capite n. 16.
Alienigena literis naturalitatis impetratis non potest beneficium impetrare, nisi in ipsis literis hoc specialiter fuerit indultum eo capit. n. 14.
Alphonsi a Montaluo opinio acriter confutatur capite 23. nu. 18.
Alimenta quomodo ministranda sunt, illis qui in monasterio ad pœnitentiam peragendam deputantur cap. 136. nu. 2. fol. 547.
Alimenta deneganda non sunt illis qui in perpetuis carceribus detinentur c. 137. in add. fo. 552 col. 1.
Altaria certis in locis constitui antiquissima est consuetudo.
Antiquo iure de diaconorum causis tres Episcopi cognoscebant de causis vero præsbyterorum sex. c. 3. n. 5. fo. 6.
Antonius Gomez. laudatur. cap. 77. fol. 171.
Antonius Morejon inquisitor Cæsar Augustanus laudatur capite 141 in addit one foli. 567. col. 1.
Apostata clericus, qua pœna puniatur capite 111. numero. 2. fol. 452.
Apostasia triplex species constituitur ibi n. 1.
Apostasiæ diffinitio, eiusque grauitas vere in anotatio. fo 456. co. 1.

Apo-

Index Materiarum.

Apologia Henrrice Maur Franciſcani grauiterincrepatur c.23 nu.19.

Appellare an poſsit clericus traditus curiæ ſeculari,a ſententia ſecularis magiſtratus c.1.41.n.3.fol.564.

Apellare an poſsit extraneus pro reo condemnato ibi n.4.

Armis prohibitis pōt clericus expoliari ſine metu excommunicationis a iudicibus ſecularib⁹ vel eorum miniſtris c 55.in additio fo.199.

Arma prohibita licet clericus deferat nulla pœna,quanuis pecuniaria puniri poteſt a iudice ſeculari ibi in additione.

Arma prohibita clerici deferētes in regno Francię a ſecularibus magiſtratibus puniuntur ibi in additione fo.201.

Arma prohibita clericus deferens, non debet ab eccleſiaſtico iudice condemnari pœnis regiarū legum ibi in dic.additione

Aſſaſsini qui fuerint explicatur c.96.in addit 2.col.fo.406.

Aſſaſsini lite non conteſtata puniuntur c.96 in addit.fo.404.

Aſſaſsini quibus pœnis puniātur, ibi.

Aſtrologia iudiciaria, qua interrogatoria nuncupatur non caret ſuperſtitione c.98.in addit. fo.437.a.col.

Auxilium brachij ſecularis multis nominibus, vtiliſsimum eſt iudicibus eccleſiaſticis c.160n.2.fo.595.

Auxiliū brachij ſecularis peti poteſt quando opus fuerit nō præmiſſa excommunicatione ibi, nu.4.

Auxilium brachij ſecularis præſtandum eſt a ſuperioribus iudicibus ibi n.9.

Auxilium eccleſiaſticum a ſecularibus iudicibus peti poteſt ibi, nu 10.

Auxilium brachij ſecularis nondebet impartiri, antequam detur copia proceſſus, vt inde iuſtificari poſsit ibi n.11.

Auxilium brachij ſecularis præſtandum eſt, abſque cauſa cognitione, quando ſententia in cauſa ciuili tranſiuit in rem iudicatam ibi n.13.

Auxiliū brachij ſecularis iuſte denegatur oppoſita exceptione nullitatis ibi n.12.

Auxilium brachi ſecularis non debet impartiri, quando a ſententia iudicis eccleſiaſtici appellatum eſſe conſtat ibi n.18.

Adminiſtratores rerum Eccleſiaſticarum,vel miſerabilium perſonarum pendente adminiſtratione ad ordines promouerinō prohibentur c.20 n.5.

Animalia alicuius parrochiæ ſipropoſiti vellum vel aliam cauſam ad alienam parrochiā cōfugiāt ibique pariant ibi decimę ſoluēdæ ſunt a qua receſſerunt ca.54. nu 31.

Abſens qui legitima cauſa receſſit cito reuerſurus quoad iuris effectus non eſt abſens iudicandus ibi n.32.

Clericus aperiens literas ad alios miſſas qua pœnapuniatur c.103 n.2.

Ad reſtitutionem fructuum clericus condemnatus perceptos tātum non veroqui percipi potuerint reſtituere tenetur c.131.n.6

Appellare an poſsit clericus pro reo condemnato.c.141.

Abſens clericus delinquens qualiter condemnetur c.148.n.1.

B

Barbam non licet clericis nutrire

præter quam Roma, & alijs certis prouincijs.c.76 fol.300. & in ver comam.
Beneficia plura obtinens, quæ residentiam requirunt totidem habet dominia c.10.nu.2.
Beneficijs ratione, quis domiciliũ consequitur ibi.
Beneficiorum pluralitas contraria est iuri naturali.c.48.n.1.fo.156.
Beneficiorum pluralitas canonum sanctionibus obiat.ibi.n.2.
Beneficiorũ pluralitas multis magnisque sanctorum virorum testimonijs execratur.ibi.n.3.
Beneficia plura obtinens cum dispensatione siue causa concessa, in animæ iudicio securus nõ est ibi.n.4.
Beneficium curam habens animarum, qui obtinet si secundum cõsequitur primo ipso iure priuatus est ibi.n.5.&.6.
Beneficia duo curata, si simul conferuntur optio datur.ibi.n.7.
Beneficij secundi acceptatio, iracũdiæ causa, non facit primum vacare, si acceptas in cõtinenti pœniteat.ibi.n.8.
Beneficium secundũ curatum non facit primum vacare nisi possessione pacifica sequuta.ibi. nu.9.
Beneficia plura quamuis simplitia sine Romani Pontificis dispensatione non possunt obtineri ibi. in addit litera c.fo 161.
Beneficia Ecclesiastica hæreditario iure non deferuntur.ca.68. n.1.fo.162.
Beneficium viuentis impetrãs, ab ecclesiastica communione repellendus est.c 50.n.1.fo.165.
Beneficium viuentis impetrans deponitur.ibi.n.2.
Beneficium viuentis impetrans est infamis.ibi n.3.
Beneficiũ viuentis impetrans mea pax est ad illud obtinendum nisi Pontificis Maximi dispensatione.ibi n 4.
Beneficium viuentis impetrans, si illud postea consequatur, nulla de prima impetratione hanc facta mentione, non valet impetratio.ibi.n.5.
Beneficij viuentis collatio non cõualescit quãuis is cuius erat beneficium moriatur.ibi.in addit. fo.167.
Beneficium, quod presentationis tempore per mortẽ non vacat, sed tempore collationis conferri posset.ibi.in addit.eo fo.
Beneficium viuentis conferri nõ potest quanuis in cõtrarium sit consuetudo ibi in addit. eo fo.
Beneficium vinentis per sex menses commendari potest abordinario ibi in addit.
Beneficij viuentis collatio etiam prætextu ignorantiæ non valet ibi in addit.fo.168.
Beneficium viuentis non solũ non põt impetrari, verum nec mortui, quando tantum tempus non effluxerit, quod de morte veri similiter notitia haberi potest, ibi in addit.eo fo.
Beneficium viuentis conferẽs qua pœna puniatur ibi in additione fo.168.
Beneficium viuentis impetrans, quibus pœnis puniatur, ibi in additione eo folio, columna.1. in fine.
Beneficia omnia personalem residentiam requirunt c.52.n 1 fol. 169.
Beneficium clerici vagabundi, alteri potest conferri ibi n 4.
Beneficiorum residentiã, & diuersas pęnas cõtra nõ residentes statutas c.52.n.3.fo.169.

Bene-

Beneficia in diœcesibus Burge. Palent. Calagurritana iustissime filijs Patrimonialibus conferuntur c.54 n.11.fo.183.
Beneficiorum impetrationibus naturales alienigenis sunt præferendi ib.n.9.
Beneficij collatio facta infami, an nulla sit c.70.in addit fol.265.
Beneficiorum priuatio nõ nisi pro graui crimine imponi debet c.131 n.1.fo.526.
Beneficij priuatio nunquã debet imponi, nisi in iure exprimatur 161.n.2.
Beneficio si clericus priuatus fuerit an ad fructuum restitutionẽ teneatur 161.n.5.
Beneficio priuatus nunquam quis censetur nisi expresse in sententia exprimatur ibi.
Bigamia octo modis contrahitur, c.16 n.1.fo.50.
Bigamus non potest ad ecclesiasticos ordines promoueri 61 n.2.
Bigamiæ irregularitas, an veteris testamenti legibus originẽ habet 161.in additio litera.b fo.51
Bigamiæ irregularitas episcopidispensatione nõ tollitur ibi in iudic add litera c eo.fo.
Blasphemiæ crimen grauissimum est c.110 n.1.fo.445.
Blasphemus clericus qua pœna puniatur.161.n.2.
Blasphemus laycus a iudice ecclesiastico punitur ibi in addi.
Blasphemiæ crimen est mixti fori ibi in addi.fo.443 col.1.
Blasphemiæ crimẽ si condigne nõ fuerit punitum a iudice ecclesiastico an possit iterum a seculari puniri in eo cap.
Blasphemiæ crimen aliquando ab inquisitoribus punitur, & quibus pœnis ibi in addit.fo.449.
Blasphemiæ hęreticales quæ dicãtur ibi in ea addit & fo.
Blasphemia iocose dicta ã puniẽda sit & qua pœna in ead add fo.449
Blasphemiæ crimen committi dicetur, quando verba sacræ scripturæ ad prophana trahuntur in libellis quos Pasquines appellant ibi in eadem addit.fo.450.
Blasphemi quibus casibus a pœnis excusantur ibi in ea addi.fo.451 2.col.
Blasphemus laycus non potest detineri in carceribus secularibus quando crimen vnico teste probatur, nam licet capi possit sub fideiussoribus est relaxandus in eo.cap.
Bonorum publicatio duplex est c.132.n.1.fo.529.
Bonorum publicatio rarissime cõtra clericos statuta reperitur ibi n.2.
Bonorum publicatio an possit aliu dice ecclesiastico contra clericos imponi millis criminibus quibus laici illa pœna multantur ibi n.3.
Bonorum publicatione generaliter facta an omnia bona generaliter comprehendantur ibi n.4.
Bonorum publicatione an cõprehendatur peculium Castrense, aduentitium, vel profectitiũ, ibi. n 6.
Bona clericorũ confiscata cui sunt applicanda ibi n.7.
Bona clericorum ab intestato morientium successores habentcõ sanguineos proximiores ibi in addit.fo.540.

C

Calumniator is dicitur, qui falsa crimina obijcit c.65.num.1.fol.239.
Calumniator clericus, qua pœna puniatur ibi.n 3.

Calumniæ quæ sint excusationis causæ 161.n.4.
Calumniantium variæ pœnæ ibi in addi. fo.24.
Calumniator an ea sententia sit absoluendus qua reus est condemnandus c.65 n.2.fo.235.
Canonicus reuelans capituli secreta, qua pœna puniatur c.103. in addit.fo.431.
Capi quibis deconsecra.dist.4 interpretatur fo.50.
Cap.1.de offici.delega.
Cap Lugdunen.fo.116.col.1.
Cap.cum inhibitio.§.fina.declãde stin.despon.fo.184.
Cap.clericus cap clerici de vita & honestate clerico.
Cap.1.de homi.
Cap.2.de homi.
Cap.i de senten excommu.cap.ii6 n.3.
Cap.rursus.ii.q.3.c.ii6.n.ii.
Cap.ad falsariorum de crimine falsi.c.p ii7 in addit.ioq.474.
Cap.nullus de consecra dist.i.
Cap.excommunicamus.§.qui autem 363.
Cap.cum contumatia de hæretic. lib.6.
Cap.i.de exceptio c.i40.n.i6.
Cap.conquæstus de senten.excommu.c.87.in fine.
Capellaniam obtinens nõ tenetur annum ad sacerdotium promoueri nisi contrarium in fundatione contineatur c.53.n.5.
Capi potest clericus, siue sui Ecclesiastici iudicis prẽceptõ absque inuocatione auxilij brachij secularis c.122.n.3.
Capi non potest laicus a iudice ecclesiastico nisi inuocando auxiliũ brachij secularis 161.eo.ca & in addit.
Capi potest clericus a layco in fragãti crimine repertus 161 in additione.
Captus clericus a iudice seculari statim ecclesiastico iudici remittendus est c.122.
Captus clericus cum ecclesiastico a seculari remittitur, non est ignominiose remittendus ibi fol. 489.col i.
Capi potest clericus a quocunque layco priuato, si in fraganti crimine reperitur c.121.n.5 fo.485. & 488.
Captura clericorum non nisi fidelibus ministris committẽda est c.122.n.2.
Carcer immundus, nec cum secularibus clericis cõstituendus est c.124.n.2.fo.192.
arcer tormentum est 161.n.3.
Carcer pœna quando prodelicto imponitur absque plena probatione constituendus nõ est 161. n.4.
Carceris quis fuerit primus inuentor 161.in addit fol.493.
Carcer est mala mansio & mortiæ quiparatur 161.
Carcer qualis sit constituendus, iudicis arbitrio dependet in addi. fo.494.
Carcere relaxandus est, qui lebiter delinquit 161.
Carcer relaxãdus est sub fideiusso ribus qui pecuniaria pœna puniendus est 161.colu.2.fol.494.
Carcer relaxandus est pauper, qui fideiussorem non inuenit, præstita tamẽ cautione iuratoria 161
Carcare nullus relaxandus est quãdo pœna corporalis infligenda est 161, fo.495.col i.
Carcere publico detinẽdus est clericus nimorum ordinum, litepẽdente circa clericatum c.6.2.n. i.&in c.ii.4.in additione foli. 495 col.2.
Carcerum effractoris qua pœna puniantur

riantur ibi fol. 496.
Caroli Molinei, & quorundam hæreticorum opinio acriter confutatur, fo 561.
Caroli Molinei opinio longe repellitur ibi.
Clericus ratione ecclesiastici beneficij confidentiam requirentis in loco illius domicilium, fortitur c. 10. n. 1. fo. 36.
Clericus excõmunicatus ordines recipiens deponendus est c. 13. n. 1. fo. 39.
Clericus in ordine quem non habent ministrans deponẽdus est, c. 13. n. 3. fo. 38.
Clericus non ieiunus celebrans qua pœna puniatur c. 34. n. 2. fol. 136.
Clericus non ordinatus ministrãs in aliquo ordine in aparatu irregularitatem contrahit cum quo papa solus dispensat c. 12. nu. 4. fo. 38.
Clericus qui multa res sacra, recordatur non esse ieiunum, quid facere teneatur. c. 34. in additi. in verbo celebrari, fo 137.
Clericus qui plures missas in die celebrauit qua pœna puniatur c. 36. n. 2. fo. 138.
Clericus qui sine aqua, igne, velin pane fermẽtato & calice ligneo celebrat qualiter sit puniendus c. 36. n. 1. fo. 139.
Clericus super altari non consecrato celebrans, quam pœnam subire debea. cap. 37. num. 1. foli. 140.
Clericus qui sine vestibus sacris celebrat iuditis arbitrio puniendus est. c. 38. n. 2. fo. 140.
Clericus ob ebrietatem, vel voracitatem, sacramentum euom. ẽs qua pœna puniatur 1. c. 41. num. fol. 148.
Clericus cuius negligẽtia aliquid sanctissimi sanguinis Domini, stillauit in terra, vel altari quã pœnam patiatur. c. 42. num. 1. fo. 148.
Clericus, qui super rebus aptis ad sortilegia celebrat, nepharijs præcibus adhibitis, qualiter puniat. 1. c. 43. n. 1. fo. 149.
Clericus negligens, in custodia sacræ eucharistiæ quæ pœna plectatur. c. 44. n. 1. fo. 150.
Clericus qui rem diuinam ceptam relinquit, qualiter puniatur. ca. 45. n. 1. fo 151.
Clericus, qui rem sacram ceptam relinquit quibus casibus excusari possit, ibi n. 3.
Clericus qui propter impedimentum, sacram rem ceptam relinquid, impedimento cessante potest perficere. ibi n. 4.
Clericus qui horis prohibitis celebrauit iudicis arbitrio punir. debet c. 46. n. 1. fo. 154.
Clericus qui infirmum sibi cõmendatum baptizare nolluit deponendus est c. 47. n. 1. fo. 156.
Clerici seruare tenentur Regiam legem. 19 ti. 1. lib. 5 ordin. noui quę reuenditionem tritici, vel ordei prohibet c. 55. in addit. in verbo ex quibus fo. 202. colu. 1.
Clericus reuendens triticum, vel ordeum contra Regias sanctiones mortaliter peccat. ca. 55. in addit fo. 202.
Clericus reuendens triticum aut ordeum, non est præcisse puniẽdus pœnis Regiarum legum ibi fo. 203.
Clerici obseruare tenentur Regiã legem primam tit. 24. lib. 5. ordin noui fol. 55. in add. fo. 204.
Clerici condemnari possunt ad resarcienda damna illata a suis animalibus sola fide custodiũm ẽtium ibi, in addit. fo. 27. col. 1.

Clerici pro rapta, collectam solue re tenentur quando imponitur pro custodia vinearum vel agro rum in verbo gabel. fo. 206.
Clericus negociator gabellam sol uere tenetur c. 55. in addit fo. 20 8. prima col.
Clericus negociator vt possit com pelli ad solutionem gabellæ an prius ter moneri debet ibi col. 2
Clericus negociator ad solutionē gabella coram iudice ecclesiasticō & non seculari conueniri debet ibi. fo. 209.
Clericus non potest esse minister laycorum c. 57. n. 1. fo. 211.
Clericus non potest esse generalis procurator laycorum, secus in vna causa tantum c. 60. n. 1. fol. 217. & c. 57. n. 2. eo. fo.
Clericus in decem casibus laycorum procurator esse potest inc. 57. in addit in verbo prohibitū fo. 212.
Clericus non potest tabellionis officium exercere c. 58 n. 1. fo. 213.
Clerici qui ante clericatum tabelliones fuerunt possunt post clericatum, vetera instrumenta cō plere ibi n. 3.
Clerici an possint publice audire ius Cæsareum, vel medicinam, c. 59.
Clericus an possit promoueri, ad gradum doctoratus in iure Cęsareo ibi in addit. in fine.
Clericus secularia munera non potest exercere. c. 61. n. 1. fo. 218.
Clericus non potest esse vice rex, vel vice comes Principis secularis, ibi. n. 2.
Clericus pōt esse consiliarius Principis secularis ibi n. 2.
Clericus consiliarius Principis secularis si in officio delinquit an possit ab eo puniri c. 61. in addi. fo. 219.
Clericus interuenire potest in condenda lege, qua pœna mortis infligitur quando non imminet casus propter quem lex condita fuit c. 61. n 3. fo. 218.
Clericus inter laicos potest esse arbiter ibi.
Clerici a seculari iurisdictione exempti sunt c. 61. n. 1. fo. 221.
Clerici post difinitiuam sentētiam fori exceptionem possunt opponere ibi. n. 2.
Clericus nullo modo potest seculare rem iurisdictionem prorrogare ibi n. 3.
Clericus qui coram iudice seculari se laycum esse, fingit potest a suo Episcopo vindicari ibi n. 4.
Clericus qui fori exemptionē opponere distulit expensis est mulctandus c. 62. n. 8. fo. 222.
Clericus pœna pecuniaria quantuncunque lebissima a iudice seculari puniri non potest ibi n. 7.
Clericus prima tōsura imitatus fori priuilegio gaudet ibi n. 9.
Clericus qui pensionem ecclesiasticam obtinet an dicatur habere beneficium ibi n. 10.
Clericus qui præstimonium habet an is dicitur beneficium obtinere ibi. n. 11.
Clericus, qui capellaniam habet an dicetur obtinere beneficium ibi n. 12.
Clerici coniugati an foro ecclesiastico gaudeant ibi n. 13.
Clericatus scriptura probari debet ibi n. 16.
Clericatus an probetur possessione habitus clericalis & tonsurę ibi n. 18.
Clericus qui alium clericum inuitum coram seculari iudice conuenerit, quibus pęnis puniatur, ibi n. 22.
Clericus qui contra Ecclesiā, qua obtinet

obtinet beneficium, aduocatus fuit beneficio priuandus est ca. 63. n. 1 fo. 231.
Clericus an dicta pœna puniatur, si tantum consilium præstitit. ibi. n. 2.
Clericus nouem casibus aduocati officium potest exercere. c. 63. in aditi.
Clericus maledicus veniam postulare cogitur. c. 66. n. 1. fo. 243.
Clericus qui in Romanum Pontificem iniuriosa verba proruperit iudicis arbitrio plectendus est. ibi. n. 2.
Clericus qui verba iniuriosa protulit, ex expressa Regia Hispanorum lege, an teneatur recantare Palidoniam ibi. n. 7.
Clericus iniuriarum actione condemnatus an efficiatur infamis. c. 66. n. 6. fo. 244.
Clerici Histriones qua pœna puniãtur. c. 68. n. 2. fo. 254.
Clerici macellariorum, aut tabernariorum officium exercentes, qualiter puniantur. ca. 69. n. 1. fo. 255.
Clericus qui sordida munera per alium exercet an pœna aliqua sit plectendus c. 62. in aditio. fo. 161. in fine.
Clerici publicis spectaculis interesse non possunt ca. 72. nu. 1. fol. 272.
Clerici interesse non possunt ludis taurorum, nec executionib⁹ damnatorum ibi. n. 3.
Clericus qui celebrando non suscepit corpus vel sanguinem Domini qua pœna puniatur c. 42. in aditi. n. 1. fo. 149.
Clericus qui clandestino matrimonio interficit qualiter puniatur. c. 73. n. 1. fo. 277.
Clericus publicus concubinarius, quis dicatur. c. 79. n. 1. fo. 306.
Clericus publicus concubinarius quibus pœnis puniatur ibi. n. 3. & in adit. fo. 309. 2. colu.
Clericus concubinarius quinque crimina commitit. ibi
Clerici publici concubinarij resa cra audienda non est c. 79. n. 2. fo. 306.
Clericus concubinarius si ex concubina filios habuerit, ad maiorem gradum vel dignitatem nõ potest aspirare ibi in aditi. f. 301i in verbo quod si clerici.
Clericus concubinarius non potest intra propriam domũ, filios illegitimos habere c. 79. in aditi fo. 301i.
Clericus publicus & notorius cõcubinarius, ipso iure suspensus est & celebrans efficitur irregularis ibi.
Clericus, qui de facto matrimoniũ contraxit, qua pœna puniatur. c. 80 n. 2 fo. 215.
Clericus qui sub figura matrimonij virginem violauit, stupri pœna punitur ibi n. 4.
Clericus, qui matrimonium contraxit ipso iure excommunicatus est ibi n. 3.
Clericus minorum ordinum beneficiatus matrimonium contrahẽs ipso iure perdit beneficium ecclesiasticum quamuis matrimonium nullum sit ibi n. 5.
Clericus minorum ordinum, qui per verba de præsenti cũ minori duodecim annorum contraxit an perdat ipso iure beneficium ibi. n. 6.
Clericus minorum ordinum, per matrimonij contractum, perdit regressus & accessus, pensiones & alia iura ad ecclesiasticum beneficium pertinentia ibi in aditi. fo. 119. & c. 80. in aditi. fo. 323. 1. colum.

Clericus in maioribus ordinibus constitutus, qui matrimonium contraxit. suspectus est de hæresis crimine ibi.
Clericus carnaliter cognoscens filiam spiritualem deponendus est c. 82. n. 1. fo. 325.
Clericus qui carnaliter cognouit monialem deponi debet c. 81. fo. 324.
Clericus qui carnaliter cognouit mulierem quam tenuit in sacra mẽto cõfirmationis quã pœnã patiatur c. 82. n. 2. fo. 327.
Clericus qui filiam suæ parrochiæ nullo vinculo spirituali coniunctam carnaliter cognouit, qua pœna puniatur ibi.
Clericus qui copulam carnalẽ habuit cum sua comatre, cui pœnæ subiiciatur ibi.
Clericus qui in sacra confessione mulierem ad libidinem prouocauit ab inquisitoribus hæreticæ prabitatis, noua constitutione punitur ibi in addi. fo. 329.
Clericus propter strupum deponendus est c. 83. n. 1. fo. 330.
Clericus propter incestus crimen deponi debet c. 84. n. 2. fo. 336.
Clericus qui cum aliqua muliere fornicutus fuerit & postea eius consanguineam carnaliter cognouerit an pœna incestus puniatur ibi n. 3.
Clericus adulter deponitur, & in monasterium detruditur c. 85. in addit. fo. 346.
Clericus nephandi crimi nis reus de iure antiquo deponebatur, & in monasterium detrudebatur ca. 86. n. 1. fo. 348.
Clericus hodie propter nephandum crimen realiter degradatur & traditur curiæ seculari ibi.
Clericus Sodomitæ riã occultus & pœnitentia peracta suspensus est ordinis executione & celebrans efficitur irregularis ibi in addit. fo. 344. col. 2.
Clericus sacrilegus deponẽdus est, c. 87. n. 2. fol. 3.
Cleri. vsurarius ab officio & beneficio suspẽdẽd⁹ est c. 89. n. 1. fo. 364.
Clericus actione furti cõdẽnatus infamis efficitur c. 90. n. 2. fo. 365.
Clericus symoniacus qua pœna puniatur. c. 91. fo. 369.
Clericus qui falsum testimonium protulit, punitur depositione & detrusione in monasterium ca. 93. n. 1. fo. 377.
Clericus qui coram iudice seculari falsum testimonium protulit ab eo non potest puniri ibi n. 2.
Clericus homicida deponẽdus est c. 94. n. 1. fo. 383.
Clericus homicida non est ipso iure beneficio priuatus ibi n. 2.
Clericus homicida interim accusatione pẽdẽte beneficio põt renunciare ibi in add. fo. 385.
Clerici homicida renuntiatio pendente accusatione facta a superiori admittenda est ibi.
Clericus homicida accusatione pẽdẽte suos fructus facit ibi fo. 386.
Clericus homicida de nouo nõ potest beneficium acquirere ibi.
Clericus homicida statim perdit ius q⁹od habet per gratiam expectatiuam ibi.
Clericus homicida an possit habilitari ab episcopo ad beneficium obtinẽdũ ibi in eadem additione.
Clericus beneficus qua pœna puniatur c. 95. n. 1. fo. 389.
Clerici parricidæ quæ pœna sit in iure sancita c. 96. n. 1. fo. 398.
Clericus Assassinus multis magnisque pœnis punitur c. 96. n. 1 fo 403
Clericus Assassinus absque degradatione a seculari iudice punitur c. 96. n. 4. fo. 403.

Clericus Assasinus vt possit puniri a iudice seculari, requiritur quod prius declaretur a iudice ecclesiastico Assasinum commisisse ibi in aditio. foli. 405. co. 2.
Clericus Assasinus lite non contestata punitur ibi in aditione.
Clerici criminales causas agitare prohibentur. c. 68. n. 1. fo 407.
Clerici truncatores membrorum facientes vel faciendas iudicantes officio & beneficio deponẽ diſunt c. 99. n. 1 fo. 415.
Clericus an ex delegatione Principis secularis possit in criminalibus causis contra laycos procedere ibi in eodem fo.
Clericus absque labe irregularitatis consulere potest, quod pro aliquo futuro crimine, pœna mortis imponatur ibi foli. 416.
Clericus qui crimen duelli commisit qua pæna plectatur. c. 100. n 1. fo 417.
Clericus qui in personis, rebus, bẽneficijs violentiam intulit quibus pœnis plectatur. ca. 102. n. 1. fo. 421.
Clericus qui condemnatum, a iudicis familia eripuit, quam pœnam importantiatur. ibi.
Clerici violentiam inferentes possunt a Regno expelli ibi in aditione fo. 423.
Clerici schismatici pœna. c. 11.
Clericus apostata quam pœnam patiatur. c. 11. n. 2. fo. 452.
Clericus qui falsitatis crimen in literis Apostolicis commisit seculari curiæ tradendus est. c. 117. n. 1 fo. 472.
Clericus qui falsis literis Apostolicis vtitur officijs & beneficijs priuatur ibi eodem fo.
Clerici conspiratores qualiter puniantur c. 118. n. 1. fo. 475.
Clericus, an dicatur committere crimen læsæ maiestatis c. 119. in adit. fo. 478.
Clericus, qui de suis criminibus gloriatur qualiter puniatur. ca. 119. fo. 479.
Clericus propter quæ crimina tradendus sit curię seculari c. 138. n. 1 fo. 557.
Clericus incorrigibilis quis dicatur. c. 129. n. 2. fo. 557.
Clericus incorrigibilis qualiter puniatur ibi. n 1.
Clericus incorrigibilis qui non potest ab ecclesiastico iudice puniri a seculari comprimi potest. ibi. n. 4.
Clericus non deferens tonsuram, mortaliter peccat. c. 76.
Cõmam nutrire clericis prohibitũ est c. 67. fo. 198. n. 1.
Cõmam nutrire apud antiquos inter molia numerabatur ibi in aditione.
Commam radere symbolum fuit meroris ibi.
Collegium societatis Iesu Cõplutense laudatur fo. 219.
Compositio oficialis Episcopi facta super crimine, an Episcopo præiudicet c. 3. nu. 4. fo 6.
Concilium Tridentinum sess. 23. c. 7. de reformatione interpretati. c. 23. nu. 24. fo. 92.
Concilij Tridentini fo. 11.
Concilium Tridentinum. fo. 60.
Concilij Tridentini fo. 40.
Concilij Triden. fo. 101.
Concilij Tridenti. fo. 123.
Concilij Tridenti fo. 145.
Concilij Tridenti. fo. 162.
Concil. Tridenti fo. 163.
Concil. Triden. fo. 171.
Concilium Tridentinum. fo. 183.
Concilium Tridentinum fo. 205.
Concilium Tridentinum fo. 213.
Constitutio Cæsarauguſtanæ sanctissimæ ecclesiæ refertur. fo. 183.

Concubina clerici etiam coniugata synodo publica fuerit a iudice ecclesiastico puniri potest. c. 79. in aditione.

Concubina clerici an dicatur committere sacrilegium, vel incestum ibi.

Concubina clerici a iudice seculari puniri potest si fuerit publica ibi fol. 212 col. 2.

Concubinarius iuris pœnis plectendus est, nec per appellationem difertur executio, nisi in casu notabili ibi fol. 313. in verbo est tamen.

Consiliarius ciuitatis reuelans secretum qua pœna puniatur. foli. 103.

Coniuges mortaliter peccant, si in ecclesia carnaliter se cognouerint in verbo matrimonium.

Corpore vitiatus non potest ad sacros ordines promoueri. ca. 17. n. 1. fo. 50.

Corpore viciati apud Ethnicos, a suis sacerdotijs longe repellebãtur ibi nu. 3.

Corporis labem qui patitur, sinistram contra se præsumptionem habet ibi in tit. ca. in adit.

Corpore vitiatus si de facto fuerit ordinatus, characterem ordinis recipit ibi n. 5.

Corporis vitium, non ita amplam irregularitatem præstat, sicut antiquitus ibi nu. 6.

Corporis vitium quo ad susceptos ordines quod præstat impedimẽtum ibi n. 7.

Corporis vitium quod impedimentum præstet, iudicio Episcopi relictum est ibi n. 16.

Corpore vitiatus in criminalibus non potest esse testis contra clericum ibi nu. 17. & in capi. 128. num. 4.

Corpora Sanctorũ Iusti, & Pastoris propter maximum temporis sterilitatem publica prouisione gesta fuerunt c. 90. in adit. fo. 368 colum. 2.

Clerici pro simplici fornicatione, non debent deponi, sed alias debent puniri arbitrio iudicis ca. 78. n. 1.

Clericus an a dotis præstatione liberati si prouauerit, quod mulier ab eo corrupta inuenit virũ eiusdem conditionis & qualitatis ac si esset virgo. c. 83. n. 7.

Clericus qui mulierem grauidam sine virginitatis tamen corupcione efecerit an ordinaria huiscriminis strupi pœna sit puniendus c. 83. n. 10.

Collatio beneficij periuris facta an sit nulla ipso iure c. 92. n. 4.

Confessio sacramentalis an matrinij fabore possit reuelare c. 109. in adit.

Capi nemo potest sine causæ cognitione c. 120.

Confessio clerici facta coram laico an sit suficiens ad torturam. ca. 125. n. 8.

Crimen occultũ quoddicatur. c. 126.

Confessio clericorum non verificata quando nocet c. 127. n. 2.

Confessus & conuictus quoad omnia non verificantur c. 128. n. 7.

Clericus excomunicatus ordinem recipiens illo ordine est deponendus, cum quo tantum solus papa dispensat. c. 13. nu. 1. fo. 39.

Crimen omne irregularitatem inducens meretur depositionẽ. c. 33. nu. 2.

Celebrans tempore cessationis a diuinis an sit irregularis ibi n. 134.

Clericus qui rem sacrã ceptam relinquit grauissime peccat c. 45. n. 2

Clericus solus celebrãs deponitur ibi n. 5.

Clericus qui noctu celebrat a peccato

Consuetudo an valeat excusare quem a residentia.c.52.n.2.
Clericij compelli possunt viam publicam proprijs expensis mundare.c.55.in aditio.
Clericus si in prohibita negotiatione delinquitur a iudice ecclesiastico plectendus est ibi.
Clericus per superbenientiam tabelionatus clericatum vel beneficium non amittunt.c.58. n. 4.
Controuersia quæ circa clericatum emerserit per iudicem ecclesiasticum dirimenda est. ca. 62.n.14.
Clericus murmurans qua pœna sit puniendus.c.66.n.5.
Clericij an debeant moneri nominatim vel ingenere vt desistant a vilibus exercicijs.c.69.n.2.
Clericij si sordidissimis oficijs vtantur an puniantur pœna clementi.de vita & 10.cle.

D

Denunciationes corã iudice fieri expedit.c.2.n.1.fo.3.
Decani, siue Archidiaconi in criminalibus causis, non habent iurisdictionem.
Diaconi & subdiaconi asistentes celebrationi ordinum tempore interdicti an irregularitatẽ contrahant. c.32.n.4.fo.127.
Delator debet se ipsum obligare, quod probabit contenta in denunciatione.c.6.n.5.fo.17.
Delator quãdo dicatur probasse vt ab obligatione liberetur ibi.n.6
Delictum leue, graue, vel grauissimũ quod dicatur c.11.n.1.fo.36.
Delictum an debeat puniri secundum statutum loci vbi fuit perpetratũ vel secundum ius commune.ibi.
Didacus Couar. laudatur.fo.198.
Didac. Sando. laudatur.fo.248.
Didac. Sahagun. laudatur.fol.382.
Didacus Episcopus Salonien sis laudatur fo.202.
Degradari non debet clericus, nisi iure expresũ sit.c.140.n.1.fo.562.
Degradari nullus debet sine accusatione ibi.n.2.
Degradationis appellatione, an intelligatur de verbali vel actuali ibi.n.4.
Degradationis realis quæ sit præscripta forma ibi n.5.
Degradationis pœna antiquissima est in Dei ecclesia ibi in aditio. fo.563.
Degradationis forma quæ hodie seruãda sit stante Concil. Trid. ibi in aditio.fo.564.col.1.
Degradatio moribus recepta non est, in clericis minorum ordinũ. c.140 n.3.
Depositionis diffinitio.c.135.nu.1. fo.545.
Deponi non debet clericus nisi iniure exprimatur aut pro magnis criminibus.ibi.n.2.
Depositione quæ crimina digna sunt, iudicis arbitrio relinquitur.ibi.n.3.
Depositus clericus antiquitus in monasterium detrudebatur.ca. 136.n.1.
Depositus clericus adhuc est de iurisdictione ecclesię ibi.& in.c. 139.n.3.
Dilapidator bonorũ ecclesiæ adignitate est remouẽdus.c.71.inaditio.fo.169.& in di.c.n.1.fo.166.
Dilapidator bonorum ecclesiæ octopęnis punitur.c.71.inaditio. fo.169.& per totum.
Dilapidationis criminis procedendi forma.c.71.n.4.fo.167.
Dilapidationis crimine tria specialia in iure statuta sunt.c.71.n.3. fo.166.
Dilapidator bonorum ecclesiæ, si eius sit patronus qua pœna puniatur.c.71.n.2.fo.166.

Diſpenſare vtrum poſsit Epiſcopus cum homicida in verbo homicida aſignati locus huius propoſitionis.
Duellorum grauitas explicatur c. 100. & in aditio fo. 418.
Duellorum grauiſſimæ pœna ſunt ſtatutæ ibi.
Donatio vel melioratio facta filio vt iure meliorationis poſit ſacris ordinibus donari vt reuocari poſsit. c. 18. n. 15.
Donatio vel melioratio dicto modo facta in legitima filij imputãda eſt. ibi. n. 16.
Depoſsitus clericus ab officio celebrans qualiter puniatur. cap. 135. n. 4.
Damni illati eſtimatio ictuvel vulnere qualiter per iudicem faciẽda ſit c. 147. n 3.
Delicta an iure canonico pręſcribantur. c. 147. n. 1.

E

Ebrietas ad ſacrorum ordinũpromotionem inpedimentumprę ſtat. capite. 77. in aditione. folio. 302.
Ebrietas in clericis qua pœna puniantur ibi. capite. 77. numero. 2.
Ebrietas qualiterprobetur ibi. fo. 203.
Eccleſia iniuria afficitur, ex iniuria clericis illata. c. 87. in aditione. fo. 295.
Eccleſia ex coniugali copula polluitur ibi.
Eccleſiarum immunitate, an clerici in maioribus vel minoribus ordinibus conſtituti gaudeant.
Epiſcopi bla. eorum officiales perſe odie de conſuetudine de clericorum cauſis criminalibus cognoſcunt. capite. 3. numer. 6. fo. 6.
Epiſcoporum proprium munus eſt crimina punire. fo. 12.
Epiſcopus an poſsit diſpenſare cum excommunicato ad ordines promoto capite, 13. num. 2. fo. 39.
Epiſcopali dignitate condecorandus quod examen ſubire debeat & quibus qualitatibus debet eſſe condecoratus ibi.
Epiſcopus ordinans illum qui non ſeruauit interſtitia, quandocenſeatur cum illo diſpenſare ibi & in c. 24.
Epiſcoporum conſecratio diebus dominicis & feſtius facienda eſt ibi.
Epiſcopus cum ordinato ignoranter ab excommunicato diſpenſat in aditio. c. 3.
Epiſcopus interdicti tempore ordinis conferens irregularis eſt c. 32. n. 2. fo. 126.
Epiſcopꝰ qui interdictumde reuit & minime obſeruat, irregularis eſt ibi. n. 5.
Epiſcopi & alij ſuperiores intra quod tempus ſint conſecrandi.
Epiſcopi & alij ſuperiores reſidere tenentur & non reſidentiũpęnę in verbo a reſidẽtia inlitera. R.
Epiſcopus an poſsit cum homicida diſpenſare. c. 94. fo. 387.
Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem an poſsit criminales cauſas alteri iudicandas cõmittere.
Epiſcopus nõ poteſt perſonaliter citari, niſi incaſibus quibus eſt deponẽdꝰ. c. 121. in aditio. fo. 484
Epiſcopus inhabilitare poteſt aliquẽ in perpetuum ad beneficia.

Episcopus fiscum habet ca. 43. nu. 2. fo. 570.
Episcopus vtrum possit habere familiam armatam. capi. 160. nume. 23.
Examen ab ordinandis subeundũ est.
Examen seu setutinium, ab ordinãdis faciendum, circa multa versatur in litera O. vbi agitur de additio.
Excommunicatus maiori excommunicatione celebrans efficitur irregularis. capite. 33, numer. 1. fo 118.
Excõmunicatus celebrans irregularis est quanuis non fuerit denunciatus ibi in aditio.
Excommunicatus celebrans irregularis est quanuis iniusta sit excommunicatione ibi in aditio. fo. 129. col. 2 in fine.
Excommunicatus tunc efficitur irregularis quando exercet actũ certo ordini competentem ibi, fo 130. colum. 1.
Excommunicatus celebrans non efficitur irregularis quando legitima ignorantia excommunicationis præcessit ibi in aditione. folio. 131. columna. 1.
Excommunicatus celebrans non efficitur irregularis quando nulla fuit excommunicatio in capite. 33. in aditione. fol. 132. columna. 1.
Excommunicatus post appellationem celebrans etiam si iniusta sit appellatio non est irregularis ibi col. 2.
Excommunicatus Apostolicis literis ob pensionem certo termino non solutam, quando ab irregularitate excusetur, licet celebre ibi. columna. 2. in fine.
Excommunicatus irregularis non est qui mortis articulo, sacramentalem absolutionem impendit ibi. folio. 135. columna. M 1.
Excommunicatus parochus occulte tamen ab posic absque irregularitate sacramentalem absolutionem impendere ibi, colum. 1.
Excommunicatus in more excommunicat one celebrans non efficitur irregularis. capite. 53 nu. 3. fo. 228.
Excommunicatio grauissima pœna semper iudicata fuit. capite. 116. num. 1. folio. 463.
Excommunicationis imago fuit apud Athenienses & Romanos ibi in eodem fo.
Excommunicati a sacris repelluntur ibi nu. 2.
Excommunicatus a mẽsa & sermone excluditur ibi.
Excommunicatis ius petentibus denegatur ibi columna. 2. folio. 464.
Excommunicati minimi ad ecclesiastica beneficia admittuntur. ibi.
Excommunicati a secularibus dignitatibus repelluntur ibi.
Excommunicati impij appellantur capite. 116. folio. 464. columna. 2.
Excommunicati sunt infames ibi in eadem columna.
Excommunicati Sathanæ & malis Angelis traduntur ibi in eadẽ column.
Excommunicati tãquam membra putrida ab ecclesiæ excluduntur ibi in eadem colum.
Excommunicatio horribilis & pertimescenda est ibi column. 2. fo. 465.

Excõmunicatio annalis operatur, vt excommunicatus pro conuicto & confesso habeatur.c.116. fo.466.col.2.

Excommunicatio annalis non inducit beneficiorum priuationẽ ibi.fo.467.col.1.n 5.

Excommunicatus laycus propter pertinatiam a iudice seçulari punitur ibi.n.7.

Excommunicationis pœna pecuniaria, quæ secularibus legibus applicatur iudicibus ecclesiasticis qui excommunicationem protulerunt iuste ab illis percipitur ibi.

Excommunicatio annalis in causa ciuili prolata operatur, vt excõmunicatus habeatur pro confesso ibi.n.9.

Excommunicatio annalis non præcludit viam excõmunicato quin possit suam innocentiam ostendere ibi.n.10.

Excommunicatio annalis suspectum reddit excommunicatum hæresis ibi.n.12.

Excomunicatus qui per annum stetit in excommunicatione licet de hæresi suspectus sit non tamen ab inquisitoribus tanquam hæreticus potest puniri ibi.

Excommunicat⁹ annalis si nolluerit se purgare tanquam pertinax hæreticus puniendus est ibi in libro quarto.dic.n.12.

Excommunicatus etiam lapso anno si voluerit suam innocẽtiam ostendere audiendus est n. 12. folio. 470. 1.column.circa medium.

Excommunicatio quæ vltra annũ durauit induit beneficiorũ priuationem ibi.n.13.

Excommunicatio quæ vltra annum durauit vt locus sit beneficiorum priuationi, quantum tempus post annum debet transire ibi.n.14.

Exilij pœna a iudicibus ecclesiasticis imponitur c.133. numer.1.fo. 543.

Exilij pœna semel per Episcopum vel iudicem ecclesiasticum imposita ab ipso remitti nõ potest ibi n.2.

Exilij pœna de facto imposita ab eodem iudice reuocari potest ibi. n.3.fo.544.

Extrauag.const. Pij Quinti in suo rem societatis Iesu interpretatur.c.50.

Extrauag. Pij secundi, quæ incipcum ad sacrorum latissime interpretatur capi.26.fol.119.columm.1.

Extrauagans Pauli Secundi latissime elucidatur.c. 77.fo.171.

Extrauag. Pij Quinti & Gregorij Decimi Tertij circa agitationes taurorum declaratur fo.60.

Extrauag. Pij Quinti contra clericos Sodomitas nouiter interpretatur in verbo Sodomita.

Extrauag. Pij Quinti, circa formam creandi census ædita in Hispania non seruatur.cap.88.in additio.

Episcopus qui sciens seruũ ordinauit qua pœna puniatur c.1.n 3.

Episcopus illum qui solemnẽ egerit pœnitentiam sciens ordinabit qua pœna puniatur c.23. numer.2.

Episcopus an in irregularitate proposita possit dispẽsare ibi.nu.3.

Eripiens reum a potestate iudicis vel eius ministri aut a carceribus quibus pœnis puniatur. c2. 102.in aditio.

Ex sacrorum canonum institut's membrorum mutilatione aut vltimo supliciopuniri clericus nõ debet.c 141.nu.1.

F

FAlsarij literarum Apostolicarū qua pœna puniantur. capit. 117. n. 1. fo 472.
Falsum commitens in literis iudices delegati qualiter puniatur ibi. n. 2.
Falsarij literarum Regiarum quas pœnas patiantur ibi n. 3.
Fallis literis Apostolicis vtens officijs & beneficijs priuatur ibi. nu. 4.
Falsum committens in literis Apostolicis vnicam literam corrigendo vel punctum ipso iure excommunicationis sententia illaqueatur a solo Romano Pontifice delenda. c. 117. n. 5. fol. 473.
Falsificās literas Apostolicas quā do substantia non mutatur, an pœna ordinaria sit plectendus ibi in aditio.
Falsum committens in literis Nuncij Apostolici vel pœnitentiarię, aut Episcoporum qualiter puniatur ibi in aditio.
Falsum committens in literis Summi Pontificis curiæ seculari tradendus est ibi in aditio. fo. 474.
Falsum committens in moneta Sūmi Pontificis qua pœna puniatur in aditione. fo. 475. 1. colu.
Filij hæreticorum ad sacros ordines minime possunt promoueri c. 23. n. 2. fo. 19.
Filius etiam legitimus in beneficio patri non potest succedere. ca. 68. n. 3. fo. 162.
Filius legitimus diuersum beneficium in eadem ecclesia in qua pater habuit ipse poterit obtinere & vide diferentiam inter legitimum & nō legitimum circa hoc. ibi. n. 4.
Filius illegitimus clerici intra domum patris non potest habitare ibi.
Fiscalis curiæ in principio sui officij iuramentum subire debet c. 4. nu 3. fo. 11.
Fiscalis curiarum Ecclesiasticarū ex decreto Concilij Prouincialis Toletani sacerdos constituēdus est vel qui intra sex menses ad sacerdotium possit promoueri & promoueatur in verbo ordines.
Fiscalis officium sub annuo censu non debet locare. c. 4. n. 2. fo. 12.
Fiscalis a iudice creatus loco ipsius officij succedit. c. 5. n. 1. fo. 16.
Fiscalem creare potest quilibet merum imperium habens ibi.
Fiscalis ex communi curiarum stillo crimina non notoria potest denunciare. c. 6. n. 2. fo. 17.
Fiscalis de quocūq; crimine potest clericū accusare. c. 11. fo. 21.
Fran. Arganda Chonchensis inquisitor laudatur. fo. 252.
Furtum magnum an pœna mortis puniatur. c. 90. in aditio. fo. 368. i colum.
Filius vt naturalis dici possit istorū regnorū quæ requirātur ꝙ 54. numer. 37.
Fama an probetur per layços contra clericos. c. 118. n. 6.

G

Gabella a clerico negotiatore solueda est. c. 55. fo. 206. in aditio.
Gabella vt solui debeat a clerigo negociatore an prius termoneri debeat ꝙ desistat a negociatione ibi.
Gabella a clerico negociatore petēda est corā ecclesiastico iudice non coram seculari ibi.
Gabella siue tributum de quo in l. 5. ti. 7. p. 5. quando a clericus solui debeat ibi.
Gabellā in debitā a clericis exigētes quibus pœnis puniātur. ibi.

Gabellarij siue publicant vt in plurimum ad malum sunt audacissimi ibi.
Gregorius Lupus laudatur in multis partibus libri huius.

H

HAbens plura beneficia residentiã requirentia totidẽ habent domicilia.c.10.n.2.
Hispaniarum Reges minime in sua ampliſsima domo, sanguine infectos recipere consueuerunt ca. 23.n.15.fo.88.
Hispaniarum Reges, eorumque suprema tribunalia cognoscere possunt per modum (vt dicunt) violẽtiæ in causis spiritualibus. c.102.in aditio. fo.423.col.2.
Hispaniarum Reges & alij Principes Christiani orbis, an de vi illata in possessione beneficiorũ semotis priuilegijs cognoscant.c.54.n.22 fo.187.& in ca. 102.in adition fo.424.
Hispaniarum Reges & suprema tribunalia, Episcopos & iudices, ecclesiasticos vim inferentes in suis regnis, nisi desistunt possũt expellere & illos priuare rerum temporalium amissione ibi in aditione fo.426.
Hispaniarum suprema tribunalia in causis violentia expensis possunt multare ibi.
Hispaniarum suprema tribunalia nõ cognoscunt per modum violentiæ in causis criminalibus vel ciuilibus expectantibus ad inquisitores vel iudices bonorum cõfiscatorum ibi fo.427.col.1.
Hæreticus quis dicatur ca.114.nu. 1.fo.456.
Hæreticus est ipso iure beneficio priuatus ibi n.2.
Hæreticus clericus est degradandus & tradendus curiæ seculari ibi nu.3.
Hæreticorum bona confiscantur, & quibus post confiscationem applicentur ibi.n 4.
Hæreticus rediens ad fidem an recuperet beneficium.c.115.n.1.
Hæretico collatio beneficij facta nulla est ipso iure ibi.
Hæreticorum filij & eorum receptatorum ipso iure beneficijs priuantur.in ca.114.in adition.fol. 458.
Hæreticorum traditio curiæ seculari, die festo fieri potest ibi colum.2.
Hæreticus qui perpetuo carceri mancipãdus est an prius debeat degradari ibi in ea adition.fol. 459.col.1.
Hæretici qui ad fidem redduntabiurare hæresim debẽt & ibi multa de abiuratione.
Hæreticorum bona in hispania ad fiscum regiũ pertinent.c.114.in aditio.fo.460.col.1.
Hæreticorum bona immobilia in Regno Frãciæ ad Regem veldominum temporalẽ spectant mobilia vero ad episcopum ibi in adite.fo.460.
Hæreticus ad fidem reddens perpetuis carceribus est mancipãdus ibi & in ea aditio.
Hæres qui tacitam fidem præstitit de restituenda hæreditate in capaci omni hareditatis cõmodo priuatur c.64.n.1 fo.234.
Hæres quomodo dicatur accommodare testatori tacitam fidẽ de restituenda hæreditate incapaci & quibus videatur inductũ tacitũ fidei commissum ibi.n.2.
Hæres qui interrogatur â iudice vtrum tacitam fidem dederit de restituenda hæreditate in ea paci an teneatur respõdere ibi n.3.

Hæres ſcriptus, an teneatur data tacita fide, de reſtituendis bonis meapaci illa reſtituere vel adfiſcum deferre ibi n.4.
Hæres qui tacitam fidem teſtatori dedit & iuramento promiſit nō reuelaturum an teneatur vocatus a iudice veritatem manifeſtare ibi n.5.
Hæres ſcriptus qui tacitam fidem teſtatori dedit vtrum ſalua conſcientia ante condemnationem ea bona poſsit retinere ibi, in additio fo 236.col.1.
Hæres qui tacitam fidem dedit nō ſolum bona hæreditaria, ſed illorum fructus reſtituere tenetur ibi in additio.fo.237.
Hęres qui non tacitam ſed expreſſam præſtitit fidem de reſtituenda hæreditate meapaci non fiſco, ſed hæredibus ab inteſtato reſtituere tenetur ibi in addit. o.238.in fine.

I

Illegitimi apud ethnicos honoribus & dignitatibus indigni iudicabantur.c.14.n.1.fo.41.
Illegitimus non poteſt ſacris ordinibus inſigniri ibi n.2.
Illegitimus ſi de facto fuerit ordinatus characterem ordinis recipit non vero exequtionem ibi, n.3.
Illegitimus ante obtentam diſpēſationem celebrans nouam irregularitatem non contrahit ibi, num.4.
Illegitimi ſępe numero legitimos antecellunt ibi in addi fo.42.
Illegitimi fuerunt viri præſtantiſſimi ibi.
Illegitimitatis vitium occultum an impedimentum præſtet adſacrorum ordinum perceptionē, ibi.
Illegitimitatis irregularitas, tantum a Pontifice maxime diſpēſatione conceſſa deletur ibi.
Illegitimitatis irregularitatis per ingreſſum religionis tollitur, ibi.
Illegitimus per ingreſſum religionis ā efficiatur legitimus quoad ſucceſsionem bonorum parentum ibi fo.44.
Illiteratus non poteſt ad eccleſiaſticos ordinis promoueri c 21.n. 1.fo.73.
Illiterati diſpenſatione obtenta, non poſſunt ordinibus inſigniri ibi n 2.
Illiterato ſi beneficij collatio facta fuerit nulla eſt ibi numero, 3.
Illiterati penitus qui dicantur, ibi num.7.
Illiteratus beneficio priuandus eſt ibi n.4.
Illiterato ſi literæ Roma. Pont. ad conſequendum beneficium cōceſſæ fuerint non ſunt obtemperandæ ibi n.5.
Illiterato beneficium conferens dā num Eccleſiæ illatum reſarcire tenetur ibi n.6.
Illiteratus ſi de facto fuerit ordinatus characterem ordinis recipit in capitulo 21. numero 2. folio 74.
Incarceratus iniuſte ſine expenſis eſt relaxandus c.120.in additio. 2.col.
Incarceratus iniuſte nō poteſt pro alio delicto in carceribus detineri ibi.
Incarceratio maturo conſilio faciēda eſt.c.20.in addit.fo 482.
Incarceratio clericorum, vt iuſte fiat quæ præcedere debent ibi, & c.124.n 1.
Incarceratus non præcedenti informatione abſque aliqua impenſa relexandus eſt ibi.

Incarceratio in causis fidei qualiter fit facienda ibi in addit. col. 2. fo. 482.
Incarceratio aut relatio iudicis arbitrio facienda est ibi.
Incarceratio absque exacta crimi nis informatione fieri pōt quando periculum esset immora ibi.
Incarcerari non debet clericus pro læbi crimine, sed solum personaliter citandus c. 121. nu. 1. fol. 493.
Incestus diffinitio c. 84. numer. 1. fo. 336.
Incestuosi qua pœna puniantur ibi in addit. fo. 341.
Incestus crimen committentes an liberentur propter ignorātiam ibi.
Indiciorum copia an ante confessionem reo danda sit c. 126. n. 5. fo. 504.
Ingerens se in actibus clericorum cum non sit est falsarius c. 12. n. 2 fo. 38.
Ingressus ecclesiæ prohibitus quādo celebrantem faciat irregularem c. 129. n. 1. fo. 523.
Ingressus ecclesiæ prohibitus non tollit iurisdictionem ibi in additione fo. 524.
Ingressus ecclesiæ, cui prohibitus est ingredi potest quando diuina munera non celebrantur ibi col. 1.
Ingressus ecclesiæ prohibitus non inducit priuationem sepulturæ c. 129. in fine.
Inquisitionis officium a Beato Dominico initium suscepit in Hispania, c. 114. in addit. fo. 460. colum. 2. in fine.
Inquisitionis officium clericus secularibus concessum fuit a Ferdinando Aragoniæ & Castellæ Rege ibi col. 1. fo. 461.
Inquisitionis constitutiones & decreta Cardinal. Mendocius prudentissimorum virorum consilio composuit ibi.
Inquisitionis generalis summum prętorum (quod fidei catholicę propugnaculum est) in Hispania in curia Regis residet ibi.
Inquisitor generalis semper apud Hispanos vnus ex summis præsulibus creatur ibi. fo. 460 col. 2
Inquisitores semper creantur in Hispania viri integerrimi & eruditi ibi.
Inquisitores non tenentur secularibus iudicibus acta processus ostendere c. 141. in additio. fol. 567 col. 2
Inquisitorum sententiæ in Hispania statim a iudicibus secularibus executioni traduntur ibi in eadem addit. & fo.
Inquisitores hæreticæ prabitatis, quando contra sortilegos iurisdictionem habeant c. 107. & vere c. 108.
Inquisitores contra illum qui alterō coniuge viuente matrimonium contraxit iurisdictionem habent & quæ pœnæ ab illis sūt imponendæ c. 80. in addit.
Inquisitores procedunt contra clericum, qui matrimonium contraxit cum de fide suspectus sit, ibi.
Inquisitores vtrum iurisdictionem habeant contra laycos qui tanquam clerici diuina munera celebrarunt ibi.
Inquisitoris iurisdictionem obtinent contra illos qui sacris literis abutentes, libellos cōponūt, quos pasquines appellant c. 110. in addit. fo. 450. 2. col.
Inquisitores habere possunt familiam annatam c. 160. n. 24.
Inquisitores inuocare possunt auxilium sæculare in eo cap.

Inquisitor generalis, solus iniuit, commutat pænam perpetui carceris c.124.
Inquisitor generalis, tollit habitū pænitentiæ quamuis delinquēs in perpetum condemnatus sit. c.160.
Inquisitorum & sancti officij consultores, aduocati, notarii, custodes, familiares, & cæteri ministri quocūque tēpora arma deferunt ca.160 num.26.&.27.
Inquisitorum, & sancti officij familiares quibus qualitatibus ornati esse debent ibi n.28.
Interdictus sacris quando celebrās efficiatur irregularis c.129.n.1. fo.253.
Intrusus in beneficio quis dicatur c.49.n.1.fo.164.
Intrusus in beneficio curato, ipso iure eo priuatus est ibi nu.2.
Intrusi in beneficio non valet impetratio nō facta mentione præteritæ intrusionis ibi in aditio. litera B.1. col. fo.165.
Ioan. Bernar. Diaz de Luco laudatur cap.126.in aditione.fo.517. col.1.
Irregularitas iure Pontificio statuta est contra clericos coram secularibus magistratibus, in causis capitalibus accusantes c.89. n.3.fo.407.
Irregularitas, nulla contrahitur in sacræ inquisitionis tribunalibus.ibi.
Irregularis non est iudicandus qui scindit auris cartilaginem c.99 fo.417.
Irregularis, non est qui abscindit mamillam mulieris ibi fo.eodē.
Iudex, ex proprio officio procedens infamia præcedente cogere potest reum ad iurandum de veritate dicenda.c.5.n.2.fo.16.
Iudices ecclesiastici contra exemptos sua iurisdictionem turbantes vel impedientes iurisdictionem habent ibi.
Iudex ecclesiasticus minime debet permittere clericum sine delatore de occulto crimine accusari.c. 6.n.4.fo.17.
Iudices ecclesiastici non debent ad clericorum capturam sine informatione procedere. capi.6.nu. 7.fo 17.
Iudex ecclesiasticus accusare volē tibus, terminum præfigere debet c.6.n9 fo.19.
Iudex ecclesiasticus defficiente iure canonico, a duis Regni & nō adiuile confugere debet c.144. in aditione fo.579.co.1.
Iudex ecclesiasticus qui negligens fuit in reiudicando clerico a seculari iudice detento, grauissime puniendus est ca.6.2.fo.8.foli.222.
Iudex ecclesiasticus non potest inhibere secularem, absque præuia causæ cognitione circa clericatum ca.6.2.n.15.fo.226.
Iudex ecclesiasticus litependentē percipere potest iudici seculari ne lite pendente in causa procedat c.6.2 n.11.fo.221.
Iudex ecclesiasticus cōtra laycos merces deprauatas vendentes, procedit c.69.in adit.fo.160.2. col.in fine.
Iudex ecclesiasticus punit sacrilegos in verbo sacrilegios.
Iudex ecclesiasticus an lusores laycos possit puniri c.70. in aditi. fo.164.
Iudex ecclesiasticus punit laycos concubinarios & quibus pænis c.79.& in aditio.
Iudex ecclesiasticus concubinam publicam clerici punit ibi foli. 221.
Iudex ecclesiasticus in cæstuosos

laicos puni, c.82. & 84.
Iudex ecclesiasticus punit laycos adulteros & quibus pœnis c.85
Iudex ecclesiasticus Sodomitas punit c.86.
Iudex ecclesiasticus punit laycos exercentes contractus prohibitos quos mohatras appellamus & qua pœna c.88. in addi.
Iudex ecclesiasticus punit laycos per viros c.92.
Iudex ecclesiasticus punit laycos coram illo litigantes contumelioſa verba in illum proferêtes, c.93. in addit. fo.382.
Iudex ecclesiasticus laycos percussores clericorum punit c.87. in addit. fo.395.
Iudex ecclesiasticus non potest facultatem clericis concedere vt in criminalibus causis coram secularibus iudicibus proferant testimonium c.98.nu.26. fo.414.
Iudex ecclesiasticus punit laycos sortilegos & qua pœna c.107.
Iudex ecclesiasticus laycos blasphemos punit c.110.
Iudex ecclesiasticus punit laycos, qui sine ordinibus sacra ministrare sunt ausi c.87.
Iudex ecclesiasticus laycos pertinaciter in excõmunicatione permanentes punit c.116.n.7.
Iudex ecclesiasticus qui innocentem clericum capere fecit puniendus est c.20.n.2.
Iudex ecclesiasticus an possit clericos ad trirremes condemnare c.143.n.3.fo.573.
Iudex ecclesiasticus an mithrationis pœna vti possit c.143.n.2.
Iudex ecclesiasticus an possit reos laycos capere & in prium carcerem mittere c.122. in additio. fo.487.
Iudex ecclesiasticus seculare auxilium implorat c.160.n.1.fo.594.
Iudex ecclesiasticus an inciuilibus controuersijs possit contra laycos proprias sententias capiendo pignora exequi c.160. nu.7. fo.595.
Iudex ecclesiasticus an possit clericum condemnare in quantitate aliqua ex qua soluatur salariũ fiscali, aduocato, aut notario curiæ c.1.n.8.
Iudex inferior ex causa pœnam legalem potest minuere c.144 in addit. fo.578.
Iudex quando a iure communi recedit an debeat in sententia causam exprimere cap.144. nume. 2.fo.576.
Iudex compellere potest reum ad iuramentum præstandum de veritate dicenda c.16. in addi.
Iudex originis an procedere possit contra subditum ob delictũ alibi commissum c.8.n.2.fo.30. & c.9.n.1.fo.31.
Iudex secularis non potest clericũ absentem condemnare pœna pecuniaria apud Hispanos, dicta del desprez.
Iudex secularis an teneatur sententiam iudicis ecclesiastici sine causæ cognitione exequi c.141.n.2. fo.564.
Iudex secularis statim, sine mora inquisitorum sententiã tradere debet executioni c.142 in addi. fo.166.1 col.
Iudex ex officio suã qualibet causa criminali post testium publicationem pro reo, & contra reum potest testes examinare c. 161.n.1.fo.510.
Iudex ex proprio officio rationem damnorum habere potest ibi, num.2.
Iudex etiam officio eius nõ implorato pœnam minuere potest ca. 144.n.1.fo 576.

Iudex ex eius officio accusatorem criminosum potest repellere, ibi.

Iudæi antiquitus in Hispania in eo latum habuerunt & iustissimis causis ab ea fuerunt expulsi ca. 23.n.9.fo.84.

Iudæi vel alterius sectæ in Hispaniarum regnis non possunt manere ibi.n.10.

Iudaiça macula infesti, vt in plurimum malis moribus corrupti sunt ibi n.12.

Ex Iudæis descendentes, vel ex alia infecta familia a collegijs, cõ fraternitatibus & ab alijs societatibus iustissime repelluntur, ibi n.11.

Apud Iudæos & Ethnicos nullus ad sacerdotium promouebatur, qui labem generis pateretur ibi num.13.

Ius Regium apud Hispanos ius cõmune appellatur c.144. in addi. fo.578.col.2.

Irregularitas licet contrahatur in casibus ipso iure, pœna tamen depositionis qua irregulares puniuntur imponitur per sententiam c.33.n.4.

Instítutus sacerdos in Ecclesia in qua pater eius ministrauit ab ea est amouendus c.48.n.2.

Incitatione causa a iudicibus exprimenda est c.121.n.2.

In quibus casibus fieri possit citatio personalis, ibi n.3.

Inferior a Papa cũ causa potest inhabilitare aliquem ad beneficia etiam in perpetuum c.131.nu.7.

Iura retenentur compurgatores & ibi multa circa compurgatores c.148.n.3.&4.

Iudices seculares suum auxilium inquisitoribus denegantes grauissimis pœnis plectendi sunt, c.160.n.29.

L

Laici clericos accusare nõ possunt c.4.n.1 fo.12.

Laici clericos accusare possunt in decem casibus, qui scribuntur, ibi.

Laici diuina munera celebrantes, quam pœnam patiuntur ibi.

Laicus quidam Compluti finxit se clericum esse vt duas missas celebraret & qua pœna fuit punitus ibi inscribitur.

Laicus in criminali causa contra clericum testis esse non potest, c.28.n.1.fol.519.

Laicus legitimus est testis contra clericum in criminali causaquã do veritas aliter non possit probari ibi n.2.

Laicus legitimus est testis contra clericum in notorio crimine, nec non in crimine hæresis, læse Maiestatis, & Symoniæ ibi, num.3.

Laici an admittantur ad probandam famam contra clericos, ibi num.6.

Laicus qui coram seculari iudice clericum conuenit causam perdit c.62.n.27.fo.231.

Lex oratio ff de sponsal. interpretatur fo.186.

Lex diffamari C. de ingenu. & manumi. fo.22.

Lex fina. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt interpretatur.

Lex penu. ff. de Senator. interpretatur c.54.n.36.

Lex filios. C. de muni. origi.

Lex 6 tit.22.par.4.fo.69.

Lex 25.tit.3.lib.1.ordinamenti noui c.54.n.21.fo.186.

Lex 5.tit.6.lib.1.ordinam.noui.ibi eodem numero & folio.

Lex 25.tit.7.lib.1.ordinamenti noui, ibi n.30.

Lex 1.&2.tit.5.lib.8 ordinament. noui,

noui.fo.367.
Lex 1.& 5.ti.3.li.1.ordi.noui.fo.11
Lex.5.tit.7.parti.5.c.55 inaditione.fo.208.1.colum.
Lex.7.tit.4.lib.1.ordinamenti noui.c.62.n.20.fo.228.
Lex.1.ti.9.p.7.c.66.fo.246.co.2.
Lex 1.tit.19.parti.7 fo.202.& 246.
Literę dimissorię (quas vulgo reuerendas appellant)abtine multis sæculis receptæsunt.c.24.& 25.& 26.vbi tractati de ordinationibus.
Literæ dimissoriæ quam formam obtinere debent ibi.
Literæ dimissoriæ ab Episcopo originis domicilij vel beneficij sunt concedenda ibi.
Literæ dimissoriæ cõcedi possunt ab episcopo electo & confirmato nec desideratur quod sit conseruatus ibi.
Literæ dimissoriæ a solis episcopis & non ab Abbatibus mittendę sunt ibi.
Literas dimissorias non tribuit capitulum sede vacante,nisi intribus casibus ibi.
Literas dimissorias non mittit Archiepus subditis suffraganeorum ibi.
Literæ dimissoriæ morte concedẽtis minime sperant ibi.
Literis dimissorijs non concessis intribus casibus ordinari quis potest ab alieno episcopo ibi.
Literis dimissorijs nõ cõcessis qui ab alieno episco.fuerit ordinat' qua pœna puniẽdus sit ibi.
Literis dimissorijs minime cõcesis nec minores ordines aut tonsura potest conferri ibi.
Literas alienas apertas & eas aduersario ostendens in falsi crimen incidit c.103.n.1.fo.429
Literæ delegatorum Apostolicæ sedis ante illarum executionem in Hispaniarum Regnis a summis senatoribus examinantur c.54.n.19.fo.186.
Literæ Apostolicæ inderogationẽ iuris patronatus Regijvel priuatorum in Hispania minime executioni traduntur donec sumus Pontifex consulatur ibi.nu.20.
Ludus taxillorum clericis prohibitus est c.70.n.1.fo.261.
Lusor clericus qua pęna puniatur ibi.
Lusor clericus etiam transactisduobus mensibus Hispaniarum legibus statutis a iudice ecclesiastico puniri potest ibi n.3.
Lusor clericus iuuente superiore quæsita in ludo restituere tenetur nec corandum est an tẽpus Regiarum constitutionum transactum sit ibi.n.4.
Ludus taxillorũ an clericis liceat ibi.
Ludi quã plurima mala ibi in aditione.
Lusor clericus quapœna in Archiepiscopatu Toletano puniatur ibi in aditio.
Lusor taxillorum quibus pœnis in Hispaniarum Regnis sit plectendus ibi in aditio.
Ludo perdita ab scholari restituenda sunt quanuis terminus Regijs cõstitutionibus præscriptus effluxerit quod Salmãticensis Acçademia obseruat ibi in aditio.

M

Malefactorẽ eripiẽs a iudicis potestate qua pæna puniatur.
Malum nomen siniſtram suspitionem generat.
Manus in seipsum inijcere nunquam nec obseruandam castitatem licuit.c.7.n 10.fo.53.
Maritus si post adulterium a mulie re com-

re commissum, eam carnaliter cognouit ea mortua non potest ordinibus insigniri.
Martinus Bustos sacrorum decretorum professor Salman. Academ. laudatur fo. 181.
Matthæi locus cap. 19. explicatur.
Matrimonium clandestinum dupliciter perpenditur c. 73.
Matrimonij forma quæ hodies seruanda sit ex decreto Conci. Triden. c. 73. in addit. fo. 179.
Matrimonij substantia minime sũt monitiones quæ decret. Concilij Tridenti. desiderantur ibi in eodem c. in additione.
Matrimoniũ licet valeat sine monitioni 69. Parrochus, qui eas omisit grauiter peccat ibi.
Matrimonium coram Parrocho, testibus celebratum valet quanuis Parrochus nullis verbis vtatur ibi.
Matrimonium coram Parrocho, & testibus celebratum valet licet Parrochus disentiat & contradicat ibi.
Matrimonium coram Parrocho, celebratum ab ordinario interdictum est, ne aliquos matrimonio coniugat an validum sit ibi.
Matrimonium celebratum coram Parrocho qui non est proprietarius, sed vicarius qui ad nutum ordinarij potest remoueri, an validum sit quando ordinarius a principio prohibuit ibi.
Matrimonium celebratum coram Parrocho, qui per vim, vel metum interuenit vtrum sit validum ibi.
Matrimonium celebratum coram Parrocho, qui nec vidit, nec audiuit quæ agebantur an firmitatem obtineat ibi.
Matrimonium celebratum coram Parrocho, qui præter spem & aliud agens audiuit verba matrimonialia an sit iudicandum legitimum ibi.
Matrimonium contra formam Cõcilij Trident. contractum nullũ est valide tamen postea contrahi potest ibi.
Matrimonium contrahentes contra Concil. Trident. grauissime peccant & quibus pœnis puniẽdi sunt ibi.
Matrimonium celebratum a Parrocho extra opidum & propriã Parrochiam inter subditos validum est ibi.
Matrimonium ab alieno sacerdote celebratum, vt firmitatẽ obtineat proprij Parrochi expræssa licentia desideratur, nec tacita sufficeret ibi.
Matrimonium ab alieno sacerdote celebratum vt validum sit licentia proprij sacerdotis præcedere debet nec sufficeret quod postea sequatur ibi.
Matrimonium quando coram proprio Parrocho dicatur celebrari & quis dicatur proprius Parrochus ibi.
Matrimonium contra formam decreti concil. Trident. contractum non debet ab ordinario in sententia proferenda de nouo irritari sed declarari nullũ & nullum a principio fuisse ibi.
Matrimonium impediẽtes siue clerici siue layci fuerint grauiter puniendi sunt ibi.
Matrimonium vt legitime contrahatur, sine monitionibus in casu Concilij Tridenti. generalis Episcopi vicarius dispensare potest ibi.
Matrimoniũ vt sine monitionibus contrahatur, quæ sint iustæ dispendi causæ ibi.
Matrimonij forma diffinita in decreto

creto Concil. Tridenti. non extenditur ad sponsalia defuturo, ibi.
Matrimonium a principio nascentis Ecclesiæ, clericus interdictú fuit c. 80. in addit. fo 318.
Matrimonium nec apud Barbaros & incultos homines contrahi licebat illis qui templationi, & Dei ministerio dicati erant ibi.
Matrimonium monachis semper fuit prohibitum ibi.
Matrimonium contractum a religiosis post societatis Iesu, post tria vota emissa quandiu in ipsa societate fuerint nullum est, c. 80 fo. 319.
Matrimonium qui contraxerit dimissa vxore qua pœna puniatur c 73. & in addit.
Matrimonium secundum contrahens viuente coniuge ab inquisitoribus punitur & quibus pœnis fo. 321.
Matrimonium secundum contrahens viuente coniuge minime est ipso iure excommunicatus, ibi & in c. 74. fo. 193.
Matrimonium secundum contrahens quibus pœnis Hispaniarum Regnis puniatur, ibi in additio.
Matrimonium quoad thorum separatur propter nephandum crimen ibi.
Medicus salarium publicum habẽs potest absponte dantibus oblata recipere.
Membrum quod proprie dicatur, cap. 17.
Membrum abscindens culpa suair regularis est & ex eius defectu a sacri ordinis ministerium non impediatur cap. 17. num. 8. fo. 52.
Missa vnica a clerico celebrãda est c. 35 n. 1. fo. 138.
Missas plures ex quibus causis eadem die clerico celebrare liceat ibi in additione col. 1. fo. 139.
Missam priuatis domibus non licet celebrari c. 39. n. 3. fo. 142.
Missa si in priuato loco celebretur qua pœna clericus celebrans sit puniendus c. 39. n. 2. fo. 142.
Missa post concilium Tridẽtinum ante lucem non debet celebrari nec valet consuetudo in contrarium c. 46. n. 2.
Missam ante diẽ ex causa celebrare licet ibi.
Missa vsque ad quam horam, post meridiem possit celebrari, ibi num. 4.
Missa audienda non est a clerico & notorio concubinario ibi.
Monialem carnaliter cognoscens quatuor crimina committit 81. fo. 224 n. 1.
Monialem carnaliter cognoscens an de vno quoque crimine segregatim possit accusari, ibi in addit fo. 226 col. 1.
onialem carnaliter cognoscens a simplici sacerdote minime potest absolui, quia absolutio episcopo reseruata est ibi colum. 1. in fine.
Monialem carnaliter cognoscens quibus pœnis in iudicio sæculari & in Hispaniarum Regnis puniatur ibi in additio. fo. 226. columna 2.
Monialem carnaliter cognoscens Mediolanensi dominio & Italiç prouincijs pœna mortis punitur ibi.
Mortus qui in puteo vel alio simili loco reperitur non ex eo signali non probetur priuandus est Ecclesiastica sepultura cap. 17. 11. 13.
Monoculus irregularis est, ibi numer. 14.
Mutanda non sunt quæ certam interpretationem habuerunt cap.

23. numero 16.
Missarum solemnia non nisi in locijs, ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit celebrãda sunt c.39.n.1.
Mediator criminis dicitur eiusdem criminis perpetrator. c.56.n.2.
Monitio an requiratur ad incurrẽdam pœnam venationis cap 67. num.4.

N

Negociatio multis nominibus clericis est interdicta c.55.nu.1. & in additione.
Negociatio clericis interdicta est, quando ipsi personaliter exercent ibi in additio. litera A. fol. 197.
Negociatio clericis interdicta nõ est quando subest necessitas in dict. additione fol.198.2.colum.
Negociator clericus quis dicatur, ibi in dic. addi. & fo.
Negociator clericus minime dicitur qui fructus sui beneficij vel perceptos ex proprijs fundis vẽdit in dic. additione fo.199 1.col.
Negociator clericus qui in negociationis munere delinquit, a iudice ecclesiastico puniri debet, ibi in dict. additione & fol.
Nephandi criminis grauitas vide in verbo Sodomia in c.86. & in addit. fo.249.
Nephyti qui dicantur c. 23. num. 1 fo.80.
Neophytus non potest sacris ordinibus insigniri ibi n.2.
Neophytus quando ad ecclesiasticos ordines potest promoueri ibi n.7.
Neophytus contra christianum testis esse non potest ibi n.5.
Neophytus is dicitur qui nuper religionem ingressus est ibi nu.8. & num.25.
Neophytis officia secularia interdicta sunt c.23.n.3.fo.80.
Nobilis non recantat Palinodiam c.6. in addit. fo.248.1.col.
Notarius an pro ordinis instrumẽto mercedem aliquam possit recipere.
Notarius vide late in verbo tabellio.
Nuptiæ secundæ minime possunt benedici c.74.
Nuptias secundas si clericus benedixerit qua pœna puniatur ibi.
Nuptiæ benedicendæ non sunt tẽporibus ab ecclesia prohibitis, ibi.
Nuptias prohibitis tẽporibus clericus benedicens qua pœna puniatur, nec non contrahitur i. i in additio. fo.194.
Naturalis per decem habitationẽ, quis censetur c 54.n.33.
Naturalis vt quis dicatur quæ desiderentur ibi nu.35.

O

Obligati ad publica ratiocinia nõ possunt ordinari c.20.n.1.fo.70.
Obligati ad priuata ratiocinia sacris ordinibus possunt insigniri c.20.n.3.fo.71.
Obligatus ad publica ratiocinia præstita fideiussione potest ordinari ibi n.6.
Officia curiarum ecclesiasticarum non possunt locari.
Officium diuinum à clericis recitandum est non recitantium pœna c.54.n.1.fo.194.
Officium diuinum non recitans fructus restituere tenetur eo capi. & fo.
Officium diuinum dicere tenentur clerici quanuis in publicis gymnasijs literis incumbant, ibi in eodem cap. in additio. fo. 195. 2. colum.
Officiales Episcopi quis dicatur, cap.3.

Officialis Episcopi in quo a vicario generali differat cap. 3. n. 1. fol. 6.
Officialis Episcopi, vt corrigere & punire crimina possit potestas expressa sibi est demanda ibi nu. 2.
Officiales Episcoporum per seipsos iam de clericorum causis criminalibus cognoscunt ibi.
Officiales Episcoporum ex generali mãdato inquirere possunt. c. 3. n. 3. fo. 6.
Officiales infames vel criminosi a denuntiatione repelluntur. c. 6. n. 1. fo 17.
Officia sæcularia Neophytis sunt prohibita. c. 23. & in aditio.
Offensus si dixit se nolli accusare an postea accusare volens sit audiendus c. 6 n. 10. fo. 20.
Ordinari nullus debet per saltum c. 4. n. 1. fo. 93.
Ordinatus per saltum ordinis caret executione ibi. n. 2.
Ordinatus si aliquis fuerit per saltum an possit cum eo episcopus dispensare ibi. n. 3.
Ordinatus in maioribus ordinibus & eorum titulum ostendens in minoribus legitime ordinatus præsumitur ibi in aditione. fol. 97.
Ordinatus per saltum charasterem ordinis recepit non vero ordinis executionem ibi in aditio. fo. 98 in verbo caracter.
Ordinari nullus potest absque mortali crimine non suscepto confirmationis Sacramento ibi in aditio in verbo ordines fol. 95.
Ordinari nullus debet furtiue & quis dicatur. c. 25. n. 1. fo. 99.
Ordinatus furtiue quę pœna puniatur ibi. n. 2.
Ordines ecclesiastici diuersis diebus sunt conferendi ibi in aditione in verbo, vna eadem die. fo. 100.
Ordinatus extra tempora vel ante legitimam ætatem vel ab alieno episcopo ordinis executione suspendendus est. ca. 26 nu. 1. fo. 107.
Ordinatus aliquo de prædictis tribus modis hodie ipso iure suspensus est & celebrans efficitur irregularis ibi. n. 2.
Ordinatus ante legitimam ętatem an cogatur continere. c. 26. nu. 4. fo. 109.
Ordines minores quo tempore debeant conferri. ibi in aditio. in verbo extra tempora. fo. 109.
Ordines sacri non nisi sabbatis quatuor temporum conferri debẽt ibi in dicta aditio. fo. 110.
Ordines sacri qua ratione dictis tẽporibus & non in alijs conferantur ibi. col. 2.
Ordines sacri duobus casibus ad dominios diespossunt transferri ibi in aditio.
Ordines sacri quocunque tempore a Pontifice Romano conferũtur ibi in aditio.
Ordines singuli qua ætate debeant conferri ibi in aditio. litera. B. col. 2. fo. 113.
Ordinatus ante legitimam ætatem an ea superueniente possit ministrare. c. 26. n. 4. fo. 109.
Ordinatus a Symoniaco non recepit ordinis executionem. ca. 27. n. 1. fo. 122.
Ordines sacri minores & prima tõsura sine pretio vel mercede cõferri debent ibi in aditio. in verbo & vide hodie. 1. columna. fo. 123.
Ordinatus ab excommunicato characterem ordinis recipit non vero executionem. capite. 28. nu. 2. fo. 124.

Ordinatus ab Episcopo hæretico forma ecclesiæ seruata charactẽ rem ordinis recipit non autem executionem. c. 29. n. 1. fo. 125.

Ordinatus a suspenso non recepit ordinis executionem quamuis characterem recipiat. c. 30. nu. 1. fo. 125.

Ordinatus ab episcopō qui loco si mul & dignitati renunciauit executionem ordinis minime recipit. c. 31. n. 1. fo. eodem.

Ordinis Sacramentum interdicti tempore non potest conferri. c. 27. n. 1. fo. 126.

Ordinatus præsbyteratus ordine inter dicti tempore, irregularis est ib. n. 6.

Ornamenta Ecclesiæ commodari non possunt & qua pœna transgræsores puniantur.

Ordo sacer matrimonium impedit. c. 80. n. 1.

P

Papa an in beneficiorum pluralitate possit dispensare. c. 48. nu. 4. fo. 157.

Papa potest pœnam mortis imponere statuendo non vero exequendo. c. 61. n. 4. fo. 218.

Papæ scribenti pro illiterato obtemperandum non est.

Papa quocūque tempore ordines confert in verbo ordinis, & in cap. ibi asignatis.

Parroch⁹ proprius ad matrimonij celebrationē quis proprie dicatur. c. 73. in suspensione. fo. 188.

Parrochus qui extra opidū subditos nulla interueniēte causa cō ingit arbitraria pœna punitur c. 73. in responsione. fo. 187.

Parrochus vel sacerdos qui alūnos coniunxit vel benedixit ipso iure suspensus est ibi.

Parroch⁹ cuius negligētia infirmis nō receptis sacramētis discessit ab officio remouendus est ibi.

Parrochialem habens ecclesiā si intra annum non promouetur ipso iure ea est priuatus. cap. 53. n. 1. fo. 175.

Parrochiales ecclesiæ priuatio vt in casu superiori locum obtineat, annus a quo tempore currere incipiat ibi. n. 2.

Parrochialem ecclesiam habens intra annum ab ordinario moneri potest vt promoueatur ibi.

Parrochialem ecclesiam habēs intra annum ab ordinario moneri potest vt promoueatur ibi.

Parrochialem ecclesiam habens dato iusto impedimēto a pœna excusatur ibi. n. 3.

Parrochialem ecclesiam habens si intra annum coram ordinario cōparuit qui nolluit illū propter scientiæ deffectum vel aliā causam ordinare in nullam pœnam incidit in aditione. folio. 176.

parrochialē ecclesiam obtinens in nullam incidit pœnam donec annus lapsus sit & vltima anni die potest ordinari ibi.

Parrochialem ecclesiam habens sacrorum canonum pœna non punitur si pacificam possesionem parrochialis ecclesiæ minime fuerit consecutus ibi.

Parrochialem ecclesiam habens an excusetur a pœna propter impedimentum quod in fine anni superuenit ibi in aditione. fo. 177. litera. C.

Parricij crimen grauissimum.

Pœnitentia solemnis ab ordinibus sacris repellit.

Pœnitentia solemnis an hodie in vsu sit.

Pater vsu fructum retinet in bo-

nis filij ante clericatum quęsitis capit. 132. in aditio. foli. 141. colum. 1.

Pœnitentia publica moribus recepta est.

Pœnitentia solemnis impedimentum ad sacros ordines an episcopi dispẽsatione tolli possit.

Pœna ammissionis naturalitatis & bonorum temporalium in Hispaniarum Regnis contra clericos est frequentissima. ca. 54 n. 18.

Pœna per legem sæcularem statuta contra arma deferẽtes an clericos compræhendat. ca. 55. in aditio fo. 199.

Pęna priuationis beneficij imponi non potest nisi in iure exprimatur. c. 131. n. 2. fo. 526.

Pęna priuationis beneficij in sententia expræsse exprimenda est ibi. n. 3.

Pęna priuationis beneficiorum an extẽdatur ad beneficium quod priuatus extra iurisdictionẽ habet ibi n. 4.

Pęna priuationis beneficiorum an extendatur ad fructuum restitutionem ibi. n. 5.

Pœna verberorum in clericorum personis qua ratione sacris canonibus fuit instituta. ca. 133. n. 1. fo. 541.

Pœna verberorum contra clericos non nisi pro magnis criminibus imponenda est ibi. n. 2.

Pœna verberorum cõtra clericos secularium ministerio exequenda non est ibi. n. 3.

Pœna verberorum imposita ab ecclesiasticis iudicibus, quanuis sãguinis effusio interueniat nulla irregularitas contrahitur ibi. n. 4. fo. 542.

Pœna verberorum nec Hispania nec in Regno Franciæ nec in Mediolanensi dominio, contra clericos recepta est ibi. in aditio fo. 543.

Pęna pecuniaria a iudicibus ecclesiasticis imponitur. c. 143. num. 1. fo. 570.

Pœna pecuniaria retineri potest a iudice ecclesiastico quando per legem vel statutum sibi defertur ibi n. 3.

Pœna pecuniaria si solui non potest a clerico non est corporali plectendus ibi. n. 4.

Pęna pecuniaria ab inquisitoribus inponitur ibi in aditio. fol. 571. col. 2.

Pœna corporalis rarissime clericis imponenda est. fol 573. n. 1. ca. 143.

Pœna trirenium an possit imponi ab ecclesiasticis iudicibus ibi. nu. 3.

Pœna mithrationis ab ecclesiastico iudicę imponi potest ibi. numer. 2.

Pęnis imponendis consuetudo attendenda est. cap. 145 num. 1. fo. 578.

Pœna quando iure non est statuta arbitrio iudicis relinquitur ca. 105. n. 1. fo. 431. & iuc. 147. num. 1. fo. 581.

Pęnis arbitrarijs imponendis multa sunt iudicibus obseruãda ibi. n. 2. fo. 581.

Pęna arbitraria annsque ad mortem extendi possit ibi nume. 4. fo. 582.

Pęna legalis an ex causa possit moderari ibi.

Pæna legalis ex causa a iudice inferiori moderatur ibi.

Pęna delicti si iure expressa non reperiatur qua pęna tunc clericus sit puniendus. c. 144. num. 3. fol. 576.

Pæna text. in cap fæliçis de panis lib.

lib 6. an habeat locum contra illum qui contumelioſa verba in cardinalem protulit. c. 66. nu. 3. fo. 243.

Pœna tex. in cap. 1. de homici. lib. 6. an inperculoribus locum habeat c. 99. n. 5. fo. 405.

Pœna dicti cap. 1. vtrum locum habeat ſi mors ſecuta non ſit ibi. nu. 6.

pœna legalis in animę iudicio locum non habet ibi.

Periurij crimen grauiſsimum eſt. c. 92. fo. 174.

Periurus clericus officio & beneficio deponendus eſt. ca. 92. n. 1. fo. 374.

Periurꝰ clericus an ſit ipſo iure beneficio priuatus ibi. nu. 3.

Periurus an is cenſeatur, qui promiſsionem fide confirmatā non adimpleuit ibi. n. 2.

periuris an pēdēte accuſatione poſſit beneficio renunciare ibi. 6.

Periurū ſine dolo commiſſum ordinaria criminis pœna non punitur c. 92. in aditio. fo. 376.

Periuriū nec ordinaria pœna punitur propter difficultatē ad implēdi iuramētū ibi in ea aditio.

Periurus laycus a iudice eccleſiaſtico punitur ibi.

Periuro beneficij collatio facta an ſit nulla ipſo iure. ca. 92. fo. 374. nu. 4.

Periurus ordinaria criminis pœna non punitur quando per inquiſitionem proceditur in aditio. dic cap.

Piſcatio clericis interdicta non eſt capite. 6. 7. in aditione. fol. 252.

Piſcatione clerici vti non poſſunt temporibus Regijs Hiſpaniæ cō ſtitutionibus prohibitis ibi in dic adi. & fo.

Prelatus ſubditum clericum ratione beneficij pro delicto alibi commiſſo in propria diœceſi inventum punire poteſt. c. 10. nu. 3. fo. 35.

Prælatus qui compertum habet quod clericus concubinarius efficeretur deterior ſi præciſſe cō pelleretur dimittere concubinam poterit ſine peccato adtempus tollere. cap. 79. num. 4. fol. 306.

Prælati cauere debent ne officialium ſuorum officia ſub annuo cēſu locentur. capite. 4. numer. 2. fo. 12.

Prima tonſura an vnius teſtis teſtimonio probetur. c. 62. nu. 17. fol. 227.

Proxeneta illicitorum contractuū qua pœna puniatur. c. 54. n. 34. fo. 192. & c. 56. n. 1.

Publicani gabellas a clericis indebite exigentes qua pœna puniātur. c. 55. in aditi. fo. 209. in fine

Purgatio canonica accuſatore apparente induci non debet. cap. 148. n. 1. fo. 585.

Purgatio canonica iudicis arbitrio relicta eſt ibi. n. 2.

Purgatio canonica quibus modis & qua forma facienda eſt ibi.

Purgatus ſemel de aliquo crimine vtrum de eodē poſsit poſtea accuſari. c. 148. n. 10.

Purgatio canonica quando indicanda eſt multa a iudicibus eccleſiaſticis ſunt præcauenda ibi nu. 12.

Purgatio canonica antiquitus ſummæ fuit vtilitatis. ca. 148. in aditio. fo. 588.

Purgatione canonica ad remouendum ſchandalum, multi ſummi Pontifices de grauiſsimis crimibus infamativſi fuerunt in eo cap.

Purgatione canonica deficiens

punitur vt conuictus.ca.141.n.1.fo.590.

Purgatione canonica si clericus deffecerit & traditus fuerit curiæ sæculari pœna ordinaria puniri non debet ibi.n.4.

Purgatio canonica in vsu non est vel raro ea vtendum c.141.n.5.fo.590.

Puteus vulgariterdictus deSantor caz an olim fuerit carcer clericorum Dicæs.Tolet.c.139.in fine additionis.

Priuilegia magnatibusconcessavt post meridiem res sacra possit eis ministrari an sit iuri cõmuni consentanea c.4 .n.5.

Potestas alienandi sc licet pendente lite a iure interdicta sit super suspicione tamen dilapidationis factum iudicis requiritur.c.77.n.6.

Prælatus vel clericus qui iurisdictionem sit temporalem potest alteri criminales causas iudicãdas remitere.c.99.in aditio.

Pœna micior inponitur per viam inquisitionis quam per viam inquisitionis nisi de crimine per partis confessionem constet.c.127.n.4.

Publicatis bonis alicuius clerici an in confiscatione veniat ius patronatus.c.132.n.5.

Promotor seu fiscalis qui calumnioſam acusationẽ instituerit in expensis est dãnãdus.c.152.n.4.

Q

Quando de domicilio sit mẽtiode habitationisdomicilio intelligitur.c.9.n.2.fo.32.

Quæsita a clericis ex illicita negociatione invsus pauperũ sũt erogãda.c.55 n.2.fo.196.

Quæsita ex illicita venatione in animæ iudicio rest tuenda non sunt in verbo venatio.

Quæ crimina digna sunt depositione iudicis arbitrio relinquitur.c.130 n.6.fo.525.& in c.135.

Qui solemnem egerit pœnitentiã irregularis est.cap.23.num.1.fol.93.

Quomodo olim prohibitũ fuit clericis sęcularibus officijsvacare

Quę deformitas irregularitatem producat iudici episcopi relinquitur.c.17.n.16.

Qui generis labem paciuntur excluduntur a domicilio collegiorum c.23.n.14.

Quibusdam missis certarum candelarum numerus superstitiose asignantes arbitrarijs pœnis pletendi.c 46.n.6.

R

Raptores bonorum ecclesiarum quibus pęnis puniãtur.c.106.

Raptores mulierum matrimonij, causa ipso iure excommunicati sũt ibi& in verbo matrimoniũ.

Raptores clerici mulierum, causa matrimonij ex Concil. Tridentin. decreto de proprio gradu sunt deijciendi ibi.

Rebaptizatus non potest ad ecclesiasticos ordines promoueri.ca.15.n.1.fo.46.

Rebaptizatus qua pœna puniendus sit si de facto fuerit ordinatus.ibi.n.2.

Rebaptizatus non solum a principio irregularitatem contrahit sed si postea sciens raptam habuerit.ibi in aditione in verbo & non solum.

Rebaptizatus metu cadente inconstantem virum,an sit irregularis ibi in dicta aditione.

Rebaptizatus ea conditione si est baptizatus &c.quando ab irregularitate sit immunis ibi in aditione.fo.480.

Rebaptizatus iusta ignorantia irregularis non est nec rebaptizans ibi.

Receptores curiarum ecclesiasticarum vt inplurimum mali & longe atribunalibus repellendi sunt.

Receptoribus ab ecclesiasticis tribunalibus expulsis saluberrimum traditur consilium quo dicta tribunalia probe & integerrime gubernentur.

Religiosoci tatis Iesu laudatur. fo. 219.

Residentia personalis in omnib⁹ beneficijs desideratur. c. 42.

Residentia hodie & nouissimo Cõcil. Tridenti. & ex Romanorũ Pontificum decretis in beneficijs omnibus curam habentibus animarum sub multarum pœnarum impositione desideratur. c. 42. in aditio. pag. 170.

A residentia personali parrochus excusatur, per duos menses ex causa quæ sibi iusta videatur, nec ordinarij licentia requiritur ibi in aditio. fo. 172.

A residentia parrochus. 24. casibus excusatur ibi in eadem aditio. & fo.

A residentia excusat prælectio vel professio theologiæ ibi.

A residentia excusat sacrorum canonum professio ibi. fo. 173.

A residentia non excusat cæterarum sententiarum professio nisi proprij Episcopi licencia acceserit ibi. folio. 173. & vt. cap. 59. n. 1. fo. 25.

A residentia excusat vissus Romani Pontificis quando aliquem coram se comparere iubet ibi. fo. 174.

A residentia excusat Episcopi obsequium quo ad duos canonicos ibi. fo. 174.

A residentia non excusant tur scriptores bullarum vel procuratores Romanæ Curiæ. ibi. eodem fol.

A residentia excusat absentia quæ contingit gratia congregationis generalis concilij ibi eo. fo.

A residentia excusat licencia ligitima. ibi. eodem. fo.

A residentia aduersa valetudo excusat ibi fo. 174.

A residentia necesitas ecclesiæ excusat ibi.

A residentia graues inimicitiæ excusant ibi.

Reus qua forma a iudice decrimine sit interrogandus. c. 126. in aditio. fo. 505.

Reus an teneatur delictum confiteri iudici interroganti ibi. 506. 1. col.

Reus non potest absolui a sacerdote nisi animo conceperit veritatem pate facere. ibi in dic. aditio. fo. 508.

Reus si iudici interroganti non respondet quid hoc casu iudex facere debeat ibi. 2. col.

Reus statim & sine mora confiteri tenetur ibi. 2. col.

Reus decrimine conuictus licet iniuste torqueatur crimen tamen confiteri tenetur ibi. foli. 509. 1 col.

Reus iuxta mentem iudicis interrogantis respondere debet & nõ captionis verbis vti ibi. ea. columna.

Reus non tenetur iudici respondere quando exemptus est ab illius iurisdictione quia clericus, scholaris, aut in debite ab ecclesia extractus ibi. 2. col.

Reus vt possit a iudice interrogari quæ probatio criminis contra eum debet præcedere ibi.

Reus in causa capitali an excu-

ſari poſsit à crimine confitendo quando de ſuo honore & fama controuertitur ibi.
Reus de occulto crimine a iudice non poteſt interrogari ibi fol. 510.2.col.
Reus etiam in cauſis fidei de occulto crimine non interrogatur niſi ex propria confeſsione ad hoc cauſam debent ibi fol.511.
Reus ſi facto fuerit a iudice interrogatus non tenetur reſpondere ibi fo.511.
Reus in caſu dubij an iudici interroganti teneatur reſpõdere ibi 2.col.
Reus vt poſsit a iudice interrogari an indiciorum illi copia danda ſit ibi col.1.fo.515.
Reus ſi a crimine abſoluitur an poſsit expenſis condẽnari ibi.
Religioſi qui ſermonibus ſuis prę latis eccleſiarum detrahunt qua pœna ſint puniendi c.66. n.4.

S

Sacrãmentum Euchariſtiæ ſummæ diligentię & veneratione cuſtodiendum eſt cap.44.num. 1.fo.150.
Sacramenta altaris minime debẽt niſi ieiunis celebrari.c.34.n. 1.fo.136.
Sacramentum ordinis interdicti tempore non poteſt celebrari c.32.n.1.fo.126.
Sacramentum confirmationis bis ſuſcipiens an ſit irregularis ibi.
Sacrilegij diffinitio.c.87. nume.1. fo.356.
Sacrilegus clericus deponendus eſt ibi.n.2.
Sacrilegus laycus a iudice eccleſiaſtico punitur & qua pœna ibi in aditio.fo.357.
Sacrilegus laycus a iudice ſæcularí punitur ibi.
Sacrilegus ad eccleſiaſticos ordines nõ poteſt promoueri ibi.
Sacrilegus in munitate eccleſianõ gaudet ibi in aditio.
Sacrilegij cauſa laycus clerici per cu or a iudice eccleſiaſtico punitur non vero quando iniuria verba tantum protulit ibi.
Sacrilegij crimine vterque iudex procedit eccleſiaſticus nempe & ſæcularis ad imponendas pœnas ſuo foro ſtatutus non obſtante prçuentione vel cõdẽnatione ab altero facta ibi in aditio.
Sacrilegi crimine caſu ſupra conſtituto laycus iudex minime tenetur ſtare proceſui ab eccleſiaſtico facto ibi.
Sacrilegij quatuor ſpecies conſtituuntur c.87.n.3.
Sacrilegus laycus an poſsit a iudice eccleſiaſtico capi & incarcerem mitti ibi.
Sacerdos reuelans ſacramentalem confeſsionem qua pœna puniatur c.109.n.1.fo.437.
Sacerdos ſacramentalem confeſsionem reuelat quando aſſeuerata aliquem habere peccatũ aliquod a quo ipſe abſoluere non poteſt ibi.n.3.
Sacerdoti aſſeuranti ſe habere licentiam reuelandi ſacramentalem confeſsionẽ an fides ei præſtanda ſit ibi.n.3.
Sacerdoti reuelãti cõfeſsionẽ ſacramentalem nulla fides præſtanda eſt ibi.n.2.
Sacerdos ſi in teſtem producatur iurare poteſt ſe nihil ſcire ex his quę ſacramentali confeſsione nouit ibi.
Sacerdos viuente ſuperiore patefacere tenetur id de quo interrogatur quando non ſolum nouit in confeſsione ſacramentali

tali, sed alia via compertum habuit ibi in addi. fo. 443.
Sacerdos non dicitur sacramentalẽ confessionem reuellare quando aliquem sacramentaliter absoluisse fatetur ibi.
Sacerdoti asserẽti aliquem ex suis peccatis absoluisse an ei fides sit præstanda ibi in ẽo c. fo. 443.
Schismaticus clericus, qua pœna puniatur c. 112. n. 1. fo. 453.
Schismæ diffinitio eiusque grauitas ibi & in additio.
Scholasticus appellatus Albornoz grauiter reprehenditur fo. 187. col. 1.
Sententia absolutoria super denũciatis prolata vtrum proficiat sicut prolata super accusatis c. 6. n. 8. fol. 18.
Seruus nõ potest sacris ordinibus insigniri c. 19 n. 1. fo. 68.
Si tamen de facto fuerit ordinatus recipit ordinis sacramentum, ibi n. 2.
Sigillum de alienis literis remouens pęna falsi punitur in litera L. vbi agitur de aperiẽte literis alienis.
Simoniæ diffinitio scribitur c. 91. n. 1. fo. 369.
Symoniæ crimen mere ecclesiasticum est ibi.
Symoniæ crimen signis & coniecturis probatur ibi.
Symoniacus non recipit ordinis executionem ibi colu. 1. fo. 370.
Symonia nec mentalis, nec cõuentionalis si realis nõ fuerit minime priuationem inducit in addit. ibi fo. eo.
Symoniacus in ordine & beneficio ipso iure excommunicatus est in addit. ibi.
Symoniacus non est censendus, quoad excommunicationem incurrendam, qui conducit aut emit vicariam spiritualem iurisdictionem habentẽ in ead. addi.
Symoniacus est qui aliquid pro ordinum collatione recipit etiam pro prima tonsura pro literis dimissorijs testimonialibus, vel prosigillo in eadem addit.
Symoniacus non est censendus, qui susceptis ordinibus aliquid dat in ea. addit.
Symonia licet cõmittatur in emptione, vel venditione pensionis non tamen hoc casu sententia excõmunicationis incurritur ibi.
Symoniæ crimen (quod confidentiæ appellant) grauissimum est, & quibus modis committatur, c. 9. 1. in addit. fo. 373.
Sinodalis Cæsar Augustanæ constitutio scribitur c. 6. n. 12. fol. 21.
Synodalis Salmantina constitutio interpretatur c. 70. in addit. in fine fo. 166.
Synodalis constitutio Toletana declaratur c. 70. in addit. fo. 164. 2. colum.
Synodalis Toletana constitutio enucleatur ibi, & fo. 187.
Solemnitas quæ odie ex Concilio Tridentino seruati in ecclesia date clericorum c. 3. n. 7. fo. 6.
Sodomiæ crimen grauissimum est c. 86. & in addit. fo. 348.
Sodomiæ criminis grauissimæ pœnæ diuersarum gentium ibi col. 1. fo. 349.
Sodomiæ crimen qua ratione mutum & nephandum Hispani iuste appellant ibi col. 2.
Sodomię criminis causa tempestates & innumera calamitates proueniunt ibi.
Sodomitæ quare filij difidentiæ, nuncupentur ibi col. 1. fol. 349.
Sodomitæ omnes nocte sanctissima Natiuitatis Christi decesserunt ibi.

Sodomiæ crimen quando committitur diabolus fugit eum nec tam horrendum crimen cernere possit ibi.
Sodomiæ causa matrimonium quo ad thorũ separatur ibi.fo.350.
Sodomitis an sit aduocatus constituendus ibi.
Sodomiæ crimen omni tempore penultimi suplicij punitum fuit ibi colum.2.
Sodomitæ igne comburuntur ibi. colum.1.fo.351.
Sodomitæ bonis omnibus ipso iure priuantur ibi.
Sodomitæ an illis tantum bonis per confiscationem priuentur quæ tẽpore cõmissi criminis obtinebãt an etiã post delictũ quęsitis ibi.
Sodomię crimen cũ hęresi conexionẽ habere videtur ibi col.2.fo.251.
Sodomiæ crimen inquisitores hæreticæ prabitatis iurisdictionẽ habent in Regno Aragoniæ & Valentiæ ibi col.1.fo.352.
Sodomitæ an testamentũ facere possint ibi.fo.353.col.1.
Sodomita clericus antiquitus depositus in monasterium detrudebatur ibi.
Sodomita clericus ex noua Pij quinti constitutione sæculari curiæ traditur ibi.fo.355.col.1.
Sodomita occultus & etiam per acta pœnitentia suspensus est ordinis executione & interim celebrans efficitur irregularis, ibi, fo.354.
Sodomitæ non dicitur quis quo ad criminis ordinariam pœnam ex extra ordinaria polutione sed ex illa tãtũ quę est cõtra naturã ibi.
Sodomita laycus a iudice ecclesiastico punitur ibi.fo.354.
Sortilegi qui proprie dicantur. ca. 97.n.1.fo.433.
Sortilegus clericus quapœna punitur ibi & c.108.n.1.
Sortilegus laycus a iudice ecclesiastico punitur & qua pœna ibi fo. 435.col.2.
Sortilegi & diuinatores acriter conſutantur ibi in aditio.fo.434.
Statutum Toletanæ vrbis ab increpatione Montalui Hispani deffẽditur vt in.c.55.& in aditio.
Statutum sanctissimæ Ecclesiæ Toletanæ latissimę defenditur contra Henrricum Nauar.Franciscanum ibi.
Statutum item sanctissimę generis ecclesię defenditur ibi.
Statutum sæcularum puniens dãna illata imprędijs clericorum animalia vtrum compræhendat.c. 55.in aditio.fo.206.
Statuto laycorũ sanciri potest quod vermes vel locusta a prędijs clericorum suis expensis expellantur c.55.in aditio.fo.25.
Statutum prohibẽs ne extra territoriũ vinũ deferatur vtrũ clericos cõprehẽdat.c.55.in aditio.fo.204
Strupi diffinitio c.83 n.1.fo.330.
Stuprans virginem qua pœna puniatur ibi.n.2.
Stuprans virginẽ voluntariã vtrũ aliqua pœna puniẽdus sit ibi.n.4
Stuprãs virginem voluntariam anni animę iuditio aliquid satisfaçere teneatur ibi.n.5.
Stupratæ virginis cõsensus stuprato rẽ nõ liberat a dotis præstatione quando ipsa sub parentis, tutoris vel curatoris potestate constituta est ibi in aditio.
Stuprũ virgini consenciẽte, importunis tamẽ precibus dos præstanda est in aditio.ibi.fo.237.
Stupator virginis volũtariæ resarcire dãnũ teneturquãdo ipse stuprũ publicauit in aditio.ibi.
Stupri dãnũ resarciendũ est si de eo in processu cõstat, & stupratorẽ condemnari debet licet aparte non fuerit petitum ibi.

Stuprator qui allegat mulierem antea corruptam fuisse probare debet, quia puella virgo semper presumitur ibi fo. 335.
Strupator qualem dotē constituere tenetur ibi.
stuprator nō tenetur integrā dotēcō stituere sed dānū illatū resarcire ibi
Stuprum a clerico commissum cum virgine immatura, ordinaria criminis pœna non punitur ibi.
Stuprum an cum vidua honesteviue te cōmittatur ibi fol. 334. colu. 2.
Suspēs' propter crimē, si de facto celebrat irregularis est c. 13. n. 3. fo. 39
Suspēsio quæ imponitur propter crimē differtab ea quæ imponitur propter cōtumatiā c. 130. n. 1. fo. 524.
Suspēsus ab officio nō cēsetur a beneficio suspensus c. 73. n. 2. fo. 177.
Suspensus a iure si de facto celebrat efficitur irregularis c. 130. n. 4 fo. 525
Suspensio alia temporalis alia perpetua ibi n. 5.
Suspensus propter peccatum celebrās nō cōtrahit irregularitatem ibi in addit fo. 526. 2. colum.
Seipsum interficiēs nō est sepultura Ecclesiast. sepeliēdus c. 17. n. 1. fo. 50
Sumariæ probationes circa generis qualitatē quæ fieri solent c. 23. n. 23.
Somnus non est de substantia digestionis c. 54 n. 3.
Species sacramētales quādiu in suo vero esse remanent sub eis cōsistit inseparabiliter corpus Christi c. 61. num. 4.
Si species sacramenti, quæ discerni possunt euomitæ fuerint, quod faciendum est ibi n. 3.
Suspensus a iure si iterū suspendatur a iure in dubio ab homine suspensus non presumitur c. 130. n. 7

T

Tabellionū animus corruptus punitionē delictorū impedit c. 2. n. 2. f. 3
Tabellionum imperitia destruit mūdum & multorum cōscientias in magno discrimine constituit ibi.
Tabelliones, seu notarij imperiti, vel in officio delinquentes priuā di sunt, vel ad tempus ab officio remouendi ibi.
Tabelliones seu notarij Apostolici nisi prævio examine ordinarij nō possunt in Archiepiscopatu Toleta. officiū suū exercere ibi.
Tabellionum seu notariorum officium an vile sit iudicandum c. 58. in additio. fo. 214.
Tabellionatus officiū clerici exercentes suis beneficijs priuandi sunt. c. 58.
Tabellionatus superuenientia clericis impedimentum nō est vt beneficium admittant ibi n. 4.
Tabellionatus officium a clericibeneficiati in minoribus ordinibus constituti exercere prohibentur c. 58. n. 2. fo. 113.
Tabellio si ad clericatum promoueatur, licet non possit nouas rogationes quas appellant recipere vetera, tamen instrumenta perficere potest ibi n. 3.
Tabellio siue notarius qui pœna falsi ab episcopo fuit condemnatus, & postea per eum restituatur an instrumentum ab eo confectum firmitatem obtineat ibi n. 5.
Tabellionis seu notarij officium Romæ in publicis ecclesiasticis tribunalibus clerici nō possunt exercere in c. 58. in addi fo. 214. co. 2
Tabernarum ingressus clericis prohibitus est nisi causa peregrinationis.
Taurorum agitationibus clericinō possunt interesse c. 72. & in addi. fol. 173.
Taurorū agitationibus si clerici interfuerint mortaliter peccant ibi.
Taurorum agitationibus si clerici interfuerint arbitraria pœna puniendi sunt ibi.
Taurorū agitatio an absque crimine fiat ibi.

Testis falsus grauissimum crimẽcõ mittit c.93.in addi.fo.378.
Testis falsus in Hispaniarum regnis tallionis pœna punitur ibi.
Testis falsus in sacris inquisitionis tribunalibus Tallionis pœna punitur ibi 2.col.fo.380.
Testis falsus in Romanæ inquisitionis generalis prætorio qua pœna puniatur ibi.
Testis falsus ordinaria criminis pœna non punitur, quando falsitas nociua non est ibi in addit.2.col. fo.378.
Testis qui circa accidentalia causæ falsum commisitpęna ordinaria non punitur ibi,fo.379.
Testis falsus non punitur ordinaria pęna quando falsitas sine doloçũ missa est ibi.
Testis falsus similiter non punitur pœna ordinaria quãdo per inquisitionẽ proceditur ibi.2.col in fi.
Testis falsus qui coramiudice ecclesiastico falsum deposuit ab ipso punitur ibi fo.382.2.col.
Testis nõ potest esse clericus incausis criminalibus corã iudice secularietiã protestationeinterueniẽte ne ad pęnam mortis vel mẽbri mutilationem procedatur c.98. n 21.fo.411.
Testis clericus esse nõ potest incausis criminalibus corã iudicesecular quamuis pæna mortis velmẽbri mutilationis nõ sequatur ibi num 22.
Testis clericus esse potest in criminalibus causis ad probandam rei innocentiam ibi n.22.
Testis clericus in criminalibus causis esse non potest etiam in fauorem rei absque iudiçis ecclesiastici licentia ibi n.23.
Testis clericus absque aliqualicẽtia in criminalibus causis corã iudice ecclesiastico esse põt ibi n.25
Testis clericusvel regularis qui de facto testimoniũ protulit in causis criminalibus quãuispuniẽdus sit eius tamen testimonium non piçiatur ibi n.24.fo.414.
Testis laycus contra clericũ esse nõ potest c.128.n.1.fo.519.
Testes duo an in crimine hæresis sufficiant ibi in addi.col.2.fol. 519.
Testis in crimine hæresis non publicantur ibi col.2.fo.520.
Testis corpore viciatus contra clericum in criminali causa esse nõ potest c.118.n.4.
Testes in grauissimis criminibus in quibus vertitur timor publicationis an debeant publicari ibi.
Testes publicãdi sunt quãuis in sententia qua causa ad probationem admittitur dictũ fuerit cũ onere publicationis & cõclusionis ibi.
Testes deauditu,vel dealijs indicijs deponẽtibus in antiquis circageneris labẽ probãt c.23.n.20 fo.91
Testes de qualitate generis, promisitari dignitate cõsequẽda velcollegiorum ingressu deponentespubliçandi non sunt ibi n.21.
Titulus necessarius est ad sacrorum ordinum susçeptionem c.18.n.1. fo.59.
Titulus legitimus non oritur ex eo beneficio quod tunc est nec sufficit ad humanæ vitæ sustentationem ibi n.4.
Titulus minime desideratur quando quis ad minores ordines promouetur ibi n.5.
Titulus præsẽs ad sacros ordines necessarius est nec sufficit qui in futurum speratur ibi n.6.
Titulus coadiutoriæ an sit legitim' ibi n.7.
Titulus legitimus cẽsẽdus nõestqui procedit ex vicaria tẽporali, vel ex beneficio Manuali ibi num.8
Titulus an legitimus iudicandussit qui procedit ex capellania ibi n.9
Titulũ legitimũ habere dicitur,qui præsti-

præstimonium obtinet ibi n. 10.
Titulum an is dicatur habere, qui pensionem obtinet ibi n. 11.
Titulo ficto qui ordinatur qua pœna punietur ibi n. 12.
Tituli remissio post sacros susceptos ordines nullo pacto anteordinationē facto nec irregularitatē nec suspensionē inducit ibi n. 13.
Titulus patrimonij an priuilegiabonorum ecclesiæ obtineat ibi n. 14
Titulum doctoratus ostendens in cæteris præsumitur insignitus.
Toletana ciuitas quondam Regai nuncupabatur.
Tonsura clericorum antiquissima est in Dei ecclesia contra impios hæreticos ostenditur c. 76. in addit. fo. 299. col. 1.
Tonsura maiori episcopi & religiosi quam clerici vtuntur & quæ fit ratio ibi col. 2.
Tondere capillos semper abillos receptum fuit qui se Deo consecrarent ibi in addit. fo. 300. colum. 2
Tonsura clericorum quam significationem habeat ibi.
Tondere comam & barbam radere Deus Opti. Maxi. Leuit. c. 19. prohibuit & quæ fuerit ratio ibi.
Tonsuram apertam deferre non tenentur clerici ea initiati qui priuilegio clericorum non gaudent ibi litera B. fo. 301.
Tōsurā clericalē si clerici nō gestauerint mortaliter peccant ibi.
Torqueri clericus iure non potest, c. 125. n. 1. fo. 496.
Torqueri clericus potest si aliqua infamia precesserit ca. 125. in addit. fo. 501.
Tortura an possit imponi ex solacō fessione extra iudicialic. c. 25. n. 2. fo 396.
Tortura in secunda instantia peti potest ibi n 5.
Torqueri an is possit qui vacilatin testimonio ibi n. 9.
Torturę modus si excedatur, ad quid iudex teneatur ibi num. 10.
Tortura clericorum non debet esse tam sæua sicut laycorum ibi n. 6.
Torqueri per laycum an possit clericus sui prælati iussu ibi num. 7.
Tortura quando contra clericum imponitur an prius debeat degradari ibi n. 4.
Turpis nominis effectus irremissiue traduntur c. 7. n. 1. fo. 28.
Tabernarum ingressus clericis prohibitus est nisi causa itineris, vel peregrinationis c. 77. n. 3.
Testium dicta lite non contestata, & etiamparte absente recipi possunt c. 96. n. 3.
Testium nomina, & depositiones quando reis manifestari debeant & de consuetudine circa depositiones testium c. 126.
Testes ad defensam rei ex iudicisofficio publicatis attestationibus recipi possunt c. 151. n. 3.

V

Vno eodemque libello plures accusari possunt c. 7. n. 2. fo. 28.
Vagabundus quis dicatur in fi. libꝫ
Vagabundus an sit remittendus ad locum commissi criminis ibi.
Venatio clericis interdicta est c. 67 n. 5. fo. 249.
Venatio sanitatis, vel recreationis causa an clericis liceat ibi num. 6.
Venatio adeo clericis interdicta est quod in contrarium consuetudo introduci non potest ibi n 5.
Venatio an permittatur clericis in minoribus ordinibus constitutis ibi num. 3.
Venatio an licita sit Epis. ibi in add.
Venatio interdicta est clericis tem poribus Regijs Hispanię constitutionibus prohibitis ibi.
Venatio licet dictis tēporibus clericis sit interdicta nō tñ præcise cōdemnari debent pęnis Regijs constitutionibus stabilitatis ibi.

Venationi operā dantes quāuis clerici sint expoliari possūt a iudicib⁹ sęcularib⁹ & ipsorū ministris auib⁹ canib⁹ & alijs instrumētis prohibitis ibi.
Venatione illicita quæ adquisita sunt in animæ iuditio nō sūt restituenda ibi.fo.252.& 25.3 in ea aditio.
Veneno qui occidit dicitur proditorie occidere.c.95.& in aditio.
Venenū qui emit ad occidēdū, sed pænituit extra ordinaria criminis pęna puniendus est in ca.95.in aditio. col.2.fo.390.
Venenū qui alicui dedit vt eū interficeret sed ad hibitis medicamentis mortē effugit pæna mortis ordinaria punitur c.95.n.2.fo.389.& in aditio.1.col.fo 391.
Venefici criminis grauitas c.95.n.3.
Venefic⁹ cleric quapæna puniatur ibi
Veneno sceleratissimo nēpe eucharistia intoxicata Imperator Robertus vtriusque Siciliæ Rex fuit interfectus.c.95.in aditio.fo.391.
Vestis virgata & partita quæ dicatur c.75.n.1.fo.195.
Veste vrigata & partita si cleric⁹ vsus fuerit eo ipso suspēsus est ibi.n.2.
Veste prohibita vtens si clericus fuerit suspensus est ibi.
Veste prohibita vtēs secrete tamē a pæna immunis redditur ibi n.3.
Veste prohibita vtēs paupertatis causa similiter excusatur ibi.n.4.
Vestes quæ clericus sunt interdictæ explicatur ibi.n.5.
Vestes honestæ & vere clericales quæ dicantur ibi in aditio.fo.296.col.2.
Vestes clericales nō deferens qua pęna ex conci.Tri.puniatur ibi in adi.
Vestiales virgines libidini vacātes quibus pænis plectebātur ca.81.in aditio.fo.326,col.2.in fine.
Vestis sacra singulis diuinis ministris signatæ ad diuina munera celebrāda antiquissima sūt in Dei ecclesia vbi supra in verbo veste.in dic.ca.
Vicarius generalis episcopi an possit dispensare vt monitionibus nō factis matrimoniū celebretur.c.73.in aditio.fo.191.
Vicarij generalis episcopi quæ sit eius potestas & iurisdictio ibi.
Vicarij generalis iurisdictio episcopi radijs illustratur ibi.
Vicarius generalis Episp. ordinarius dicitur ibi.
Vicarij generalis tribunal & Episc.vnum est ibi.
Vicarius generalis Epis.in quo differat ab officiali ibi.
Vicarius generalis Episc.corrigere & punire crimina potest ibi.
Vicarius generalis Epis.an eā expedire possit quę Con.Tri.arbitrio ordinarij relicta sunt ibi.
Virgo puella sēper præsumitur nisi cōtrariū probetur vt in.c.83.in adi.fo. 335.
Virginū cōsecratio solis fæstis facienda est ibi.
Vsurari⁹ cleric⁹ officio & beneficio suspēdēd⁹ est.c.88.n.2.fo.361.
Vsurarius est infamis ibi.n.1.
Vsurari⁹ nō potest eligi nec presētari ad ecclesiasticū beneficium ibi.
Vsurarū crimē a iudice ecclesiastico inter laycos punitur ibi in addi.fol. 363.in verbo poterunt
Vsurariū crimē vel cōsuetudo fœnerādi an testib⁹ singularibus ꝓbetur ibi in adi.fo.364.col.1.
Vsurarius manifestus quis dicatur.c.89. n.1.fo.eod.
Vsurariorū manifestorū oblationes recipiendæ non sun in eo cap.
Vsurariū crimē an cōtineatur in cōtractib⁹ (quos mohatras Hispani appellāt) vt inter laycos a iudice ecclesiastico possit puniri c.88.in addi.fo.363
Vsufruct⁹ an in generali bonorū cōfiscatione cōprehēdatur vbi agitur de inquisitorib⁹ & heretis.in l.1.& in c.ti.
Voluntas coruptæ virginis patri non præiudicat.c.83.n.6.
Victus victori etiā in criminalib⁹ in expēsis est cōdemnandus.c.152.n.1.

Z

Zabarelæ opinio quædam explicatur.c.225.n.3.fo.496.

FINIS.



Practica Criminal De Sala[illegible]o

114/8